

UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 01307961 1

UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY



BIBLIOTHÈQUE
DES
ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME

2^e SÉRIE

LES
REGISTRES DE GRÉGOIRE IX

PUBLIÉS PAR
LUCIEN AUVRAY

TOME II

TOULOUSE. — IMP. LAGARDE ET SEBILLE, RUE ROMIGUIÈRES, 2.

LES
REGISTRES DE GRÉGOIRE IX

RECUEIL DES BULLES DE CE PAPE

PUBLIÉES OU ANALYSÉES

D'APRÈS LES MANUSCRITS ORIGINAUX DU VATICAN

PAR

LUCIEN AUVRAY

ANCIEN ÉLÈVE DE L'ÉCOLE DES CHARTES, ANCIEN MEMBRE DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

— — — — —

TOME II

TEXTE. — ANNÉES IX A XII (1235-1239)



24320
24710

PARIS

ANCIENNE LIBRAIRIE THORIN ET FILS

ALBERT FONTEMOING, ÉDITEUR

LIBRAIRE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME

DE L'INSTITUT FRANÇAIS D'ARCHÉOLOGIE ORIENTALE DU CAIRE

DU COLLÈGE DE FRANCE ET DE L'ÉCOLE NORMALE SUPÉRIEURE

4. Rue Le Goff, 4 près la rue Soufflot

—
1907

A LA MÉMOIRE

DE

SAMUEL BERGER

SUMMARIA QUEDAM

RERUM PRECIUARUM

SIVE GRAVAMINA ECCLESIE

ADVERSUS IMPERATOREM

[ET IMPERATORIS CONTRA PAPAM, CUM PAPAE RESPONSIS]¹

2482

[1236.]

Series gravaminum Ecclesiae contra imperatorem, quam papa episcopo Praenestino transmisit². — (REG. 18, f. 1 r°, col. 1; ante ann. IX; — RODENBERG 700.)

« In regno, ecclesie per ministros imperiales nudantur privilegio libertatis.

« Item ecclesie spoliantur bonis sacris usibus deputatis.

« Item prelati et subditi exulare coguntur et carceri mancipantur.

« Item in foro seculari respondere ac tallias solvere compelluntur.

« Item, ut a vexationibus se redimant, compelluntur bona ecclesiastica exaurire.

1. Nous conservons à ces deux pièces, numérotées ici 2482 et 2483, la place qu'elles occupent dans le Registre du Vatican, avant la série des bulles de la neuvième année, bien qu'elles aient été transcrites dans le Registre après coup, et se rapportent à des événements de la dixième année du pontificat de Grégoire IX. Cf. RODENBERG, n. 700 et 702.

2. Cf. *Registres Grég. IX*, ann. X, c. 195; POTTHAST 26365; RODENBERG 695; la lettre de Grégoire IX à l'évêque de Palestrina est du 17 août 1236.

« Item non permittitur ut provideatur de pastoribus ecclesiis viduatis.

« Item per impressionem officialium imperialium rectores ecclesiis preponuntur et, quod est deterius, rectores ab ecclesiis suis eiciuntur a laicis et alii substituantur.

« Item unus clericus est taliter assecutus duodecim ecclesias in episcopatu Teanensi, et idem totidem vel plures habet in diversis aliis episcopatibus.

« Item, oppressione officialium sevient, predicatio pro fide et subsidio Terre Sancte prohibetur, quare heresis pululata et fides perit.

« Item de ecclesiarum lapidibus Agarenorum gymnasia construuntur.

« Item Christiani Paganorum dominio subjugantur.

« Item in regno contra pacis federa nobiles castris et bonis propriis spoliantur.

« Item, eorum uxoribus et liberis captivatis, loca sua tanquam proscripti relinquere compelluntur.

« Item in aliorum transire coloniam compelluntur et ad extremam inopiam devenire.

« Quod fiat justitia Beneventanis coram arbitris et interim non offendantur.

« Quod a comite Tolosano, qui excommunicatus est

et quasi pro heretico habitus, nullum auxilium requirat. ne notam alicujus possit susceptionis incurrere.

« Quod Alatrinus subdiaconus et capellanus suis est beneficiis spoliatus. et magister Johannes de Sancto Germano spoliatus est beneficio suo.

« Quod ecclesias civitatis Sorane reparari permittat.

« De castro Montis Regalis destructo. quod fuit constructum a rege Willelmo ad tuitionem Ecclesie.

« De restituendis [bonis] ecclesie Montis Regalis.

« De ecclesia Cathaniensi.

« De ecclesia Squillacena. cujus bona fere omnia sunt occupata.

« De ecclesia Cephaludensi et episcopo ejus ejecto.

« De ecclesia Melitensi.

« De monasterio Sancti Johannis in Lamis, cui fere ablata sunt omnia que habuit.

« De monasterio Terre Majoris, quod omnino est destructum.

« De monasterio Miletii.

« De monasterio Sancte Eufemie.

« De hominibus ablati universis ecclesiis per injustas inquisitiones.

« De prelati ecclesiarum et abbatibus Cisterciensis et aliorum ordinum, qui coguntur per singulos menses dare certam summam pecunie pro constructione novorum castrorum.

« De possessionibus fere universis ecclesiis ablati.

« De ecclesiis et beneficiis subtractis clericis occasione tertiarie, et quod pertineant ad collationem principis, qui ea canonicis fuerunt adepti.

« De personatibus. qui dantur indignis et juvenibus, qui non faciunt residentiam.

« Quod prelati non audent procedere contra usurarios, occasione constitutionis imperialis.

« De episcopo Giracensi, qui fuit scutifero camerarii et factus est episcopus. et simul accepit omnes ordines et nondum pervenit ad tricesimum annum.

« De quatuordecim clericis de castro Averse expulsis, et quod ecclesia in qua erant. data est scutifero magistri Johannis de Lauro.

« Quod in ecclesiis vacantibus de mandato imperiali conceduntur primo et secundo vacature.

« De Judeis¹ ablati quibusdam ecclesiis.

« Quod episcopi non permittuntur facere notarios publicos, sicut consueverunt.

« Quod in terris noviter constructis non permittuntur edificari ecclesie.

« Quod multe ecclesie a fundamentis sunt dirute.

1. Me. : Judæcis.

« De archidiacono Salernitano sine causa expulso.

« De filio regis Tunici liberando, qui veniebat ad Apostolicam Sedem recepturus baptismatis sacramentum, qui, in injuriam fidei catholice et contemptum Ecclesie Romane, captivus tenetur; quia quod suggestum fuit de rege Tunici, quod motus esset contra fratres Minores et alios religiosos et Christianos pro nepote suo, qui dicebatur abductus, verum non fuit, sed omnes illi sunt in regno suo in pace. »

1183

[1236.]

Gravamina imperatoris contra papam. et argumenta quibus papa se expurgat¹. — (REG. 18, f. 1^r, col. 2; ante ann. IX; — RODENBERG 702.)

« De repetitione Civitatis Castelle. — Imperator juravit hanc et alias possessiones defendere contra omnes homines et, si qua possessionum ad manus deveniret ipsius, restituere.

« De molestatione abbatis Sancti Vincentii. — Abbatem Sancti Vincentii vocavit dominus papa, accusatum a monachis super dilapidatione et aliis excessibus, non retribuens ei malum pro eo quod imperatori adhesionem.

« De restitutione ablatorum cuidam Ferentinati. — Homini Ferentinati precepit sua restitui.

« De impediendo jure quod habet imperator in electionibus regni. — Paratus est dominus papa servare formam que facta est super electionibus regni inter dominos Innocentium et Honorium, Romanos pontifices, et imperatorem.

« De revocatione sententie interdicti quod tulerat archiepiscopus Ravennas in terra Syrie. — Sententia interdicti revocata fuit propter periculum terre, et quia parati erant probare post appellationem legitimam latam fuisse.

« De favore dato patriarche Jerosolimitano ab Ecclesia Romana. — Propter imperatorem, quasi videbatur patriarcha suspectus eidem, privatus fuit legationis officio et quasi in exilio modo usque detentus.

« De fratre Johanne, ordinis Predicatorum, qui vocabatur se rectorem et dncem Verone, quasi auctoritate Ecclesie Romane. — Frater Johannes, ordinis Predicatorum, qui pacem fecit Veronensibus, sine conscientia domini pape pacem fecit, et, si vocavit se rectorem vel ducem, dominus papa nescivit.

1. Cf. RODENBERG, n. 701 et 703.

« De potestate data Veronensibus ab Ecclesia Romana. — Potestas Veronensibus non fuit data a domino papa, sed partes elegerunt eum.

« De favore dato contra partem imperatoris a potestate Veronensium R[aynerio] Bulgar[ello]. — Testimonium habet potestas Veronensium ab Azolino et parte sua, quod fideliter se habuit nec cessit in partem.

« De legato suspecto missi in Lombardiam : Quod legatus litteris suis gravabat partem imperatoris : quod procuravit pacem Placentinorum contra imperatorem. — Legatus, vir justus et timens Deum, desiderans pacem et procurans quietem provincie, nichil fecit vel procuravit, nisi salvo jure Imperii et sine cuiusquam prejudicio. »



INCIPIIT REGESTUM NONI ANNI

DOMINI GREGORII PAPE VIII

2-184

Pérouse, 22 mars 1235.

Archidiacono Cantuariensi, P. de Columna, Carnotensi canonico, et Hugoni, canonico Pisano, mandat quatenus comitem Marchiae ad assensum super treugis inter Franciae et Angliae reges firmandis praestandum, non obstante quod concessio insulae de Olerone, a rege Angliae eidem comiti facienda, nondum facta fuerat, cogant. — (REG. 18. f. 9 r^o; ann. IX. c. 1; — MOREAC 1190, f. 264, *ex cod. Ottob.* 1625, *non integra*; — POTTRAST 26216; — *cf. supra*, n^o 2171.)

« .. archidiacono Cantuariensi et magistris P. de Columna, Carnotensi, et Hugoni, Pisano canonicis, in Francia commorantibus. Ad nostram noveritis audientiam pervenisse quod, cum inter carissimos in Christo filios nostros .. Francie ac .. Anglie reges illustres de pace nuper, bonis viris mediantibus, tractaretur et propter varias questiones de facili provenire non posset, demum fuit, sicut videbatur expedire, provisum ut interim usque ad quinquennium inter eos treugiarum federa firmarentur; sed, nobili viro .. comite Marchie, sine quo dictus rex Francie pacem vel treugas facere se non posse dicebat, denegante super hoc prestare consensum, nisi a prefato rege Anglie insula de Olerone, quam rex ipse tenet et tempore preteritarum guerrarum tenuisse dinoscitur, concederetur eidem, memoratus rex Francie quod de predictis treugis tractatum extiterat, pretermisit implere. Ne igitur hac occasione tantum bonum retardari contingat, unde se-

queretur regnorum turbatio et erucis negotium possit plurimum impediri, mandamus quatenus iamdictum comitem ad assensum super treugis, omni contradictione cessante, prestandum, reservata ei iustitia, si quam habet in insula supradicta, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis; non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Quod si non omnes etc. Dat. Perusii, XI kalendas aprilis, anno nono. »

2-185

Pérouse, 27 mars 1235.

Magistro et fratribus Hospitalis Hierosolymitani licentiam concedit bona pauperum contra perversos et raptores defendendi. — (REG. 18, f. 9 r^o; ann. IX. c. 2; — DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, II, 481, n^o 2105.)

« .. magistro et fratribus Hospitalis Hierosolymitani. Jam non tam —. Dat. Perusii, VI kalendas aprilis, anno nono. »

2-186

Pérouse, 28 mars 1235.

Universos Christi fideles per Bituricensem, Burdegalensem et Narbonensem provincias constitutos monet quatenus magistro et fratribus Militiae ordinis Sancti Jacobi in Guasconia,

— 966, in Auxiliam provin[ci]a iniquitate multiplicata, contra inimicos fidei et p[ro]p[ri]is inibi di[m]buare statuerant, — consilium, auxilium et favorem impendant, eis elemosynas et subsidia, tam in mobilibus quam in immobilibus, erogantes; omnibus ita agentibus quadraginta diebus de Injuncta sibi paenitentia relaxatis. — (REG. 18, f. 9 r^o; ann. IX, c. 3.)

« *Universis Christi fidelibus per Bituricensem, Burdegalensem et Narbonensem provincias constitutis.* Etsi hominum multiplicata —. Dat. Perusii, V kalendas aprilis, anno nono. »

2-187

Pérouse, 30 mars 1235.

Cum Petro [Karlo], thesaurario Beati Martini Turonensis, quem pater suus Philippus-Augustus, rex Franciae, ex soluta, dum viveret uxor legitima, susceperat, honestate morum et virtutibus decorato, super natalium defectu dispensat, ut in nullis spiritualibus ipsi deinceps obsistat, quin etiam ad honores et ecclesiasticas dignitates possit assumi. — (REG. 18, f. 9 v^o; ann. IX, c. 4; — cf. *supra*, n^o 965, et *infra*, n^o 2519.)

« *Petro, thesaurario Beati Martini Turonensis.* Quamvis contra natos —. Dat. Perusii, III kalendas aprilis, anno nono. »

2-188

Pérouse, 28 mars 1235.

Abbati Sancti Dionysii Remensis, decano Sancti Symphoriani Remensis et magistro Gerardo de Lauduno, canonico Remensi, mandata dat super administratione temporalium Fidemensis monasterii, Cameracensis dioecesis. — (REG. 18, f. 9 v^o; ann. IX, c. 5.)

« .. *abbati Sancti Dionysii, .. decano Sancti Symphoriani et magistro Gerardo de Lauduno, canonico Remensi[bus].* Cum negotium visitationis facte dudum in monasterio Fidemensi, Cameracensis dioecesis, per dilectum filium .. priorem ordinis Predicatorum Remensem et collegas suos, visitatores auctoritate nostra in dicto monasterio deputatos, nobis ab eis remissum fuisset, nos dilecto filio nostro Egidio, Sanctorum Cosme et Damiani diacono cardinali, dictum negotium duximus committendum. Qui, cause meritis plenus intellectis, et auditis que fuerunt ex parte [...] abbatis nominati monasterii proposita coram eo, suspensionis, que post appellationem ab eisdem visitatoribus in ipsum abbatem, et excommunicationis, que ab eodem abbate in Thomam et Stephanum monachos dicebantur fuisse prolata, et

omnium aliarum excommunicationum relaxatis sententiis ad cautelam, eundem abbatem, cum debita spiritualium administratione, ad monasterium jamdictum remittendum providit, volens ut eidem tanquam abbati suo monachi prefati monasterii in spiritualibus obedirent. Administrationem vero temporalium omnium bonorum prescripti monasterii penes Petrum priorem et Gericum cellerarium, monachos ipsius loci, quibus eadem a dictis visitatoribus commissa fuerat, donec a nobis provisum fuisset aliter, conservari mandavit, pro debitis supradicti monasterii persolvendis, ita quod, reservata abbati et conventui moderata provisione, in colligendis proventus ipsius monasterii et debitis persolvendis administrarent fideliter et prudenter, quod super hoc factum esset ab eis, volens nobis per ipsorum litteras intimari. Verum, quoniam administratores jamdicti minus sufficientes inventi noscuntur, prudentie vestre plenam administrationem omnium temporalium prefati monasterii duximus committendam, discretionis vestre per apostolica scripta mandantes quatenus, omnes proventus ipsius cenobii diligentius colligi facientes, illos per vos vel alias personas idoneas quibus eos vestra circumspectio duxerit committendos, sollicitius et diligentius conservetis, attentius provisuri quod jamdicti proventus per vos in solutionem debitorum prescripti monasterii convertantur; salva moderata provisione predicto abbati et ipsius loci conventui, prout est expressum superius, facienda, juxta quod circumspectioni vestre visum fuerit ordinandum, districtius inhibentes ne per abbatem et conventum eisdem aliquod debitum contrahatur. Quia vero sepefatus abbas et [...] prior de Marla juramentum coram eodem cardinali corporaliter prestiterunt, quod nullum contraherent de novo debitum, donec omnia ipsius monasterii debita sint soluta, et insuper quod non vendent, nec distrahent, nec obligabunt, neque infeudabunt vel alio modo alienabunt bona monasterii memorati, et etiam quod non utentur eis, nisi quantum de mandato vestro reeeperint, nec propriis sigillis utentur quoad temporalia, nisi solummodo cum a vobis fuerint requisiti, volumus et mandamus ut, si abbas et prior antedicti contra proprium juramentum super hiis, vel etiam contra ordinationem vel dispositionem vestram iidem vel monachi monasterii sepedicti temere venire presumpserint, ad si abbas deinceps in spiritualibus deliquerit vel negligens repertus fuerit, vos secundum modum culpe corrigatis, tam in capite quam in membris, que fuerint corrigenda. Administrationem autem et jurisdictionem istam penes vos volumus residere, donec super

statu ejusdem loci per vos plenius effecti fuerimus certiores. Volumus preterea et mandamus quod, ad mandatum vestrum, interim tres vel quatuor persone idonee, si videritis expedire, secundum facultates monasterii sepefati recipiantur ibidem. Provisio prudenter ne beneficia ecclesiastica ad idem cenobium spectantia sine vestro consilio et consensu ab abbate medio tempore conferantur prefato. Contradictores etc. Quod si non omnes etc.; indulgentia Sedis Apostolicæ per quam tu, fili abbas, a cognitione causarum exemptus esse diceris, non obstante. Dat. Perusii, V kalendas aprilis, anno nono. »

2-189

Pérouse, 29 mars 1235.

Sigero, canonico Leodiensi, subdiacono suo, indulget ut cum præbenda quam in Leodiensi ecclesia obtinebat, ecclesiam de Curte Sancti Stephani, quam se ipsum canonice proponebat adeptum, retinere valeat. — (Reg. 18, f. 10 r^o; ann. IX, c. 6.)

« *Sigero, canonico Leodiensi, subdiacono nostro*. Quamvis ut plures —. Dat. Perusii, IIII kalendas aprilis, anno nono. »

2-190

Pérouse, 30 mars 1235.

Bernardo, Aniciensi episcopo, significat se confirmare sententiam a Sinibaldo, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali, et ab Aegidio, Sanctorum Cosmæ et Damiani diacono cardinali, prolatam in causa quæ inter ipsum episcopum et ecclesiam Aniciensem, ex una parte, et Mathiam Guidonis Marron., civem Romanum, ex altera, super quibusdam pecuniæ summis vertebatur, mille libris Pruvinsium de Senatu a procuratore prædicti episcopi prædicto Matthiæ Guidonis Marron. solvendis; inserto sub sua bulla prædictorum cardinalium sententiæ tenore. — (Reg. 18, f. 10 r^o; ann. IX, c. 7.)

« *[Bernardo]*, episcopo Aniciensi. Dudum tibi, frater episcopo, et Mathie Guidon[is] Marron., civi Romano, in nostra presentia constitutis, et super eo quod idem Mathias petebat sententiam a felicis recordationis Honorio papa, predecessore nostro, et arbitrium a bone memorie Pelagio, Albanensi episcopo, super mille nongentis octoginta quinque libris Pruvinsium Francie et quadringentis ac decem marcis sterlinguorum prolata pro se in solidum, executioni mandari, volentibus adinvicem litigare, dilectos filios nostros Sinibaldum, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbi-

terum, et *[Egidium]*, Sanctorum Cosmæ et Damiani diaconum cardinales, concessimus auditores. Qui, lite coram eis legitime contestata, visis instrumentis, scripturis, probationibus et confessionibus partium, nec non et omnibus aliis ad causam pertinentibus nominatam, que tu, frater episcopo, primo, et dilectus filius Willelmus de Podio, procurator tuus et ecclesie Aniciensis, postmodum, ex parte una, et prefatus Mathias, ex altera, proponere ac probare curastis, auditis et plenius intellectis, partim pro dicto Mathia, partim pro prefato Willelmo, procuratore tuo et ecclesie supradicte, tuo et ipsius ecclesie nomine, diffinitivam sententiam protulerunt. Nos igitur predictam sententiam, a prenominationis cardinalibus rationabiliter promulgatam, cujus tenorem de verbo ad verbum fecimus annotari, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem ipse talis est :

2-191

Pérouse, 17 janvier 1235.

[Sinibaldi, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, et Aegidii, Sanctorum Cosmæ et Damiani diaconi cardinalis, sententia in causa quæ inter Mathiam Guidonis Marron., civem Romanum, ex una parte, et Bernardum, Aniciensem episcopum, et Aniciensem ecclesiam, ex altera, super quibusdam summis pecuniæ vertebatur; qua sententia pronuntiatur mille libras Pruvinsium de Senatu a procuratore prædicti episcopi prædicto Matthiæ Guidonis Marron. esse solvendas.]

« In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Amen.
 » Anno Nativitatis ejusdem M^oCC^oXXXV^o, pontificatus
 » domini Gregorii pape VIII anno octavo, indictione VIII. mense januarii, die XVII. Cum causam
 » que vertebatur inter Mathiam Guid[onis] Marron., civem Romanum, ex parte una, et Bernardum, venerabilem episcopum, et ecclesiam Aniciensem, ex altera,
 » super mille quingentis et quinquaginta libris bonorum et legalium Pruvinsium Francie, et trecentis
 » et quinquaginta marcis honorum, novorum et legalium sterlinguorum, in una parte, ac quadringentis
 » et triginta quinque libris bonorum et legalium Pruvinsium Francie, pro sorte, et sexaginta marcibus
 » honorum, novorum et legalium sterlinguorum, tredecim solidis et quatuor sterlingis pro marca qualibet
 » computandis, pro dampnis et expensis, in altera,
 » super quibus omnibus petit idem Mathias sententiam a bone memorie domino Honorio papa et arbitrium a bone memorie Pelagio, quondam Albanensi

» episcopo, lata pro se in solidum, executioni mandari,
 » dominus papa nobis Signibaldo, tituli Sancti Lau-
 » rentii in Lucina presbitero, et Egidio, Sanctorum
 » Cosme et Damiani diacono cardinalibus, commiserit
 » audiendam et ordine judiciario finiendam : nos,
 » intellecta petitione dicti Mathie et responsione dicti
 » episcopi, qui litem contestando respondit execu-
 » tionem predictam in dictis summis fieri non debere,
 » visis instrumentis, scripturis et probationibus, intel-
 » lectis confessionibus partium, cognitis quoque me-
 » ritis totius cause, diu lite protracta, facta renuntia-
 » tione a partibus super allegationibus tam juris quam
 » facti, ac postmodum utraque parte in nostra presen-
 » tia cum instantia sententiam postulante, pronun-
 » tiamus executionem in jamdictis summis usque ad
 » mille libras Pruvien[si]um de Senatu esse facien-
 » dam; in reliquis autem summis et quantitativibus
 » executionem non esse faciendam nec fieri debere,
 » sententialiter diffinimus, a petitione quoque execu-
 » tionis reliquarum quantitatum et summarum Wil-
 » lelmum de Podio, procuratorem dicti episcopi et
 » ecclesie Aniciensis, ipsius episcopi et ecclesie
 » nomine, sententialiter absolventes. Prolata est hec
 » sententia ab eisdem dominis cardinalibus et eorum
 » sigillis roborata Perusii, in ecclesia Sancti Martini
 » de Verzario, anno, mense, die et indictione supra-
 » scriptis, prefato Mathia et Willelmo, procuratore
 » ejusdem domini episcopi et ecclesie Aniciensis, pre-
 » sentibus, et testibus subscriptis ad hoc specialiter
 » rogatis, scilicet : domino Girardo, archidiacono Seg-
 » gobiensi; Helia Raimundi, archidiacono Fontinia-
 » censi; magistro Willelmo de Abelens, canonico
 » Petragoricensi; magistro Nicolao, canonico de Vinea
 » Januensi, domini Senibaldi cardinalis capellano;
 » magistro Aria, ejusdem domini Egidii cardinalis
 » capellano; magistro Johanne, canonico Peronensi;
 » magistris Roffrido de Benevento et Petro de Sancto
 » Germano, domini pape Curie advocatis; Angelo
 » Johannis Clare, de Urbe; Jacobo Mancino, Romano;
 » Hugue[ione] Bonave[n]ture et Martell, mercatori-
 » bus Senensibus; Johanne de Monacho et Gonsalvo,
 » familiaribus domini Egidii cardinalis. Ego Rain[er]-
 » rius, Dei gratia Sacri Romani Imperii scriniarius,
 » habens potestatem dandi tutores [et] curatores, eman-
 » cipandi, decretum interponendi, alimenta decer-
 » nendi et publicationem testium faciendi, quia prola-
 » tioni dicte sententie interfui, de mandato dictorum
 » dominorum cardinalium in publicam formam redigi
 » omnia superscripta. Quam sententiam idem Mathias
 » et prefatus procurator spontane acceptarunt. »

« Nulli ergo [etc.] nostre confirmationis etc. Si quis
 autem etc. Dat. Perusii, III kalendas aprilis, anno
 nono. »

2-192

Pérouse, 29 mars 1235.

Eidem significat se confirmare sententiam ab eisdem Sini-
 baldo et Aegidio cardinalibus in eadem causa prolatam, qua
 Willelmum de Podio, ipsius Bernardi, Aniciensis episcopi,
 procuratorem, mille libris Pruviniensium de Senatu Matthiae
 Guidonis Marron., civi Romano, solutis, a praedicti Mat-
 thiae petitionibus totaliter absolvent; inserto sub sua bulla
 praedictorum cardinalium sententiae tenore. — (REG. 18,
 f. 10^v; ann. IX, c. 8.)

« Eidem. Constitutus¹ in presentia nostra Mathie
 Guidon[is] Marron., civi Romano, pro se et, procura-
 torio nomine, pro Leonardo Alberucii de Papia, quon-
 dam Rolandino, filio quondam Guid[onis] Alberucii,
 fratris ipsius Leonardi, Guidarello, filio quondam
 Johannis Vulpelli, et Frederico Gangii, civibus Lu-
 canis, et eorum heredibus, ex una parte, ac Willelmo
 de Podio, procuratori tuo et ecclesie Aniciensis, ex
 altera, et super quinque milibus trecentis et sexaginta
 duabus libris Pruviniensium Francie et tribus milibus
 quadringentis et decem marcis sterlinguorum,
 quas dictus Mathias a te, frater episcopo, et ecclesia
 Aniciensi sibi debere dicebat, et pluribus aliis articulis
 volentibus coram dilecto filio nostro S[inibaldo], tituli
 Sancti Laurentii in Lucina presbitero, et Egidio, Sanc-
 torum Cosme et Damiani diacono cardinalibus, quos
 tibi, frater episcopo, pro te et ecclesia tua, ex parte
 una, et eidem Mathie, pro se et, procuratorio nomine,
 pro Leonardo et aliis civilibus antedictis, ex altera, super
 diversis questionibus dudum concessimus auditores,
 adinvicem litigare : iidem, lite coram ipsis a procura-
 tore tuo et Mathia prefatis super premissis legitime
 contestata, juramento calumpnie ab utraque parte
 prestito, auditis hinc inde propositis et confessionibus
 partium, cognitis quoque cause meritis et plenius intel-
 lectis, a predictis omnibus eundem Willelmum,
 procuratorem tuum et ecclesie nominatè, tuo et ecclesie
 ipsius nomine, per diffinitivam sententiam absolvent.
 Nos igitur prefatam sententiam, a memoratis cardina-
 libus rationabiliter promulgatam, quam presenti pagine
 de verbo ad verbum fecimus annotari, auctoritate apos-

1. La phrase ne paraît pas bien construite; au lieu du datif
constitutus... Mathie..., *civi Romano...*, *procuratori tuo...*, etc.,
 il faudrait un ablatif absolu.

tolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Cujus tenor est talis :

[2-193]

Pérouse, 17 janvier 1235.

[Siniibaldi, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, et Aegidii, Sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, sententia, qua Willelmo de Podio, procurator Bernardi, Aniciensis episcopi, mille libris Pruviniensium de Senatu Matthiae Guidonis Marron. solutus, a praedicti Matthiae petitionibus totaliter absolvitur; inserto tibello petitionum praedicti Matthiae contra praedictum episcopum.]

« In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Amen.
 » Anno Nativitatis ejusdem M^oCC^oXXXV^o, pontificatus
 » domini Gregorii pape VIII anno octavo, indictione VIII, mense januarii, die XVII. Cum dominus
 » papa nobis Signibaldo, tituli Sancti Laurentii in
 » Lucina presbitero, et Egidio, Sanctorum Cosme et
 » Damiani diacono cardinalibus, causas sive questiones qua
 » Mathias Guid[onis] Marron., civis Romanus, pro se et pro quibusdam mercatoribus Papiensibus et Lucensisibus, et Bernardus, venerabilis episcopus Aniciensis, habebant adinvicem, audiendas commiserit et ordine judiciario finiendas, idem Mathias obtulit libellum suum Willelmo de Podio, procuratori dicti episcopi et ecclesie Aniciensis, coram nobis, in hunc modum :

[2-194]

[Libellus petitionum Matthiae Guidonis Marron., pro se et, procuratorio nomine, pro quibusdam Papiensibus et Lucensisibus mercatoribus, contra Bernardum, episcopum Aniciensem, agentis.]

« Ego Mathias Guid[onis] Marron. peto, procuratorio nomine, pro Leonardo Alberucii de Papia, et quondam Rolandino, filio quondam Guid[onis] Alberucii, et fratris ipsius Leonardii, et pro Guidarello, filio quondam Johannis Vulpelli, et Frederico Gangii, civis Lucen[sibus], et eorum heredibus, a Willelmo de Podio, procuratore Bernardi, episcopi, et ecclesie Aniciensis, nomine ipsius episcopi et ecclesie, quadringentas libras honorum et legalium Pruviniensium Francie, quas dicti Guid[o], Johannes Vulpelli et Fredericus Gangii Roberto, quondam Aniciensis electo, apud Romam constituto, communitate mutuarunt;

« Item pro me et, procuratorio nomine, pro praedictis

« Leonardo et Rol[andino] et eorum heredibus, mille ducentas libras honorum et legalium Pruviniensium Francie, quas ego Mathias et praedictus Guid[o] Alberucii, socius meus, dicto Roberto, quondam Aniciensi episcopo, apud Romam constituto, communitate mutuarunt; insuper mille ducentas libras honorum et legalium Pruviniensium Francie, quas dictus Robertus episcopus confessus fuit se debere michi et dicto Guid[oni] coram bone memorie Stephano, tituli basilice Duodecim Apostolorum presbitero cardinali;

« Item, procuratorio nomine, pro praedictis Leonardino, Rol[andino] et eorum heredibus, trecentas et quinquaginta libras Pruviniensium Francie, quas dictus Robertus debet ex mutuo dictis Guid[oni] et Leonardo fratribus, et triginta quinque libras Pruviniensium Francie, quas idem Robertus debet dicto Guid[oni], et ducentas libras Pruviniensium minus octo, quas dictus Robertus, facta computatione inter ipsum et dictum Guid[onem], pro dampnis et expensis eidem Guid[oni] debuit;

« Item pro me et, procuratorio nomine, pro praedictis omnibus, mille quingentas et quinquaginta libras honorum et legalium Pruviniensium Francie, ac trecentas et quinquaginta marcas honorum, novorum et legalium sterlinguorum, ad quarum solutionem bone memorie Honorius papa Stephanum, quondam episcopum, et ecclesiam Aniciensem michi Mathie, meo ac sociorum meorum nomine, faciendam de consilio fratrum sententialiter condemnavit;

« Insuper quadringentas et triginta quinque libras honorum et legalium Pruviniensium Francie, pro sorte, et sexaginta marcas honorum, novorum et legalium sterlinguorum, tredecim solidis et quatuor sterlingis pro marca qualibet computandis, pro dampnis et expensis, in quibus bone memorie dominus Pelagius, Albanensis episcopus, in quem a dicto Stephano episcopo, pro se et ecclesia Aniciensi, et me, nomine dictorum Lucensium, a quibus habebam mandatum, fuit compromissum ut quicquid ipse, sive tanquam arbiter sive tanquam alius, sive per arbitrium sive alio modo, sive in iudicio sive extra iudicium, super praedictis arbitraretur sive laudaret, aut quocumque modo precipere aut diceret, utraque pars faceret et observaret, nec contra veniret, dictum Stephanum episcopum et ecclesiam Aniciensem michi per arbitrium condemnavit; quam sententiam et quod arbitrium postmodum dictus episcopus voluntarius, juramento interposito, approbavit.

« Et totam istam summam, in dicta sententia et arbitrio contentam, peto quod michi solvatur in

« totum, ex eo quod dictus Leonardus, qui a dictis
 « Lucensibus emit partem quam habebant in debitis
 « supradictis, pro se et heredibus suis et, procura-
 « torio nomine, pro dicto Rolandino, qui pro se et
 « heredibus suis eidem Leonardo super hoc dedit ple-
 « num et speciale mandatum, totam dictam summam,
 « quantum ad partes suas, et omnia dampna et expen-
 « sas que, occasione dicti debiti, iidem fecerunt, vel
 « que ego Mathias facturus eram, que tria milia mar-
 « carum bonorum, novorum et legalium sterlinguorum
 « estimo, insuper omnia iura et actiones que dictis
 « Leonardo et Rolandino adversus episcopum et eccle-
 « siam Aniciensem, occasione dicti debiti, competunt
 « vel competere possunt, michi, presente dicto Ste-
 « phano episcopo, cessit, concessit et inter vivos dona-
 « vit, et me, in quantum potuit, in rem meam procu-
 « ratorem constituit; maxime cum post cessionem
 « hujusmodi pluries denuntiaverim predicto Stephano
 « et procuratori Aniciensis capituli, ne dictum debi-
 « tum, in ipsa sententia et arbitrio contentum, dicto
 « Leonardo vel alicui alii creditori solverent, nisi mi-
 « chi soli vel meo certo procuratori; et iidem obliga-
 « runt se et ecclesiam Aniciensem ad dictam summam
 « michi Mathie vel meo certo procuratori, et non alii,
 « persolvendam, prout hec et alia supradicta in litteris
 « dictorum episcoporum Roberti et Stephani et pre-
 « dicti Stephani cardinalis, et in sententia domini Ho-
 « norii et arbitrio domini Pelagii, ac etiam in pluribus
 « instrumentis per manum publicam super hoc con-
 « fectis plenius continentur.

« Que omnia ego Mathias peto, tam ex jure crediti,
 « ex jure pignoris et ex dictis sententiis, quam ex jure
 « michi cesso et concessio a predictis omnibus personis,
 « vel ex alio quocunque jure pertinenti michi, meo
 « nomine, vel ratione et jure predictorum Papiensium
 « et Lucensium, deducendo super petitione omnium
 « predictarum summarum omne jus meum in judi-
 « cium, quod michi ex quocunque contractu vel ex
 « quacunque causa competere possit. »

« Lite vero super premissis coram nobis legitime
 » contestata, juramento de calumpnia hinc inde presti-
 » to, nos, auditis hinc inde propositis et confessioni-
 » bus partium intellectis, cognitis quoque meritis
 » cause, facta renuntiatione a partibus super allega-
 » tionibus tam juris quam facti in nostra presentia,
 » utraque parte a nobis sententiam postulante, nos a
 » predictis petitionibus eundem Willelmum, procura-
 » torem prefati episcopi et ecclesie Aniciensis, ipso-
 » rum nomine, sententialiter absolvimus; presertim

» cum predictus Willelmus procurator apud Perusium,
 » in ecclesia Sancti Martini de Verzar[io], in nostra
 » presentia ipsi Mathie, nomine dicti episcopi, solverit
 » mille libras Pruviniensium de Senatu, quas nos
 » eidem Mathie adjudicavimus de summis et quantita-
 » tibus que in prefata sententia domini Honorii et ar-
 » bitrio domini Pelagii continentur, et insuper pefa-
 » tus Mathias libere et spontanee confessus fuerit in
 » judicio coram nobis, quod de omnibus summis pre-
 » dictis et quantitativibus, tam pro sorte, dampnis et
 » expensis, quam etiam alio quocunque debito, per
 » prelibatum Willelmum, nomine supradicti episcopi
 » et ecclesie, sibi in totum plene et integre satisfactum
 » sit et solum. Prolata est hec sententia etc., ut su-
 » pra¹, usque : spontanee acceptarunt. »

« Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Si quis
 autem etc. Dat. Perusii, IIII kalendas aprilis, anno
 nono. »

2495

Pérouse, 30 mars 1235.

Eidem significat se confirmare sententiam ab eisdem Sini-
 baldo et Aegidio cardinalibus in eadem causa prolatam, qua
 omnia instrumenta quae contra Anicienses episcopum, eccle-
 siam et capitulum, cum super summis Mathiae Guidonis
 Marron. et aliis mercatoribus ab eisdem debitis, satisfactum
 fuisset, apparent, pronuntiaverant irrita et cassa, et juribus
 omnibus carere; inserto sub sua bulla praedictorum cardina-
 lium sententiae tenore. — (Reg. 18, f. 11 v^o; ann. IX, c. 9.)

« Eidem. In nostra presentia constitutis² Mathie
 Guid[onis] Marron., civi Romano, et Willelmo de Po-
 dio, procuratori tuo, frater episcopo, ac ecclesie Ani-
 ciensis, et super diversis questionibus que inter eun-
 dem Mathiam pro se et, procuratorio nomine, pro
 Leonardo Alberucii, quondam Rolandino, filio quon-
 dam Guidonis Alberucii, fratris ipsius Leonardi de
 Papia, Guidarello, filio quondam Johannis Vulpelli,
 et Frederico Gangii, civibus Lucanis, et eorum heredi-
 bus, ex parte una, et te, frater episcopo, pro te ac eccle-
 sia supradicta, ex altera, adinvicem vertebantur,
 nec non et uno bone memorie Stephani. basilice Duo-
 decim Apostolorum presbiteri cardinalis, ac quinque
 Roberti, Aniciensis episcopi vel electi, paribus littera-
 rum, super tribus milibus trecentis septuaginta et sep-
 tem libris Pruviniensium Francie confectarum, ac

1. Cf. supra, n^o 2491.

2. Même observation que pour la pièce 2492.

etiam sententia felicitatis recordationis Honorii pape, predecessoris nostri, et arbitrio bone memorie Pelagii, Albanensis episcopi, super mille nonaginta octoginta quinque libris Pruviniensium Francie ac quadringentis et decem maris sterlinguorum prolati, instrumentis quoque, litteris vel scriptis ab eodem Mathia contra te et dictam ecclesiam Aniciensem obtentis, que omnia prefatus Willelmus in modum reconventionis petiti cassa, irrita et inutilia nuntiari, ac pluribus aliis debitis et articulis, coram dilecto filio nostro S[inibaldo], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbitero, et Egidio, Sanctorum Cosme et Damiani diacono cardinalibus, quos tibi, frater episcopo, pro te et ecclesia tua, ex parte una, et eidem Mathie, pro se et predictis mercatoribus Papiensibus et Lucensibus, ex altera, concessimus auditores, adinvicem litigantibus : fidem, lite coram ipsis a procuratore ac Mathia predictis legitime contestata, juramento de calumpnia ab utraque parte prebito, auditis hinc inde propositis et confessionibus partium, cognitis cause meritis et plenius intellectis, pronuntiaverunt per diffinitivam sententiam omnes litteras, instrumenta, scripta, protocolle et alias probationes que contra te ac prefatam ecclesiam ecclesiam super predictis debitis et aliis articulis apparerent, irrita, cassa et inutilia, et iuribus omnino carere; presertim cum predictus Willelmus procurator solverit apud Perusium [etc., ut supra¹, usque :] integre satisfactum extitit et solutum. Nos igitur antedictam sententiam, a predictis cardinalibus rationabiliter promulgatam, cujus tenorem de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Cujus tenor est talis :

[2496]

Pérouse, 17 janvier 1235.

[Sinibaldi, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, et Egidii, Sanctorum Cosmæ et Damiani diaconi cardinalis, omnia instrumenta quæ contra Bernardum episcopum, nec non et ecclesiam et capitulum Aniciensis, cum super summis Mathiæ Guidonis Marron, et aliis mercatoribus ab eisdem debitis, satisfactum fuisset, apparerent, cassa esse et irrita, et omnibus iuribus carere pronuntiantium, sententia; inserto libello petitionum Willelmi de Podio, prædictorum Aniciensium procuratoris.]

« In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Amen.
» Anno Nativitatis ejusdem M^oCC^oXXXV^o, pontificatus

» domini Gregorii pape VIII anno octavo, indictione VIII, mense Januarii, die XVII. Cum dominus » papa causas sive questiones quas Mathias Guid[onis] » Marron, civis Romanus, pro se et quibusdam mercatoribus Papiensibus et Lucensibus, ex una parte, » et Bernardus, venerabilis Aniciensis episcopus, pro » se et ecclesia sua, ex altera, habebant adinvicem, » nobis Signibaldo, tituli Sancti Laurentii in Lucina » presbitero, et Egidio, Sanctorum Cosme et Damiani » diacono cardinalibus, audiendas commiserit et ordine judiciario finiendas, proreptis petitionibus Math[ie], tam contra ipsum episcopum et ecclesiam » quam contra Willelmum de Podio, procuratorem ipsorum, et litis contestatione pro eisdem secuta, idem » Willelmus in continentem in modum reconventionis » contra ipsum Mathiam coram nobis proposuit in » hunc modum :

[2497]

[Libellus Willelmi de Podio, procuratoris episcopi et ecclesie Aniciensium, quo petit omnia instrumenta quibus Mathias Guidonis Marron, et alii mercatores in causa contra eosdem Anicienses usi fuerant, cassa et irrita pronuntiari.]

« Ego Willelmus de Podio, procurator Bernardi, » episcopi, et ecclesie Aniciensium, peto, nomine dicti » episcopi et ecclesie, quinque paria litterarum Roberti, quondam Aniciensis episcopi vel electi : unam, » per quam in trecentis et quinquaginta libris : aliam, » per quam in mille ducentis libris, et aliam, per » quam in quadringentis libris; item aliam, per quam » in triginta quinque libris, et aliam, per quam in » ducentis libris minus octo;

« Alteram insuper bone memorie Stephani, tituli » basilice Duodecim Apostolorum presbiteri cardinalis, per quam in mille ducentis libris Proveniensium Francie;

« Item omnes alias scripturas et omnia instrumenta, » per que vel per quas dictus Robertus obligavit vel videtur obligasse episcopum et ecclesiam Aniciensium ipsi[s] Mathie, Leonardo et quondam Guid[onis] Alberucii fratribus, civibus Papiensibus, Johanni Vulpelli et Frederico Gangii, civibus Lucensibus, et eorum hereditibus, a quibus dictus Mathias contra dictum episcopum et ecclesiam constitutus fuit procurator;

« Item illa scripta vel instrumenta, per que dictus » Mathias factus fuit procurator vel quancunque re-

1. Cf. supra, n° 2403, in fine.

« cepit potestatem a predictis, contra episcopum et
« ecclesiam Aniciensem;

« Item instrumentum sententie per quam bone me-
« morie Honorius papa in mille quingentis et quin-
« quaginta libris Provenien[sium] Francie, et trecentis
« et quinquaginta marcis honorum, novorum et lega-
« lium sterlinguorum Stephanum, quondam episco-
« pum, et ecclesiam Aniciensem eidem Mathie, suo et
« dictorum Papiensium, sociorum suorum, nomine,
« condemnnavit, et litteras ejusdem sententie execu-
« torias que ab ipso domino Honorio et postmodum a
« domino Gregorio contra ipsum episcopum et eccle-
« siam emanarunt;

« Item instrumentum arbitrii per quod in quadrin-
« gentis et triginta quinque libris Provenien[sium]
« Francie et sexaginta marcis honorum, novorum
« [et] legalium sterlinguorum bone memorie Pelagius,
« Albanensis episcopus, in quem ab ips[is] Stephano
« episcopo, pro se et ecclesia sua, et Mathia, pro se et
« dictis Lucensibus, a quibus mandatum habebat,
« extitit compromissum ut quicquid ipse, sive tan-
« quam arbiter sive tanquam alius, sive per arbitrium
« sive alio modo, sive in iudicio sive extra iudi-
« cium, super predictis arbitraretur sive laudaret,
« aut quocunque modo preciperet aut diceret, utraque
« pars faceret et observaret, nec contra veniret, dic-
« tum episcopum et ecclesiam prefato Mathie, suo ac
« dictorum Lucensium nomine, condemnnavit, et litem
« per quas dictus Honorius ipsum arbitrium
« postmodum confirmavit;

« Item instrumenta sive litteras per que vel per
« quas dictus Stephanus episcopus dictam sententiam
« et arbitrium, juramento interposito, approbavit et
« acceptavit;

« Item instrumenta per que dicti Papienses obliga-
« verunt ipsi Mathie totum debitum quod debebat eis
« episcopus et ecclesia Aniciensis;

« Item instrumenta cessionum super dictis summis
« a prefatis Papiensibus vel Lucensibus, vel eorum
« heredibus, predicto Mathie factarum;

« Item instrumenta denuntiationum ab eodem Ma-
« thia prefato Stephano episcopo et procuratori capi-
« tuli factarum, per que iidem obligarunt vel videntur
« se et predictam ecclesiam obligasse, quod non sol-
« vant ipsas quantitates alicui alii creditori, nisi soli
« Mathie vel ejus certo nuntio, et quod non possint
« probare solutionem in totum vel in partem per tes-
« tes aliquos sive per aliqua instrumenta, nisi instru-
« menta debiti, sententia domini Honorii, arbitrium
« domini Albanensis et alia omnia instrumenta in

« manibus ipsorum cassata seu cancellata appareant,
« et etiam nisi ostendant publicum instrumentum re-
« futationis seu liberationis, in quo hujusmodi instru-
« mentorum fiat mentio, manu publica confectum co-
« ram .. Remensi et .. Senonensi archiepiscopis, [et]
« .. Trecensi et .. Lingonensi episcopis, et eorum si-
« gillis sigillatum, et multas alias difficultates que su-
« predicta continent instrumenta;

« Item quecunque alia instrumenta, protocolla, sive
« scripturas, sive alias probationes super quocunque
« debito, quibus Mathias in iudicio vestro et coram
« vobis usus est, vel alia quecunque habet apud se de
« ubicunque, super quacunque summa aut quantitate,
« in quibus continetur episcopum et ecclesiam aut
« capitulum Anicienses dictis Mathie, Papiensibus et
« Lucensibus aliquid debere vel esse obligatos in ali-
« quo, in summis, quantitatibus, vel in re quacunque:
« Cassa, irrita et inutilia pronuntiari, cum eidem
« Mathie, pro se et dictis Papiensibus et Lucensibus,
« in omnibus summis, quantitatibus et rebus quibus-
« cunque, nomine dicti episcopi et ecclesie Anicien-
« sis, plene et integre satisfactum sit et solutum. »

« Lite vero super premissis etc., ut supra, in alia ¹,
» usque: tam juris quam facti, sententialiter pronun-
» tiamus omnes litteras, omnia instrumenta supra-
» dicta, insuper omnia scripta et protocolla et alias
» quascunque probationes, que contra prefatos epis-
» copum, ecclesiam et capitulum super predictis sum-
» mis et quantitatibus sive debitis appareant, irrita,
» cassa et inutilia, et juris omnibus carere; presen-
» tim cum predictus Willelmus etc., ut supra². Quam
» sententiam idem Mathias et prefatus procurator
» spontanee acceptarunt. »

« Nulli ergo [etc.] nostre confirmationis etc. Si quis
autem etc. Dat. Perusii, III kalendas aprilis, anno
nono. »

2198

Pérouse, 30 mars 1235.

Abbati et conventui Belli Loci concedit ut, statutis Cister-
ciensis ordinis non obstantibus, ecclesiam de Sancto Kave-
rano (= S. Kevern) in usus proprios propter ipsorum neces-
sitates retinere possint. — (REG. 18, f. 12 r^o; ann. IX, c. 10.)

« .. abbati et conventui Belliloci, Cisterciensis ordinis.

1. Cf. supra, n^o 2493, in fine.2. Cf. supra, n^o 2493, in fine, et 2495.

Ex parte karissimi in Christo filii nostri .. Anglie regis illustris et nobilis viri .. comitis Cornubie, germani sui, fuit propositum coram nobis quod, cum clare memorie .. rex Anglie, pater eorum, devotionis zelo succensus, monasterium vestrum fundare cepisset, quod morte preventus non potuit consummare, vos, solacio tanti benefactoris amisso, et hostilis temporis malitia ingruente, in personis et rebus defectum non modicum passi estis; verum predictus comes, tanquam imitator devotionis paterne, ad necessitates vestras benigne respiciens, pia vobis liberalitate concessit jus patronatus quod in ecclesia de Sancto Kaveran[o] spectabat ad ipsum, venerabili fratre nostro .. episcopo Exoniensi, loci diocesano, transferente in vos provido pietatis affectu quicquid ad eum in ecclesia ipsa in temporibus pertinebat. Eapropter, dilecti in Domino filii, tam predictorum regis et comitis quam vestris devotis supplicationibus inclinati, suppuldo de speciali gratia capituli defectum, si quis est in hac parte, vobis propter necessitates predictas dispensative concedimus ut, statutis vestri ordinis non obstantibus, possitis eandem ecclesiam in usus proprios, ad exercendum competentius in ipso monasterio caritatis et hospitalitatis opera, retinere, reservata congrua portione de ipsius provenitibus ad sustentationem vicarii et alia ejusdem ecclesie onera sustinenda, et dioecani episcopi in omnibus jure salvo. Nulli ergo nostre concessionis etc. Si quis autem etc. Dat. Perusii, III kalendas aprilis, pontificatus nostri anno nono. »

2499

Pérouse, 29 mars 1235.

Fidelibus per Tusciam constitutis, cum ecclesia, domus et officinae monasterii Sancti Salvatoris de Monte Acuto, Cisterciensis ordinis, Perusinae diocesis, nimia vetustate consumptae, proxima reparatione indigerent, nec ad id praedicti monasterii suppetere facultates, injungit quatenus procuratoribus ipsius monasterii vel eorum nuntiiis, cum ad ipsos elemosinas petitori accesserint, subsidia erogent; omnibus qui ad praedictorum aedificiorum fabricam personaliter subvenerint, quadraginta dies de injuncta poenitentia relaxat; praesentibus post biennium minime valituris. — (REG. 18, f. 12 v°; ann. IX, c. 11; — cf. *supra*, n. 1979-1984.)

« *Universis Christi fidelibus per Tusciam constitutis.* Quoniam, ut ait —. Dat. Perusii, III kalendas aprilis, anno nono. »

2500

Pérouse, 4 avril 1235.

Episcopo Dunelmensi mandat quatenus, si Cantuariensis

archiepiscopus et episcopus Roffensis mandatum apostolicum de multitudine beneficiorum quae dicebatur habere Rufinus, nepos bonae memoriae Gualae, tituli Sancti Martini presbyteri cardinalis, ad ipsos directum, neglexerint adimplere, illud ipse exsequi studeat. — (REG. 18, f. 12 v°; ann. IX, c. 12.)

« .. episcopo Dunelmensi. Recolimus venerabilibus fratribus nostris .. Cantuariensi archiepiscopo et .. episcopo Roffensi olim dedisse nostris litteris in mandatis ut, Rufino, nepote hunc memorie G., tituli Sancti Martini presbyteri cardinalis, qui habere multitudinem beneficiorum, curam etiam animarum habentium, dicebatur, ad suam praesentiam evocato, ducentarum marcarum redditibus facientes eum esse contentum, reliqua per illos ad quos ipsorum pertinebat donatio, appellatione, contradictione et dispensatione nequaquam obstantibus, cum ex hoc magnum scandalum esset ortum et nunquam fecisset residentiam in eisdem, ac per hoc contingeret curam negligi sepius animarum, facerent personis idoneis assignari, que vellent in ipsis deservire convenienter et possent; contradictores etc., usque : compedendo. Ceterum, quia idem R., nuper accedens ad nostram praesentiam et nostro beneplacito se committens, supplicavit humiliter et instanter ut providere super hoc de benigntate Sedis Apostolice dignaremur, eis per litteras nostras mandavimus ut litteris supersederent eisdem, donec mandatum reciperent a Sede Apostolica iteratum, numerum beneficiorum ipsorum, cujusque beneficii proventuum quantitatem, et que curam haberent et que non, nobis plenarie rescripturi. Sed iidem —, sicut accepimus, antequam ad ipsos secunde littere pervenissent, occasione primi mandati, forma tamen ejus minime observata, et dicto R. inscio nec vocato, licet citationis litteras ad quamdam ecclesiam, in qua beneficium obtinet, transmisisse dicantur, que ad eum nullatenus pervenerunt, ipsum, sub expectatione nostre gratiae apud Sedem Apostolicam existentem, omnibus beneficiis que obtinebat in Anglia, exceptis prebenda Lincolnensi, que dicitur Crop[er]i, et parochialis ecclesia de Ecclesfeld ac sex marcis de Exoniensi prebenda in diversis locis inter se distantibus constitutis, quas pro ducentarum marcarum redditibus assignarunt eidem, pro sue voluntatis arbitrio privaverunt. Licet igitur, ipsius R. saluti consulere ac animarum obviare periculum intendentes, beneficiorum multitudinem, inimicam canonibus, circa eum ad certum reduci mandavimus moderamen, quia tamen intentionis nostre non exiit ut id omnino in ejus dispensationem converteretur, et hujusmodi

eorum provisio, deductis beneficiorum ipsorum expensis et oneribus, nec non et quibusdam proventibus et manerio, que in eadem ecclesia non in beneficium obtinet, sed ad firmam, centum et quinquaginta marcarum valentiam vix excedat, processum eorum, cum expresse contra formam mandati nostri sit habitus, ut est expressum superius, revocantes, et quicquid secutum est ex eo vel ob ipsum, eis nostris dedimus litteris in mandatis ut, si est ita, amotis a beneficiis ipsi quibuslibet detentoribus, beneficiorum eorundem numerum, cuiusque beneficii proventuum quantitatem, et quibus animarum cura immineat, et que curam non habeant, juxta quod eis per alias litteras nostras mandavimus, nobis fideliter rescribere procurarent, ut, per relationem eorum sufficienter instructi, procedamus exinde prout secundum Deum viderimus procedendum. Ideoque fidelitati tue per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus, si dicti archiepiscopus et episcopus mandatum nostrum neglexerint adimplere, tu illud exequi studeas juxta traditam eis formam; contradictores etc. Non obstantibus litteris. harum tenore tacito, a Sede Apostolica impetratis, et constitutione de duabus etc., usque: generali. Taliter autem prescriptum nostrum adimplere procures, quod non possis reprehendi de negligentia, sed potius de diligentia merito commendari. Dat. Perusii, II nonas aprilis, anno nono. »

2501

Foggia, 27 mars 1235.

Fridericus, Romanorum imperator, Gregorio papae scribit se, licet multa dispendia in bello contra Romanos perpessus sit, tamen paci de qua inter eosdem et Ecclesiam tractetur, non obesse, si utilitas fieri possit; monet eum ne propter ipsius imperatoris absentiam pacem inutilem faciat, cum, etsi ab itinere suo [in Alamanniam, contra Henricum, filium eum], desistere non possit, Ecclesiam indoffensam dimissurus non sit; nuntiat se [Hermannum], magistrum Teutonicorum, proximo festo Paschae ad Sedem Apostolicam mittere. — (REG. 18, f. 13 r°; ann. IX, c. 13; — MOREAU 1190, f. 262; — BÖHMER-FICKER, *Regesta Friderici II*, n° 2081; — cf. RODENBERG 635.)

« *Littere F. imperatoris ad dominum papam. Reverentissimo in Christo — Intelleximus per apostolicas —* Dat. Foggie, XXVII^o martii, VIII^o indictione. »

2502

Pérouse, 8 avril 1235.

Archiepiscopo Dublinensi, episcopo Ossoriensi et priori

Omnium Sanctorum, Dublinensis diocesis, mandat quatenus de lite inter archiepiscopos Tuamensem et Armachanum super jure metropolitico ecclesiae Ardachadensis vertente inquirant et referant. — (REG. 18, f. 13 r°; ann. IX, c. 14; — POTTHAST 9876.)

« .. *archiepiscopo Dublinensi, .. episcopo Ossoriensi et .. priori Omnium Sanctorum, Dublinensis diocesis. Venerabilis frater noster —* Dat. Perusii, VI idus aprilis, anno nono. »

2503

Pérouse, 12 avril 1235.

Decano Parisiensi, Johanni, archidiacono Parisiensi, et Johanni, canonico Remensi, Parisius commoranti, mandat quatenus, si episcopus, decanus et capitulum Carnotenses neglexerint adimplere apostolicum mandatum, videlicet ut Nicolaum de Cannis, canonicum Sancti Georgii Vindocinensis, ad praebendam ipsi a G[altero], praedecessore ipsius episcopi, concessam, recipere in canonicum et in fratrem, eos ad id cogant. — (REG. 18, f. 14 r°; ann. IX, c. 15; — MOREAU 1190, f. 259.)

« .. *decano et Johanni, archidiacono Parisiensibus, et Johanni, canonico Remensi, Parisius commoranti. Constitutus in presentia nostra dilectus filius magister Nicolaus de Cannis, canonicus Sancti Georgii Vindocinensis, sua nobis relatione monstravit quod olim bone memorie G., Carnotensis episcopus, praedecessor venerabilis fratris nostri .. episcopi Carnotensis, eidem, in Italia causa studiorum moranti, Carnotensem prebendam vacantem concessit liberaliter et benigne; et cum tunc temporis idem episcopus a civitate Carnotensi distaret, concessionem hujusmodi significavit per suas patentes litteras predicto episcopo, tunc decano, et capitulo ecclesie Carnotensis, et tribus aliis personis ejusdem ecclesie, cum quibus, ut dicitur, de concessionem facta antequam persona cui facta est talis concessio, recipiatur sollempniter in capitulo, loqui consuevit episcopus memoratus. Verum, quoniam, antequam dicte littere de concessionem magistro facta prefato ad predictos episcopum et capitulum et tres personas jamdictas alias pervenissent, memoratus praedecessor ejusdem episcopi debitum nature persolvit, a nobis idem magister humiliter postulabat ut, ne prescripta concessio ab antedicto episcopo sibi facta videatur inanis, — providere sibi super hoc de benignitate Sedis Apostolice dignaremur. Nos igitur, predicti magistri, cui a pluribus laudabile testimonium perhibetur, devotis precibus inclinati, sepefatos episcopum, decanum et*

capitulum rogandos duximus attente et monendos, nostris sibi dantes litteris in mandatis ut, si est ita, ipsum ad premissam prebendam, consuetudine non obstante prefata, recipiant liberaliter in canonicum et in fratrem —. Dat. Perusii, II idus aprilis, anno nono. »

2501

Pérouse, 2 avril 1235.

Episcopo Argentinensi, qui, cum monasterium Sancti Leonardi per malitiam monachorum Nigrorum in eo degentium ad miseriam devenisset, sacculares ibidem canonicos instituerat, significat se quod super hoc fecerat, confirmare. — (REG. 18, f. 14 v°; ann. IX, c. 16; — POTTHAST 9873.)

« .. *episcopo Argentinensi*. Hiis que pro —. Tua siquidem nobis fraternitas intimavit quod, cum monasterium Sancti Leonardi, tue diocesis, per malitiam monachorum Nigrorum olim degentium in eodem. ad tantam miseriam devenisset, quod non nisi unus monachus remansisset in eo, bonis ejusdem mobilibus et immobilibus fere omnibus venditis et distractis. nec esset spes aliqua quod in suo ordine vel alio regulari reformari valeret : tu, ne locus ille divino cultu privaretur omnino, ad ejus relevationem intendens, cum [...] priore de Salem ejusque collega, qui de mandato nostro visitaverant locum ipsum, deliberatione prehabita diligenti, et capituli Argentinensis accedente consensu, sacculares ibidem canonicos instituere curavisti, per quorum diligentiam locus ipse, tam in spiritualibus quam temporalibus, cepit laudabiliter respirare. Tuis igitur supplicationibus benignum impertientes assensum, quod super hoc a te rite ac provide factum est, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communitus. Nulli ergo omnino —. Dat. Perusii, IIII nonas aprilis, anno nono. »

2505

Pérouse, 31 mars 1235.

Abbatissae ac conventui pauperum monialium reclusarum monasterii Sanctae Mariae de Virginiibus, ordinis sancti Damiani, Faventinae diocesis, exemptionem ab omni episcopali jure eis a Faventino episcopo factam confirmat. — (REG. 18, f. 14 v°; ann. IX, c. 17; — POTTHAST 9867.)

« .. *abbatissae ac conventui pauperum monialium reclusarum monasterii Sanctae Mariae de Virginiibus, ordinis sancti Damiani, Faventine diocesis*. Solet annuere etc. —. Dat. Perusii, II kalendas aprilis, anno nono. »

2506

Pérouse, 28 mars 1235.

Abbatissae et monialibus reclusis Sancti Apollinaris, ordinis sancti Damiani, concedit ut beneficia ecclesiae Sancti Apollinaris, mortuis clericis ea possidentibus, ad sustentationem ipsarum transeant. — (REG. 18, f. 14 v°; ann. IX, c. 18; — POTTHAST 9870.)

« .. *abbatissae ac monialibus reclusis Sancti Apollinaris, ordinis sancti Damiani*. Cum olim bone —. Dat. Perusii, V kalendas aprilis, anno nono. »

2507

Pérouse, 28 mars 1235.

Mediolanensi archiepiscopo mandat quatenus curet ut statutum datum ab Henrico, archiepiscopo Mediolanensi, ipsius archiepiscopi praedecessore, in concessione ecclesiae Sancti Apollinaris facta monialibus sancti Damiani, inviolabiliter observetur. — (REG. 18, f. 14 v°; ann. IX, c. 19; — POTTHAST 9871.)

« .. *archiepiscopo Mediolanensi*. Cum olim bone —. Dat. ut supra. »

2508

Pérouse, 3 avril 1235.

Episcopo Dunelmensi significat se quascumque possessiones, quaecumque bona ipse episcopus et ejus praedecessores ab antiquo ad episcopatum Dunelmensem spectantia, Dunelmensis ecclesiae nomine, possederint, ipsi ejusque successoribus, et per ipsos eidem ecclesiae confirmare. — (REG. 18, f. 14 v°; ann. IX, c. 20.)

« .. *episcopo Dunelmensi*. Justis petentium etc. —. Dat. Perusii, III nonas aprilis, anno nono. »

2509

Pérouse, 12 avril 1235.

Archiepiscopo Toletano mandat quatenus ea quae per Martinum, ipsius Toletani praedecessorem, et alios arbitros in causa inter Rodericum, episcopi Seguntini tunc existentis praedecessorem, et capitulum Seguntinum, super institutione majoris domus, camerarii et infirmarii aliisque articulis exorta, invenerit statuta, faciat observari; insuper in Seguntina ecclesia ordinanda et reformanda reformet et ordinet. — (REG. 18, f. 14 v°; ann. IX, c. 21.)

« .. *archiepiscopo Toletano*. Ex parte venerabilis fratris nostri .. episcopi et capituli Seguntinorum nostris fuit auribus intimatum quod, cum olim inter bone memorie R. praedecessorum ipsius episcopi ex una parte,

et dictos capitulum. ex alia, super eo quod idem predecessor institutionem majoris domus, camerarii et infirmarii ad se spectare dicebat, obiciens quod iidem ordinem et institutiones in ecclesia Seguntina ab antiquis observatas temporibus non servabant, beneficia ecclesiastica et quedam alia contra justitiam retinentes, eisdem e contrario respondentibus quod prefatus predecessor, in hiis et aliis ipsis gravis et injuriosus existens, eos suis privare libertatibus et ad quasdam inconsuetas observantias compellere nitebatur, exorta fuisset materia questionis, tandem super hoc in hunc memorie Martinum, Toletanum archiepiscopum, et quosdam alios fuit a partibus compromissum; qui, questionibus quibusdam hinc inde objectis sententialiter terminatis, quasdam super quibus inter eos contentiones et lites emergunt cotidie, indiscussas penitus dimiserunt; propter quod eadem ecclesia leditur et status ejus non modicum perturbatur. Quare iidem episcopus et capitulum nobis humiliter supplicarunt ut super hiis eorum quieti et concordie dignaremur misericorditer providere. Eorum igitur supplicationibus inclinati, mandamus quatenus, personaliter ad ecclesiam Seguntinam accedens, inquisita et cognita super premissis diligentius veritate, ea que per dictos Martinum, predecessorem tuum, et alios arbitros super predictis provide inveneris terminata, appellatione remota, firmiter facta observari, et, alia statum eorum et ecclesiam perturbantia provida consideratione determinans, si qua in predicta ecclesia ordinanda vel reformanda inveneris, secundum datam tibi a Domino gratiam ordines et reformes; contradictores, si quos inveneris, vel rebelles, etc. Dat. Perusii, II idus aprilis, anno nono. »

2510

Pérouse, 16 avril 1235.

Episcopo Petragoricensi, et abbatibus de Moroillis et de Vadacio mandat quatenus, cum decanus Pictavensis et thesaurarius Turonensis, votis eligentium in duas partes divisus, in episcopum Pictavensem electi fuissent, illius electionis negotium instruat et instructum ad Sedem Apostolicam remittant. — (REG. 18, f. 14 v°; ann. IX, c. 22; — MOREAU 1190, f. 274.)

« .. episcopo Petragoricensi, .. de Moroill[is], Cisterciensis, et .. de Vadacio, sancti Augustini ordinum, Pictavensis et Cenomanensis diocesium, [abbatibus]. Pastoris solacio Pictavensi ecclesia destituta, cum .. decanus ecclesie Pictavensis et .. Turonensis thesaurarius, canonicus ejusdem ecclesie, divisus in duas partes votis canoni-

corum ipsius, electi fuerint ad eandem, nos dilectis filiis Johanni, subdiacono nostro, preposito et Oddoni, archidiacono Cenomanen[sibus], ecclesie predictae canonico, qui pro electione .. thesaurarii, et .. subdecano et Gaufrido de Mauriaco, canonico Pictaven[sibus], qui pro electione sui decani ad nostram presentiam accesserunt, audientiam prebuimus liberam et benignam; et, auditis que hinc inde proponere voluerunt, electionem decani, longe a minori parte medietatis capituli celebratam, effectum decrevimus aliquem non habere, cum nec illi qui pro eadem electione venerant, nec decanus insistere vellent eidem: quinimmo ex parte ipsius fuit suppliciter postulatum ut de alio provideremus ecclesie supradicte. Porro, cum pars altera thesaurarii electionem, utpote a multo majori parte totius capituli factam de ipso, instanter peteret confirmari, [...] subdecanus et Gaufridus de Mariet, ipsius ecclesie canonici, licet pro aliis, qui secum decanum elegerant, mandatum ad hoc sufficiens non haberent, se tamen confirmationi petite suo nomine opponentes, tam per se ipsos quam per magistrum Petrum, procuratorem suum, datum ad id prosequendum, excipiendo contra personam thesaurarii objecerunt quod idem, patiens in litteratura defectum, plura beneficia curam animarum habentia, contra constitutionem generalis concilii, sine dispensatione apostolica retinere presumit, in vestibus et multis aliis que clericali honestati non conveniunt, excedendo. Proposuerunt preterea pro confederationes quasdam et tractatus illicitos, intervenientibus quoque machinationibus diversis et variis, prece, muneribus, promissionibus, minis et terroribus, ad electionem ejusdem fuisse processum, licet extiterit antea ne quid contra formam juris fieret, appellatum. Multi etiam de parte thesaurarii, interrogati si eum novissent, quem in scrutinio nominaverant, responderunt quod ipsum non noverant, sed necesse haberent id facere, quoniam eorum domini hoc volebant. Quocirca, de procuratorum utriusque partis assensu, mandamus quatenus, convenientes in competenti loco diocesis Pictavensis, civitati Pictavensi propinquo, vocatis qui fuerint evocandi, de studiis eligentium et meritis electionis de thesaurario celebrate, ac idoneitate persone nec non de objectis cognita veritate, negotium ad nos remittatis sufficienter instructum, injungentes electo ut personaliter, aliis vero qui se duxerint opponendos, ut per se vel procuratorem idoneum, infra certum terminum prefigendum a vobis, nostro se conspectui representent, quod canonicum fuerit, actore Domino, recepturi. Quod si non omnes etc., duo vestrum etc. Dat. Perusii, XVI kalendas maii, anno nono. »

2511

Perouse, 13 avril 1235.

Universis archiepiscopis, episcopis et aliis prelatiis mandat quatenus universos crucesignatos et alios qui susceperint signum crucis, quilibet ipsorum in sua diocesi et parochia, protegant ab inquietationibus iniquorum. — (Res. 18, f. 15 r^o; ann. IX, c. 23; — MOREAU 1190, f. 261; *ibid.* f. 276; — PORTHAUST 9878, *omisso initio.*)

« *Archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum prelatiis ad quos littere iste pervenerint.* Pravorum molestiis eum —. Hinc est quod nos personas et bona crucesignatorum, ex quo crucem assumpserint, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, statuentes ut, donec de ipsorum obitu vel reditu certissime cognoscatur, integra et quieta maneant, nec non sub archiepiscoporum, episcoporum et aliorum prelatorum Ecclesie Dei defensione consistant. Verum, quia nonnulli, timorem Dei ante oculos non habentes, crucesignatorum ipsorum bona per violentiam rapere et personas eorum injuriis afflicere non verentur, et indignum est ipsorum pium et sanctum propositum aliorum presumptionibus impediri, universitati vestre mandamus quatenus universos crucesignatos et alios qui susceperint signum crucis, quilibet vestrum in sua diocesi et parochia protegentes ab inquietationibus iniquorum, non permittatis crucesignatos eosdem ab aliquibus contra protectionis et constitutionis nostre tenorem indebite molestari, molestatores hujusmodi etc. Ceterum si qui crucesignatorum ad prestandas usuras juramento teneantur astricti, aut si quisquam creditorum eos ad solutionem coegerit usurarum, creditores ipsos ut remittant eis prestitum juramentum et ab usurarum exactione desistant ac restituant sic extorta, censura simili compellatis, Judeos ad remittendum usuras per subtractionem communionis fidelium nichilominus compellentes. Hii vero qui Judeis debita solvere nequeunt in presenti, usque quo de ipsorum obitu vel reditu certissime cognoscatur, usurarum incommoda non incurrant, compulsus Judeis proventus pignorum quos interim ipsi percipient, in sortem, deductis expensis necessariis, computare. Ad hec, quia crucesignati non solum suam salutem prosequi, sed pro Christianorum omnium noscuntur commodo laborare, nos, quietem eorum, quantum cum Deo possumus, procurantes, volumus et mandamus ut eosdem ad iudices extraordinarios, seu etiam a Sede Apostolica delegatos, in causam trahi nullatenus permittatis, quando in coram ordinariis vel diocesanis suis parati fuerint de se conquerentibus iustitiam exhibere. Dat. Perusii, idibus aprilis, anno nono. »

GRÉGOIRE IX, t. II.

2512

Perouse, 13 avril 1235.

Regem Francie regnet et hortatur quatenus. — Non quatuordecim ex crucesignatis ob debita quibus tenebantur creditoribus suis obligati, a pio preposito crederentur retardari, — per regnum Francie faciat inhiberi ne crucesignati, usque ad triennium a tempore generalis passagei a Romana Ecclesia statuerentur, ad solutionem debitorum a suis creditoribus compellantur. — (Res. 18, f. 15 v^o; ann. IX, c. 21; — MOREAU 1190, f. 278.)

« .. *illustri regi Francie.* Eis qui signo —. Dat. ut supra. »

2513. — In eundem modum scriptum est .. *regi Navarre et comiti Campanie;*

2511. — *Lanceis baronibus et aliis nobilibus regni Francie;*

2515. — *Nobili mulieri .. comitisse Flandrie;*

2516. — *Nobili viro Philippo Montis Fortis;*

2517. — *Nobili viro Arnalrico, comiti Montis Fortis.*

2518

Perouse, 13 avril 1235.

Archiepiscopo Viennensi, apostolico legato, mandat quatenus nobilem virum Adhemarum de Pictavia, Valentini ecclesiam et quasdam alias molestantem, ab eorum persecutione compescat. — (Res. 18, f. 15 v^o; ann. IX, c. 25; — MOREAU 1190, f. 247.)

« .. *archiepiscopo Viennensi, Apostolice Sedis legato.* Malitie tyrannorum, quibus —. Fratemitatem tuam rogamus et hortamur, attente precipiendo mandantes quatenus, in necessitatibus ecclesie Valentin[en]se te studens reddere favorabilem et benignum, ipsam a molestiis nobilis viri Aldemar[i] de Pictavia, qui, quorundam odientium pacem et hostium Ecclesie generalis auxilio et favore suffultus, illam immaniter persequitur et affligit, efficaci potentia tuaris, curam et studium habiturus ut idem A., ab ejusdem ecclesie ac dilecti filii .. electi Valentini solita persecutione desistens, eisdem de dampnis et irrogatis injuriis satisfaciat, ut tenetur; vel, si adversus ipsos aliquid juris habere se credit, coram te recipiat et exhibeat iustitie complementum. Si vero, seductus impetu voluntatis, hoc fortassis efficere recusabit, tu ipsum a molestiis memoratis per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cognita veritate, compescas, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, ut, si forte ipse, qui claves Ecclesie contempnere dicitur, vel sic noluerit quod est equitatis efficere, saltem, duriori tactus aculeo, festinet a perversitatis operibus resilire.

Ceterum, cum per eundem A., sicut accepimus. Aniciensis, Vivariensis, Diensis et Romanensis ecclesie multotiens multis molestiis sint afflicte, volumus et mandamus ut ipsarum prelatos, quod eidem electo oportunitate consilium et auxilium largiantur, sicut diligentius poteris, exhorteris; mandatum nostrum taliter impleturus ut, preter retributionis eterne premium, quod, zelando ecclesiasticam libertatem, consequi, Christo favente, poteris, a Sede Apostolica favorem habere precipuum merearis. Dat. ut supra. »

2519

Pérouse, 17 avril 1235.

Cum Petro [Karloto], filio Philippi-Augusti, regis Francorum, et solute, dispensat super eo quod, non obstante defectu natalium, dispensatione speciali non obtemperans, thesaurariam in ecclesiis Beati Martini Turonensis et Sancti Frambaldi Silvanectensis, nec non et Sancti Fursei Peronensis custodiam assecutus erat. — (REG. 18, f. 15 v°; ann. IX, c. 26; — cf. supra, n. 2487 et 2510.)

« P., thesaurario Sancti Martini Turonensis. Tua nobis humilis et devota confessio declaravit quod, cum jam dudum Sedes Apostolica, pia mater, bonitatem indolis tue sua dulcedine prosecuta, tecum solita clementia dispensasset ut, non obstante natalium defectu quem patiebaris, pro eo quod inclite recordationis Philippus, rex Francorum, dum viveret uxor ejus legitima, te de matre tua soluta suscepit, libere posses assumi ab beneficio prebendale, tu, dispensatione alia non obtemperans, in ecclesiis Beati Martini Turonensis et Sancti Frambaldi Silvanectensis thesaurariam, ac Sancti Fursei Peronensis custodiam, non habentes curam animarum annexam, fuisti postmodum assecutus. Quare, fame ac conscientie tue metuens, suppliciter postulasti ut tibi super hoc pie prospicere dignaremur. Ut igitur de virtute in virtutem, sicut de gratia in gratiam, proveharis, nos, circa personam tuam, cum qua super predicto defectu dispensavimus, ut ad honores et dignitates valeas promoveri, continuando benignitatis affectum, tibi que pro hiis injungi penitentiam faciendo, super hoc etiam tecum duximus dispensandum, misericorditer remittentes quod exinde contraxisti. Nulli ergo —. Si quis autem etc. Dat. Perusii, XV kalendas maii, anno nono. »

2520

Pérouse, 19 avril 1235.

Universis praelatis et clericis civitatis et diocesis Medio-

lanensis gratias agit quod ecclesie Mediolanensi, debitis gravatae, subsidium impenderint; eis significat se relaxare interdicti sententiam quam contra ipsos episcopos Cumanos protulerat. — (REG. 18, f. 15 v°; ann. IX, c. 27.)

« Universis praelatis et clericis civitatis et diocesis Mediolanensis. Gratum gerimus et acceptum quod, sicut littere venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Mediolanensis nobis exhibite continebant, vos, compatiens Mediolanensi ecclesie, matri vestre, gravi depresso sarcina debitorum, pro ipsorum relevatione, ad mandatum nostrum, congruum ei subsidium impendistis. Et licet venerabilis frater noster .. Cumanus episcopus, pro denegato subsidio dicte ecclesie, auctoritate nostra vos supposuerit sententie interdicti, quia tamen, de appellatione confisi quam ab episcopo interposuistis eodem, interdictum positum non servastis, nobis idem archiepiscopus humiliter supplicavit ut providere super hoc salubriter dignaremur. Nos igitur, interdictum hujusmodi relaxantes, circa eos qui ob premissam appellationem divina post ipsum interdictum officia celebraverunt, si quam irregularitatis notam propter hoc forsitan incurrerunt, ad cautelam, de nostre potestatis plenitudine, dispensamus. Dat. Perusii, XIII kalendas maii, anno nono. »

2521

Pérouse, 20 avril 1235.

Alfonsum, filium [Jacobi], regis Aragonum, et reginae Alionorae, filiae regis Castellae, a qua Alionora dictus rex, pro eo quod ipsam in gradu prohibito consanguinitatis attingebat, per episcopum Sabinensem separatus fuerat, legitimat, et cum eo ut, non obstante tali defectu, haberetur legitimus, dispensat. — (REG. 18, f. 16 r°; ann. IX, c. 28; — MOREAU 1190, f. 249; cf. *ibid.*, f. 246; — POTTRAST 9883, *falso initio.*)

« Illustri viro Alfonso, nato karissimi in Christo filii nostri .. Aragonum regis illustris. Virtutum omnium conditor —. Dat. Perusii, XII kalendas maii, anno nono. »

2522

Pérouse, 19 avril 1235.

Leodiensi, Monasteriensi et Osnaburgensi episcopis mandat quatenus electo Trajectensi, qui ab archiepiscopo Coloniensi excommunicato consecrari non possit, munus consecrationis impendant. — (REG. 18, f. 16 r°; ann. IX, c. 29; — RODENBERG 637.)

« .. Leodiensi, .. Monasteriensi et .. Osnaburgensi epis-

copis, de fruganeis ecclesie Coloniensis. Indulte nobis a —. Dat. Perusii, XIII kalendas maii, anno nono. »

2523

Pérouse, 21 avril 1235.

Decano et capitulo Bituricensibus, — non obstante quod in electione quam de magistro Alberico (Cornuto), decano Sancti Martini Turonensis, in Bituricensi archiepiscopum celebraverant, ipsi papae per magistros Gerardum, Sanctium et Stephanum, Bituricensis canonicos, praesentata, formam generalis concilii non servaverant, quare ipsa electio fuerat cassata, — concedit ut, licet qui contra formam ejusdem concilii attentant eligere, sint ea vice eligendi potestate privandi, personam idoneam in Bituricensis ecclesiae pastorem eligere possint. — (REG. 18, f. 16 r^o; ann. IX, c. 30.)

« .. decano et capitulo Bituricensibus. Presentatam nobis electionem —. Dat. Perusii, XI kalendas maii, anno nono. »

2524

Pérouse, 4 avril 1235.

Praeposito Sancti Johannis, nec non et decano et scholastico Sanctae Mariae Halberstatensis mandatum quatenus Engelbertum, quondam Osnaburgensem electum, — qui, licet ipsi de speciali gratia Sedis Apostolicae in diversis ecclesiis in praebendali officio esset provisor et canonicatum obtineret in eisdem, stallum tamen in choro et vocem in capitulo nondum in ipsis potuerat obtinere, — faciant ad praedicta, in jandictis ecclesiis, in omnibus tanquam nunc ex aliis recipi. — (REG. 18, f. 16 r^o; ann. IX, c. 31.)

« .. praeposito Sancti Johannis, .. decano et .. scholastico Sanctae Mariae Halberstatens[is]. Dilectus filius E. —. Dat. Perusii, II nonas aprilis, pontificatus nostri anno nono. »

2525

Pérouse, 24 avril 1235.

Monasterium monialium Sancti Pauli Spoletanum tunc dum suscipit, omniaque ejus bona, quorum aliquot nominatim exhibet, jura ac privilegia confirmat; una libra cereae annuatim Camerae Apostolicae ad indicium hujus libertatis persolvenda. — (REG. 18, f. 16 v^o; ann. IX, c. 32; — PORTHAST 9888.)

« .. abbatisse monasterii Sancti Pauli Spoletani, ejusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam eligenti-

bus —. Dat. Perusii, pec manum fratris Josephi, conditoris Florentis, notarii domni Gregorii pape VIII, VIII kalendas maii, in dictione VIII, Incarnationis Dominice anno M^oCC^oXXXV, pontificatus vero ejusdem domni Gregorii anno nono. »

2526

Pérouse, 26 avril 1235.

Hugoni, abbati monasterii Sancti Audoeni Rothomagensis, conquerenti quod talis in eodem monasterio erat consuetudo, — cum ipse abbas et conventus ejusdem monasterii aliquem in monachum admittere vel ad aliquam dignitatem dioeceseo episcopo praesentare deberent, seu quascunque litteras conventus sigillo signare, seu aliquid aliud in eodem monasterio esset agendum, in quo ipsius abbatis et conventus requirebatur assensus, — minoris partis conventus contradictio, etiam non rationalis, praevaleat debet, indulget ut quod cum majoris et sanioris partis conventus assensu circa ejusdem monasterii negotia viderit ordinandum, praevaleat debeat, non obstante contradictione paucorum, nisi ab eis coram ipso aliquid rationale objectum, et, si necessitas id exegerit, coram iudice competenti probatum fuerit. — (REG. 18, f. 16 v^o; ann. IX, c. 33.)

« Hugoni, abbati monasterii Sancti Audoeni Rothomagensis, ordinis sancti Benedicti. Ex parte tua —. Dat. Perusii, VI kalendas maii, anno nono. »

2527

Pérouse, 24 avril 1235.

Electo Terraconensi scribit se statuere ut ipse electus et omnes praelati, religiosi et laici regni Aragonum et regionis circumpositae cum Jacobo, rege Aragonum, pacem jurent. — (REG. 18, f. 16 v^o; ann. IX, c. 34; — MOREAU 1190, f. 252.)

« .. electo Terraconensi. Illius regis pacifici —. Sane ad nostram noveris audientiam pervenisse quod in regno Aragonum et circumposita regione usque adeo multiplicata est iniquitas superborum, qui — pacem turbant et — bona tam ecclesiastica quam mundana diripiunt et predantur, quod, nisi eis fuerit obviatum, cum ipsorum superbia semper ascendat, irreparabile terre praedictae imminet detrimentum. Volentes igitur huic pesti mortiferae occurrere antidoto salutari, taliter duximus statuendum ut tu et suffraganei tui, nec non abbates, archidiaconi, et alii prelati ac viri religiosi, principes, milites et populus universus terre praedictae pacem cum karissimum in Christo filio nostro J. illustri rege Aragonum, antea a nostra jurata, et, quod

eam tenebitis, manutenebitis et sequemini, ac rationabiles constitutiones factas pro ipsa observabitis firmiter sine fraude, renovaturi de quinquennio in quinquennium hujusmodi juramentum; contradictores quoque, si qui fuerint, nec non turbatores pacis et fidei per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescas. contra ejusdem pacis et fidei turbatores fideles populos terre predictae, si necesse fuerit, per remissionem peccaminum convocando. Nulli ergo [etc.] nostre constitutionis etc. Si quis autem etc. Dat. Perusii, VIII kalendas maii, anno nono. »

2528

Pérouse, 22 avril 1235.

Eidem mandat quatenus adversus turbatores pacis et fidei in regno Aragonum, cum suffraganeis suis, abbatibus, religiosis et aliis viris ecclesiasticis provinciae suae, regi Aragonum, qui ad impugnationem Paganorum totaliter se converterat, assistat. — (REG. 18, f. 17 r°; ann. IX, c. 35; — MOREAU 1190, f. 250.)

« *Eidem.* Munitus scuto fidei et religionis christiane fervore succensus, karissimus in Christo filius noster.. Aragonum rex illustris ad impugnationem Paganorum, ut, de ipsorum terra infidelitate depulsa, Christi fides propagetur ibidem, totaliter se convertisse videtur; cujus zelum Apostolica Sedes attendens, ut posset huic Christi servitio liberius imminere, indulsit eidem ut, si qui ei guerram movere presumerent, eo parato super hoc mandatis Ecclesie obedire, excommunicationis laqueo, si non desidererent, necterentur, bone memorie .. predecessore tuo a nobis executore indulgentie hujusmodi deputato. Cum autem nuper duxerimus statuendum, sicut in aliis litteris, quas tibi transmittimus, continetur, ut tu et suffraganei tui etc., usque : convocando¹, mandamus quatenus, si qui de regno et terris suis tui temerarii reperti fuerint, adversus hujusmodi presumptores, et per consequens turbatores pacis et fidei, tu cum suffraganeis tuis, abbatibus, viris religiosis et aliis viris ecclesiasticis provincie tue, juxta formam pacis in litteris premissis expressam, spiritualiter et temporaliter regi assistas eidem, quandiu servitio institerit supradicto, ita quod terra pacem et libertatem Ecclesie consequatur, idemque rex liberius assumptum contra Paganos negotium prosequatur; presentibus post quinquennium minime valituris. Dat. Perusii, X kalendas maii, anno nono. »

1. Voy. la lettre précédente.

2529

Pérouse, 21 avril 1235.

Universos Christi fideles in Terraconensi provincia constitutos monet et hortatur quatenus ad eruendam de manibus impiorum insulam Hevizae, regno Majoricarum contiguam, potenter se accingant, indulgentiis ad hoc propositis. — (REG. 18, f. 17 r°; ann. IX, c. 36; — MOREAU 1190, f. 251; — POTTHAST 9886, *falso initio.*)

« *Universis Christi fidelibus in Terraconensi provincia constitutis.* Sicut olim in —. Quare dilectus filius .. Terraconensis electus — ad expugnandum Christi blasphemum, ad extirpandum veterem Jebuseum et ad eruendam de manibus impiorum insulam Hevize, regno Majoricarum contiguam, cui ex ea gravia poterant pericula imminere, et quam prophanatis sanctuariis destinent occupatam, potenter et viriliter se accingit —. Nos itaque — universitatem vestram monemus, hortamur et obsecramus in Domino, in remissionem vestrorum peccatorum injungentes quatenus —, assumpta Dei armatura, videlicet signo crucis, submittatis hujusmodi oneri humeros ad portandum, negotium ipsum prosequentes viriliter et potenter. Omnibus enim de Terraconensi provincia qui cum ipso in personis propriis et expensis, ac hiis qui non in personis suis illuc iverint, sed dumtaxat in propriis expensis, juxta facultatem et qualitatem suam, viros idoneos destinaverint, et illis similiter qui, licet in alienis expensis, in propriis tamen personis accesserint, illam peccatorum veniam indulgemus, quam proficiscentes in regni Majoricarum subsidium habuerunt. Hujus quoque remissionis volumus et concedimus esse participes, juxta quantitatem subsidii et devotionis affectum, omnes qui de bonis suis illuc congrue destinaverint, aut in tam pio negotio consilium et auxilium impenderint oportunum. Dat. Perusii, VIII kalendas maii, anno nono. »

2530

Pérouse, 27 avril 1235.

Archiepiscopo, decano et archidiacono Corinthiensibus mandat quatenus inquirent de unione Abilonensis episcopatus et aliorum insulae Nigripontensis cum episcopatu Nigripontensi improvide facta, procurantibus episcopo et capitulo Nigripontensibus, per Johannem, tituli Sanctae Praxedis presbyterum cardialem, apostolicum legatum. — (REG. 18, f. 17 v°; ann. IX, c. 37.)

« .. *archiepiscopo, .. decano et .. archidiacono Corinthiensibus.* Dilecti filii capitulum et clerici, milites et alii habitatores Abilonenses, transmissa nobis petitione monstrarunt quod, cum in insula Nigripontensi exis-

tant quatuor ecclesie cathedrales, computata cum ipsis Abilonensi ecclesia, que Grecorum et etiam Latinorum tempore habere proprium episcopum consuevit, venerabilis frater noster .. episcopus et dilecti filii capitulum Nigripontenses, propriis utilitatibus cum detrimento alterius inhiantes, Abilonensem episcopatum, cum reliquis duobus episcopatibus insule supradicte, Nigripontensi episcopatu procurarunt per dilectum filium nostrum J[ohannem], tituli Sancte Praxedis presbiterum cardinalem, tunc legatum Apostolicæ Sedis, adungi; propter quod eadem Abilonensis ecclesia, cujus non decreverant sed exereverant potius facultates usque nunc, pastore caruit, in grave sui dispendium et grande commissarum eidem periculum animarum; maxime cum tanta sit dicte insule ad peragrandum difficultis amplitudo, quod, uno episcopo exercere in ipsa episcopale officium commode nequeunt, nonnulli parvuli, solitam copiam presul[um] non habentes, absque crismatis perceptione decedunt. Quare nobis humiliter supplicarunt ut, cum, sicut asserunt, adjunctionem hujusmodi non necessitatis causa vel utilitatis animarum, sed potius temporalis commodi aviditas procurarit, et insula eadem ad duos episcopatus sufficiat competenter, super hoc dignemur ex circumspectione Sedis Apostolicæ providere. Cum igitur delatas ad apostolatus nostri notitiam questiones sic nos deceat justo iudicio terminare, quod suam unicuique justitiam conservemus, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, et inquisita super premissis et aliis hujusmodi negotium contingentibus diligentius veritate, quod super hiis inveneritis, vestris nobis litteris fideliter exponatis, ut, ex vestra relatione sufficienter instructi, securius in negotio procedamus. Quod si non omnes, tu, frater etc. Non obstantibus constitutione etc., ita tamen quod ultra tertiam vel quartam etc. Dat. Perusii, V kalendas maii, anno nono. »

2531

Pérouse, 30 avril 1235.

Electo Terraconensi, postulanti quid esset agendum cum quibusdam hæreticis, ad conversionem, ut asserabant, paratis, sed potius, ut credebatur, metu poenæ quam devotione fidei, respondet satis esse ut eis post abjuratam hæresim penitentia sæcularis injungatur. — (Reg. 18, f. 17 v°; ann. IX, c. 38.)

« .. electo Terraconensi. Ex parte tua fuit expositum coram nobis quod, comminatione sub gravi pena tam a te quam a karissimo in Christo filio apostro J. illustri

rege Aragonum, contra hæreticos edita, et inquisitione diligenti per fratres ordinis Predicatorum et religiosos alios ac clericos seculares in parte tue diocesis jam incepta, effrenata hæreticorum apparuit multitudo et credentium erroribus eorundem, qui tamen nec denuntiati fuerant, nec specialiter accusati; cum quibus, quia potius metu pene, ut creditur, quam devotione fidei, sponte errorem proprium confitendo, ad conversionem asserunt se paratos, qualiter sit agendum tua devotio requisivit. Licet igitur pestis pravitatis hæreticæ, quo gravius vineam Domini demolitur, eo amplius sit Deo et hominibus odiosa, ne tamen volentibus ab hujusmodi erroribus respicere. Inque obstinationis perpetue incicere videamus, inquisitioni tue taliter respondemus, quod satis tolerari potest, ut sic revertentibus post abjuratam hæresim penitentia sæcularis, prout magis vel minus culpe qualitas postulat, injungatur. Dat. Perusii, II kalendas maii, anno nono. »

2532

Pérouse, 30 avril 1235.

Eidem, consulenti qualiter agi deberet cum quibusdam hæreticis non vere, sed fecte conversis et in abjuratam vel renuntiatam hæresim semel vel pluries relapsis, respondet illos perpetuo esse carceri retrudendos. — (Reg. 18, f. 18 r°; ann. IX, c. 39.)

« Eidem. Ex parte tua etc., ut supra, usque: jam incepta, quidam hæretici sponte converti asserunt se paratos, quorum aliquos in abjuratam alios vero in renuntiatam constat hæresim semel vel pluries jam relapsos; ex quo verisimiliter presumitur, quod tales non vere, sed fecte potius convertantur; presertim cum quidam ipsorum non nisi in foro penitentiali velint alios revelare, dicentes se nolle reos esse homicidii vel actores; cum quibus qualiter agi debeat tua nos duxit devotio consulendos. Nos autem consultationi tue taliter respondemus quod predicti, licet sponte redeant ad Ecclesiæ unitatem, cum tamen constet eos in hæresim, quam detestati fuerant, recidisse, perpetuo sunt carceri retrudendi. Dat. Perusii, II kalendas maii, anno nono. »

2533

Pérouse, 27 avril 1235.

Archiepiscopo Arimaciano et episcopo Clusitanensi mandatur quatenus, si forte, in partibus, Clusitanis, quibusdam, sancto consensu et inobediencia gravari, se ipsam, etc. »

clesiæ Cloniensis congrue provideri faciant. — (REG. 18, f. 18 r^o; ann. IX, c. 40; — POTTHAST 9889.)

« .. archiepiscopo Ardmachan[o] et .. episcopo Cloinfr-
tensi. Venerabilis frater noster —. Dat. Perusii, V ka-
lendas maii, anno nono. »

2534

Pérouse, 28 avril 1235.

Archiepiscopo Eboracensi postulanti respondet, — si qui-
dam rectores parochialium ecclesiarum suæ diocesis in
quasi-possessione erant percipiendi decimas de quibusdam
terris a religiosis possessis et ad culturam redactis, eo tem-
pore quo iidem religiosi obtinuerant privilegium apostolicum
super immunitate decimarum de novalibus, — per idem privi-
legium [eosdem religiosos] non esse a præstatione decimarum
de terris prædictis exemptos. — (REG. 18, f. 18 r^o; ann. IX,
c. 41.)

« .. archiepiscopo Eboracensi. Exposita nobis tue fra-
ternitatis petitio continebat quod, cum, inter rectores
parochialium ecclesiarum, ex parte una, et religiosos
tue diocesis, ex altera, coram te super decimis de ter-
ris ab eisdem religiosis possessis et per ipsos ad cultu-
ram de novo redactis, quas rectores predicti exigunt ab
eisdem, exorta materia questionis, nominati religiosi
privilegium quoddam apostolicum super immunitate
decimarum de novalibus eis concessum, per quod super
hiis se tueri nituntur, in iudicio ostendissent, rec-
tores prefati in contrarium proposuerunt illud privile-
gium eos in hac parte non posse tueri, cum terre
predictæ, antequam pervenissent ad ipsos et per eos ad
culturam redactæ fuissent, præmissarum ecclesiarum
existerent decimales. Quare fuit a nobis ex parte tua
humiliter postulatum ut, quid tibi super huiusmodi
negotio sit agendum, certificare te per nostras litteras
dignaremur. Nos igitur consultationi tue relatione pre-
sentium taliter respondemus quod, si rectores predicti
in quasi-possessione percipiendi de jamdictis terris de-
cimas existebant, eo tempore quo religiosi prefati pri-
vilegium obtinere predictum, per illud a præstatione
decimarum de terris prescriptis minime sunt exempti¹.
Dat. Perusii, IIII kalendas maii, anno nono. »

2535

Pérouse, 3 mai 1235.

Fidelibus christianis notum facit se, ad exemplar Calixti,

1. Il faut sous-entendre, comme sujet de *sunt exempti* : iidem
religiosi.

Eugenii, Alexandri, Clementis, Coelestini, Innocentii et Ho-
norii¹, prædecessorum suorum, Judaicis protectionis suæ
clypeum indulgere, et quedam statuta in eorum favorem pro-
mulgat. — (REG. 18, f. 18 r^o; ann. IX, c. 42; — MOREAU 1190,
f. 17, ex Raynaldo; — POTTHAST 9893; — RODENBERG 638.)

« Fidelibus christianis salutem et apostolicam benedictio-
nem. Sicut Judeis non debet esse licentia in synagogis
suis ultra quam permissum est lege presumere, ita in
hiis que concessa sunt eis, nullum debent prejudicium
sustinere. Nos ergo, licet in sua magis velint duritia
perdurare quam prophetarum verba et sacrarum Scrip-
turarum arcana cognoscere atque ad Christiane fidei et
salutis notitiam pervenire, quia tamen defensionem
nostram et auxilium postulant et pietatis Christiane
mansuetudinem, prædecessorum nostrorum felicis me-
morie Calixti, Eugenii, Alexandri, Clementis, Celestini,
Innocentii et Honorii, Romanorum Pontificum,
vestigiis inherentes, ipsorum petitionem admittimus
eisque protectionis nostre clypeum indulgemus. Statuimus
etiam ut nullus Christianus invitus vel nolentes
eos ad baptismum per violentiam venire compellat, sed,
si eorum quilibet sponte ad Christianos fidei causa
confugerit, postquam voluntas ejus fuerit patefacta,
Christianus absque aliqua efficiatur calumpnia; veram
quippe Christianitatis fidem habere non creditur, qui
ad Christianorum baptismum non spontaneus sed invitus
cognoscitur pervenire. Nullus etiam Christianus eor-
um personas sine iudicio potestatis terre vulnerare
aut occidere vel suas illis pecunias auferre presumat,
aut bonas, quas lactenus in ea in qua habitant re-
gione, habuerunt, consuetudines immutare. Preterea
in festivitatum suarum celebratione quisquam fistibus
vel lapidibus eos ullatenus non perturbet, neque ali-
quis ab eis coacta servitia exigat, nisi ea que ipsi præ-
teritis facere temporibus consueverunt. Ad hæc, ma-
lorum hominum pravitati et avaritie obviantes,
decernimus ut nemo cæmeterium Judeorum mutilare
vel minuire audeat, sive obtentu pecunie corpora hu-
mata effodere. Si quis autem, huius decreti tenore
cognito, temere, quod absit, contraire temptaverit,
honoris et officii sui periculum patiatur aut excommu-
nicationis ultione plectatur, nisi presumptionem suam
digna satisfactione correxerit. Eos autem dumtaxat
huius protectionis presidio volumus communiri, qui
nichil presumpserint in subversionem fidei Christiane.

1. Cf., pour Alexandre III, JAFFÉ-LOEWENFELD 13973; pour Clément III, JAFFÉ-LOEWENFELD 16377; pour Innocent III, POTTHAST 834; pour Honorius III, POTTHAST 5616 et PRESSUTTI 866.

Dat. Perusii, per manum fratris Joseph, ordinis Florensis, donni Gregorii pape VIII notarii, V nonas maii, indictione VIII, Incarnationis Dominice anno M^oCC^oXXXV, pontificatus ejusdem donni Gregorii pape anno nono. »

2536

Pérouse, 4 mai 1235.

Episcopo Venetensi significat se quoddam statutum, quo in parochialibus ecclesiis Venetensis dioecesis clerici qui in eis pensiones habebant, pleno jure succederent earum personis decedentibus, abrogare, eique mandat quatenus easdem ecclesias, cum vacaverint, personis idoneis conferat. — (REG. 18, f. 18 v^o; ann. IX, c. 43; — MOREAU 1190, f. 21.)

« .. *episcopo Venetensi*. Ex parte tua nobis extitit intimatum quod. cum bone memorie .. predecessor tuus et capitulum Venetense, metropolitani loci accedente consensu, statuisse dicantur ut clerici in parochialibus ecclesiis dioecesis Venetensis pensiones habentes ecclesiis ipsis impositas, contra Lateranensis statuta concilii, decedentibus earum personis succedant in earum regimine : tu, occasione statuti hujusmodi, vacantibus ecclesiis ipsis non potes de personis idoneis, prout ad tuum spectat officium, providere, hiis qui pensiones in ecclesiis ipsis obtinent, tibi se opponentibus in hac parte. Unde nobis humiliter supplicasti ut, cum Lateranense concilium interdicat ne quis in fraudem de proventibus ecclesie, que curam debet habere proprii sacerdotis, pensionem alii quasi pro beneficio conferre presumat, et in Ecclesia Dei future successionis expectatio sit penitus interdicta, ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum vel beneficium se crediderit successurum, tibi super hoc dignemur misericorditer providere. Ideoque mandamus quatenus, si est ita, statuto non obstante predicto, quod decernimus non servari, easdem ecclesias, cum eas vacare contigerit, prout ad tuum spectat officium, personis idoneis conferre procures, et nichilominus prefatas ecclesias ad pensiones hujusmodi denunties non teneri. Dat. Perusii, IIII nonas maii, anno nono. »

2537

Pérouse, 5 mai 1235.

Abbatissae monasterii Sanctae Mariae et Sancti Apollinaris extra Portam Romanam Mediolanensis, ejusque sororibus tam praesentibus quam futuris religionem professis, significat se idem ipsarum monasterium, extra Portam Romanam, juxta fossatum civitatis Mediolanensis, constructum, sub beati Petri et sua protectione suscipere; ipsarum

privilegia et possessiones, et praesertim omnes libertates et immunitates a [Guillielmo], archiepiscopo Mediolanensi, ipsis concessas confirmat; una libra cereae annuatim Camerae Apostolicae ad indicium hujus libertatis persolvenda; inserto sub sua bulla praedicti Guillelmi, archiepiscopi Mediolanensis, litterarum, absque signo chronologico, tenore. — (REG. 18, f. 18 v^o; ann. IX, c. 44; — POTTHAST 9894.)

« .. *abbatissae monasterii Sanctae Mariae et Sancti Apollinaris extra Portam Romanam Mediolanensis*, ejusque sororibus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam etc. — Dat. Perusii, per manum fratris Joseph, ordinis Florensis, donni Gregorii pape noni notarii, III nonas maii, indictione VIII, Incarnationis Dominice anno M^oCC^oXXXV, pontificatus vero ejusdem donni Gregorii pape anno nono. »

2538

Pérouse, 7 mai 1235.

Episcopo Praenestino mandat quatenus Florentinos, Senenses ac Urbevitanos ad pacem inveniendam censuris ecclesiasticis adigat. — (REG. 18, f. 19 r^o; ann. IX, c. 45; — MOREAU 1190, f. 23; *ibid.*, l. 265. *ex cod. Ottobon.* 1625; — POTTHAST 9895.)

« .. *episcopo Penestrino*. Uno ex septem — Dat. Perusii, nonis maii, anno nono. »

2539

[1235 ?]

P., dicto Apaloceli, servienti Camerae Apostolicae, tenimentum quod Aldan[a], uxor Jacobi Mancini de Frusinone, ab Ecclesia Romana tenerat, eidem P. a nobili viro J. de Judice et Oddone, dicto Bello, quondam balivis castri ejusdem, cum quibusdam aliis exagentiis [seu excaentiis] assignatum, pro quibus una libra cereae Camerae Apostolicae annis singulis persolveretur, in directum feudum concedit. — (REG. 18, f. 19 v^o; ann. IX, c. 46.)

« P., dicto Apaloceli, servienti Camere nostre. Sedes Apostolica, pia —. »

2540

Pérouse, 8 mai 1235.

Episcopo Lingonensi, intimanti quod in ipsius dioecesi quaedam domus hospitales existebant, in quibus viri cum mulieribus habitantes, sub quodam religionis velamine, licet nullam assumerent de religionibus approbatis, vitam ducebant Deo et hominibus displicentem et pessimi exempli, mandat quatenus, personaliter accedens ad loca et corrigens ibi-

dem corrigenda, unum vel plures de ordinibus approbatis, prout singulis locis expedire viderit, in eis de cetero statuat observari, viros et mulieres nolentes ordines ipsos suscipere exinde penitus amovendo, ita quod, viris a mulieribus separatis, in uno hospitali mulieres, et in alio viros seorsum faciat habitare, bona communia inter eos, secundum iura competentia, aequali distribuens portione. — (REG. 18, f. 19 v; ANN. IX, c. 47; — MOREAU 1190, f. 27.)

« .. *episcopo Lingonensi*. Ex parte tua —. Dat. Perusii, VIII idus maii, anno nono. »

25-11

Pérouse, 14 mai 1235.

Abbati et conventui monasterii Sancti Augustini Cantuariensis significat se, ad instar Lucii [III] papae ¹, prohibere ne quis ipsorum monasterium, ad dispositionem Sedis Apostolicæ pertinetis, vel monachos ejus, aliqua sententia gravare, vel ecclesias, clericos aut homines ipsorum, contra indulta eis a Sede Apostolica privilegia, interdiciere vel excommunicare praesumat. — (REG. 18, f. 20 r; ANN. IX, c. 48.)

« .. *abbati et conventui monasterii Sancti Augustini Cantuariensis*. Quanto monasterium vestrum —. Dat. Perusii, II idus maii, anno nono. »

25-12

Pérouse, 14 mai 1235.

Sancti Vincentii et Sancti Arnulfi abbatibus, et W., archidiacono Metensibus, mandat quatenus Spirensem episcopum, adeo debitis gravatum, quod verendum esset ne Spirensis ecclesia tota usurarum voragine absorberetur, — praesertim cum redditus et proventus episcopales in tantum essent tennes et exiles, quod ex eis non posset creditoribus satisfieri nec eidem episcopo necessaria ministrari, — cui episcopo papa concesserat ut ipse beneficia quae ante electionem de ipso factam habuerat, quorum proventus, sicut dicebatur, centum marcarum valentiam vix excedebant, libere posset retinere, — non permittant super beneficiis ipsis ab aliquibus indebite molestari. — (REG. 18, f. 20 r; ANN. IX, c. 49.)

« .. *Sancti Vincentii et .. Sancti Arnulfi abbatibus, et W., archidiacono Metensibus*. Etsi libenter petentibus —. Dat. Perusii, II idus maii, anno nono. »

25-13

Pérouse, 15 mai 1235.

Venetensi et Trecorensi archidiaconis et magistro Ivoni,

1. Cf. JAFFÉ-LOEWENFELD 14662 (4 mai 1182).

canonico Venetensi, mandat quatenus, — cum Sabinensi episcopo, quem ipse papa archidiacono Corisopitensi, episcopi Corisopiteusis, et L., monasterii Sancti Wingaloi, Corisopitensis dioecesis, procuratoribus, apud Sedem Apostolicam constitutis, et super obedientia, reverentia, subiectione, procuracione et visitacione volentibus litigare, concesserat auditorem, et coram quo propositum fuerat quod dictum monasterium, in Corisopitensi quidem dioecesi constitutum, tanto tamen tempore fuerat archiepiscopo et ecclesiae Turonensibus immediate subjectum, quod contra eundem Corisopitensem episcopum in omnibus iuribus episcopalibus et singulis praescriptione legitima tutum erat, non potuisset fieri super his plena certitudo, — admissis positionibus et responsionibus, probationes quas utraque pars super articulis quos ipsis sub bulla sua papa mittit interclusos, duxerit producendas, infra quatuor menses recipiant, eas sub sigillis ipsi papae transmissuri, praefigentes partibus terminum competentem peremptorium, quo per se vel per procuratores apostolice conspectui se repraesentent. — (REG. 18, f. 20 r; ANN. IX, c. 50; — MOREAU 1190, f. 28.)

« .. *Venetensi et .. Trecorensi archidiaconis, et magistro Ivoni, canonico Venetensi*. Dilectis filiis .. archidiacono —. Dat. Perusii, idibus maii, anno nono. »

25-14

Pérouse, 11 mai 1235.

Sanctae Crucis et de Lilinfelt (= Lilienfeld) abbatibus, et praeposito Nuemburgensi, Pataviensis dioecesis, scribit de nefandis excessibus a D., monacho monasterii Sanctae Mariae Scottorum Viennensis, in eodem monasterio patris, eisque mandat quatenus, ad idem monasterium accedentes, eundem D. ab ejus regimine, quod indignum usurpaverat, amoventes, ea quae per ipsum de bonis ejusdem monasterii alienata vel distracta inveniunt, ad jus et proprietatem ipsius revocet, et faciant dieto monasterio de persona idonea per electionem canonicam provideri. — (REG. 18, f. 20 v; ANN. IX, c. 51; — POTTHAST 9900 *.)

« .. *Sanctae Crucis et .. Lilinfelt abbatibus, et .. praeposito Nuemburgensi, Pataviensis dioecesis*. Ex parte dilectorum filiorum .. prioris et conventus monasterii Sanctae Mariae Scottorum Viennensis, ad nos, sicut asserunt, nullo medio pertinentis, Pataviensis dioecesis, fuit propositum coram nobis quod D., ipsius monasterii monachus, eis cenantibus, quosdam laicos conductos pretio introduxit in refectorium eorumdem; qui quosdam ex fratribus, evaginatīs gladiis, nequiter, Dei timore postposito, verberatos carcerali custodie manciparunt, et cameram .. quondam ipsorum abbatibus hostiliter invadentes, cum ex illa per capillos turpiter eiecerunt; quem tandem dictus D., cum tantam comi-

sisse nequitiam et adicere graviore sibi licitum extimaret, secundo in dictum refectorium, cenantibus monachis, irruens, vehementer in .. cantorem ejusdem monasterii injectis manibus violentis, cum quatuor monachis alligavit, angustie custodie carcerali ipsos alligari faciens, quasi arbitraretur fore vitium quod omitteret de servitia tyrannorum. Ad hec, abbatem jamdicto viam universe carnis ingresso, prefatus D., quasi cupidus, ut multiplicatis malitiis reputetur in summo positus pravitatis, ejusdem monasterii regimen, fultus potentia laicali, sibi temere usurpare presumens, quosdam ex fratribus memoratis, nequie sue consentire nolentes, post appellationem ad nos interpositam, a monasterio repulit, et quendam ex ipsis coram altari, quasi extra mentem positus, inmaniter verberavit. Quid ultra? ipse tanquam perditionis filius, fructui penitentie factus omnimodis alienus, pro hujusmodi excessibus excommunicatione ligatus, celebrare divina, vel, quantum in eo est, prophanare potius non formidans, in anime sue periculum et scandalum plurimorum, per sigillum conventus, quod falsasse dicitur, monasterium debitis obligavit, possessiones, vineas, redditus et alia ipsius bona taliter consumendo, quod ipsum, olim spiritualium et temporalium ubertate decorum, ad illum inconvenientie statum deduci dinoscitur, ut precepti a confusione non valeat, nisi nostre sibi provisionis remedio succurratur. Nos igitur, nolentes tante pravitatis cumulum sine correctionis studio preteriri, ne, si forte illam punire negligimus, nos ad notam aliquibus offeramus, mandamus quatenus, personaliter accedentes ad locum, inquisita super premissis et aliis, que suspendi silentio reverentia suggerit honestatis, diligentius veritate, si rem inveneritis ita esse, sepedictum D. ab ejusdem monasterii regimine amoventes, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, ea que per ipsum de bonis illius alienata inveneritis illicite vel distracta, ad jus et proprietatem ipsius legitime revocatis, facientes dicto monasterio de persona idonea, que tanto congruat oneri et honori, per electionem canonicam provideri; contradictores etc. Quod si non omnes etc. Dat. Perusii, V idus maii, anno nono. »

25-15

Perouse, 9 mai 1235.

Episcopo Florentino mandat quatenus sententiam latam ab Agnolino, Sanctorum Cosme et Damiani diacono cardinali, — sententiam alteram a S. Inbaldo, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali, latam confirmante, — in causa

GREGOIRE IX, t. II.

matrimoniali inter B. Vincenzorum, et C. Pistoriensium, et A., uxorem ipsorum, contra dicitur. — (Reg. 18, L. 20 v. ann. IX. — 52.)

« .. episcopo Florentino. Inter dilectum filium B. Vincenzorum, vicem Florentinum, et A. mulierem matrimoniali questione subacta, nos causam ipsam dilecti filio Juliano, subdiacono nostro, et venerabili fratri nostro .. episcopo et Jacobo, canonico Pistoriensium, duximus committendam. Prefate vero episcopo committente Jacobo, Pistoriensi canonico, vires suas, et coram eo et dicto Juliano dicto B. per procuratorem suum petente pronuntiarum contractum inter eos matrimonium nullum esse penitus, quod, ut liceat, spiritualis cognatio impedit, ne hoc per procuratorem ipsius A. legitime contestata, prefati iudices, cognita cause meritis, diluuntiam pro eadem muliere sententiam protulerunt, ipsam ab impetitione partis alterius absolventes: a qua pars adversa vocata nos appellationis emittens, appellationis sue causam venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Pisano, .. ablati Sancti Bartholomei et .. priori Sancti Thomae, Pistoriensis diocesis, obtinuit ab Apostolica Sede committi. Cum autem idem archiepiscopus, cognitione cause interesse non valens, eidem ablati et priori vires suas super hoc totaliter commisisset, ipsi, auditis hinc inde propositis, parte mulieris absente, latam pro ea contra dictum B. sententiam irritam, utriusque contradicendi licentiam concedentes, eandem mulierem et C., procuratorem ejus, in triginta duabus libris, expensarum nomine, parti alteri nichilominus condemnando. Cumque causam ipsam, ad nos per appellationem delatam, dilecto filio nostro S. tituli Sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali, commisimus audiendam, partibus in ejus presentia constitutis, R., procuratorem mulieris ejusdem, petit cassari latam in eam sententiam, seu cassam et irritam nullari, et ministrari sibi alimenta necessaria, tam pro tempore preterito quam futuro, ex quo videlicet extra domum exiit viri sui, que centum et triginta libras Lucensium extimabat. Lite vero coram cardinali predicto super premissis legitime contestata, et auditis que eundem partes voluerunt proponere coram eo, item cardinalis, hinc prudentium consilio, receptaque a nobis de sententia proferenda mandata, latam contra dictam mulierem et

1. Le ms. portait primitivement le texte suivant: « Juliano, subdiacono nostro, et Jacobo, canonico Pistoriensi, duximus committendam, coram quibus dicto B. » Il y a deux correcteurs marginaux.

supradictis abbate et priore sententiam, in eo quod sententiam priorum iudicium infirmarunt et utrique dederunt nubendi licentiam, per difinitivam sententiam irritavit, eundem B. in quinquaginta quatuor libris Pisanorum pro alimentis mulieri sepe dictæ condempnans. Et licet ab eadem sententia ad nos fuerit appellatum, dilectus tamen filius noster E., Sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, a nobis super hoc datus auditor, ipsam sententiam confirmavit. Nos igitur, sententiam cardinalis ejusdem ratam habentes, mandamus quatenus ipsam provide latam facias per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, firmiter observari. Dat. Perusii, VII idus maii, anno nono. »

2516

Pérouse, 15 mai 1235.

Regem Tunici rogat ut Johannem, ministrum ordinis Minorum de Barbaria, et ejusdem Johannis socium, ad ipsam regem destinatos, benigne recipiat. — (REG. 18, f. 21 r°; ann. IX, c. 53; — MOREAU 1190, f. 30; cf. *ibid.*, f. 29; — POTTHAST 9901; — RODENBERG 639.)

« .. *regi Tunici.* Nobilitatis tue litteris debita benignitate receptis, et earum diligenter inspecto tenore, ea que dilecti filii nobilis Oddo Adelardi, vir providus et discretus, tibi que fidelis ac in commissis a te prudentie sue negotiis studiosus, et Symon Mele, civis Januenses, in nostra presentia retulerunt, diligenter audivimus, tue devotionis affectum acceptum et placitum reputatis. Verum, cum super hiis que fuere proposita, tractatus sollempnior exigatur, dilectum filium fratrem Johannem, ministrum ordinis Minorum de Barbaria, et .. fratrem ejusdem ordinis, quos benigne recipias et pertractes, ad tuam presentiam duximus destinandos. Dicto quidem fratri J. super hiis que tibi ex parte nostra retulerit, fidei plenitudinem largiaris. Dat. Perusii, idibus maii, anno nono. »

2517

Pérouse, 15 mai 1235.

Eidem eadem scribit, omissis in fine verbis: « Dicto quidem fratri Johanni etc., largiaris. » — (REG. 18, f. 21 r°; ann. IX, c. 54.)

« *Eidem.* Nobilitatis tue litteris etc., ut supra, [usque:] duximus destinandos. Dat. ut supra. »

2518

Pérouse, 4 mai 1235.

Dervensis monasterii et Sancti Dionysii Remensis abbati-

bus, et magistro G. de Lauduno, canonico Remensi, diversa dat mandata super reformatione monachorum ordinis Nigri, super convocacione generalis capituli abbatum et priorum ejusdem ordinis Remensis provincie celebrandi, et super observacione quorundam statutorum quae ad ipsos sub sua bulla mittit interclusa. — (REG. 18, f. 21 r°; ann. IX, c. 55; — MOREAU 1190, f. 19; — cf. POTTHAST 9916.)

« .. *Dervensis monasterii, Cathalaunensis diocesis, et .. Sancti Dionysii Remensis abbatibus, et magistro G. de Lauduno, canonico Remensi.* In medio Ecclesie vinea Domini sabaoth, videlicet religio Nigri ordinis, quasi Paradisus, Domini dextera divina plantata, sub primis ordinis patribus laudabiliter pululavit et palmites suos extendit a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terre¹; sed nunc, quod non absque amaritudine mentis audivimus et referimus cum dolore, in aliene vitis amaritudinem est conversa. Adeo enim cum hucusque sunt feroces bestie demolite, quod nec latratu canum nec custodis astutia diligentis potuit hactenus ab eorum morsibus liberari. Ecce, quod, Deo teste, libenter subficere vellemus, doloris vehementia et urgens necessitas dicere nos compellunt, videlicet quod eadem religio, que, sicut ager plenus cui benedixit Dominus, flores honoris et fructus afferre consueverat honestatis, iniquitate ipsorum velut ex adipem prodeunte, spinas et tribulos germinavit², et fructifere arbores, luxuriantes in folia, fructus nullos attulere, vel raros, nec produxit uvas precoquas, sed labruscas, quasi sentina facta omnium vitiorum; propter quod nobis et universis qui eundem ordinem sunt professi, non modicum est verendum ne viri Ninivite, cum ipsi surgentes in iudicio, eos dampnent, quia, cum illi penitentiam egerissent in predicatione Jone³, isti non sciderunt hactenus corda sua, nec ad mandatum nostrum, sepius repetitum, a viis suis pessimis recesserunt, sed, prevaricationes prevaricationibus apponentes, omnes, tam prelati quam subditi, a disciplinis regularibus declinarunt, omnesque inutilis sunt effecti, et vix invenitur in eis qui bonum faciat, eo quod sit languidum omne caput et omne cor merens, et a planta pedis usque ad verticem in eis sanitas non existat; propter quod transeuntis et ipsorum videntes ignominiam, deriserunt sabba[ta] eorum⁴. Unde vereri cogimur quod non sit declinatio mortis eorum, in quorum plaga, discussa diutius, non invenimus firmamentum⁵. Ne igitur

1. ECLL., XLIV, 23.

2. GEN., III, 18.

3. MATH., XII, 41; LUC., XI, 35.

4. THREN., I, 7.

5. PSAL., LXXII, 4.

Sedes Apostolica. pia mater, que infirmatur cum infirmantibus, materna viscera deponere videatur. licet plaga hujusmodi quodammodo desperabilis sit effecta, scientes tamen quod non est abbreviata manus Domini¹, ut sanare non possit, adhuc curationi ejus duximus insistendum. Ideoque mandamus quatenus, ad locum aliquem ad hoc aptum hoc anno convocantes capitulum, abbates et priores non habentes abbates proprios, tam exemptos quam non exemptos, Remensis provincie, qui non consueverunt hujusmodi celebrare capitulum, venire ad illud, dummodo non sint impedimento canonico preediti, quorum etiam si qui fuerint impediti taliter, aliquos pro se mittant, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, submoto cujuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, compellatis, et advocatis caritative duobus Cisterciensis ordinis vicinis abbatibus, procedatis in celebratione capituli. Deum habentes pre oculis, juxta constitutionem concilii generalis, eadem censura facturi statuta que vobis sub bulla nostra mittimus interclusa, et que in eodem capitulo fuerint ordinata, firmiter observari, ac redditori Domino, in cujus conspectu omnia nuda sunt et aperta, in extremo die districti examinis, rationem, si omnem sollicitudinem et diligentiam que in hoc adhibende fuerint, neglexeritis adhibere. Et, ut que statuta fuerint, magis teneantur memoriter et servantur, volumus et mandamus ut hujusmodi capitulum annis singulis celebretur, concessa eis qui ad presidendum futuris capitulis fuerint ordinati, convocandi abbates et priores predictos et cogendi rebelles, appellatione remota, simili potestate. Quicquid autem super premissis factum fuerit, et qualiter per visitatores qui fuerint in proximo deputati capitulo, in monasteriorum visitatione, correctione ac reformatione processum, et que reformanda et corrigenda relata exiterint in capitulo subsequenti, nobis plene ac fideliter rescribatis. Quod si non omnes etc. Dat. Perusii, IIII nonas maii, anno nono. »

2549

Statuta monachorum Nigronum. — (Reg. 18. f. 21 v ; ann. IX, c. 56; — cf. ann. X, c. 312.)

De statutis monachorum et monasterii Vigri ordinis.
In primis statuimus quod...

1. Isid. LIX, 1.

2. Texte de ces statuts, tel qu'il se trouve dans le manuscrit de Reg. str. de la IX^e année, est tiré de nos archives.

2550

Pérouse, 18 août 1235.

Decano Parionensi, et Hamerico et Johanni de Monte Mirabili, archidiaconis Parionensibus, causam que inter Hugonem, canonicum de Campellis in Bria, tunc obliuiscem Cathalaunensem, et Alexandrum, canonicum Sancte Trinitatis Cathalaunensis, vertebatur, super quadam prebenda in Cathalaunensi ecclesia vacante, ad quam pars Cathalaunensis capituli dictum Hugonem, pars altera dictum Alexandrum elegerat, terminandam committit. — (Reg. 18. f. 21 r ; ann. IX, c. 57; — cf. *supra*, n° 2378.)

« ... decano, Hamerico et Johanni, archidiacon[is] Parionensibus. Sua nobis .. decanus et capitulum Cathalaunensis ecclesie petitione monstrant quod, cum ipsi ad eligendum canonicum ad quandam prebendam vacantem in eadem ecclesia, prout moris est, in capitulo convenissent, tandem, ipsis in unum nequeuntibus concordare, quedam pars ipsis capituli magistrum Hugonem, canonicum de Campellis in Bria, tunc officialem, reliqua vero Alexandrum, canonicum Sancte Trinitatis Cathalaunensis, in discordia elegerunt. Et cum utraque pars electionem suam diceret esse canonicam, et ab electoribus ne quid contra electiones hujusmodi temptaretur, fuisset ad Sedem Apostolicam appellatum, idem Hugo per Stephanum, quondam decanum ipsius ecclesie, ac quosdam alios adherentes eidem, se in ipsa tanquam canonicum contra justitiam institui procuravit, in partis alterius prejudicium et gravamen, preterea, falso nobis suggerens se canonicum ad prebendam eandem electum, et quod Alexander Sancte Trinitatis et quidam alii canonici ecclesie convenisse se institutioni sue contra justitiam opponerent, super hoc contra eos ad P. Stampense, archidiaconum Stampense, non habita de supradictis appellationibus mentione, nostris literis reportavit; quarum auctoritate in quosdam eorum obtinuit executionis sententias promulgarum. A quo dictus Alexander pro jure suo ad Apostolicam Sedem appellavit, super appellatione sua nostris ad Robertum, Trevisanum, et episcopum conjudicis Rufas impetravit. Cathalaunensis Hugo et dictus Alexander, indicentes eandem per litteras apostolicas litteras illis promissas executionis potestate alii eorum diversis prejudicibus et soluti, satis questum ad diversa loca citati, ipsorum requisitione, cum soluti iudicia non haberent, postquam executionis mandata sententiarum executioni tradita fuissent, nuptum. Cum que dictus archidiaconus Stampensis, secretarius civilis Cathalaunensis, et quibusdam de eorum ecclesie predicti mandatorum litterarum executionum rationem sententias litteras observari debere appellat-

plius iniquando ut, si hoc facere forte negligerent, excommunicarent eodem, G., canonicus Viridunensis, coram quo quidam de canonicis ipsis memoratum H. super quod summa pecunie auctoritate nostra conuenerat, dictis sacerdotibus et canonicis districte prohibuit ne mandatis parerent ipsis, nec observarent latus excommunicationis sententias ab eodem: sique nonnulli canonicorum et sacerdotum ipsorum, cum contrariis non possent parere mandatis, ab utrisque iudicibus excommunicationis sententia sunt astricti; propter quod in eadem ecclesia divina officia minime celebrantur. Fuit igitur nobis humiliter supplicatum ut super hoc prouidere paterna sollicitudine dignaremur. Quocirca mandamus quatenus, si premissis veritas suffragatur, sufficienti a predictis excommunicatis super hiis pro quibus excommunicati habentur, cautione recepta, impendatis eis iuxta formam Ecclesie absolutio- nis beneficium ad cautelam, ac postmodum, facientes vobis tam predictas litteras quam alias super hoc nuper ad te, fili J. archidiacone, et conjudices tuos ab eodem capitulo impetratas, nec non processus per eas habitos exhiberi, et super principali legitime procedentes, causam ipsam, si de partium voluntate processerit, sine canonico terminetis, facientes etc. Alioquin eam sufficienter instructam —. Dat. Perusii, XV kalendas junii, anno nono. »

2551

Pérouse, 16 mai 1235.

Decano Rothomagensi et fratri Alexandro de Noiou (= de Noviomago?) collinis Prædictorum, Rothomagi com- moranti, — abbate monasterii Sancti Auboni Rothomagensi supplicante ut nonnulli ejusdem monasterii monachi qui, ipsi abbati obediunt et regulariter vivere simulant, occultis inter se machinationibus se colligabatur, et, paci et quieti ejusdem monasterii subdolis parantes insidias, dissensiones et schismata excitabant et nutriebant in eodem, in aliis monasteriis sui ordinis, videlicet sancti Benedicti, collo-arentur, aliis bonis viris in eorum locis auctoritate apostolica in- stituendis, — mandat quatenus super hoc veritatem inquirent et quod eidem monasterio viderint expedire, ordinent. — (Res. 18. f. 24 r°; ann. IX, c. 58.)

« .. decano Rothomagensi et fratri Alex[andro] de Voiou, ordinis fratrum Predicatorum, Rothomagi com- moranti. Exhibita nobis dilecti —. Dat. Perusii, XVII kalendas junii, anno nono. »

2552

Pérouse, 4 mai 1235.

Abbatii Sancti Jacobi Leodiensis, nec non et decano et

scholastico Colonienisibus eadem scribit quae supra (sub nu- mero 2518) Deruensis monasterii et Sancti Dionysii Remen- sis abbatibus, et magistro G. de Lauduno, canonico Remensi, super reformatione monachorum ordinis Nigri. — (Res. 18. f. 24 v°; ann. IX, c. 58 bis.)

« .. abbati Sancti Jacobi Leodiensis, .. decano et .. sco- lastico Colonienisibus. In medio Ecclesie etc., ut supra, in LV littera, usque in finem. »

2553. — In eundem modum .. abbati Sancti Mansueti Tul- lensis, .. priori de Prato et magistro J. de Maderis, canonico Viridunensi.

2554. — In eundem modum .. Cormeriacensi¹ et .. Vada- censi abbatibus, Turonensis et Cenomanensis diocesium, et magis- tro Martino, archidiacono Turonensi, in provincia Turonensi.

2555. — In eundem modum .. abbati Sancti Dionysii, .. de- cano et Johanni, archidiacono Parisiensibus, in provincia Seno- nensi.

2556. — In eundem modum .. abbati Belle Ville, .. priori Vallis Scholarium et .. decano Belnensi, Lugdunensis, Lingonen- sis et Eduensis diocesium, in provincia Lugdunensi.

2557. — In eundem modum .. abbati Dolensi, Bituricensis diocesis, .. decano Lemoviensi et .. priori de Salis Bituricen[si], in provincia Bituricensi.

2558. — In eundem modum .. abbati Becceusi², .. priori Sancte Barbare, Rothomagensis et Lerouicensis diocesium, et .. archidiacono Rothomagensi, in provincia Rothomagensi. (POTTHAST 9946.)

2559

Pérouse, 18 mai 1235.

Decano Parisiensi, et Johanni de Monte Mirabili et Haimeri- co, archidiaconis Parisiensibus, mandat quatenus statuatur super excommunicationis sententiis in Joffridum de Grandi Prato, Cathalaunensem canonicum, promulgatis, occasione causae quae inter Alex[andrum], Sanctae Trinitatis Cathalaunensis canonicum, et Hugonem, canonicum de Caupellis in Bria, tunc officialem Cathalaunensem, super quadam praebenda in Cathalaunensi ecclesia vacante, vertebatur. — (Res. 18. f. 25 r°; ann. IX, c. 59; — cf. supra, n° 2550.)

« .. decano, Johanni de Montemirabili et Haim[erico], archidiacon[is] Parisiensibus. Exposita nobis dilecti filii Joffridi de Grandi Prato, canonici Cathalaunensis, peti- tio continebat quod, dudum prebenda quadam in ec- clesia Cathalaunensi vacante, et votis canonicorum in diversa divisus, quidam ipsorum Alex[andrum], cano- nicum Sanctae Trinitatis Cathalaunensis, reliqui vero magistrum Hugonem, canonicum de Campellis in

1. Ms. : Cameracensi.

2. Ms. : Bertensi.

Bria. Parisiensis diocesis, tum officialem Cathalaunensem, ad prebendam hujusmodi elegerunt, tam electoribus quam electis ad Sedem Apostolicam appellantis, ne quid contra electiones easdem contingeret attemptari. Cumque dictus officialis, asserens quod predictus A. et electores sui ejus institutioni se contra justitiam opponbant, nostras ad P. Staupensem, archidiaconum Senouensem, super hoc contra eos in simplici forma litteras impetrasset, idem archidiaconus, proponente officiali prefato memoratum Joffridum manus in eum temerarias injecisse, de facto, cum super hoc jurisdictionem aliquam non haberet, tulit in ipsum excommunicationis sententiam, et excommunicatum fecit eum publice nuntiari. Officialis preterea supradictus per diversas commissiones super injuriis, pecunia et rebus aliis a Sede Apostolica impetratas, coram diversis iudicibus fecit eundem J. matitiose ad diversa loca citari, et in eum tam ab ipsis iudicibus vel eorum aliquibus, quam a dicto archidiacono promulgari, ut dicitur, excommunicationum sententias, ut, fatigatus laboribus et expensis, a prosecutione negotii desistere cogeretur. Quare fuit nobis humiliter supplicatum ut providere super hoc de benignitate Sedis Apostolicæ dignaremur. Cum igitur iudicium J., apud Sedem Apostolicam existentem, per dilectum filium nostrum E[gidium], Sanctorum Cosme et Damiani diaconum cardinalem, absolvi fecerimus ad cautelam, recepta prius ab eo tam juratoria quam pignoraticæ cautione, preventibus ville sue de Chavieres et prebende quam in ecclesia Cathalaunensi obtinet, nobis loco pignoris obligatis, ut, si constiterit eum rationabiliter fuisse ligatum, super hiis pro quibus fuerunt in eum dicte excommunicationum sententie promulgatæ, mandato nostro parebit, mandamus quatenus, facientes vobis contra eum obtentas litteras et processus per eas habitos exhiberi, quod canonicum fuerit, appellatione postposita, statuatis — Dat. Perusii, XV kalendas junii, anno nono. »

2560

Pérouse, 16 mai 1235.

Episcopo Vicensi, priori fratrum ordinis Predicatorum in Barchinonensi et fratri G. de Barbarano, ejusdem ordinis, committit inquisitionem faciendam in locis religiosorum Terraconensis provincie de quibus aliqua esset hæreticæ pravitatis suspicio exorta; neque ordini, neque sexui vel ætati deferant, et rigide corrigenda et reformanda reforment et corrigant. — (Reg. 18. f. 25^v; ann. IX. c. 60.)

« .. episcopo Vicensi, .. priori Fratrum ordinis Predica-

torum in Barchinonensi, et fratri G. de Barbarano, ejusdem ordinis. Vocem latenti grandis. — Dat. Perusii, XVII kalendas junii, anno nono. »

2561

Pérouse, 18 mai 1235.

Episcopo Patravino annulat processus interdicti [Egidium] curam in fratres Militie Jesu Christi Terraconensis et prestantia illius processuum vel invitati ad objectiones graduum contra fideles, quod compelluntur, sed post ea processuum specialibus et particularibus quatuordecim capitulis proceduntur exactioribus et cæcis. — (Reg. 18. f. 25^v; ann. IX. c. 61; — POTHAST 9911.)

« .. episcopo Patravino. Quos pietate sua. — Dat. Perusii, XV kalendas junii, anno nono. »

2562

Pérouse, 18 mai 1235.

Jordanum, generalem ministrum ordinis Fratrum Predicatorum, hortatur ut fratres Militie Jesu Christi Patravinos per se ac fratres suos sacris disceptationibus studeret et ad charitatis observantiam adhiberet autem. — (Reg. 18. f. 25^v; ann. IX. c. 62; — POTHAST 9910.)

« Fratri Jordano, generali ministro ordinis Fratrum Predicatorum. Experimentis multiplicibus informati. — Dat. ut supra. »

2563

Pérouse, 18 mai 1235.

Fratres Militie Jesu Christi Pérouenses cum curiosis ipsorum bonis sub beati Petri et sua protectione suscepit. — (Reg. 18. f. 25^v; ann. IX. c. 63; — POTHAST 9960.)

« Fratribus Militie Jesu Christi Perousibus. Sancta Romana Ecclesia. — Dat. ut supra. »

2564

Pérouse, 18 mai 1235.

Eisdem et eorum servitibus, qui, laborum pro libertate catholice fidei et ecclesiasticæ libertatis, non non pro ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium et omnium religiosorum locorum, ecclesiasticarum quoque personarum oppressionibus, populorum et viduarum defendenda justitia assumptos, calicem biberint passionis, omnium peccatorum suorum de quibus vix contriti et confessi fuerint, veniam indulget. — (Reg. 18. f. 25^v; ann. IX. c. 64; — POTHAST 9912.)

« Eisdem. Est angelis ad. — Dat. ut supra. »

2565

Pérouse, 18 mai 1235.

Eisdem interdicit ut ipsi et ipsorum uxores tempore generalis interdicti possint in ecclesiis non interdictis audire divina et recipere alia ecclesiastica sacramenta. — (REG. 18, f. 25 v°; ann. IX, c. 65; — POTTHAST 9921¹; cf. *ibid.*, post 9914.)

« Eisdem. Devotionis vestre precibus —. Dat. ut supra. »

2566

Pérouse, 19 mai 1235.

Universis abbatibus et conventibus ordinis Cisterciensis ad quos litterae istae pervenerint, — cum, non obstante prohibitione Honorii papae tertii, quosdam de ordine fratrum Minorum ad ordinem Cisterciensem, sine mandato apostolico, admisissent, — mandat quatenus, fratres eosdem ad sui resumptionem habitum remittentes, de cetero nullum ex ipsis, praetextu indulgentiae alicujus, nisi prius Sedis Apostolicae vel ministri praedicti ordinis Minorum petita fuerit et obtenta licentia, recipere praesumant. — (REG. 18, f. 25 v°; ann. IX, c. 66; — POTTHAST 9915.)

« Universis abbatibus et conventibus ordinis Cisterciensis ad quos litterae istae pervenerint. Quo vos in —. Dat. Perusii, XVIII kalendas junii, anno nono. »

2567. — In eundem modum scriptum est pro Praedicatoribus.

2568. — In eundem modum pro Cisterciensibus ad eosdem.

2569

Pérouse, 16 mai 1235.

Episcopo Massiliensi, — intimanti quod ecclesia sua, in medio nationis pravae atque perversae posita, habebat quaedam castra, quae propter malitiam hominum terrae illius assidua custodia indigebant, nec ad hoc redditus episcopales sufficiebant, utpote propter guerras hactenus in partibus illis exortas, et expensas ac oppressiones multiplices, facti non modicum tenues et exiles, — concedit ut de Sancto Cannato, de Menna, de Maranageris, de Bauceto et de Ners ecclesias, Massiliensis diocesis, tunc vacantes, in quibus jus patronatus habebat et quas ipsius episcopi praedecessor ad manus suas tenuerat, possit usque ad triennium ad manus suas retinere. — (REG. 18, f. 26 r°; ann. IX, c. 67; — MOREAU 1190, f. 39.)

« .. episcopo Massiliensi. Cuni, sicut tua —. Dat. Perusii, XVII kalendas junii, anno nono. »

I. A la date X kalendas junii (= 23 mai), d'après FEDERICI, *Istoria de' capitani Gaudoni*, II, Cod. dipl., p. 10, n° 14.

2570

Pérouse, 24 avril 1235.

Limiricensi et Imilicensi episcopis mandat quatenus, cessionem episcopi Ardfertensis, senio confecti, recipientes, ei pro sustentatione sua provisionem congruam assignent et faciant ecclesiae Ardfertensi per electionem canonicam de persona idonea provideri. — (REG. 18, f. 26 r°; ann. IX, c. 68; — POTTHAST 9887.)

« .. Limiricensi et .. Imi[l]icensi episcopis. Prudenter agnoscens venerabilis —. Dat. Perusii, VIII kalendas maii, anno nono. »

2571

Pérouse, 20 mai 1235.

Archidiacono Senonensi mandat quatenus, — cum abbas et conventus Virziliacensis monasterii, propter persecutionis procellam in monasterium et villam Virziliacenses, se non modica debitorum sarcina onerassent et, quorundam monachorum et burgensium Virziliacensium ordinationi submissi, statuisent, competenti sustentatione de bonis ipsius monasterii sibi reservata, ut, residuo in solutionem debitorum converso, usurae quibusdam praedictae villae burgensibus solverentur, — praedicta sustentatione eisdem abbati et conventui reservata, residuum quolibet anno, donec fuerit creditoribus satisfactum, in debitorum praedictorum solutionem converti faciat et, non obstante quod super usuris factum fuerat, cursus usurarum omnino interdicit; insuper creditores compellat ut, sorte contenti, perceptas usuras in eam computent et ab usurarum exactione desistant. — (REG. 18, f. 26 r°; ann. IX, c. 69.)

« .. archidiacono Senonensi. Ad audientiam nostram —. Dat. Perusii, XIII kalendas junii, anno nono. »

2572

Pérouse, 19 mai 1235.

Auriensi et Lucensi episcopis mandat quatenus, — archiepiscopo Compostellani, qui, longa et insanabili, ut credebatur, infirmitate gravatus, pastorale officium non poterat adimplere, si ecclesiae Compostellanae viderint expedire, relaxatis, si forte tenebatur aliquis, excommunicationis sententias ad cautelam, recipientes cessionem, — ei de bonis archiepiscopalis pro sustentatione sua provisionem honestam et congruam assignent. — (REG. 18, f. 26 v°; ann. IX, c. 70.)

« .. Auriensi et .. Lucensi episcopis. Prudenter agnoscens venerabilis —. Dat. Perusii, XIII kalendas junii, anno nono. »

2573

Pérouse, 19 mai 1235.

Praeposito, cantori et magistro Matthaeo de Chirvia, cano-

nico Cameracensibus, mandat quatenus uxorem et haereditatem Henrici, comitis Grandis Prati, monent et inducant ad relaxandam quandam compositionem quam, fraudulenter circumventus, Joffridus de Grandi Prato, ecclesiae Montis Flaseonis praepositus, cum eodem Henrico, fratre suo, super haereditate H., comitis Grandis Prati, ipsorum patris, fide praestita firmaverat. — (Reg. 18, f. 26 v°; ann. IX, c. 71.)

« .. preposito. . . cantori et magistro Matheo de Chirciu, canonico Cameracensibus. Ad audientiam nostram noverritis pervenisse quod, cum olim, clare memorie H., comite Grandis Prati, rebus humanis exempto, quondam Henricus, natus ejus, comes Grandis Prati, totam hereditatem quam dictus pater suus tenerat, occupasset, dilectus filius Joffridus de Grandi Prato, prepositus ecclesiae Montis Flaseonis, natus ejusdem comitis, super portione hereditatis que continebat eundem, nostras contra prefatum H., fratrem suum, ad .. decanum Cameracensem et collegas suos litteras impetravit: et tandem, cum propter crudelitatem et tyrannidem predicti fratris sui vix aliquod contra eum patrocinium inveniret, eodem fratre suo consiliariis suis minas terribiles inferente, ac de bonis paternis nichil perciperet, et jam suprema ionia laboraret, fraudulenter, quibusdam mediantibus, circumventus, composuit taliter cum eodem: « quod videlicet portionem hereditatis que competebat eidem, dimisit comiti memorato et, ut verbo utamur ipsius, jamdictum comitem et heredes ejus omnino quietavit: et idem comes ei quadraginta libras Parisien[sium] percipiendas annuatim in certis locis et redditibus assignaret; ita videlicet quod, si eundem J. aliquando usque ad quadringentas libras in redditibus, quoquoque titulo, habere forte contingeret, nichil omnino perciperet de pecunia memorata. » licet in compositione ipsa memoratus prepositus non solum ultra dimidium, sed etiam ultra decem partes et amplius, sit deceptus. Quam compositionem partes, fide hinc inde prestita, firmaverunt. Sed idem comes assignare sibi predictos etiam redditus, prout tenebatur, noluit, pluries requisitus. Quare nobis fuit humiliter supplicatum ut providere super hoc de benignitate Sedis Apostolicae dignaremur — Mandamus quatenus — uxorem et heredes nominati comitis ad relaxandum fidem hujusmodi monentis attente et efficaciter inducantis: eos ad id, si opus fuerit, per censuram apostolicam, appellatione remota, cogentes. Quod si nec sic eadem voluerint relaxare, vos ipsam auctoritate apostolica relaxetis. Quod si nen omnes etc. Dat. ut supra. »

Perous. 18. mai 1235.

2571

Lanterino de Beccaria, canonico Papiensi, mandat quatenus causam exortam inter O., praepositum, G. de Monte-Merlo et quosdam alios canonicos ecclesiae Terdonensis, ex una parte, et episcopum archidiaconum, cantorem et quosdam alios canonicos ejusdem ecclesiae, ex altera, super quibusdam praebendis, apostolice exarati remittit. — (Reg. 18, f. 26 v°; ann. IX, c. 72.)

« Lanterino de Beccaria, canonico Papiensi. Dilecti filii O., prepositus, G. de Montemerlo et quidam alii canonici ecclesiae Terdonensis nobis significare curaverunt quod, olim vacantibus duabus in ecclesia praebendis, venerabilis frater noster .. episcopus, .. archidiaconus, .. cantor et quidam alii canonici ejusdem ecclesiae, sequentes proprie voluntatis arbitrium, non iudicium rationis, eorum omnino contempto et irrequesito consensu, qui commode requiri poterat et de jure debebat, magistro R. et L. unam de ipsis praebendis, de facto, cum de jure nequiverint, contulerunt: nichilominus Opizium, Montanarium, Hugolfum, Alecrinum, Obertinum, Guillelmum, Jacobinum et quosdam alios clericos et scolares ad solum H. illum ipsius ecclesiae eligentes, post appellationem ad nos legitime interjectam, eis reliquam de jamdictis praebendis contra sanctiones canonicas assignavit, in eandem et ecclesiae praefate non modicum prejudicium et gravamen. Et licet super hoc diverse ad diversos iudices sint hinc inde littere impetratae, impediendo tamen potentia, immo verius malitia, partis adverse, mutilationem membrorum et alia graviora eis, si causam hujusmodi prosecuterent, publice committentes, in causa ipsa non dum est ad litem contestationem processum, qua brevino et amplius jam elapso. Quare fuit ex parte ipsorum nobis humiliter supplicatum ut, cum in partibus illis, partis alterius potentia faciente, causam prosequi nequeant memoratam, quinpotius ad prosecutionem ipsius desistere compellantur, eam revocare ad examen apostolicum dignaremur. Finem igitur illius cupientes imponi, ne fiant nostris temporibus immortales, mandamus quatenus, faciens illi super hoc hinc inde obtentas litteras et processus per easdem habitos exhiberi, totum negotium ad nostrum requiritur examen, prefixo partibus termino per apertio componendi, quo per se vel per procuratores idoneos comparere contra nos, facture ac receptare quod voluerint, volumus. Dat. Perusii. XV kalendas Junii, anno mox. »

2575

Perous. 21. mai 1235.

Antilegionis, episcopi, archidiaconi et canonicorum status.

prohibita per Lombardiam, Marchiam Terrisinarum et Romaniam. Et similiter mandatur quatenus [Alberto], patriarche Antiocheni, nisi in partibus eorum plenae legationis officium susceperit, non aliter obediunt. — (REG. 18, l. 27 v°; ann. IX, c. 73; — *MOEAT* 1190, l. 43; — *PORNAST* 9917, *omissi initio*; — *ROSENBERG* 611.)

§ *Archiepiscopus et episcopus, abbatibus et aliis ecclesiarum predictis per Lombardiam, Marchiam Terrisinarum et Romaniam constitutis.* Utinam aspiret dies —. Dat. Perusii. XII kalendas junii, anno nono. »

2576. — In eundem modum *nobilibus viris marchionibus, comitibus, baronibus, potestatibus, communitatibus civitatum et vicariis per Lombardiam, Marchiam Terrisinarum et Romaniam constitutis.*

2577. — In eundem modum .. *duci Venetorum* 1.

2578. — In eundem modum .. *patriarche Gradeni et suffraganeis suis.*

2579

Pérouse, 23 mai 1235.

De *Lausobio* et de *Tilieto* abbatibus, *Aquensis* et *Vercellensis* diocesium, mandat quatenus ad amicabilem concordiam inter *Naulenses* et episcopum *Saonensem* faciendam, super reedificatione castri *Spulturni*, ad mensam ipsius episcopi pertinentis, quod ibidem *Naulenses* destruxerant, dent operam efficacem. — (REG. 18, l. 27 v°; ann. IX, c. 71.)

« .. de *Lochido* et .. de *Tilieto* abbatibus, *Aquensis* et *Vercellensis* diocesium. Ex parte potestatis, consilii et communis castri *Nauli* fuit propositum coram nobis quod dudum bone memorie *Al[bertus]*, *Saonensis* episcopus, in eisdem potestatem et consilium, et eos qui personaliter interfuerant destructioni castri *Spulturni*, ad mensam ipsius episcopi pertinentis, excommunicationis, et reliquos loci ejusdem eorumque districtus interdicti sententias auctoritate propria promulgavit; quas nos etiam mandavimus inviolabiliter observari. Dilectus quoque filius noster *G[uifredus]*, tituli *Sancti Marci* presbiter cardinalis, tunc *Apostolice* Sedis legatus, in .. potestatem et consilium *Januensis* civitatis, cui dictum castrum *Nauli* subesse dinoscitur, ac etiam in supradictos potestatem et consilium castri *Nauli* predicti, et omnes illos qui personaliter interfuerant destructioni ipsius castri *Spulturni*, auctoritate sue legationis, excommunicationis sententiam promulgavit, mandans nichilominus per

suas litteras venerabili fratri nostro .. archiepiscopo et dilectis filiis capitulo *Januensibus*, ut eam publice nuntiarent, nisi predicti omnes infra viginti dies post susceptionem eorum, de solvendis duobus milibus librarum *Januensium*, pro reedificatione predicti castri *Spulturni* et dampnis illatis, convenirent cum episcopo memorato, vel illud reedificare inciperent, in ipsius reedificatione usque ad consummationem ejus integram moraturi, seu aliter cum episcopo sepefati ad concordiam devenirent. Verum, cum, sicut asseritur, sepefati castri *Nauli* communitas, pauper et parva, propter gravia sibi accidentia, ex quibus dampna sustinuit et expensas, dicti cardinalis sententiam, quam reputant nimis difficilem, nequirunt observare, ac velint super hiis *Ecclesie* parere mandatis, petierunt in hac parte sibi ex circumspectione *Sedis Apostolice* provideri. Cum igitur redire ad unitatem ecclesiasticam cupientes benigne recipere teneamur, mandamus quatenus ad amicabilem concordiam, *Saonensi* ecclesie non dampnosam, super hoc inter dictos *Naulenses* et venerabilem fratrem nostrum [...] *Saonensem* episcopum faciendam detis operam efficacem; que si provenerit, ipsi juxta formam *Ecclesie* absolutiois beneficium impendatis. Alioquin, ab eisdem super manifestis dampnis emenda et pro dubiis sufficienti cautione receptis, juxta prefatam formam dictas excommunicationis et interdicti sententias relaxatis, et, injuncto eis quod de jure fuerit injungendum, audiat postmodum si quid fuerit questionis, et, appellatione remota, sine debito terminetis; facientes etc. Testes autem etc. Dat. Perusii. X kalendas junii, anno nono. »

2580

Pérouse, 18 mai 1235.

Archiepiscopo *Turonensi*, episcopo *Carnotensi* et magistro *Petro* de *Columna*, canonico *Carnotensi*. — aucto quod [*Hugo*], comes *Marchie*, [*Isabellam*], quondam reginam *Anglie*, duxerat uxorem, cum qua [*Hugo*], ipsius comitis pater, et cum eisdem reginæ filia idem comes, postquam utraque septimum annum aetatis excesserat, contraxerant. — committit super hoc inquisitionem faciendam; quod invenerint ipsi papae rescribant, praefigentes eisdem comiti et reginæ terminum competentem, quo per se vel per procuratores idoneos apostolice conspectui se representent. — (REG. 18, l. 27 v°; ann. IX, c. 75; — *MOEAT* 1190, l. 40.)

« .. archiepiscopo *Turonensi*, et .. episcopo et magistro *Petro* de *Columna*, canonico *Carnotensibus*. Ad nostram noveritis —. Dat. Perusii, XV kalendas junii, anno nono. »

1. Cet in eundem modum et le suivant ont été ajoutés en marge.

2593

Pérouse, 2 juin 1235.

Episcopo Wigornensi, de eadem re scribens, mandat quantum, juxta concessionem apostolicam, eosdem abbatem et conventum, salvo in omnibus ipsius episcopi jure, in ejusdem ecclesiae possessionem inducat, cum cesserit vel decesserit clericus supradictus; alioquin magistro Johanni de Ferentino, subdiacono et capellano suo, archidiacono Norwicensi, ipse papa mandat ut id exsequatur. — (REG. 18, f. 30 v; ann. IX, c. 87.)

« .. episcopo Wigornensi. Pie mentis devotio —. Dat. Perusii, ut supra. »

2594 — Scriptum est super hoc, in eundem fere motum, eidem archidiacono.

2595

Pérouse, 28 mai 1235.

Rectori et fratribus hospitalis Sancti Francisci Pragensis villam Rakseie, quam eis Premizl, marchio Moraviae, filius clarae memoriae regis Bohemiae, contulerat, auctoritate apostolica confirmat, inserto sub sua bulla instrumento praedicti marchionis, cum confirmatione Wenceslai, regis Bohemiae, praedicti marchionis fratris. — (REG. 18, f. 30 v; ann. IX, c. 88; — MOREAU 1190, f. 46; — POTTHAST 9926.)

« .. rectori et fratribus hospitalis Sancti Francisci Pragensis. Filius Summi Regis —. Dat. Perusii, V kalendas junii, anno nono. »

[2596]

Prague, 2 octobre 1234.

[Charta vero praedicti Premizl marchionis sic incipit et desinit:]

« Ego Premizl, Dei gratia marchio Moraviae, hospitali Sancti Francisci et pauperibus in eodem commanentibus, in perpetuum. Cum deceat principalem —. Acta autem sunt haec anno Dominice Incarnationis M^oCC^oXXXIII, indictione VII. Dat. apud Pragam, per manum Wilhelmi notarii, VI nonas octobris. »

2597

Pérouse, 18 mai 1235.

Eisdem villas de Glupetini et de Borotiz, cum omnibus villis ad eas pertinentibus, et ecclesiam Sancti Petri, cum curia et villa de Ribone (Ribník?), quas eis Constantia, Bohemorum regina, contulerat, confirmat, inserta sub sua

bullae praedictae forma charta. — (REG. 18, f. 31 v; ann. IX, c. 89; — POTTHAST 9913.)

« Eisdem. Filius Summi Regis —. Dat. Perusii, XV kalendas junii, anno nono. »

2598

Brunn, 12 février 1235.

[Praedictae vero Constantiae reginae charta sic incipit et desinit:]

« Constantia, Dei gratia Bohemorum regina, omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis in vero salutari salute. Noverit tam presens —. Dat. Brunn, anno Domini M^oCC^oXXXV, II Idus februarii. Nos Albertus Ventizlaus, rex III Bohemorum, omnia predicta que contulit mater nostra — sigillo nostro celsitudinis fecimus insigniri, confirmantes et roborantes donationem predictam. »

2599

Pérouse, 2 juin 1235.

Gilbertus, marescallum Angliae, comitem de Pembroke, et Walterum Anselmumque, fratres ejus, decernit non teneri ad observantiam ejusdem juramenti quod rex Angliae ab eis extorserat, et postmodum eis remisisset. — (REG. 18, f. 32 r; ann. IX, c. 90.)

« Nobis viri Gilbertus, marescallus de Anglia, comiti de Pembroke, Waltero et Anselmo, fratribus. Ex parte vestra fuit nuper propositum coram nobis quod, cum per Henricum, regem Angliae, fuisset in castris, torris et aliis tenementis in Hibernia constitutis, ad vos hereditario jure spectantibus, contra justitiam destituti, tandem carissimus in Christo filius noster .. illustris rex Angliae, ad cuius presentiam vocati fuistis, per gravem motum et violentiam, juramentum et obligationem quamdam a vobis, reventibus et injuris, extorsit, in vestratione rerum non iudicium determinandum; qui postmodum, super gravamine vobis illato clamenter recedens, usibus benevolentia et digne consilio summi, dictam obligationem remisit, tam per suas patentes litteras relaxando —. Quod ab eodem regi tam pie quam providè super hoc factum est, gratum habentes, presentium auctoritate decernimus vos a dicta obligatione et juramenti observantiam post remissionem hujusmodi non teneri. Nulli ergo [etc.] nostre constitutionis etc. si quis autem etc. Dat. Perusii, IIII nonas junii, anno nono. »

2600

Pérouse, 1^{er} juin 1235.

Archiepiscopus, episcopi, subdiaconi, prioribus, archidiaconis, archipresbiteris, decanis et aliis ecclesiarum prelatibus quos littere istae pervenerint, nuntiat beatam Elisabetham, ex regali iurisdictione et Thuringiae langraviam, sanctorum catalogi adscriptam esse, eisque mandat quatenus XIII kalendas decembris (19^o die novembris) festum ejusdem celebrent et faciant solemniter celebrari. — (REG. 18. f. 32^r; MOD. IX, c. 91; — MOREAU 1190, f. 50, non int. gra; — PORTHAST 9929.)

« *Archiepiscopus¹, episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, archipresbiteris, decanis et aliis ecclesiarum prelatibus ad quos littere iste pervenerint.* Gloriosus in majestate —. Dat. Perusii, kalendis junii, anno nono. »

2601

Pérouse, 26 mai 1235.

Magistro Petro, Portugalseni episcopo, retinendi ecclesiam Sanctae Mariae Majoris Montis, Colimabriensis diocesis, cum aliis redditibus quos ante electionem suam ibi et in Oxoniensi et Calagruntana diocesis habuerat, concedit facultatem. — (REG. 18. f. 32^v; ann. IX, c. 92.)

« *Magistro Petro, Portugalseni episcopo.* Fraternitati tuae propter —. Dat. Perusii, VII kalendas junii, anno nono. »

2602

Pérouse, 1^{er} juin 1235.

Praepositis et fratribus ordinis Humiliatorum indulget ut, licet consuetudo esset in partibus Lombardiae ut a manifestis vel occultis raptoribus spoliati pro quantitate rei perditae possent terrae incolae, in qua crimen commissum erat, licite spoliare, nullus, occasione maleficii sine culpa ipsorum commissi, sub praetextu dietae consuetudinis ipsos in personis aut rebus audeat molestare. — (REG. 18. f. 32^v; ann. IX, c. 93.)

« *Prepositis et fratribus ordinis Humiliatorum.* Si sub lege —. Dat. Perusii, kalendis junii, anno nono. »

2603

Pérouse, 1 juin 1235.

Patriarchae Antiocheno, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus sub certis conditionibus faciat relaxari excommunicationis et interdicti sententias in Placentinos ab episcopo

1. Ms. : archipresbiteris.

Placentino et Gregorio, ipsius papae subdiacono et capellano, prolatis. — (REG. 18. f. 33^r; ann. IX, c. 94.)

« .. *patriarche Antiocheno, Apostolice Sedis legato.* Non potest in dubium revocari quin Bertrammus de Petra, quondam potestas, Nicholaus et Egidius, iudices potestatis ejusdem consilarii, ansiani et populus Placentini graviter offendissent, ex eo quod, mandatis dilecti filii Gregorii, subdiaconi et capellani nostri, tunc in partibus illis de mandato nostro morantis, super negotio fidei parere pertinaciter reluctantes, quosdam cives Placentinos, quos habebat suspectos de heresi, examinandos in civitate Parmensi, requisiti ab eo, sibi tradere noluerunt; propter quod ipse, auctoritate nostra, et bone memorie .. Placentinus episcopus, propter occupationem castri Olubre, ad Placentinam ecclesiam pertinentis, auctoritate ordinaria, excommunicationis in ipsos et fautores eorum et in civitatem Placentinam interdicti sententias protulerunt. Et, licet ad mandatum Ecclesiae, tam super premissis quam super excessu horribili et enormi commissio in bone memorie Obertrum, monachum, et fratrem Rolandum, de ordine fratrum Predicatorum, quorum alter pro fide fuit trucidatus impie, alter vero immaniter lapidatus¹, de quibus nulla ultio facta fuit, desiderent prona mente redire, prout ex parte ipsorum fuit propositum coram nobis, quia tamen in rebus excessibus non est convenientibus oculis transeundum, mandamus quatenus, cum pro manifesta offensa hujusmodi sententiae sint prolatae, prefatis civibus examinandis in civitate predicta tibi primitus assignatis, quorum nomina tibi mittimus presentibus interclusa, receptaque ab eis sufficienti et idonea cautione, quod super aliis supradictis excessibus mandato nostro parebunt, nec non et, eodem castro ipsi ecclesiae integre restituto et possessione illius capitulo Placentino, episcopi nomine, assignata, adhibito illo caute studio quod pro illud neutra partium offendatur, de dampnis, injuriis et expensis dicte ecclesiae ac plebi ejusdem castri irrogatis sibi per eos, in captione et obsidione ipsius, congrue satisfacto, premissas sententias juxta formam Ecclesiae facias relaxari, et

1. On lit, à ce sujet, dans la Chronique de Jean de Mussi (*Johannis de Mussis Chronicon Placentinum*, ap. MURATORI, *Res. Italicae scriptores*, t. XVI, col. 461) : « Eodem anno (1233), de mense octobris, cum frater Rolandus de Cremona, ordinis fratrum Praedicatorum, praedicaret in platea majoris ecclesiae, magnae multitudinis clericorum, monachorum et laicorum, ecce multitudo haereticorum cum factoribus eorum advenientes, cum lapidibus et gladiis percusserunt ipsum fratrem Rolandum, et etiam quemdam monachum S. Savini vulneraverunt ad mortem. »

deinde, iniqua super toto negotio et ejusdem circumstantiis universis sollicite veritate, que inveniri, nec non et cautionem a te receptam, nobis studeas tuis literis fideliter intimare. Dat. Perusii, II nonas junii, anno nono. »

2601

Perouse, 18 mai 1235.

J. archidiacono, decano et succentori Cathalaunensibus mandat quatenus cives Remenses, qui potestatem eligendi et habendi scabinos, quam sibi a Willelmo, Remensi archiepiscopo, concessam fuisse assererant, contra justitiam, in gravem Remensis ecclesie lesionem, exercere dicebantur, coram Sede Apostolica citent. — (REG. 18, f. 33 v; ann. IX, c. 95; — MOREAU 1190, f. II; — POTHAIST 9906.)

« J. archidiacono, .. decano et .. succentori Cathalaunensibus. Dilecti filii .. decanus et capitulum Remenses gravi nobis conquestione monstrarunt quod cives Remenses, sub temporali jurisdictione Remensis archiepiscopi constituti, asserentes a bone memorie W., Remensi archiepiscopo, eligendi et habendi scabinos in civitate Remensi, qui de civilibus causis judicent, sibi esse potestatem concessam, eam contra justitiam, cum ipsi super hoc non consenserint, exercere presumunt, in gravem et enormem Remensis ecclesie lesionem. Quare fuit ex parte ipsorum nobis humiliter supplicatum ut, cum causa hujusmodi, propter malitiam et potentiam ditorum civium, eos propter hoc adeo persequentium, quod extra civitatem Remensem exulare coguntur, nequeat in illis partibus commode agitari, super hoc eis paterna providere sollicitudine dignemur. Ipsius ergo ecclesie tranquillitati et paci consulere cupientes, mandamus quatenus, eosdem cives ex parte nostra citantes, prefigatis eis terminum peremptorium competentem, quo, cum rationibus et munimentis suis, si qua super concessione hujusmodi obtinent, per sufficientem et idoneum responsalem compareant coram nobis, exhibituri dictis decano et capitulo super hoc, quod ordo dictaverit rationis. ipsos ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo. Provisuri ne in universitatem Remensem excommunicationis etc. Quod si non omnes etc. Dat. Perusii, XV kalendas junii, anno nono. »

2605

Perouse, 9 juin 1235.

Capitulum Mantuanum monet ut, cum consilio Parmensis et Regni episcoporum, de tali persona provident per electio-

nem communitatis continue in premissis, quatenus congruat ceteri. — (REG. 18, f. 33 v; ann. IX, c. 96; — MOREAU 1190, f. 2.0. ex col. folios 1625; — POTHAIST 9935.)

« *Capitulo Mantuano*. Non fuit heresce. — Dat. Perusii, V idus junii, anno nono. »

2606 — In eundem modo modum scriptum hoc super existentem parat.

2607

Perouse, 5 juil. 1235.

Potestati, consilio et populo Mantuanis totius hinc et inde eos qui Guidottum, episcopum Mantuanum, quod abbas et curiam Sancti Andree interfecerant, excommunicationis et interdicti sententias promulgasse, disceptat, mandat quatenus easdem perpetuo observari iudicant. — (REG. 18, f. 33 v; ann. IX, c. 97; — MOREAU 1190, f. 52; *ibid.*, f. 267, ex col. folios 1625; — POTHAIST 9931; — ROSENBERG 612.)

« .. potestati, consilio et populo Mantuanis. Rem hinc diebus —. Dat. Perusii, nonis junii, anno nono. »

2608 — In eundem modum .. *episcopo Mantuano*, ut mandata apostolica super hoc edita publicet et faciat inviolabiliter observari.

2609 — In eundem modum .. *episcopo Epiriano*.

2610 — In eundem modum *F., Romanorum imperatori semper augusto, Jerusalem et Sicilie regi illustri*; eum hortatur quatenus eosdem interfectores ab Imperio perpetuo edicti proscribat.

2611 — In eundem modum *archiepiscopi et episcopi, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelati Lombardie, Romanie ac Marche Terisine, et aliarum provinciarum, ad quas littere iste pervenerint*, mandat quatenus predictos interfectores diebus dominicis et festis excommunicatis nuntient, et loca ad quas deveniant, interdicti subjecta denuntient.

2612 — In eundem modum *2 visum* nunc facit se contra receptatores eorumdem interfectorum excommunicationis et interdicti sententias promulgasse.

2613 — In eundem modum *potestatibus, consiliariis et communalibus civitatum aliorumque locorum Lombardie, Romanie ac Marche Terisine, et aliarum provinciarum, ad quas littere iste pervenerint*, mandat quatenus predicti viri non receiptent, sed immo banniant.

2614 — In eundem modum *nobilibus viris .. duobus Venetorum, marchionibus, comitibus, baronibus, castellanis et aliis nobilibus*

1. Cet in eundem modum 3 et ajouté en marge.
2. Cet in eundem modum 4 et ajouté en marge.

Lombardi, Romanule ac Marohie Tervisine, et aliarum provinciarum, ad quos littere iste pervenerint.

2615. — In eundem fere modum nobili viro *Salinguerre de Ferraria, filii vestro*: ei minatur amissionem feudi et beneficii quae a Romana et aliis tenet ecclesiis, si mandatum apostolicum non fideliter exsequatur.

2616. — In eundem modum *Ezelino et Alberico de Romania* eadem minatur.

2617

Pérouse, 8 juin 1235.

Patriarchae Gradensi, priori Sancti Danielis et T. Franco, canonico Sancti Marci de Venetiis, — cum episcopus Cenetensis in multis excessus cecidisset: qui quosdam per servientes suos et alios interfici procuraverat, et, praeter perjuriam et incendia quae commiserat, pudori virginum non parebat nec conjugali copulationi deferrebat; qui, hominum venditor et expositor dignitatum, ad negotiationes illicitas rerum temporalium extendebat manus suas; qui possessiones etiam ac redditus et alia bona Cenetensis ecclesiae dilapidabat enormiter et consumebat, et, factus ob praemissa et alia quodammodo proce mutus, nec divina officia celebrabat nec populo proponebat verbum Dei, propter quod tam in civitate quam in dioecesi fermentum haereticae pravitatis sinceritatis azyma corrumpentibus; qui nuper, in canonicis qui praemissos ipsius excessus papae duxerant nuntiandos, crudeliter saeviens, post appellationem ad Sedem Apostolicam interpositam, in domum L. canonici Cenetensis, irruerat, et ipsam diu obsessam cum ecclesia Sancti Petri, ipsi domui conjuncta, incendio devastaverat, eundemque canonicum tandem captivum tenuerat, donec, extorto ab eo corporaliter juramento, idem canonicus procuratori renuntiaverit, quam cum aliis canonicis suis fecerat contra ipsum episcopum; qui, fratres quoque ipsius L. omnibus bonis spoliatus, carceri mancipatos detinens, facta in civitate ipsa seditione non modica, quendam nomine Attolum et mulierem quamdam fecerat trucidari; qui fratres et consanguineos O., canonici Cenetensis, obsiderat in quodam castro, unde, cum ab ipso tueri non possent, dimissis omnibus, evaserant; qui denique, quanquam propter hoc iterato ad apostolicam fuerat audientiam appellatum, appellationem contempta, appellantes diu noctuque in ipsorum domibus obsessos detinebat cum armatis, — mandat quatenus, personaliter ad eandem ecclesiam accedentes, inquirant super praemissis diligentissime veritatem, quae invenerint papae fideliter rescripturi; praefixo eidem episcopo termino peremptorio competenti, quo coram papa compareat; si vero dictum episcopum invenerint de dilapidatione suspectum, ab administratione temporalium ejusdem ecclesiae suspendant eundem. — (REG. 18, f. 34 v°; ann. IX, c. 98.)

« .. patriarche Gradensi, .. priori Sancti Danielis et T. Franco, canonico Sancti Marci de Venetiis. Clamor validus est. — Dat. Perusii, VI idus junii, anno nono. »

2618

Pérouse, 9 juin 1235.

Parmensi et Regin[o] episcopis mandat quatenus monasterio Sancti Andreae Mantuani, tunc pastoris solacio destituito, requisito consilio monachorum ejusdem qui in nec Mantuani episcopi culpabiles non fuerant, personam litteratam et honestate commendabilem et ad regimen ipsius idoneam praeficiant. — (REG. 18, f. 35 r°; ann. IX, c. 99.)

« .. Parmensi et .. Regin[o] episcopis. De fraternitatis vestre. — Dat. Perusii, V idus junii, pontificatus nostri anno nono. »

2619

Pérouse, 26 mai 1235.

Episcopo Oxomensis, memorata littera supra sub n° 2601 notata, mandat quatenus episcopum Portugalem super concessione in eadem littera facta, non permittat ab aliquibus molestari. — (REG. 18, f. 35 r°; ann. IX, c. 100.)

« .. episcopo Oxomensis. Devotioni venerabilis fratris. — Dat. Perusii, VII kalendas junii, anno nono. »

2620

Pérouse, 15 juin 1235.

Abbatem Fontis Vivi, Parmensis dioecesis, et praepositum Omnium Sanctorum, Laudensis dioecesis, propter ipsorum negligentiam in inquisitione ipsius commissa de electione abbatis Sancti Thomae Cremonensis, increpat, eisque praecipit quatenus contra ejusdem loci abbatem vehementer assumant zelum correctionis et normam rectitudinis. — (REG. 18, f. 35 v°; ann. IX, c. 101.)

« .. abbati Fontisvivi, Cisterciensis ordinis, Parmensis dioecesis, et .. preposito Omnium Sanctorum, Laudensis dioecesis. Cum ¹ dudum, monasterio Sancti Thome Cremonensis, quod ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinet, pastore vacante, dilecti filii conventus ejusdem G., monachum ipsius monasterii, in abbatem concorditer elegissent, et de ipso electo fuissent nobis nuntiata sinistra, propter que, si vera essent, prorsus censebatur indignus regiminis abbatie, vobis ² iniqui-

1. Dans la plus grande partie de cette pièce, la seconde personne du singulier a été changée en seconde personne du pluriel; primitivement, la lettre n'était adressée qu'à une personne, à l'abbé de Fontevivo seul. — La date primitive a été également changée.

2. On lit, dans le *registre*: « vobis, dilecto filio .. preposito Omnium Sanctorum, Laudensis dioecesis »; mais le membre de phrase « dilecto .. dioecesis » est marqué d'un *vacat*, signe de suppression, comme l'on sait. — Il semble bien que ce remaniement

sitionis negotium, super eo quod habere filium. incontinentie sue testem, et electus minus canonice dicebatur, vidimus injungendum quatenus, si premissa taliter se haberent, ejus electione cassata, faceretis dicto monasterio de persona idonea provideri; alioquin electionem confirmaretis eandem, si canonice celebratam de persona idonea videretis. Tu vero, abbas, quem credebamus ut animal oculatum, vel recti speciem non posse decipere, presertim cum sis peritus in jure, tam inique in eodem negotio cum predicto collega tuo processisse convinceris, ut vix veniam, nisi digna intercedat satisfactio, merearis¹. Patet ex inquisitione quam nobis sub tuo sigillo misisti, quod tam de incontinentie vitio quam de nato, qui patrem vocabat eundem, ante hanc electionem fuerat infamatus: et semel amotionis passo repudium earundem cura committi non debuit animarum. Sed usque adeo contra Deum delatum est homini, quod, in ordinatione nostri mandati² specialis, attendisse popularis aure flatum, et quoddam temporale, quasi pro monasterio commodum, protulisse videmini pretio animarum. Quia igitur nostrum jam periculum respicit omne quod a subjectis delinquitur, si a nobis cognitum negligatur —, devotionem vestram monemus et presentium auctoritate districte precipimus quatenus, ad monasterium memoratum personaliter accedentes, et solum Deum habentes pre oculis, facta denuo inquisitione, contra loci abbatem, super articulis eisdem et aliis, tam vehementer assumatis zelum correctionis et normam rectitudinis ut —, ibidem officium visitationis, correctionis et reformationis exercentes —, procuretis in vena pestilentis aque sapienter ortum languoris incidere et sanciatum corpus sani adjectione capitis reformare, ne, si tam aperto obviare facinori neglexeritis, videamini jam illud, non siue scrupulo societatis occulte, fovere. Ceterum, ad ea que predictimus exequenda, seculari, si necesse videritis, advocetis brachium, nemini extra claustrum de bonis monasterii provisuri. Dat. Perusii, XVII kalendas julii, anno nono. »

2621

Pérouse, 9 juin 1235.

Majoris ecclesie et ecclesie Sanctorum Apostolorum Petri et Andreae Padeburnensium prepositus, nec non et scho-

ait laissé la phrase incomplète, et qu'on doit lire : « inquisitionis negotium super eo quod... dicebatur, duximus committendum, et vidimus... », ou quelque chose d'analogue.

1. Le *Registre* porte *merearis*, changé en *meretis*.

2. Ms. : monasterii.

l'abbé Padeburnensi mandavit quatenus in eodem L. (compositi de Rep. ad h. de Rep. ad h.), etc. » (sic) (sic) (sic), que causa post tempus processu ordinis (sic) (sic) (sic) procedant. — (Rus. 18, f. 35 v. c. IX, l. 102. — *op. cit.*, supra, n° 1365.)

« ... majoris ecclesie et ... Sanctorum Apostolorum Petri et Andreae prepositus, et ... scilicet Padeburnensium. Cum dilectus filius ... prior ordinis fratrum Praedicatorum Bremensis, proponens se ac ... decessum et ... scolasticum Bremensis a dilecto filio nostro Othone, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano magistro ... tunc in partibus Alamannie Apostolice Sedis legato, visitatores in Bremensi diocesi constitutos, et constitutum illam in litteris visitationis insertam, ubi dicitur: *procederet, si non omnes possent, forsitan interseret, dictos per nos inquisitionis processum quem contra dilectum filium L., prepositum de Rep. sibi, super vitio fecisse dicitur, gratanter post appellationem ab eodem preposito ad nos ex superabundanti, sicut asserti, interjecerat, ad apostolicum remisit examen.* Cujus examinatione dilecto filio nostro Gualfredo, tituli Sancti Marci presbitero cardinali, commissa, et eo in ejus presentia publicato, quia sub qua forma data fuerit illis jurisdictione, et an predicti decanus et scolasticus se legitime excusarint, seu alias de impotentia constititis et eorum, utrumve secundum formam sibi traditam ac juris ordinem, dicto legato infra legationis terminos existente, processerit in eadem, vel saltem jurisdictione uti cepisset, nobis non potuit fieri plena fides: venerabili fratri nostro ... episcopo et dilecto filio ... scolastico Hildesemensi dedimus in preceptis ut, in irritum revocato quicquid post appellationem ad nos legitime interpositum, per eundem priorem vel ejus auctoritate constaret contra ipsum prepositum temere acceptum, et inquisita super premissis ac toto processu priores ipsius diligentius veritate, quod invenirent, usque ad festum Omnium Sanctorum proximo tunc futurum nobis suis litteris intimarent: qui, propter absentiam mandati prepositi, ut dicebant, id efficere non valentes, intellectum ad nos negotium remiserunt, eodem preposito ibi apud Sedem Apostolicam insistente ut, cum de jurisdictione prioris et veritate processus ejusdem tunc minime constitisset, revocato ejusdem prioris processu, et aliis que ex eo² vel ob illum constare esse scirent, cum ab inquisitione predicta absolvere dignamur. Nos igitur, ad eos len-

1. Il y a ici une lacune; il faut suppléer un membre de phrase tel que : « solus in eodem negotio processisset. »

2. Ms. : eis.

negotium revertentes. ipsis dedimus in mandatis ut, revocato in irritum, si quid post iter ab eodem ad presentiam nostram arreptum, contra ipsum invenirent indebite attemptatum. cum prepositus ipse non posset sine periculo, ut dicebat, ad presentiam eorum accedere, sibi vel de loco tuto vel sufficienti securitate proviso, scriptis etiam, que sub bulla nostra eis transmissimus interclusa, diligenter inspectis, si super hiis que revocabantur in dubium, eis fieret plena fides, statutum quod canonicum videretur; alioquin, si constaret dictum priorem jurisdictionem minime habuisse vel de veritate processum non posse doceri, revocantes auctoritate nostra processum predictum, et si quid ex eo secutum est vel ob illum, si invenirent dictum prepositum fuisse de hujusmodi vitio infamatum, super hoc sollicito inquirentes, quod canonicum foret, appellationem postposita, diffinirent. Memoratus vero episcopus, aliis occupatus, negotium ipsum nobis iterato remisit infectum, quanquam prepositus ipse apud eum et collegam suum non modicum institerit ut in causa procederent memorata, sicut episcopi littere continebant. Verum .. decanus et .. scolasticus Bremenses et prior predictus, occasione cujusdam rescripti a Sede Apostolica, veritate tacita, impetrati, memoratum prepositum prepositura sententialiter privaverunt, eam Alexandro, Bremensi canonico, quantum in ipsis extitit, conferentes; quem processum dilectus filius noster T[omas], tituli Sancte Sabine presbiter cardinalis, super hoc a nobis datus auditor, de nostro mandato, juris necessitate, cassavit. Ceterum, quia super aliis, excepta forma mandati a legato tunc facti, de qua liquet ad presens, nondum fuit in figura iudicii facta fides, mandamus quatenus in supradicto negotio, ratione previa, procedatis, juxta directarum ad nominatos episcopum et scolasticumstrarum continentiam litterarum, superius comprehensam. Ad hec, quia preminatus prepositus longa protractione negotii in multis creditur fatigatus laboribus et attenuatus expensis, de sepeliete prepositure et prebende Bremensis provenientibus, qui per prefatum priorem in sue visitationis processu sequestrati fuisse dicuntur, eidem preposito, ne propter expensarum defectum cogatur deserere causam suam, per vos, auctoritate nostra, volumus provideri. Quod si non omnes etc. Dat. Perusii. V idus junii, anno nono. »

2622

Pérouse, 7 juin 1235.

Abbatibus Sancti Johannis Senonensis, Johanni, archidiacono Senonensi, et Henrico de Infernato, Senonensi canonico,

mandat quatenus abbatem Flaviniacensis monasterii, — supplicentem ut ipsum, ab Aeduensi episcopo et ejus officialibus diversis excommunicationum sententias ligatum (propter quod monasterium Flaviniacense non modicum incurrebat detrimentum), Sedes Apostolica ad cautelam faceret absolvi, — recepta idonea cautione ab ipso quod, si eum coram ipsis constitit juste per illos fuisse ligatum, deberet ejusdem episcopi mandatis obedire, denuntiet publice absolutum; si vero rite latas invenerint sententias supradictas, injungant eidem, sub poena praestitae cautionis, ut super hoc rationabilibus mandatis Aeduensis episcopi obediat. — (REG. 18. f. 36 r°; ann. IX, c. 103; — MOREAU 1190, f. 56.)

« .. abbatibus Sancti Johannis, Johanni, archidiacono, et Henrico de Infernato, canonico Senonensibus. Veniens ad presentiam —. Dat. Perusii, VII idus junii, anno nono. »

2623

Pérouse, 7 juin 1235.

Episcopo Nivernensi, et Cisterciensi et de Maeris abbatibus, quibus mandaverat ut infra tres menses in negotio inquisitionis monasterii Flaviniacensis finaliter procederent, significat se prorogare hunc terminum, petente abbate Flaviniacensi, in sex menses; negotium sufficienter instructum ad examen Sedes Apostolicae remittant. — (REG. 18. f. 36 r°; ann. IX, c. 104; — MOREAU 1190, f. 57.)

« .. episcopo Nivernensi, et .. Cisterciensi et .. de Maeris abbatibus, Cabilonensis diocesis. Dilectus filius .. abbas Flavigniacensis monasterii nobis exposuit quod, cum inquisitionem ipsius monasterii, tam in capite quam in membris, experientie vestre olim duxerimus committendam, vosque abbatibus et monachorum super hoc receperitis juramentum, demum, uno vestrum agente in remotis, alio vero procedere recusante, idem abbas, gravatus non modicum ab ejus diocesano, videlicet venerabili fratre nostro .. episcopo Eduensi, ad presentiam nostram accessit, justitiam petiturus; qui postmodum intellexit quod nos, ad falsam suggestionem quorundam, proponentium quod tu, frater episcopo, impediebas in negotio ipso processum, mandavimus ut infra tres menses procederetis finaliter in eodem; alioquin vos, filii abbates, mandatum apostolicum exequi curaretis. Quare nobis humiliter supplicavit ut, cum, secundum sanctiones canonicas, tempus ad inquirendum adeo artari non debeat, quod a quacunque parte prepropere quid agatur, vel subtrahatur defensionis copia accusatis, providere super hoc misericorditer dignemur. prorogantes terminum supradictum et mandantes ad Apostolicam Sedem instructum nego-

timu destinari. Quocircā mandamus quatenus, in eodem negotio infra sex menses, juxta formam vobis traditam, procedentes, illud ad nos remittatis sullicienter instructum, prefigentes tam eisdem abbati et conventui quam inquisitionis negotium prosequentibus, terminum competentem, quo per se vel procuratores idoneos nostro se conspectui representent, quod canonicum fuerit, actore Domino, recepturi. Dat. ut supra. »

2621

Pérouse, 28 février 1235.

Priori et capitulo basilicæ Salvatoris Lateranensis confirmat arbitrium promulgatum a Rainerio, Ostiensi electo, in questione inter ipsos, ex una parte, et Nicolaum, patriarcham Constantinopolitanum, olim episcopum Spoletanum, ex altera, super ecclesia Sanctæ Mariæ de Sillano suborta; insertis sub sua bulla instrumentis ad prædictum arbitrium spectantibus. — (Reg. 18, f. 36 v°; ann. IX, c. 105.)

« .. priori et capitulo basilicæ Salvatoris Lateranensis. Ea que judicio —. Dat. Perusii. II kalendas martii, anno nono. »

[2625]

Rome, église des SS. Marcellin et Pierre, 17 mai 1234.

[Publicatio prædicti arbitrii per Ambrosium de Campania, notarium:]

« In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Amen. Cum »
 » lis et controversia verteretur inter venerabilem pa- »
 » trem dominum Nicol[au]m, episcopum, et capitulum »
 » Spoletanos, ex parte una, et dominum Thomasium, »
 » priorem, et capitulum basilicæ Salvatoris Latera- »
 » nensis, ex altera, super ecclesia Sanctæ Mariæ de »
 » Sillano, sita in diocesi Spoletana, quam idem epis- »
 » copus ad se spectare dicebat, prior autem et capi- »
 » tulum Lateranenses eandem, quantum ad jus patro- »
 » natus et temporalia, pertinere ad dictam basilicam »
 » exponebant, antequam prædictam causam ordine »
 » judiciario prosequerentur, placuit utrique parti per »
 » procuratores eorum, ad hoc specialiter destinatos, »
 » habentes ab .. episcopo et capitulo Spoletanis et [...] »
 » priore et capitulo Lateranensibus super hoc plenam »
 » et liberam potestatem ad componendum, sicut per »
 » publica instrumenta, per Johannem Fortibrach[ium], »
 » scribarium Urbis, et Befanium, notarium Spole- »
 » tanum, confecta, patet, que ego Ambrosius notarius

» legi et diligenter inspecti, in venerabilium patrum et »
 » dominum Rain[erium], Dei gratia Ostiensem et Vel- »
 » letrensem electum, tanquam in arbitratorem, precise »
 » compromittere, prout in instrumento publico con- »
 » pacto proinde continetur. Cujus talis est tenor :

[2626]

Anagni, 20 janvier 1233.

[Instrumentum compromissionis procuratorum partium:]

« In Dei nomine. Amen. Anno Domini M^oCC XXXIII^o. »
 » tempore domini Gregorii pape VIII et die XII »
 » exeuntis januarii, indictione VI, hoc quidem tempore, »
 » Gandullinus, procurator venerabilis patris Nicolai »
 » episcopi, nomine ipsius episcopi et ecclesie Spole- »
 » tane, et dominus Petrus, procurator et canonicus »
 » ecclesie Lateranensis, nomine ipsius ecclesie, spe- »
 » ciale habentes mandatum ad componendum, compro- »
 » miserunt precise et absolute in venerabilem patrem »
 » dominum Rain[erium], Ostiensem et Velletrensem »
 » electum, tanquam in arbitrum seu arbitratorem —. »
 » Actum Anagnie, presentibus Pand[ulpho], canonico, »
 » et Palmerio, clerico Reatinis; Johanne Sancti Eus- »
 » tachii, cive Romano; Johanne Gaictan[i] et Odon- »
 » » Bello, Anagnin[is]; Jacobo Villano, notario Spole- »
 » tano, et Henrico de Capello, testibus ad hoc rogatis. »
 » Ego Taddens Adjuti de Spoleto, apostolica auctori- »
 » tate notarius, hiis interfui et rogatus hec scripsi et »
 » publicavi. »

« Item itaque dominus electus — arbitrium protulit »
 » in hunc modum :

[2627]

[Mandatum Rainerii cardinalis procuratori Lateranensium:]

« Nos Rainerius, miseratione divina Ostiensis et »
 » Velletrensis electus, de speciali domini pape man- »
 » dato et eodem domino suam in hoc autoritatem »
 » prestante, laudamus, arbitramur, diffinimus et sub »
 » pena quingentarum librarum Provenensium, in »
 » compromisso adjecta, precipimus domino Petro, pro- »
 » curatori prioris et capituli et ecclesie Lateranensis, »
 » procuratorio nomine ipsorum, quod renuntiet libere »
 » et provide omni juri et actioni dicto priori et ecclesie »
 » Lateranensi in ipsa ecclesia Sancte Mariæ de Sil- »
 » lano competenti —, ita quod — libros et parchmenta

« et alia mobilia ecclesie Sancte Marie dictus procurator, nomine ejusdem ecclesie, restituat episcopo « Spoletano. »

« Qui Petrus procurator — renuntiavit —. Post hec, » prefatus dominus electus mandavit Gandulphino, procuratori episcopi et capituli Spoletanorum, sicut [est] » in sequentibus annotatum :

2628

[Mandatum ejusdem procuratori Spoletanorum :]

« Nos Rain[erius] — laudamus, arbitramur, diffini- » mus et sub pena predicta precipimus Gandulphino, » procuratori, procuratorio nomine, episcopi Spoletani, » ut idem episcopus et successores sui qui pro tempore » fuerint in ecclesia Spoletana, singulis annis priori » et ecclesie Lateranensibus in ipsa basilica, in festo » beati Johannis Baptiste, duodecim libras honorum » denariorum Lucensium, sine qualibet difficultate, » persolvant —. »

« Gandulphus autem — acceptavit, et solutionem et » cautionem facere et observare promisit.

« In hujus autem rei evidentiam, prefatus dominus » electus hoc instrumentum fecit sui sigilli munimine » roborari. Latum [sic], recitatum et ab utroque pro- » curatore emologatum [sic] et sponte receptum, Rome, » apud ecclesiam Sanctorum Marcellini et Petri, anno » Nativitatis Dominice M^oCC^oXXXIII^o, pontificatus » domini Gregorii VIII pape anno octavo, indictione VII, mense maji, die XVII. In presentia et » testimonio venerabilis patris domini Rufini, episcopi » Saxenat[is]; [testimonium] Johannis, presbiteri Perusini¹; t. magistri Nicolai Beneventani, [et] t. magistri Johannis de Alatro, capellanorum domini » Ostiensis; t. magistri Rain[erij], capellani domini » Ostiensis; [t.] domini Conradi de Sculcul[o]; [t.] Adu- » nulfii, scriniarii Velletrensis. Et ego Ambrosius de » Campania, Imperii Sacri notarius, habens potestatem » a domino papa dandi tutores et curatores, emanci- » pandi, interponendi decretum et publicationes faci- » endi, de mandato predicti domini Ostiensis et » utriusque partis procuratorum assensu, predicta » scripsi et in publicam formam redegi. »

1. Ms. : presbiteri Johannis Perusini.

2629

Pérouse, 7 juin 1235.

Alberico¹ presbytero et Bonansengno, clericis ecclesie Sancti Angeli Perusinae, eandem ecclesiam, ad ipsorum canonicam pleno jure spectantem, — quam G., archipresbyter, et capitulum Perusini, cum ipsis domibus ipsi papae et postmodum R[ainerio], Ostiensi episcopo, papae nomine, contulerant, quamque idem Ostiensis, in praesentia Sabinensis episcopi, ipsis demum assignaverat, — nec non et quaedam pertinentia quae eidem Perusini ipsis Alberico et Bonansengno, cum quibusdam militibus et aliis civibus Perusinis cupientibus Domino in perpetuum famulari, contulerant, — confirmat. — (REG. 18, f. 37 v^o; ann. IX, c. 106.)

« Alberico presbitero et Bonansengno, clericis ecclesie Sancti Angeli Perusinae. Pie mentis devotionem —. Dat. Perusii, VII idus junii, anno nono. »

2630

Pérouse, 7 juin 1235.

Abbat[is] Grandis Silvae et priori provinciali ordinis Praedicatorum in provincia Tholosana de R. et R. sororibus viduis Caturensibus, quibus inquisitores praeceperant ut religionem quam vellent, intrarent, perpetuo in ea Domino serviturae, mandata dat. — (REG. 18, f. 37 v^o; ann. IX, c. 107; — POTTHAST 9932.)

« .. abbat[is] Grandis Silvae², Cisterciensis ordinis, Tolosane diocesis, et .. priori provinciali ordinis Praedicatorum in provincia Tolosana. Venientes ad presentiam³ nostram R. et R. sorores vidue Caturenses sua nobis insinuatione monstrarunt quod, cum tibi, fili prior, dederimus nostris litteris in mandatis ut aliquos de fratribus tuis ad partes juxta ordinem tuum tibi commissas, transmitteres, qui, clero et populo convocatis, generalem predicationem facientes ubi commodius cognoscerent expedire, adjunctis sibi aliquibus religiosis, diligenter inquirerent de hereticis et pravitate heretica infamatis, et, si quos invenirent culpabiles vel infamia hujusmodi laborare, nisi examinati vellent absolute mandatis Ecclesie obedire, procederent contra eos, juxta statuta nostra adversus hereticos promulgata, tu Petrum Silanum, Petrum Berchet et Witum Arnaldi, fratres de ordine tuo, ad civitatem Caturensensem pro exequendo mandato apostolico designasti; qui super hoc ad inquisitionem per se ipsos, non associatis sibi aliis, procedentes, a nonnullis personis civita-

1. Cette pièce est annulée, comme l'indique la mention *vacat*.

2. Ms. : Grandissitti.

3. POTTHAST donne l'incipit « Venientes ad nostram ... », d'après MANRIQUE, *Annales Cistercienses*, IV, 499.

tis ejusdem de veritate dicenda juramenta secreta pro suo arbitrio receperunt. Cumque, die quadam, multis tam maribus quam mulieribus et ipsis etiam convocatis, quendam presbiterum, relapsum ad heresem aljuratum, de qua semel et secundo convictus fuerat, duxerint advocandum, ut prestaret simile juramentum, quampluribus de populo cum eisdem mulieribus reclamantibus quod tam flagitiosus viri non erat testimonium admittendum, tandem ex parte omnium hac occasione ad nostram fuit presentiam appellatum; sed, fratribus ipsis promittentibus mulieribus supradictis quod eas in nullo gravarent, si ab appellatione recederent et sue se super hoc exponerent voluntati, eodem, appellationi renuntiantes emisse, de parentum mandatis eorum prestiterunt fiducialiter juramentum. Quo facto, iidem, examinatione alia non promissa, eis sub debito juramenti prestiti preceperunt ut quam vellet religionem intrarent [et] in ea perpetuo Domino deservire[n]t: propter quod ad Sedem Apostolicam appellarunt: unde humiliter petierunt ut, cum sint catholice mulieres, tenentes rectam fidem, ad Sanctam Ecclesiam devotionem sinceram habentes, nec coacta servitia Christus acceptet, esse hoc dignemur eisdem, que adhuc desiderant super matres, misericorditer providere; presertim cum defensionis copiam non habuerint et condemnari non deberint indefense. Quocirca vobis per apostolica scripta mandatum quatenus, non obstante predictorum fratrum mandato facto mulieribus supradictis, inquisitis super hiis et aliis que fidei contingunt negotium in predicta provincia, diligentius veritate, super hoc atque aliis procedatis per statuta concilii et nostra noviter contra hereticos promulgata. Dat. ut supra. »

2631

Pérouse, 15 juin 1235.

Comitem Cornubiæ et Pietaviæ monet quatenus, — non obstante quod quidam assererant quod ipsum defunctus Gilbertus, comes Gloverniæ, olim maritus Isabellæ, nunc ipsius comitis Cornubiæ uxoris, quarta parentelæ linea attingeret, — cum præfata comitissa, uxore sua legitima, manent. — (REG. 18, f. 38 r°; ann. IX, c. 108.)

« *Nobili viro .. comiti Cornubiæ et Pietaviæ.* Ad aures nostras pervenit quod, cum nobilem mulierem .. comitissam Gloverniæ in facie Ecclesiæ cum sollempnitatibus debitis, nullo reclamante, duxeris in uxorem, de qua, multo tempore sibi colihabitas, liberos suscepti, propter simplicia verba quorundam, nuper tibi dicentium quod .. quondam dicte comitisse maritus te quarta

parentelæ linea contingisset, tuque comitis te referentis quod talia de prefato viro suo fuerant tibi suggesta, timetur non modicum te igitur in actibus tuis dubitatis scrupulus sit exortus, neve, simpla ex hoc occasione quacunque, proposueris inter te ac ipsam divortium procurare. Quare fuit ex tua parte a nobis cum magna precum instantia postulatum ut, ad tollendam suspensionem quam ex hiis contra te prefata comitissa concepit, ad cautelam vobiscum dixerimus inferioriter dispensare. Nos autem, super hoc conscientie tue, prout cum Domino possumus, providere volentes, cum, sicut intelleximus, bona fides que in contractu matrimonii affluit, nequaquam defuisse noscatur, nobilitatem tuam monemus, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus, dubitatione, si qua ob predicta est in corde tuo, prorsus deposita, cum præfata comitissa manens legitime, affectu ei adhereas maritali. Dat. Perusii, XVII kalendas julii, anno nono. »

2632. — In eundem fere modum¹ *Ysabelle, comitisse Gloverniæ.*

2633

Pérouse, 16 juin 1235.

Comiti Marchiæ gratias agit quod, intellecto statu Romanæ Ecclesiæ, magistro Simone, ipsius papæ scriptori, quingentas libras Turonensium in ipsius Ecclesiæ subventionem [contra Romanos] impenderit; quam pecuniam, Romanis ad mandatum Ecclesiæ redeuntibus et pace reformata, mandavit ipsi comiti resignari; eademque pecunia recepta, ipse comes papam de illius resignatione certiore faciat. — (REG. 18, f. 38 r°; ann. IX, c. 109; — MOREAU 1190, f. 62; — RODENBERG 645.)

« *Nobili viro .. comiti Marchiæ* Sacrosancta Romana Ecclesia, universorum fidelium Christi matre, nuper in necessitatis articulo constituta, te, tanquam devotum ipsius filium, pro ejusdem subsidio requiri fecimus confidenter, tuque, statu intellecto ipsius, devotivis affectum quem ad eandem habere dinosceris et nos ipsos, ostendere cupiens per effectum, dilecto filio magistro Symoni, scriptori nostro, sicut ex litteris ipsius nobis innotuit, quingentas libras Turonensium in ipsius Ecclesiæ subventionem liberaliter impensis; super quo nobilitatem tuam in Domino commendamus ac dignis prosequimur actionibus gratiarum. Verum cum, Romanis ad mandatum Ecclesiæ redeuntibus, operante Patre luminum, gavis sit hinc inde tranquillitas refor-

1. Cet in eundem modo à etc ajouté dans la marge.

mata, volumus et per apostolica tibi scripta mandamus quatenus, cum pecuniam ipsam mandemus tibi sine diminutione qualibet resignari, eandem recipiens, de resignatione ipsius nobis cures tuas litteras destinare. Dat. Perusii, XVI kalendas julii, anno nono. »

2631

Pérouse, 16 juin 1235.

Comitisse Marchie similiter scribens, gratias agit quod, intellecto statu Romanæ Ecclesie, centum quadraginta libras Turonensium (magistro Simoni, ipsius papæ scriptori), ipsius Ecclesie nomine, pro ipsius Ecclesie subsidio contulerit; quam pecuniam mandavit similiter, eadem causa, ipsi comitisse resignari. — (REG. 18, f. 38 r°; ann. IX, c. 110; — cf. RODENBERG 615.)

« *Nobili mulieri .. comitisse Marchie*. Gratum gerimus et —. Dat. ut supra. »

2635

Pérouse, 15 juin 1235.

Archiepiscopo Turonensi et suffraganeis ejus, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatiis et canonicis per Turonensem provinciam constitutis, mandat quatenus, pecunia quam pro subsidio Ecclesie magistro Simoni, nomine ipsius papæ, impenderint vel apud locum aliquem deposuerint, ipsis restituta, de resignatione et quantitate ipsius pecunie faciunt per litteras suas Sedi Apostolice testimonium. — (REG. 18, f. 38 r°; ann. IX, c. 111; — MOREAU 1190, t. 60; — cf. RODENBERG 615.)

« .. *archiepiscopo Turonensi et suffraganeis ejus, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatiis et canonicis per Turonensem provinciam constitutis*. Gratum gerimus et —. Sicut ex litteris dilecti filii magistri Symonis, scriptoris nostri, nobis innotuit, Romane Ecclesie, matri vestre, in necessitatis articulo constitute, debito compatientes affectu, prompte sibi subventionis auxilium liberaliter obtulistis. Verum cum, sicut alias scripsisse meminimus, Romanis nuper etc., ut supra¹, usque : reformata, eidem scriptori per nostras dedimus litteras in mandatis ut, a subsidii petitione desistens, pecuniam pro hujusmodi subsidio depositam et receptam, suam singulis qui obtulerunt eandem, sine dilatione ac diminutione qualibet restituat universam. Quocirca mandamus quatenus quicumque vestrum pecuniam aliquam, occasione predicti subsidii, Ecclesie nomine, magistro nominato impendit vel duxit apud lo-

1. Cf. supra, n° 2633 (*comiti Marchie*).

cum aliquem deponendam, illam cum integritate recipiens, de resignatione ac quantitate ipsius suas nobis curet litteras in testimonium destinare. Dat. Perusii, XVII kalendas julii, anno nono. »

2636 — In eundem modum .. *archiepiscopo Senonensi et suffraganeis ejus, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatiis et canonicis per Senonensem provinciam constitutis*.

2637 — In eundem modum .. *archiepiscopo Remensi et suffraganeis ejus, abbatibus, prioribus, etc.*, ut supra.

2638 — In eundem modum .. *abbatibus et conventibus monasteriorum exemptorum per regnum Francie constitutis*.

2639

Pérouse, 15 juin 1235.

Potestati, consilio et populo Asisinatibus mandat quatenus pacem inter se foveant, et ordinationes quasdam cum in finem a Sede Apostolica præscriptas et præsentibus litteris insertas observent. — (REG. 18, f. 38 v°; ann. IX, c. 112; — PORTHAIST 9937; — RODENBERG 641.)

« .. *potestati, consilio et populo Asinat[ibus]*. Inter¹ curas multiples —. Dat. Perusii, XVII kalendas julii, anno nono. »

2640

Pérouse, 5 juin 1235.

Capitulo Elborensi significat se confirmare sententiam qua O[tt]o, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, processum Compostellani archiepiscopi, in causa quæ inter magistrum Suerium, ecclesie Elborensis canonicum, et Martinum, ejusdem ecclesie cantorem, super ipsius ecclesie decanatu vertebatur, eundem decanatum eidem magistro, contra jus, ut dicebatur, conferentis, cassaverat. — (REG. 18, f. 39 v°; ann. IX, c. 113.)

« *Capitulo Elborensi*. Constitutus in presentia —. Dat. Perusii, nonis junii, pontificatus nostri anno nono. »

2641

Pérouse, 17 juin 1235.

Episcopo Paduano, qui nuper quatuor hæreticos Paduæ interceptos ad perpetuum carcerem condemnaverat, mandat quatenus deinceps in opus simile conatus suos student accuratius

1. Une partie de cette pièce est annulée au moyen d'un *vacat*. Voy. RODENBERG, p. 540 et note. Le passage « *speciales, prompti [vestri videmini sumpsisse — penitus habituro]*. Volumus... » a été remplacé dans la marge par le passage correspondant : « *speciales, prompti [libenter habemur — concedimus facultatem]*. Volumus... »

exercere; prædictis vero quatuor fundamentis factis et infrangibiles carceres in quibus facis et castris cum mora singillatim fieri debent, et talem circa eis adhiberi custodiam, quod nec per violentiam extrahi valeant, nec per quoscunque machinationis erumpant; collegiumque non liceat inter se nec cum aliis, nec ad eos adhibitis, nisi cathedralibus quibus illorum custodia deputaverit, præbentur accessus; exensæ pro victu incarcerationum et salutaris carcerum sumptibus de mensuram; que si non sufficiunt, de monasteriis vel de aliis suis diocesis exigantur. — (REG. 18. f. 40 r; ann. IX. c. 111.)

« .. episcopo Paduano. Per diligentiam fidei —. Dat. Perusii, XV kalendas julii, anno nono. »

2612

Pérouse, 18 juin 1235.

Gilbertus in quaresimali, comitem de Pembroke, et Walterum Anselmumque, fratres ejus, cum terris que in Ibernia habent et in Wallia, sub beati Petri et sua protectione suscepit; inhibito ut nullus in ipsos excommunicationis et in ipsorum terras interdicti, certis condicionibus, sententias promulgare audeat. — (REG. 18. f. 40 r; ann. IX. c. 115; — PORTHAUST 9910; — cf. *supra*, n° 2599.)

« Nobilissimus viris Gileberto marescallo, comiti Pembroch, Waltero et Anselmo, fratribus. Dignum est et —. Dat. Perusii, XIII kalendas julii, anno nono. »

2613

Pérouse, 18 juin 1235.

Archiepiscopo Treverensi et suffraganeis ejus mandat quatenus universas abbatissas ac moniales per Treverensem provinciam constitutas, frena regularis observantiae relaxantes, — quibus videlicet abbatissis et monialibus ipse papa mandaverat sic ipsarum monasteriorum claustra firmari, quod personis de quibus posset sinistra suspicio suboriri, aditus ad eas et eis ad ipsas interdiceretur egressus, — singuli in suis diocesisibus ad id attentius moneant. — (REG. 18. f. 40 r; ann. IX. c. 116.)

« .. archiepiscopo Treverensi et ejus suffraganeis. Abel justus a —. Dat. Perusii, XIII kalendas julii, anno nono. »

2614

Pérouse, 16 juin 1235.

Abbatibus et conventibus monasterii Beate Marie de Hales, Præmonstratensis ordinis, Wigorniensis diocesis, — cum Wintoniensis episcopus ipsorum monasterium a fundamentis in Wigorniensis diocesi construxisset, et Willelmus, Coventrensis episcopus, ecclesiam de Walesales, in diocesi Co-

ventrensi sitam, in qua ex domo quondam Wintonii Ruffi militis, le comte de regis, pater patris eius in ipsa præmonstratensis abbatissas, ad usum pauperum convertendam ipse constituit, — significasse ipsorum quod in his partibus (et sic fuerit, contra mare, dispositio monasterii et ipsius diocesis, et de ista, et de vacaverit, et ad usum patris prædicti revertant. — (REG. 18. f. 40 v; ann. IX. c. 117.)

« .. abbatibus et conventibus monasterii Beate Marie de Hales, Præmonstratensis ordinis, Wigorniensis diocesis. Pastoralibus officiis exigit —. Dat. Perusii, XVI kalendas julii, anno nono. »

2615

Pérouse, 19 juin 1235.

Episcopo Aurelianensi supplicanti concessit ut, — cum in Aurelianensi ecclesia, — x quibusdam consuetudinibus, quibus in partibus corruptela, plus valeret minus, vel durum vel tunc contradietio, quibus omnium ab ipso consensu, — quod in eadem ecclesia, cum majori et majori parte equitatis, pro ipsius utilitate duxerit tamen, pœnitentiam contra libertatem in libertate non obstante, rebus obtinuit firmitatis, nisi ab eis aliqui rationabile obiectum fuerit et ostensum, quare id fieri non debeat vel non possit. — (REG. 18. f. 40 v; ann. IX. c. 118; — MOREAU 1190, f. 63.)

« .. episcopo Aurelianensi. Cum turpis sit —. Dat. Perusii, XIII kalendas julii, anno nono. »

2616 — In eundem modum .. archiepiscopo Turonensi, pro Turonensi ecclesia.

2617

Pérouse, 20 juin 1235.

Abbatibus de Vadacio, archidiacono de Passio et magistro Raheio, canonico Cenomanensi, mandat quatenus causam Joscelini, archidiaconi Nannetensis, in episcopum Nannetensem minus canonice, ut dicebatur, elicti, sufficienter instructam ad Sedem Apostolicam remittant. — (REG. 18. f. 40 v; ann. IX. c. 119; — MOREAU 1190, f. 64; — PORTHAUST 9941.)

« .. abbatibus de Vadacio et .. archidiacono de Passio, Cenomanensis diocesis, et magistro Raheio, canonico Cenomanensi. Dilectus filius magister Willelmus, procurator Joscelini, archidiaconi Nannetensis, in nostra proposuit presentia constitutus, quod, Nannetensis ecclesia nuper pastoris solacio destituta, ne sub vacatione deficeret longiori, canonici Nannetenses, sue matris calamitate concussi, convenerunt in unum, et omnes, preter quatuor, qui inter se diversi nominaverunt diversos,

scrutatis singulorum voluntatibus, predictum archidiaconum, virum liberatum, providum et honestum, per cuius industriam speratur eadem ecclesia in spiritualibus et temporalibus reformanda, in suum episcopum elegerunt; cuius electionem venerabilis frater noster.. Turonensis archiepiscopus, metropolitanus eorum, sibi cum decreto presentatum ab ipsis, opponente se solo.. cantore Cenomanensi, ecclesie predictae canonico, uno ex quatuor supradictis, et ad nostram audientiam appellante, noluit confirmare, negotium ad Sedem Apostolicam remittendo; apud quam, dicti Josceldini procuratore electionem huiusmodi confirmari petente, prefatus cantor excipiendo proposuit non modicum in ipsius processu fuisse peccatum, cum ante scrutinium illi qui archidiaconum nominarunt, cum eo et suis habuissent de ipso eligendo tractatum; quem etiam decem vel undecim in scrutinio nominantibus, tres vel quatuor tali modo consenserunt in ipsum, dicentes : « Non contradicimus, si archidiaconus eligatur »; et cum, votis canonicorum post scrutinium publicatis, statim ipse, priusquam procederetur ulterius, appellaret, ne procederetur ad electionem, ommissa forma canonica, et ne quis eligeretur, cui de statutis canonicis aliquid obviaret, quatuordecim canonici, appellatione despecta nullaque collatione habita in communi vel electione premissa, cantando *Te Deum laudamus*, deportaverunt eundem archidiaconum ad altare. Addidit etiam dictus cantor quod in crastinum electionis ipse ac tres alii supradicti in capitulo appellarunt, ne sigillaretur aliquid sigillo capituli in prejudicium eorundem. Contra electi vero personam objecit quod sic illiteratus existit, quod nec latine novit nec gallice predicare, ex quo grave posset Nannontensi diocesi periculum imminere, maxime cum in locis vicinis multi de novo heretici sint inventi, et diocesis illa, que preter duas populosior est inter alias dioceses provincie Turonensis, sepe, propter malitiam habitantium in eadem, consueverit interdicti, in tantum quod quedam pars ipsius per viginti annos et amplius continuo subjecta extitit ecclesiastico interdicto. Propter magnum quoque luminis defectum quem idem archidiaconus, fere octogenarius, patitur, episcopali non congruit dignitati, plus debito timens nobiles et potentes, quod ex hoc liquet aperte, quoniam excommunicatos, prout debuit, non vitavit; quod etiam qui nominaverunt eundem minime ignorarunt, quorum multi in eodem ei similes extiterunt. Unde tam ei quam ipsis timendum est quod non solum minoris, sed etiam majoris excommunicationis vinculo sint astrieti, cum multi cum participantibus excommunicati fuerint in diocesi supradicta. Preterea

nimia complectitur affectione propinquos, pro quorum timore, consistentium sub potestate quorundam potentium, qui bona ejusdem ecclesie detinent occupata, ad ea recuperanda viriliter procedere non auderet, ac ad munera que interdum prudentes avertunt, se facile juxta ejusdem consuetudinem inclinaret; ejusque negligentia ex eo notabilis esse videtur, quod in archidiaconatu suo, cui circa viginti annos prefuit, debitam coheritionem non exercuit, licet multa in venerit corrigenda. Quare ipsius electionem dicebat nullatenus confirmandam, et eligendi jure hac vice privatos vel privandos etiam electores. Dicti vero archidiaconi procurator contra respondit quod in electione predicta observata fuit forma canonica et canonicè celebrata de persona idonea, congrue litterata, utpote que a teneris annis in artibus et in jure diu studuit, et postmodum in theologia facultate; in quo, etsi litteratura eminens non existeret, debebat tamen competens tolerari, cum, preter ipsam, sibi vite ac morum honestas ac consanguinorum potentia, qui necessarij sunt Nannontensi ecclesie, suffragentur. De ipsius quoque diligentia constare dicebat, quoniam archidiaconatu suo laudabiliter prefuit, et ibi verbo profecerat et exemplo. De cuius etate ac defectu luminis cantor ipse minus veraciter premissa confinxit, cum idem archidiaconus vix annum sexagesimum excessisset. Negabat etiam dictum archidiaconum pronum ad munera que ipsum facerent a justitia deviare; nec erat verisimile quod potentes plus debito vereretur, cum contra nobilem virum.. comitem Britannie bis vel ter ad Sedem Apostolicam venerit pro ecclesia Nannontensi. Inficiabatur insuper eum et electores suos, nisi in casibus concessis, excommunicatis communicasse scienter, vel nominatum cantorem appellationem emisisse predictam: quod si etiam appellasset, cum electi persona sit idonea et electa canonice, non contra formam appellationis, immo potius secundum eam intelligitur electio celebrata. Unde suppliciter postulavit ut, ipsius cantoris contradictione et appellatione nequaquam obstantibus, prefatam electionem confirmare tanquam canonicam dignaremur. Quocirca, de dicti cantoris et ejusdem procuratoris assensu, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi et cognita super hiis et aliis diligentius veritate, causam ad nos remittatis sufficienter instructam; electo, ut personaliter, capitulo vero, si voluerit, et prefato cantori, ut per procuratores idoneos, prefigentes terminum competentem, quo compareant coram nobis, quod super hoc statuendum duxerimus, recepturi: Quod si non omnes etc. Dat. Perusii, XII kalendas julii, anno nono. »

2618

Pérouse, 7 juin 1235.

Beatrici, reginae Castellae, Toleti et Legionis, longis encomiis de sancta Elisabetha scribit, et de conversione Conrad, quondam landgravi Thuringiae, et Agnetis, matris regis Bohemiae, narrat. — (REG. 18, f. II r°; ann. IX, c. 120; — MOREAU 1190, f. 59, *fragm.*; — POTTHAST 9933; — RODENBERG 613, *fragm.*)

« Beatrici, illustri reginae Castellae, Toleti et Legionis, Jhesus, filius Syrach —. Dat. Perusii, VII idus junii, anno nono. »

2619

Pérouse, 20 juin 1235.

Ricardo, clerico, nepoti filiorum quondam Guillelmi, marescalli Angliae, comitis de Penbroke, et fratri germano [Hugonis IV Bigoti], comitis Norfolciae, indulget ut cum suis redditibus, qui sibi ad congruum sustentationem non suppetebant, unicum valeat recipere beneficium, etiam curam animarum habens. — (REG. 18, f. 42 v°; ann. IX, c. 121.)

« Ric[ardo], clerico, nepoti nobilium virorum [filiorum] .. marescalli Anglie, comitis Pembroch, et .. comitis Norfolcie germano. Ad instar regni —. Dat. Perusii, XII kalendas julii, anno nono. »

2650

Pérouse, 21 juin 1235.

Priori fratrum ordinis Praedicatorum Tervisino, proponenti in Slavoniae partibus consuetudinem esse, « juxta quam sub ea condicione mulier conjungitur viro, si sibi placuerit in matrimonio retinenda, alioquin reddenda parentibus sine mutilatione vel fractione membrorum », et super hoc consilium postulanti, respondet quod sic contrahentes monendi sunt et hortandi ut de novo inter se matrimonium contrahant secundum formam Ecclesiae consuetam. — (REG. 18, f. 42 v°; ann. IX, c. 122; — POTTHAST 9942.)

« .. priori fratrum ordinis Predicatorum Tervisino. Cum in Slavonie —. Dat. Perusii, XI kalendas julii, anno nono. »

2651

Pérouse, 21 juin 1235.

Regem Angliae, qui in coronatione sua juraverat jura,

1. Mathilde ou Maheut, fille de Guillaume le Maréchal, avait été mariée, en 1206, à Hugues le Bigot, troisième comte de Norfolk, mort en 1225. (Cf. P. Meyer, *Romania*, XI, 31, note 1.)

2. Avec l'adresse : *Procuratori fratrum ordinis*, etc.

libertates et dignitates observare, mox, ac postmodum, quamplura ad jus et statum corpore spectantia in generalium regni et contra honorem suum transgredere solent. — Contra id nihil facturum juramento firmaverat. Et ob servatiam posterioris juramenti, quod priori transgredat, punitum non tenent. — (REG. 18, f. 42 v°, ann. IX, c. 123. — POTTHAST 9952.)

« .. illustri regi Anglie. Quanto majori vinculo —. Dat. ut supra. »

2652

Pérouse, 21 juin 1235.

Abbatii Sancti Samuelis, Premonstratensis ordinis, Hierosolymitanae diocesis, mandata quatenus, — cum causa quae inter Aconensem episcopum, ex una parte, et plebanum ac clericos capellae Sancti Marci, et alios Venetos in Aconensi civitate morantes, ex altera, super jure parochiali ejusdem capellae vertebatur, longis a temporibus romanet indecidis. — partibus terminum novem mensium praedict, quo apostolico conspectui se repraesentent. — (REG. 18, f. 42 v°; ann. IX, c. 121.)

« .. abbatii Sancti Samuelis, Premonstratensis ordinis, Jerosolimitanae diocesis. Venerabili fratre nostro .. Aconensi episcopo accepimus referente quod, cum bonae memoriae II. papa, predecessor noster, causam que inter ipsum, ex parte una, et .. plebanum ac clericos capelle Sancti Marci, et alios Venetos in Aconensi civitate morantes, ex alia, super jure parochiali ejusdem capelle vertitur, petente venerabili fratre nostro .. Tusculano episcopo, qui tunc Aconensis episcopus existebat, ad examen suum duxerit revocandam, eodem postmodum causam ipsam motu proprio prorogante, nullus processus fuit habitus in eadem; propter quod remansit haec indecisa, et idem Aconensis episcopus in spiritualibus et temporalibus patitur non modicum detrimentum; super quo sibi petiti paternae providentia subveniri. Volentes igitur ut finis litibus imponatur, mandamus quatenus praefigis partibus terminum peremptorium novem mensium, quo [per] se vel per procuratores idoneos nostro se conspectui representent, facture ac recepture quod dictaverit ordo juris. Dat. Perusii, ut supra. »

2653

Pérouse, 22 mai 1235.

Castellense monasterium, a quondam nobilibus viris Be-

1. A la date *kalendis julii*.

ringero Friderico de filio regis Ottone, nec non a Luitgarda comitissa fundatum in alodio suo, et beato Petro ab eis oblatum, ad exemplar Paschalis II et Innocentii IIⁱ, Pontificum Romanorum, sub beati Petri et sua protectione suscipit, omnesque ejus possessiones ac bona, jura atque privilegia confirmat; tribus auri byzantiis ad indicium hujus libertatis, expleto triennio, Camerae Apostolicae persolvendis. — (REG. 18, f. 43 r^o; ann. IX, c. 125; — POTTHAST 9919.)

« .. *abbati monasterii Castellensis, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, etc.* Pie postulationis ordo. — Dat. Perusii, per manum fratris Joseph, ordinis Florentis, notarii domini Gregorii pape VIII, XI kalendas junii, indictione VIII. Incarnationis Domini anno M^oCC^oXXXV. pontificatus vero ejusdem domini Gregorii anno nono. »

265-1

Pérouse, 22 juin 1235.

Henricum, natum juniorem Henrici, ducis Silesiae et Cracoviae, cum omnibus bonis sub protectione beati Petri et sua suscipit. — (REG. 18, f. 43 r^o; ann. IX, c. 126; — POTTHAST 9944.)

« *Nobili viro Henrico, nato dilecti filii Henrici, ducis Zlesie et Cracovie, juniore.* Extimantes quod filius. — Dat. Perusii, X kalendas julii, anno nono. »

2655

Pérouse, 20 juin 1235.

Minduniensi episcopo, cum olim super eo quod sedes episcopalis Minduniensis ecclesiae de Villa Majori ad Ripam de Euve² fuerat non solum inutiliter, sed etiam damnose translata, plures ab Apostolica Sede litterae impetratae fuissent, significat se sententiam a L[.aurentio], Auriensi, et M[.ichaële], Lucensi episcopis, super hoc a Sede Apostolica delegatis, abbate de Superaddo, eorum collega, legitime excusato, latam, videlicet ut praedicta sedes de Ripa de Euve ad Villam Majorem de novo, tanquam ad aptiorem et utiliorem locum, transferretur, confirmare. — (REG. 18, f. 43 r^o; ann. IX, c. 127; — cf. PRESSUTTI 5068.)

« .. *Minduniensi episcopo.* Justis petentium etc. — Dat. Perusii, XII kalendas julii, anno nono. »

1. La bulle d'Innocent II est indiquée dans les *Regesta* de JAFFÉ-LOEWENFELD sous le numéro 7975 (11 avril 1139); je n'ai pas trouvé, dans ces *Regesta*, mention de la bulle de Paschal II.

2. Ms. : *Euve* (la rivière Eo).

2656

Pérouse, 26 juin 1235.

Abbati Sancti Stephani et decano Christianitatis Divionensis committit audiendam causam inter episcopum Aeduensem et dominum de Tilio exortam. — (REG. 18, f. 43 v^o; ann. IX, c. 128; — MOREAU 1190, f. 73.)

« .. *abbati Sancti Stephani et .. decano Christianitatis Divion[ensibus].* Significante venerabili fratre nostro .. Eduensi episcopo, nobis innotuit quod, cum nobilis vir .. dominus de Tilio, sue diocesis, falso asserens quod dictus episcopus, sine causa rationabili, nulla competentis monitione premissa, contra statutum concilii generalis, excommunicationis in eum et in terram suam interdicti sententias promulgarat, quasdam a nobis ad ipsum et alias ad .. abbatem et .. priorem Sancti Germani Autisiodorensis sub consueta forma litteras impetrasset: ex parte ipsius episcopi fuit propositum coram eis quod, cum eodem sententia pro manifestis dampnis sibi et ecclesie Sedelocensi, pleno jure sibi subjecte, ab eodem nobili irrogatis, fuerint promulgate, quod erat legitime probare paratus, nec non eadem sententias relaxare, si ab illo debita pro dampnis eisdem prestaretur emenda, quia iidem iudices eum super hoc audire contra justitiam denegabant, ipse, sentiens indebite se gravari, nostram audientiam appellavit; cujus appellatione contempta, ipsi dictas sententias relaxarunt. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, revocato in statum debitum quicquid post appellationem hujusmodi inveneritis attemptatum, et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit etc. —; alioquin partes ad priorem iudicium etc.; appellantes etc.; proviso ne in terra ipsius nobilis interdicti etc. Testes autem etc. Dat. Perusii, VI kalendas julii, anno nono. »

2657

Pérouse, 15 juin 1235.

P[.etro] Roscenio[o], rectori ecclesiae de Drokenford[ia], qui in eadem parochiali ecclesia, quam canonicè obtinere se proponebat, propter varias occupationes residere personaliter non poterat, indulget ut in ea per idoneum vicarium perpetuum deservire valeat. — (REG. 18, f. 43 v^o; ann. IX, c. 129; — cf. *supra*, n^o 673.)

« *P. Roscenio[o], rectori ecclesiae de Drokenford[ia], Wintoniensis diocesis.* Quos divina gratia. — Dat. Perusii, XVII kalendas julii, anno nono. »

2658

Pérouse, 24 juin 1235.

Decano Parisiensi, et magistro Oddoni de Garlanda et

Herberto, canonicis Parisiensibus, mandat quatenus sententias a magistro Vernacio, canonico Tervisino, Parisius comoranti, in Windocinensem comitem latas, in causa inter eundem comitem et nobilem mulierem P. de Lavardin viduam, super ipsius mulieris dote et dotacio agitata, sub quibusdam conditionibus nullas esse nuntient. — (Reg. 18. f. 43 v°; ann. IX, c. 130; — cf. *supra*, n. 2212-2213.)

« .. *decano, magistro Oddoni de Gallanda et Herberto, canonicis Parisiensibus.* Inter nobilem mulierem P. de Lavardin viduam et quondam .. comitem Windocinensem, Carnotensis diocesis, super ipsius mulieris dote ac dotacio questione suborta, nos, post diversas commissiones ad diversos iudices impetratas et processus varios habitos per easdem, demum bone memorie [...] Rothomagensi archiepiscopo et conjudicibus suis scriptimus ut, partibus convocatis, simpliciter et de plano in ipso negotio, quod diu protractum fuerat, procedentes, non obstantibus litteris et processibus supradictis, si nobilis vir .. comes Windocinensis, successor comitis memorati, infra quatuor menses terminum, quem preperitorem assignarent, sufficienter coram eis probaret, sicut propositum fuerat, per falsos et corruptos testes pro predicta muliere definitivam sententiam esse latam, nisi forte ab ejus prolatione tantum temporis elluxisset, quod excluderet falsi querelam, ipsi eandem sententiam et quod ex ea secutum est, cessante appellatione, legitime revocarent, audituri nichilominus et sine debito decisuri si quid super predictis inter partes remanere contingeret questionis; alioquin comitem ipsum ut definitive pareret, per excommunicationem in personam et interdictum in terram, appellatione postposita, coartarent. A quibus cum jandictus comes nostram audientiam appellasset, ejus tandem et partis alterius procuratoribus in nostra presentia constitutis, nos, ex officio nostro super hoc providere volentes, dilecto filio magistro Vernacio, canonico Tervisino, Parisius comoranti, mandavimus ut, litteris ad eum vel ad alios super eodem negotio impetratis, seu processibus per eas habitis, ac appellationibus interpositis nequaquam obstantibus, juxta formam ipsi archiepiscopo et conjudicibus suis traditam in causa procederet memorata. Qui cum in eundem comitem excommunicationis et in terram suam interdicti sententias protulisset, comes ipse per se ac procuratorem suum humiliter petit nullas easdem sententias nuntiari, proponens eundem magistrum post appellationem legitimam processisse: cum enim comes objecerit non valere rescriptum ad ipsum obtentum, quia, tempore impetrationis ipsius, predicta mulier ex

alia causa [fuerat] excommunicatione ligata, idem magister hanc exceptionem, die continuata propositam, admittere recusavit; propter quod fuit ad nostram audientiam appellatum. Sane procurator comitis, interrogatus a nobis per quem in dictam viduam fuit excommunicationis lata sententia, respondit se credere quod per bone memorie .. episcopum Carnotensem. Nos igitur, auditis hiis et aliis per fidelem relationem dilecti filii nostri [Thome], tituli Sancte Sabine presbiteri cardinalis, quem utriusque partis procuratoribus dedimus auditorem, mandamus quatenus, si infra quadraginta dies post prime citationis edictum, prefatus comes se appellasse ex causa predicta et de ipsius etiam veritate docuerit, nullas ejusdem magistri sententias nuntiatis; alioquin faciatis eandem auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari. Quod si non omnes etc. Dat. Perusii, VIII kalendas julii, anno nouo. »

2659

Pérouse, 21 juin 1235.

Eisdem mandat quatenus in causa que inter nobilem mulierem P. de Lavardin viduam et comitem Windocinensem super ipsius mulieris dote et dotacio jandudum vertebatur, definitivam tandem procedant. — (Reg. 18, f. 41 r°; ann. IX, c. 131; — MOREAU 1190, f. 69.)

« *Eisdem.* Causa que inter nobilem mulierem P. de Lavardin viduam et quondam .. comitem Windocinensem super dote ipsius mulieris et dotacio vertebatur, jandudum ad Sedem Apostolicam per appellationem delata, felices recordationis Innocentius papa, predecessor noster, bone memorie Guidonem, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, dedit utriusque partis procuratoribus auditorem. Coram quo mulieris petitione proposita, per quam procurator ipsius dotem et dotacionem, videlicet castrum Lavardini et Villam Romaen. et emptiones M[ag]n[il]dis?, quondam comitisse Windocinensis, cum perceptis medio tempore fructibus, eidem restitui postulavit, et responsione secuta, demum idem predecessor noster bone memorie .. Meldensi episcopo et conjudicibus suis, de procuratorum assensu, in communi forma negotium delatavit: qui pro ipsa vidua dilinitivam, et in comitem eodem parere nolentem, excommunicationis et in terram suam interdicti sententias promulgavit; sed, subsequente ejusdem comitis successore, quod prefata diffinitiva per depositiones quorundam falsorum et corruptorum testium fuerat promulgata, pie memorie II. papa, predecessor noster, .. abbat[is] Sancti Germani Autisio-

dorensis et collegis ejus injunxit ut, si constaret eis memoratis judices dicta hujusmodi testium fuisse secutos, nec a prolotione sententie tantum temporis effluxisset, quod falsi querelam excluderet, sententiam ipsam et quod ex ea secutum fuerat, revocaret. Postmodum vero, diversis commissionibus ad diversos judices impetratis variisque appellationibus objectis hinc inde, cum nos .. archidiacono Senonensi et conjudicibus suis mandavimus ut, partibus convocatis, simpliciter et de plano in ipso negotio, quod diu prorogatum fuerat, procedentes, non obstantibus litteris et processibus supradictis, si nobilis vir .. comes Windocinensis, successor comitis memorati, infra quatuor mensium terminum, quem sibi peremptorium assignarent, sufficienter coram eis probaret, sicut propositum fuerat, per falsos et corruptos testes pro dicta muliere diffinitivam sententiam esse latam, nisi forte ab ejus prolotione tantum temporis effluxisset, quod excluderet falsi querelam, ipsi eandem sententiam et quod ex ea secutum est, cessante appellatione, legitime revocantes, audirent nichilominus et debito fine deciderent, si quid super predictis inter partes remanere contingeret questionis: alioquin comitem ipsum ut diffinitive paret, per excommunicationem¹ in personam et interdictum in terram, appellatione postposita, coartarent. A quibus cum jamdictus comes nostram audientiam appellasset, ejus tandem et alterius partis procuratoribus in nostra presentia constitutis, nos, super hoc ex officio nostro providere volentes, dilecto filio magistro Wernacio, canonico Tervisino, Parisius commoranti, mandavimus ut, litteris ad eum vel ad alios super eodem negotio impetratis, seu processibus per eas habitis, ac appellationibus interpositis nequaquam obstantibus, juxta formam ipsi archiepiscopo et conjudicibus suis traditam in causa procederet memoratam. Nuper autem procuratoribus utriusque partis in nostra presentia constitutis et dilectum filium nostrum T[homam], tituli Sancte Sabine presbiterum cardinalem, a nobis optinentibus auditorem, comitis propositi procurator quod predicta diffinitiva non erat executioni mandanda, cum, lite non contestata et etiam causa petitionis omissa, fuerit promulgata; is etiam qui procurator comitis fuisse proponitur, procurator non extitit, et, si mandatum aliquod exhibuit, falsum fuit. Idemque co-

mes tunc temporis minor erat; qui cum fuerit indefensus, auctoritatem rei judicate habere non potuit sententia supradicta, presertim cum non in procuratorem, qui litem dicitur contestatus, sed in dominum verba sententie noscantur esse formata. Ad hec potius relatio quam sententia ex verbis judicum invenitur, quia, non presentis, sed preteriti temporis verbo usi, dixerunt: « sententiam protulimus, comitem condempnantes. » Procurator vero mulieris ex adverso respondit quod per rescriptum predicti predecessoris nostri I. pape liquido apparebat litem fuisse apud Sedem Apostolicam contestatam, ibique cause defensionis se procuratorem comitis obtulisse; cui quod falsus fuerit procurator, sero videbatur opponi, cum tempus competens ad hujusmodi falsi querelam non sit dubium effluxisse. Adjecit quoque quod comes, tempore late sententie, miles fuit, quo vix inveniebatur in partibus illis, qui magis in armis strenuus haberetur; sicque agebat, contrahebat et sic omnia faciebat, sicut quilibet major annis; et secundum legem et consuetudinem Francorum, postquam miles est aliquis, non solet minoris jure censi; proposuit etiam quod contra comitem possessorio fuit actum, in quo non consuevit de facili minoribus subveniri. Super eo autem quod dicitur de verbis sententie, formati in comitem, non in procuratorem ejusdem, responsum est non esse juris civilis subtilitatem, sed equitatem canonicam observandam¹. Ad hec prolotionem sententie pars altera in dubium revocare non poterat, que contra sententiam ipsam diversas litteras et ad diversos judices impetrarat. Nos igitur, auditis hiis et aliis per fidem relationem cardinalis predicti, mandamus quatenus, hiis non obstantibus, in causa juxta formam predictis Rothomagen[sibus] traditam procedatis. Quod si dicte mulieri excommunicationem objecerit pars adversa, ne processum vestrum impediri contingat, cum diutius sit ipsa fatigata laboribus et expensis, et negotium longiori tempore prorogatum, vos, ab ea sufficienti cautione recepta pro dubiis, et pro manifestis emenda, absolutionis beneficium impendatis eidem, in causa nichilominus processuri. Quod si non omnes etc. Dat. ut supra. »

2660

Pérouse, 21 juin 1235.

Ministro et eremitis de Montan[a]² Nigra, Antiochenae dioecesis, petentibus, beati Benedicti regulam et regularia

1. Ms. : excommunicationis.

1. Ms. : observando.

2. Montana ou Montanea.

instituta perpetuo observanda concedit. — (REG. 18, f. 44 v°; ann. IX, c. 132.)

« .. ministro et heremitis de Montan[a] Nigra, Antiochene diocesis. Quorundam nos ordinum — Dat. Perusii. XI kalendas julii, anno nono. »

2661

Pérouse, 26 juin 1235.

Henrico, duci Silesiae et Cracoviae, significat se confirmare compositionem quae in discordia inter ipsum, ex una parte, et Wladislavum, Poloniae ducem, ipsius fratrem, ex altera, super possessione illius partis Poloniae quae a speciali nomine dicitur Polonia », suscepta, mediantibus Fulcone, Gneznensi archiepiscopo, et Paulo, Poznaniensi episcopo, intervenerat, qua compositione statutum fuerat ut « fluvius Wartha, inter ipsos terram dividens, meta esset immutabilis »; inserto sub sua bulla ejusdem compositionis instrumento, a praedictis archiepiscopo et episcopo dato, absque signo chronologico. — (REG. 18, f. 44 v°; ann. IX, c. 133; — POTTHAST 9918.)

« Nobili viro Henrico, duci Zlesie et Cracoviae. Ea que iudicio — Dat. Perusii, VI kalendas julii, anno nono. »

2662

Pérouse, 26 juin 1235.

Eidem supradictam compositionem, insertis Wladislavi, Poloniae ducis, litteris, iterum confirmat. — (REG. 18, f. 45 r°; ann. IX, c. 134; — POTTHAST 9949.)

« Eidem. Ea que iudicio — Dat. Perusii, VI kalendas julii, anno nono. »

[2663]

22 septembre 1234.

[Praedicti vero Wladislavi ducis instrumentum sic incipit et desinit:]

« In nomine Domini. Amen. Ego Wladislavi. Dei gratia Poloniae dux, notum facio universis —. Actum anno gratie M^oCC^oXXXIII^o, in die beati Marci sociorumque ejus, presentibus omnibus baronibus Cracoviae, Zlesie, Poloniae et Sudomirie. »

2664

Pérouse, 28 juin 1235.

Archiepiscopum Remensem ejusque suffraganeos monet et hortatur quatenus populos sibi commissos inducant ut quili-

bet, tam masculus quam femina, tam clericus quam laicus, tam subditus quam praefatus, qualibet septimana unum denarium pro militia Terrae Sanctae conferat; ad quod exsequendum collectores clerici et laici assumantur; noverint omnibus qui elemosynam in opus tam pium contulerint, duos annos annis singulis de injuncta sibi penitentia ab ipso papa relaxari. — (REG. 18, f. 45 v°; ann. IX, c. 135; — MOREAU 1190, f. 77; — POTTHAST 9951; — RODENBERG 616.)

« .. archiepiscopo Remensi et suffraganeis suis. Ex omnibus ad Ihesum —. Non est quidem novum quod Terra illa iudicio divino percutitur, sed nec est insolitum ut flagellata et castigata sanetur; nam poterat eam Dominus sola voluntate servare, sed forsitan voluit experiri et in notitiam ducere aliorum, si quis tangereit ejus injuria et ad ipsam ulciscendam se aliquis prepararet. Licet autem ad recuperationem ipsius terre nullum laboraverit haecenus populus Christianus; licet multi principes orthodoxi, assumpto crucis signo, ad hereditatem Domini de manibus eruerent iniquorum, ad partes transfretaverint transmarinas; licet quatuordecim, quos in hostes zelus divinae legis armaverat, in manibus traditi persequentium adhuc forsitan foret detineantur compedibus et spuallore carceris manerentur; licet non pauci, faciente cum eis Domino signo in bonum, calicem gasterint passionis et martyrio fuerint coronati; nondum tamen, extenuatis culpis populi Christiani, tante voluit Dominus misericordiae misereri, illo dante forsitan occasione vel causam, quod, etsi ad tempus circa hoc ferberit devotio Christiana, in tempore tamen tepuit fervor ejus, et sic non continuatis defectum passa est graviter causa Christi. Cum igitur treque cum Sarraenis in hoc modo sint tempore durature, ne si, quod absit, invenitur Christiana professio imparata, verendum sit quod non solum difficilis terre recuperatio iam amissa, verum etiam desperabilis retentio sit retente; cupientis aces dominicas instaurare ac per continua praesidia Christi negotio provideri, de fratrum nostrorum consilio, militiam Christianam in partibus transmarinis, quo jactiter contra hostes fidei prelium Domini prebetur, ad omnes usque ad decem annos providimus instruendum; de fidelium elemosinis subditum curamurum habendum. Ut autem quod intendimus, melius et efficacius procedatur, exemplo Apostoli, qui ceteros faciebat evangelizari, ut mitteret illas fratribus gentilibus in Jerusalem, sic super hoc duximus providendum, ut quilibet qui Christiana professione consecutus, tam masculus quam femina,

1. Terra Sancta.

tam clericus quam laicus. et tam subditus quam prelatas, conferat qualibet septimana saltem unum denarium in hoc opus, per manus eorum qui ad hoc electi fuerint, in subsidium ejusdem militie convertendum; hiis dumtaxat exceptis qui, suscepto crucis characterem, sunt illuc personaliter profecturi. Ad quod fideliter exequendum, in qualibet civitate vel castro, villa vel vico assumantur duo, unus videlicet clericus per episcopum, et alter laicus per dominum vel rectorem terre seu locorum communia, fideles et idonei, timentes Deum, qui recipiant sic oblata; et ne forte illum cujus est negotium, contingat decipi vel fraudari, in fine cujuslibet mensis fiat per eosdem clericum et laicum in publico, presentibus bonis viris et Deum timentibus, ratio de receptis, ut sciatur quid et quantum in opus hujusmodi sit collatum, adhibito illo cautele studio ut de hiis nihil omnino depereat, sed totum ad opus dicte militie integre conservetur, ita ut, si de loco illo crucesignati aliqui ad partes transfretaverint supra dictas, illis prius et potius in transmarinis partibus de ipsa debeant pecunia stipendia provideri; et in fine cujuslibet anni coram loci episcopo fiat exinde ratio generalis, ut per locorum episcopos receptorum quantitas Romano Pontifici exponatur, que, consignata fideliter et deposita per illos qui ad hoc deputati fuerint, illuc plenarie transmittatur. Confidimus autem in Domino et in potentia virtutis ejus speramus quod, si usque ad premissum tempus hujusmodi presidium indeficiens instauretur, reedificabuntur civitates et oppida, et in eis habitatoribus constitutis terra manuteneri poterit, auctore Domino, et defendi. Ideoque fraternitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in Domino, per apostolica vobis scripta districte precipiendi mandantes quatenus commissis vobis populos moneatis attentius et efficaciter inducatis, in remissionem eis peccaminum injungentes, ac obsecrantes per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per aspersionem sanguinis Jhesu Christi, ut — doctores ylares se ostendant —. Nos enim, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis qui elemosinam in hoc opus tam pium et laudabile, prout est dictum superius, duxerint conferendam, duos annos annis singulis de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Illis autem qui non solum hoc sed majora pro subsidio predicte militie, Domino inspirante, contulerint, juxta quantitatem subsidii et devotionis affectum ampliorem concedimus veniam peccatorum. Dat. Perusii, IIII kalendas julii, anno nono. »

2665. — In eundem modum scriptum est *universis archiepiscopis et eorum suffraganeis.*

2666

Pérouse, 27 juin 1235.

Episcopo Silvanectensi mandat quatenus electionem factam a conventu monasterii Sancti Germani de Pratis de fratre Simone, ejusdem monasterii thesaurario, in abbatem, si electum invenerit sufficientem ad ejusdem monasterii regimen assumendum, confirmet. — (REG. 18, f. 46 v°; ann. IX, c. 136; — MOREAU 1190, f. 75.)

« . . episcopo Silvanectensi. Monasterio Sancti Germani de Pratis Parisiensis, quod ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinet, abbatis solacio destituto, dilecti filii conventus ipsius monasterii, sicut accepimus, requisito prius, ut moris est, assensu regio et obtento, presentibus omnibus qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, de abbatis futuri substitutione tractantes, post diversos tractatus, tribus ex eis providendi viduate ecclesie de pastore potestatem unanimiter contulerunt, recepto ab eis corporaliter juramento, quod bona fide, secundum proprias conscientias, illum ex se vel ex aliis de collegio ipsorum eligerent, quem magis idoneum reputarent. Idem vero, Deum habentes pre oculis, deliberatione super hoc habita diligenti et Spiritus Sancti gratia invocata, unum ex se ipsis, videlicet fratrem Symonem, ejusdem monasterii thesaurarium, virum, ut assertur, literatum, providum et discretum, ac in spiritualibus et temporalibus circumspicuum, et cum eis a puero laudabiliter conversatum, in abbatem eorum et patrem canonicè elegerunt; quorum electionem sollempniter publicatam universi et singuli approbantes, nobis per dilectos filios Stephanum et Walterum, ejusdem monasterii monachos, et magistrum Willelmum de Atogniaco, nuntios suos, ac litteras humiliter supplicarunt ut, cum per eundem S. grata ipsi monasterio in spiritualibus et temporalibus incrementa sperentur, auctore Domino, proventura, et rectis dispositionibus nihil debeat difficultatis afferri, electionem hujusmodi confirmare de benignitate Sedis Apostolice dignaremur. Licet igitur predicti nuntii sollicitè super hoc institerint et prouiderent, et nos, pro eodem monasterio libenter quod, cum Deo, possumus, facere intendentes, electionem ipsam, examinatam, prout convenit, diligenter, canonicam invenerimus quoad formam, quia tamen de persone meritis plenam notitiam non habemus, mandamus quatenus, inquirens sollicitè que circa electi personam fuerint inquirenda, si eam sufficientem in-

veneris ad ejusdem monasterii regimen assumendum, premissam electionem auctoritate nostra confirmes, et eidem electo facias obedientiam et reverentiam debitam exhiberi ac munus benedictionis impendi, recepturus ab eo postmodum pro nobis et Romana Ecclesia fidelitatis solite juramentum, iuxta formam quam tibi sub bulla nostra mittimus interclusam; alioquin, ea rite cassata, facias dicto monasterio de persona idonea per electionem canonicam provideri; contradictores etc.; formam autem juramenti — transmittere non postponas. Dat. Perusii, V kalendas julii, anno nono. »

2667

Pérouse, 2 juillet 1235.

Archiepiscopo, primicerio et cimiliarchae Mediolanensibus mandat quatenus, si invenerint esse verum Henricum et Ubertum de Mortaria, et quosdam alios vassallos episcopi Vercellensis, civitatis et diocesis Vercellensis, communitatis nomine, contra dictum episcopum et ecclesiam Vercellensem iniqua statuta edidisse et ipsis uti, illos suis feudis et beneficiis, nisi, ab ipsis moniti, episcopi memorati mandatis super praemissis paruerint, privare curent. — (REG. 18, f. 47 r°; ann. IX, c. 137.)

« .. archiepiscopo, .. primicerio et .. cimiliarche Mediolanensibus. Venerabilis frater noster —. Dat. Perusii, VI nonas julii, anno nono. »

2668

Pérouse, 26 juin 1235.

Archiepiscopo Ardmachano mandat quatenus, cessionem Midensis episcopi, conscientiam laesam habentis, ex eo quod, adhuc simplex clericus et juvenis, in morte ejusdam malefactoris consenserat, recipiens, ei de redditibus episcopalibus provideat, unde competenter valeat sustentari. — (REG. 18, f. 47 r°; ann. IX, c. 138; — POTTHAST 9650.)

« .. archiepiscopo Ardmachano. Venerabilis frater noster —. Dat. Perusii, VI kalendas julii, anno nono. »

2669

Pérouse, 29 juin 1235.

P. priori et clericis ecclesiae Sancti Petri de Sarmineto, Terracinaensis diocesis, significat se, — cum, inter ipsorum ecclesiam, ex parte una, et ecclesiam Sanctae Mariae de Sarmineto, ex altera, super scrutinio, benedictione cerei ac baptismo celebrandis, orta materia quaestionis, ipsi P. priori ac Johanni clerico, procuratoribus partium propter hoc apud Sedem Apostolicam constitutis, ipse papa R[aineraldum],

episcopum Ostiensem, concessisset auditorem; namque quod idem prior, ecclesiae suae nomine, petierat ut, cum eadem ecclesia Sancti Petri a quadraginta, quinquaginta, sexaginta annis, et a tempore etiam cuius non erat memoria, fuisset in possessione vel quasi beneficii cerorum in sabbato sancto, et celebrandi baptismata et scrutinia, ac clerici ejusdem ecclesiae Sanctae Mariae ac aliarum ecclesiarum loci ejusdem consueverint ad dictam Sancti Petri ecclesiam venire, ad sacramenta hujusmodi celebranda, cum vero, nihilominus, archipresbyter et clerici dictae ecclesiae Sanctae Mariae, post inhibitionem eis ab I., ecclesiae Sancti Petri economo, factam, et appellationem ab ipsis ad Sedem Apostolicam interpositam, in quadragesima proxima praecedenti puerorum scrutinia, contra illud quod consueverat fieri ab antiquo, in ipsorum ecclesia Sanctae Mariae teneritate propria celebravissent. Sedes Apostolica super hoc ipsi ecclesiae Sancti Petri provideret, — sententiam ut ad celebranda sacramenta eadem ulterius ad dictam ecclesiam Sancti Petri accedant, confirmare. — (REG. 18, f. 47 r°; ann. IX, c. 139.)

« P. priori et clericis ecclesiae Sancti Petri de Sarmineto Terracinaensis diocesis. Inter ecclesias vestram —. Dat. Perusii, III kalendas julii, pontificatus nostri anno nono. »

2670

Pérouse, 4 juillet 1235.

Ekeberto, Babenbergensi episcopo, significat se ipsi et ipsius successoribus, ad instar Coelestini papae III, usum pallii concedere; bona ecclesiae Babenbergensis, pro uno equo bene phalerato annuatim persolvendo, confirmat. — (REG. 18, f. 47 v°; ann. IX, c. 140; — POTTHAST 9655 *.)

« Ekeberto, Babenbergensi episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum. Cum univrsis Sancte —. Venerabilis in Christo frater episcopo, cujus confirmatio et consecratio tantum ad Romanum Pontificem dinoscitur pertinere, sicut in privilegio felicitis recordationis Celestini papae III, predecessoris nostri, perspeximus contineri, fraternitati tuae, ad instar ejusdem predecessoris nostri, usum pallii, pontificalis scilicet officii plenitudinem, humilitatis et justitiae signum, ad sacra missarum sollempnia cele-

1. Je ne trouve pas, dans la nouvelle édition des *Regesta* de JAFFÉ, la bulle de Célestin III visée dans cette pièce; mais on peut comparer la bulle de Grégoire IX à une bulle d'Innocent II, du 20 octobre 1130, adressée à *Ejilberto, episcopo Bambergensi* (JAFFÉ-LÖWENFELD 8048).

branda concedimus, ut videlicet hiis diebus, infra ecclesiam tuam tantummodo, perfruaris, qui in presentis scripti pagina continentur; id est : Cena Domini; Pascha; Pentecoste; Nativitate, Epyphania et Ascensionis Domini et Salvatoris Nostri Jhesu Christi; in Purificatione beate et semper virginis Marię; in festivitate sancti Michaelis archangeli; in Natalicio festorum Apostolorum Petri et Pauli; in sollempnitate sancti Dionisii sanctique Georgii martirum; in festivitate quoque beati Heinrichi regis, cujus corpus in eadem ecclesia requiescere dinoscitur; in dedicationibus etiam ecclesiarum atque in sollempniibus ordinationibus clericorum —. Quia vero bona Babenbergensis ecclesie in diversis episcopatibus vel parrochiis sita sunt, et quidam episcopi in coerendis malefactoribus vel turbatoribus eorumdem bonorum, prout accepimus, negligentes existunt, statuimus ut, si iidem malefactores, canonice moniti, ablata restituere et a sua presumptione cessare noluerint, et episcopi in quorum parrochiis degunt, in eorum correctione negligentes extiterint, liceat vobis in eos canonicam sententiam promulgare; quam non sit fas alicui, sine Sedis Apostolicę speciali mandato vel congrua satisfactione, nullatenus relaxare. Nichilominus etiam abbatiam que Munster dicitur, a bone memorie Lothario imperatore vobis traditam, cum ecclesia beati Xisti in eadem villa sita; ecclesias etiam Sancti Leonardi in Gamenare; itemque Sancti Petri, Sancti Jacobi et Sancti Martini in Villaco, et eas que in Canali sunt, et generaliter omnes ecclesias et decimas quas Babenbergensis ecclesia in aliis parrochiis hactenus habuit vel posthac juste habitura est; ecclesiam quoque in Vurte¹, cum capella Sancti Laurentii in Nuremberc, dependente ab ipsa, nec non bona sita in Carinthia et Canalibus, eidem ecclesie, auctoritate apostolica confirmamus. Et ad majoris insuper familiaritatis et dilectionis evidentiam, intra terminos Babenbergensis ecclesie ante faciem tuam crucem portari concedimus. Ad iudicium autem quod Babenbergensis civitas specialiter et proprie beati Petri juris existat, equum unum, bene aptatum et faleratum, nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvatis, qualem deceat Romanum Pontificem in processionibus aut etiam alio tempore equitare. Decernimus ergo etc., usque : usibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apostolicę auctoritate. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Dat. Perusii, per manum Guillelmi, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, IIII nonas julii, indictione VIII, Incarnationis Domi-

nice anno M^oCC^oXXX^o, pontificatus vero domini Gregorii pape VIII anno nono. »

2671

Pérouse, 12 juillet 1235.

Archiepiscopo et cantori Corinthiensibus et arelidiaco Thebano mandat quatenus, in causa inter priorem et conventum monasterii de Daphin. (= Daplini), ex una parte, et Albertum Bokaron., ex altera, super casali de Lichonia, quod idem Albertus Bokaron. contra justitiam detinere dicebatur, exorta, et diutius, propter guerras, amissionem processus jam habiti et casum bullae de litteris apostolicis, protracta, procedentes, dictum casale, si illud juris ipsius monasterii constiterit existisse, ad jus et proprietatem ejusdem monasterii revocent. — (Reg. 18, f. 48 r^o; ann. IX, c. 141.)

« .. archiepiscopo, .. cantori Corinthiensibus et .. archidiacono Thebano. Exposita nobis dilectorum filiorum .. prioris et conventus monasterii de Daphin., Cisterciensis ordinis, Atheniensis diocesis, petito monstravit quod, cum olim causa que inter ipsos, ex parte una, et Albertum Bokaron., militem, Nigripontensis diocesis, tutorem filiarum quondam Boc[arou.], fratris sui, nomine ipsarum, ex altera, super casali eorum de Lichonia et ejus pertinentiis, que idem miles contra justitiam detinebat, per Apostolicę Sedis legatos diversis iudicibus commissa fuisset, et processus aliquandiu coram eis nec per eos potuerit terminari, venerabili fratri nostro .. archiepiscopo, tunc electo Corinthiensi, et collegis suis nostris dedimus litteras in mandatis, ut obtentas hinc inde litteras et processus per eas habitos sibi facerent exhiberi, ac illum quem approbandum viderent, reprobatis reliquis, approbantes, causam fine canonice terminarent. Et licet pars adversa, auctoritate litterarum ipsarum, ad iudicium fuerit evocata, quia tamen, propter frequentes guerrarum impulsus et vastationem civitatis Thebane, que a Grecis sepius est vastata, processus habiti am[issi], casu fortuito, extiterunt, et bulla de litteris ipsis cecidit, nullus per eandem litteras habitus est processus. Cumque postmodum ad venerabilem fratrem nostrum .. Thebanum archiepiscopum et conjudices suos direxerimus scripta nostra, ut ea que de bonis ejusdem monasterii alienata inveniunt illicite ac distracta, ad jus et proprietatem ipsius legitime revocarent, contradictores etc., usque : compescendo, et dictus A., super casali supradicto conventus, exciperet hujusmodi litteras non valere, utpote non facientes de prioribus mentionem, iidem iudices, post discussionem diutinam, dicentes se per eandem litteras procedere non debere, negotio supersederunt

1. Ms. : Wite.

eidem; et sic de tot laboribus et expensis nullum fructum sunt hactenus assecuti. Quare nobis humiliter supplicarunt ut super hoc congruum remedium apponere dignarentur. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, si est ita, premissis litteris, processibus et actis que sunt amissa non obstantibus, vocatis qui fuerint evocandi, si dictum casale juris ipsius monasterii constiterit existisse, et ipsum alienatum illicite vel distractum, illud ad jus et proprietatem dicti monasterii legitime revocetis, contradictores etc. Super fructibus autem perceptis ex casali jandicto, quod justum fuerit, appellatione postposita, statutis, statuantes etc. Testes autem etc. Quod si non omnes [etc.], tu ca. frater archiepiscopo etc. Non obstante constitutione de dualibus dietis etc., dummodo ultra tertiam vel quartam etc. Dat. Perusii, IIII idus julii, anno nono. »

2672

Pérouse, 6 juillet 1235.

Archiepiscopo Patracensi et suffraganeis ejus, — cum in quibusdam ecclesiis cathedralibus metropolitana lege ipsi archiepiscopo subjectis, non essent, nisi duo vel tres, canonici residentes, et iidem canonici, cum ecclesias ipsas vacare contingebat, convenientes in unum, tali conditione in eorum aliquem compromitterent, ut unus ex ipsis in episcopum assumetur, unde fiebat quod frequenter eligebatur minus idoneus, cum ibidem nullus idoneus haberetur, — significat se inhibere ne id fiat de cetero. — (REG. 18, f. 48 v°; ann. IX, c. 142; — MOREAU 1190, f. 81.)

« .. archiepiscopo Patracensi et suffraganeis ejus. Ex parte tua —. Dat. Perusii, II nonis julii, anno nono. »

2673

Pérouse, 6 juillet 1235.

Priori et capitulo Sancti Fridiani Lucani significat se sententiam Rainerii, Sanctae Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis, ipsi hospitali Sancti Johannis de Capite Burgi, super quo item cum Ildibrandino Mezopano et aliis habebant, adjudicantis, confirmare; inserto sub sua bulla praedictae sententiae tenore. — (REG. 18, f. 48 v°; ann. IX, c. 143.)

« .. priori et capitulo Sancti Fridiani Lucani, ordinis sancti Augustini. Ea que judicio —. Dat. Perusii, II nonas julii, anno nono. »

2674

16 juin 1235.

[Praedictae vero sententiae tenor talis est :]

— In nomine Domini. Anno Dominice Nativitatis

» MCCXXXV, in actione VIII. mense junii,
» die XVI. pontificatus domini Gregorii noni pape
» anno nono. Rainerius, misericordie divina Sancte
» Marie in Cosmiliu diaconus cardinalis, etiam filius
» has litteras inspecturus, salutem in Domino. Cum
» causam que vertebatur inter ecclesiam Sancti Fri-
» diani, ex una parte, et Ildibrandinum Mezopani[um],
» pro se, et procuratorio nomine Bonostis et Mar-
» coalii, nepotis sui, ex alia, dominus papa nobis
» commisisset audiendam, partibus in vestra presentia
» consultatis, dominus Bonus, similes et procurator
» ecclesie supradicte, contra Ildibrandinum, pro se, et
» pro aliis quorundam nomine procuratoris officium exer-
» cebat, libellum proposuit in hunc modum :

2675

[Libellus a Bono, syndico et procuratore ecclesie Sancti Fridiani Lucani contra Ildibrandinum Mezopani[um] portectus.]

« Proponit dominus Bonus, similis et procurator
» ecclesie Sancti Fridiani Lucani, nomine ipsius
» ecclesie, contra Ildibrand[ini]um Mezopani[um], pro
» se, et procuratorio nomine Bonostis et Marcoalii,
» nepotis sui, petens ecclesiam et hospitale Sancti
» Johannis de Capite Burgi, cum pertinentiis suis
» mobilibus et immobilibus, sibi, nomine .. prioris et
» capituli Sancti Fridiani, integre restitui : que ec-
» clesia et hospitale ad ecclesiam Sancti Fridiani
» pertinent, ex donatione et concessione domini I. se-
» cundi, Romani Pontificis, volentibus et consentien-
» tibus scilicet Rollando et filiis suis, Lothario et
» Malaspina, Baldinocto, et Guidocto et Buccanele. »

« Ildibrand[ini]us Mezopanus, pro se et illis quorum
» est procurator, litem contestando respondit, negans
» predicta vera esse, ut narrantur, et dicit ea fieri non
» debere : salvo jure reconventionis, ad ecclesiam non
» respondit, quia ecclesiam non possident nec te-
» nent. »

« Lite igitur coram nobis legitime contestata, cum
» per negationem partis convente jura ipsius ecclesie
» effecta dubia viderentur, ad fundandam intentionem
» suam privilegium domini Innocentii secundi, Romani
» Pontificis, et testes etiam produxit in medium pars

1. Le *Registre* porte deux fois le membre de phrase *integre restitui...* Sancti Fridiani.

2. Il paraît y avoir une lacune en cet endroit.

» actoris: siquidem ad elidendam fidem privilegii me-
 » morati, aliud privilegium ejusdem Romani Pontificis
 » et aliud domini Alexandri pape secundi exhibuit in
 » judicio pars reorum. Super quibus privilegiis et tes-
 » tibus hinc inde productis cum diu fuisset in nostra
 » presentia utrinque a partibus litigatum, ipsorum
 » privilegiorum verbis diligenter inspectis, ex eorum
 » inspectione deprehendimus manifeste quod idem
 » dominus Innocentius ecclesiam et hospitale de quo
 » agitur inter partes, de voluntate et assensu Rolandi
 » et filiorum ejus, Lotharii et Malaspine, Baldinocti
 » quoque, Guidocti et Buccamele, qui predictorum ec-
 » clesie et hospitalis dicebantur patroni, ac quicquid
 » juris haberant, ex permissione prefati domini
 » Alexandri pape, in predictis, in manus ejusdem Inno-
 » centii humiliter refutarunt. Attoni, priori ecclesie
 » Sancti Fridiani predicti, et suis successoribus, ad
 » habendum, disponendum et libere possidendum,
 » juxta predictorum nobilium petitionem, apostolica
 » dispensatione, commisit: statuens ut nulli liceat
 » omnino hominum ecclesiam et hospitale predicta ab
 » ordinatione et potestate ipsius Actonis ac successo-
 » rum ejus subtrahere, sed ea potius omnia habere
 » et disponerent, prout melius ad honorem Dei et
 » Ecclesie noscerent expedire, prout in ipsius domini
 » I. privilegio plenus continetur. Privilegium vero ab
 » actore exhibitum pars rei videbatur arguere falsi-
 » tatis, per aliud privilegium¹, quod ejusdem Dat. ac
 » ejusdem Romani Pontificis existerat, ex eo videlicet
 » quod in privilegio quod ad suam defensionem pars
 » rei duxerat producendum, idem Romanus Pontifex
 » jus patronatus predictis nobilibus simpliciter reser-
 » varat. At in privilegio quod pars exhibuerat ecclesie
 » nominate, patronatum defensionis eisdem nobilibus
 » duxerat reservandum; ex quo videbatur innui quod
 » cetera patronis debita eisdem nobilibus per id privi-
 » legium subtraxisset. Sane cum dominus papa ipsa
 » privilegia coram fratribus inspexisset, utrumque
 » privilegium approbavit, dicens nichilominus honori-
 » ficentiam patronis debitam per eadem privilegia non
 » auferri. Unde nos, de mandato domini pape, super
 » hiis omnibus habito virorum prudentum consilio,
 » cum, ex tenore privilegii Innocentii ex parte ipsius
 » actoris inducti, dictum hospitale ad ecclesiam Sancti
 » Frigidiani, ad habendum, disponendum et libere

» possidendum, apostolica auctoritate pertineat, dic-
 » tum hospitale, cum pertinentiis suis mobilibus et
 » immobilibus, donno Bono, syndico et procuratori
 » ecclesie Sancti Frigidiani, nomine ipsius ecclesie,
 » adjudicavimus, secundum tenorem superius annota-
 » tum, et Ildibrandinum Mezopan[um], tam pro se
 » quam procuratorio nomine Bonostis et Marcoaldi,
 » nepotis sui, et ipsum Bonostem et Marcoaldum, et
 » Johannem Poetam, procuratorem eorum, ut ipsum
 » hospitale, cum pertinentiis suis mobilibus et immo-
 » bilibus, eidem donno Bono, syndico et procuratori
 » ecclesie Sancti Frigidiani, nomine ipsius ecclesie,
 » vel alteri procuratori, restituant, condempnamus.
 » Super jure patronatus cujuslibet justitia sua salva.»

2676

Pérouse, 11 juillet 1235.

R., subdiacono et capellano suo, rectori Medicinæ, man-
 dat quatenus Pultroni, militi de Bulgaris, quasdam terræ
 pecias quas curia Medicinæ contra justitiam, ut dicebatur,
 detinebat, restituat vel facias restitui. — (REG. 18, f. 49 r°;
 ann. IX, c. 144.)

« R., subdiacono et capellano nostro, rectori Medicin[æ].
 Olim Pultrone, milite de Bulgaris, constituto apud
 Sedem Apostolicam, conquereute quod curia Medicine
 quasdam possessiones, videlicet duas petias terre, unam
 positam in territorio Medicine, in loco qui dicitur Car-
 penata, ad ipsum de jure spectantes, detinebat contra
 justitiam, quas sibi restitui humiliter postulabat, ven-
 nerabili fratri nostro .. episcopo et dilecto filio .. archi-
 diacono Bononiensibus nostris dedimus litteris in
 mandatis ut, inquirentes super hoc sollicite veritatem,
 que invenirent nobis fideliter intimarent. Ipsi vero,
 vocatis propter hoc evocandis et receptis testibus hinc
 inde productis, inspectisque quibusdam instrumentis
 exhibitis coram eis, dicta ipsorum testium cum tran-
 scriptis instrumentorum sub sigillis suis ad Sedem
 Apostolicam transmiserunt. Cum autem inspectionem
 ipsorum dilecto filio nostro O., Sancti Nicolai in Car-
 cere Tulliano diacono cardinali, duxerimus commit-
 tendam, et idem cardinalis, consideratis omnibus
 diligenter, que invenit, nobis prudenter et fideliter
 retulisset, cum per publicum instrumentum appareat
 prolegatores ipsius P. predictam terram, positam in
 Altoro[*o*], tenuisse, locationis titulo, a monasterio
 Sancte Marie de Regula Imolensi, ac ipsam fuisse
 quondam .. patri suo, qui per Salinguerram, tunc
 Medicine rectorem, eadem fuerat spoliatus, per curiam
 Medicine sententialiter restitutam, reliquam vero

1. Parmi les lettres relativement nombreuses d'Innocent II en faveur de S. Fridien de Luques, analysées par Jaffé ou par ses continuateurs, je ne trouve pas les deux privilèges visés dans l'acte du cardinal Rainerius.

quondam Zuffulum, dictum Paralupum, de Medicina, in feudum ab eisdem progenitoribus habuisse, mandamus quatenus terram illam, quam dictus Zuffulus tenuit, restitui facias suis heredibus, si qui extant, tenendam ab ipso, vel sibi, si non extat aliquis de predictis¹; aliam quoque petiam, in Altorolo positam, quam a dicto monasterio Sancte Marie de Regula, titulo locationis, asserit se tenere, sibi absque difficultate restituas, si abbas ejusdem monasterii, a te vocatus, coram te recognoverit ita esse; supradicte curie Medicine ac predicti monasterii et alius cujuslibet in omnibus jure salvo. Dat. Perusii, V idus julii, anno nono. »

2677

Pérouse, 13 juillet 1235.

Archipresbytero de Monte Catino, Lucanæ diocesis, cui olim ipse papa causam inter abbatem de Sexto, ex una parte, et Cremonensem judicem, civem Lucanum, ex altera, super terris, possessionibus et rebus aliis ad monasterium de Sexto spectantibus, exortam, commiserat, mandat quatenus ad examinationem quorundam testium, coram archipresbytero ipso, lite contestata, per eundem abbatem productorum, qui excommunicationis vinculo tenebantur, unde ipsorum dicta non valeant, procedat. — (REG. 18, f. 49 v°; ann. IX, c. 145.)

« .. archipresbytero de Monte Catino, Lucanæ diocesis. Ex parte dilecti —. Dat. Perusii, III idus julii, anno nono. »

2678

Pérouse, 14 mai 1235.

Decano et capitulo Leodiensibus significat se deputationem ab eis factam canonicis residentibus, qui divinis obsequiis nocturnis et diurnis horis, nisi causa minutionis vel alla inevitabili necessitate fuissent præpediti, continue interfuerint, de redditibus villarum de Marrinis, de Pondreluis, de Latines, de Hallei Lepetit et de Tiives, confirmare. — (REG. 18, f. 49 v°; ann. IX, c. 146.)

« .. decano et capitulo Leodiensibus. Ea que pro —. Dat. Perusii, II idus maii, anno nono. »

2679

Pérouse, 10 juillet 1235.

Episcopo, decano et cantori Engolismensibus mandat qua-

1. Il semble qu'il faille entendre : « restitui facias hæredibus prædicti Zuffuli, si qui extant, tenendam ab ipso Pultrone, vel eidem Pultroni, si non extat aliquis de hæredibus ejusdem Zuffuli. »

tenus excommunicationis sententias ab operario Sancti Severini promulgatas in quosdam priores et alios, qui euidam episcopi Tornacensis, Apostolicæ Sedis legati, in favorem R. Bernardi, prioris ecclesiæ de Manso, provisioni se opponerent, publicent et faciant observari; eidem R. Bernardi faciant ab aliquibus monasteriis seu ecclesiis Burdegalensis, Vasatensis, Agennensis et Caturcensis civitatum et diocesis in annuo reddito viginti marcarum provideri. — (REG. 18, f. 49 v°; ann. IX, c. 147; — MOREAU 1190, f. 83.)

« .. episcopo, .. decano et .. cantori Engolismensibus. Dilectus filius R. Bernardi, prior ecclesiæ de Manso, nobis exposuit quod, cum nos olim attendentes quod, ante pacem inter nobilem virum .. comitem Tolosanum et Ecclesiam reformatam, ipse ac sui, ad exhortationem et mandatum legatorum Apostolicæ Sedis, pro defensione fidei multis se periculis exponentes, gravia incurrerant detrimenta, et, præter mortem amicorum et sociorum et alia discrimina personarum, terre patris ipsius et parentum suorum fuerant ab ipso comite et ac suis complicibus devastate, nec non quorundam consanguineorum ejus castra pene punitus dissipata, idemque, pacis et fidei negotium proseguendo, propriis et parentum bonis consumptis, subtractisque sibi etiam beneficiis suis longo tempore a comite supra dicto, gravia subierat onera debitorum, venerabili fratri nostro .. episcopo Tornacensi, tunc Apostolicæ Sedis legato, dederimus nostris litteris in mandatis, ut infra legationis sue fines seu in diocesi Vasatensi eidem auctoritate nostra taliter provideret, quod ei esset in tanta tribulatione solacium, et alii deberent merito ad Ecclesiæ servitium animari : dictus episcopus in ecclesia Sancte Marie de Portu, et in prioratu Sancti Sacerdotis ac in monasterio de Aureliaco quosdam redditus, et prioratum de Causdrot, per quosdam executores assignari fecit eidem, et in contradictores [etc.], mandans nihilominus venerabili fratri nostro .. episcopo Vasatensi et collegis suis, ut in diocesi Vasatensi eidem in decem marcarum annuo reddito providerent; quod iidem efflicere non curarunt. Unde nos, provisionem dicti legati ratam habentes, sibi super ea venerabilem fratrem nostrum .. episcopum et .. prepositum Tolosanum, et .. abbatem Pariniacensem ad certum tempus conservatores duximus deputandos. Prefatis vero episcopo et preposito .. operario Sancti Severini, ac eodem abbate .. thesaurario Burdegalensi committentibus super hoc totaliter vices suas, idem operarius, dicto thesaurario excusato legitime, citatis pluries .. Sancti Caprasii et .. Sancte Marie de Portu et .. Sancti Sacerdotis prioribus, et capitulo Sancti Caprasii, nec non Aimerico, canonico de Arenis, qui prefato priori super

provisione hujusmodi se temere opponebant, tandem in eos, propter ipsorum contumaciam manifestam, et in .. abbatem de Condomio, qui dicto prioratu eum per violentiam spoliarat, excommunicationis, et in Sancti Caprasii et de Portu ecclesias interdicti sententias promulgavit, et denuntiavit insuper ipsos latam auctoritate memorati legati in contradictores et rebelles — excommunicationis sententiam incurrisse, faciens eodem¹ per ecclesias civitatis et diocesis Agennensis excommunicatos publice nuntiari; assignata sibi, pro subtractis ei per biennium et amplius fructibus, possessione quorundam honorum ipsorum, juxta estimationem fructuum eorumdem. Sed [i]dem, in reprobum sensum dati, in contemptum Apostolice Sedis et scandalum plurimorum, ipsis sententiis dampnabiliter vilipensis, et earum publicatione, qua confundi et pre confusione compungi debuerant, omnino despecta, nec permiserunt nec permittunt ipsum provisionem percipere supradictam, ei de subtractis et de dampnis illatis satisfactionem debitam negando; quin potius, in majoris contemptus indicium, presumpserunt, triennio jam elapso, et adhuc presumunt sic ligati divina officia celebrare. Quare memoratus prior nobis humiliter supplicavit ut, cum de provisione predicta plus laboris et doloris quam utilitatis et commodi hactenus reportarit, et eam dicti excommunicati — vitantur multipliciter impedire —, super hoc providere sibi paterna sollicitudine dignaremur. Nos igitur — mandamus quatenus, si est ita —, pre-nominatas sententias, sicut rationabiliter sunt prolatae, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, per partes circumpositas sollempniter publicetis, et faciatis eas, auctoritate nostra, sublato appellationis obstaculo, eosque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari; super eo quod dicti excommunicati divina nichilominus celebrasse dicuntur, veritate cognita, penam eis canonicam infligentes. Et quia, respectu nobilitatis ejus, et dampnorum ac expensarum que idem² et sui pro negotio predicto subisse noscuntur, hujusmodi provisio, utpote que quadraginta marcarum argenti valentiam vix excedit, dicatur non sufficere ad sustentationem ejusdem, etiam si eam pacifice obtineret, servata ipsius ordinatione legati, faciatis ei ab aliquibus monasteriis seu ecclesiis que non sint per Sedem Apostolicam super alterius provisione gravata, Burdegalensis, Vasatensis, Agennensis et Caturencis civitatum et diocesium, vel

in ipsarum aliqua, in annuo reddito XX marcarum annis singulis provideri —. Dat. Perusii, VI idus julii, anno nono. »

2680

Pérouse, 3 juillet 1235.

Abbat et conventui monasterii Sancti Nicolai de Monte in Urbe Veteri indulget ut per apostolicas litteras minime teneantur ecclesias ipsorum monasterio subjectas, quae curam obtinobant animarum, conferre clericis saecularibus qui non parati fuerint personaliter deservire in eisdem. — (REG. 18, f. 50 v°; ann. IX, c. 148.)

« .. abbat et conventui monasterii Sancti Nicolai de Monte Urbevetano, Urbevetae diocesis. Cum , sicut ex —. Dat. Perusii, V nonas julii, anno nono. »

2681

Pérouse, 19 juillet 1235.

Sancti Martini de Pannonia et Sancti Salvatoris de Zoesardo (= Sexard) abbatibus, Geuriensis et Quinqueecclesiensis diocesium, mandat quatenus Cenadiensem episcopum, qui, causa inter ipsum et P., abbatem monasterii Bistriensis, terminata, cum armatorum multitudo hostiliter ad monasterium ipsum accesserat, et, januis ejus fractis, dictum abbatem et triginta duos monachos nequiter capi fecerat, indebitam jurisdictionem sibi usurpaverat et alia commiserat, ad solvendas eidem abbati omnes expensas ab ipso ea occasione factas cogant, et faciant ipsi abbati ad prosecutionem negotii necessarias expensas de bonis monasterii provideri. — (REG. 18, f. 50 v°; ann. IX, c. 149; — POTTAST 9965.)

« .. Sancti Martini de Pannonia et .. Sancti Salvatoris de Zoesardu abbatibus, Geuriensis et Quinqueecclesiensis diocesium. Dilectus filius P. —. Dat. Perusii, XIII kalendas augusti, anno nono. »

2682

Pérouse, 18 juillet 1235.

Abbat Casae Novae, Pennensis dioecesis, mandat quatenus, — ne, propter dilationem causae inter capitulum ecclesiae Sancti Pelini Valvensis, ex una parte, et capitulum ecclesiae Sancti Pamphili Sulmonensis, Valvensis dioecesis, ex altera, super electione futuri pontificis Valvensis ecclesiae, extortae, et ab ipso papa episcopo Ostiensi commissae, Valvensis ecclesiae, diutius viduata pastore, incurrat in spiritibus et temporalibus detrimentum, — utriusque capitulo det firmiter in mandatis ut infra certum terminum, eis ab ipso abbate praefigendum, simul ad electionem vel postulationem canonicam procedant, et postmodum, si voluerint, jus suum coram eodem [Ostiensi] episcopo prosequantur: neutri par-

1. Ms. : eisdem.

2. Ms. : iidem.

tium, ejusdem processus praetextu, super eligendi jure, si quid habeant, praedictum in posterum generetur; super his publicum conficiat instrumentum. — (Res. 18, f. 51 r°; ann. IX. c. 150.)

« .. *abbati Case Nove. Pennensis diocesis.* Causam que inter —. Dat. Perusii, XV kalendas augusti, anno nono. »

2683

Péronse, 20 juillet 1235.

Magistro Petro de Collemedio, ipsius papae capellano, praeposito Sancti Audomari, Johanni, archidiacono Senonensi, et magistro Guiardo de Lauduno, canonico Parisiensi, mandat quatenus super electione thesaurariae monasterii Sanctae Mariae Suessionensis in ejusdem monasterii abbatissam, seu potius, ut referebatur, intrusionem ipsius, viginti sex monialium consanguineae et episcopi Suessionensis sororis, inquirent. — (Res. 18, f. 51 r°; ann. IX. c. 151.)

« *Magistro P. de Collemedio, capellano nostro. praeposito Sancti Audomari, Morinensis diocesis, Johanni, archidiacono Senonensi, et magistro Guiardo de Lauduno, canonico Parisiensi.* Sua nobis .. priorissa, .. suppriorissa et plures alie moniales monasterii Sancte Marie Suessionensis, ordinis sancti Benedicti, petitione monstrarunt quod, cum, nuper monasterio ipso abbatisse regimine destituto, conventus ejusdem ad eligendam sibi abbatissam certa die in capitulo convenissent, quibusdam ex eis ut vice omnium de abbatissa prefato monasterio providerent, potestatem concorditer concesserunt, donec in Suessionensi ecclesia pulsaretur ad vesperas potestate hujusmodi duratura. Et quia, pulsato nimis tempestivius solito in eadem ecclesia, illo die, de abbatissa eidem monasterio providi non potuit per easdem, assumpserunt tres de collegio ad faciendum sub vinculo juramenti scrutinium huiusmodi: que cum in se potestatem faciendi scrutinium recepissent, et, uni earum quadam superveniente infirmitate, que frequenter invadebat eandem, non posset scrutinium celebrari, quedam pars monialium ejusdem loci, ab hujusmodi forma propria temeritate recedens, post appellationem ad Sedem Apostolicam interjectam legitime, ne sine tertia relique due ad scrutinium procederent, in quam consenserat univere, die ad procedendum in electionis negotio continuata sequenti, in cujus continuatione sex de monialibus ipsis contempte fuerunt et ab eis propter hoc ad nostram audientiam extitit appellatum, exclusis priorissa et pluribus aliis supradictis,

que presentes erant in capitulo et offerbant se per viam scrutinii, vel aliter etiam, si deberent, ad eligendum procedere cum eisdem, in tres de suis, scedendo in partem capituli, ut, juramento prestito, de persona idonea eidem monasterio providerent, pro se compromisit arbitrio voluntatis; eodemque compromissarie, nequam hujusmodi compromissi forma servata, in continenti quod prius conceperant, adimplentes, cum viginti sex moniales ejusdem partis sint consanguineae .. thesaurarie memorati monasterii, eam, perjurio et aliis multis criminibus irretitam, cujus consanguinei bona ejusdem monasterii multipliciter distraherent¹ et consumunt, in abbatissam prefati monasterii nominarunt; que, hujusmodi nominationi consentiens, contractis ecclesie foribus, cum laicorum multitudine ad majus altare deportari se fecit et etiam installari: propter quod priorissa, suppriorissa et alie moniales supradictae adherentes eidem, ad Sedem Apostolicam appellarunt. Sed venerabilis frater noster .. Suessionensis episcopus, ejusdem thesaurariae frater, licet denuo coram ipso ex earum parte ne ad confringendum ejus, contemptis appellationibus ipsarum, procederet, fuerit appellatum, caritatis sequens affectum, non iudicium rationis, munus ei confirmationis impendit, in eas, illi obedire nolentes, et alios qui eis in hac parte preberent consilium, auxilium et favorem, excommunicationis sententiam fulminando, in non modicum prefati monasterii detrimentum. Quare dicte priorissa et alie sequaces ipsius nobis humiliter supplicarunt ut, super tanto gravamine ipsis et eorum monasterio paterna sollicitudine providentes, revocari in statum debitum quicquid post appellationem earum temere fuerit attemptatum, et prefatam thesaurariam amoveri ab ipsius monasterii regimine sic intrusam, nec non provideri sibi per electionem canonicam in abbatissam de persona idonea faceremus. Quia vero nobis non constitit de premissis, de utriusque partis procuratorum assensu, mandamus quatenus, ad dictum monasterium personaliter accedentes, inquisita ab ipsis monialibus super electionis forma, eligentium studiis meritisque persone ipsius thesaurariae, et super aliis plenius veritate, quod canonicum fuerit etc. — Ceterum, quia eadem moniales non habent proprium, propter quod valeant prosequi litam ipsam, tam eis quam parti adverse ad prosecutionem negotii expensis necessarias ministrari de bonis ejusdem monasterii faciat. Quod si non omnes etc., duo vestrum etc. Dat. Perusii, XIII kalendas augusti, anno nono. »

1. Ms. : distrahant.

2681

Pérouse, 20 juillet 1235.

Eisdem de eadem re scribens, mandat quatenus sententias excommunicationis in priorissam et moniales monasterii Sanctae Mariae Suessionensis occasione electionis abbatissae latas relaxent. — (REG. 18, f. 51 v°; ann. IX, c. 152; — MOREAU 1190, f. 87.)

« Eisdem. Ex parte .. priorisse, .. suppriorisse et aliarum monialium, numero triginta quatuor, monasterii Sanctae Mariae Suessionensis, ordinis sancti Benedicti, fuit propositum coram nobis quod, cum nuper, monasterio ipso abbatisse regimine destituto. .. thesauraria ejusdem a quibusdam monialibus ad ejus regimen minus canonice fuisset electa, venerabilis frater noster .. Suessionensis episcopus, frater thesaurarie predictae, post appellationem ad Sedem Apostolicam legitime interjectam, munus ei confirmationis impendens, in ipsas, sibi obedire nolentes, et earum consiliarios et participes, de facto, cum de jure non posset, excommunicationis sententiam promulgavit; et, licet non crederent hujusmodi sententia se teneri, .. decanus tamen ecclesie Beati Petri Suessionensis, ratione decanatus sui, in ipso monasterio curam habentis, pro eo quod, ad mandatum suum, ab exequiis ejusdem defuncti, quibus intererant, sicut nec etiam tenebantur, recedere noluerunt, tulit excommunicationis sententiam in easdem. Quare nobis humiliter supplicarunt ut, cum sint sexu et sensibus imbecilles, apostolicum super hoc adhibere remedium dignemur. Volentes igitur sic earundem priorisse ac monialium juri consulere, quod justitiam alterius non ledamus, vobis, quibus principale negotium est commissum, per apostolica scripta mandamus quatenus, recepta ab eis idonea cautione ut, si consterit premissas sententias rationabiliter esse latas, super hiis pro quibus in eas prolatae fuerunt, ad mandatum vestrum satisfaciant, ut teneantur, ad cautelam dictas sententias juxta formam Ecclesie relaxetis, in ceteris juxta formam vobis traditam processuri; non obstantibus aliquibus litteris, si que super observatione sententiarum ipsarum a Sede Apostolica sive a metropolitano loci apparuerint impetratae. — Dat. ut supra. »

2685

Pérouse, 16 juillet 1235.

Archiepiscopo Capuano mandat quatenus episcopum Umbraticensem, ministerio praesulatus indignum, ad cedendum moneat et inducat, et capitulo Umbraticensi injungat ut de

1. Ms. : habens.

persona idonea sibi provideant in pastorem. — (REG. 18, f. 52 r°; ann. IX, c. 153.)

« .. *archiepiscopo Capuano*. Cum olim ad nos vehementer clamor ascenderit, quod lupus, sub umbra pastoris, Umbraticensi ecclesie incubabat, cujus episcopus, sicut dicebatur, excommunicatus ad episcopalem dignitatem assumptus, promoverat ad ordines excommunicatione ligatos, preter id quod dilapidator, symoniacus, aleator, fornicator publicus et penitus erat etiam ydiota, per venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Squillacensem et .. abbatem de Bosco, Cisterciensis ordinis, requiri mandavimus de premissis; per quos ad examen nostrum facta inquisitione remissa, et examinata de mandato nostro per dilectum filium nostrum O. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, sicut decuit, diligenter, inventus est idem episcopus minus habens, quem plurima ex predictis omnino indignum faciunt ministerio praesulatus. Quocirca fraternitati tue mandamus quatenus ipsum ad cedendum moneas et inducas; cui, si sponte fecerit, facias per facultates ipsius ecclesie congrue provideri; si vero cedere forte noluerit, tu eum ab administratione prorsus removeas ecclesie memoratae; ipsoque amoto vel sponte cedente, injungas capitulo ejusdem ecclesie ut de persona idonea sibi provideant per electionem canonicam in pastorem. Dat. Perusii, XVII kalendas augusti, anno nono. »

2686

Pérouse, 23 juillet 1235.

Archiepiscopo Cantuariensi mandat quatenus faciat Johannem de Kilkenn[ia] et Nicolao de Wilton[ia], advocatis in causa monasterii Sancti Swithuni Wintoniensis contra Wintoniensem episcopum, a priore et conventu ejusdem monasterii decem marcas exsolvi. — (REG. 18, f. 52 r°; ann. IX, c. 154.)

« .. *archiepiscopo Cantuariensi*. Significantibus dilectis filiis .. priore ac conventu monasterii Sancti Swith(er)uni Wintoniensis, nobis innotuit quod, cum olim quatuor ejusdem monasterii monachi, ab eo levitate animi recedentes, ad Sedem Apostolicam accessissent, iidem, ut non sicut profugi, sed pro utilitate venisse monasterii viderentur, suggerentes quedam de bonis suis injuste sibi substracta, et per venerabilem fratrem nostrum .. Wintoniensem episcopum contra justitiam detineri, super eorum revocatione, preter ipsius prioris

1. Ms. : Umbraticensis.

et sanioris partis conventum convenientiam et assensum, ad te ac bone memorie .. Roffensem episcopum nostras litteras impetrarunt; sed, tandem suum recognoscetes errore, reversi ad monasterium, se misericordie ipsius episcopi, cum aliis monachis qui litterarum impetrationi consenserant, subjecerunt. Verum magistri Johannes de Kilkenn[ia] et Nicolaus de Wilton[ia] advocati, dicentes sibi a duobus monachorum ipsorum, qui prosecutioni cause fuerant ab aliis deputati, et quibus a nobis ad hoc extiterat expense decreta, centum viginti marcarum salarium, pro unius anni advocacy in causa predicta, prestito juramento, promissum, impetratis ab eorum altero ad .. priorem Sancte Frideswede et conjudices suos, Lincolnensis diocesis, quibusdam apostolicis litteris super quadam summa pecunie ac rebus aliis in forma simpliciter contra ipsos, quod et reliquis facere comminatur, nituntur ab eis dictum salarium extorquere, quamvis non nisi per tres vel quatuor dies, quibus etiam undecim marce propter hoc sibi solute fuerunt, in causa patrocinium prestiffissent. Super quo fidem prior et conventus subveniri sibi per Sedem Apostolicam postularunt. Licet igitur promissum hujusmodi ac diete littere multiplici calumpnie subjacerent, nos tamen, de potestatis plenitudine providentes, mandamus quatenus, si est ita, preter predictas undecim marcas, facias advocatis eisdem a priore et conventu predictis decem marcas exolveri et ipsos eis esse contentos; contradictores etc: revocato processu predictorum judicium, si forsitan aliter processerunt; non obstantibus aliquibus litteris, si que super hoc apparuerint a Sede Apostolica impetrata. Dat. Perusii, X kalendas augusti, anno nono. »

2687

Pérouse, 23 juillet 1235.

« In eundem modum .. priori Sancte Frideswede, .. cancellario et .. decano Oxoniensibus, Lincolnensis diocesis, usque : contentos. Ideoque mandamus quatenus obtentis ad vos litteris supersedere enritis, per cas nullatenus procedentes. Dat. ut supra. »

2688

Pérouse, 23 juillet 1235.

Abbate et priori de Vrinisbere (= Frenisberg), Constantiensis diocesis, mandat quatenus, — cum, causa inter Conradum, plebanum ecclesie de Ellenwile, ex una parte, et Conradum, plebanum de Hunniwiler (= Hunaweyer), Basiliensis diocesis, ex altera, super quibusdam decimis et rebus aliis, coram custode Basiliensi ejusque collegis pendente, idem plebanus de Hunniwiler alias litteras ad abba-

tem de Stivel (= Estival) et conjudicem ejus a Sede Apostolica super eodem negotio impetrasset, unde eadem causa maxime erat implicata, — partes ad priores judices remittant alioquin eas ad examen abbatis de Stivel et ejus conjudicis pedire cogant. — (REG. 18, f. 52 v°; ann. IX, c. 155; — J. BENOULLI, *Acta Pontificum helvetica*, t. I, p. 121, n° 180.)

« .. abbati et .. priori de Vrinisbere, Constantiensis diocesis, Conradus, plebanus ecclesie — Dat. Perusii, X kalendas augusti, anno nono. »

2689

Pérouse, 23 juillet 1235.

Priori provinciali in Lombardia, priori Cremonensi et fratri Nicolao de Castro Arcuato, Placentina diocesis, ordinis Prædicatorum, mandat quatenus abbatem et monachos monasterii Sancti Venerii de Tyro, ordinis sancti Benedicti, in aliis ejusdem ordinis monasteriis solvant et monasterium ipsum de eodem ordine, si fieri poterit, alioquin ibidem de fratribus Mortariensibus, reforment, et institutionem et visitationem secundum Mortariensis monasterii instituta ipsi monasterio concedant. — (REG. 18, f. 52 v°; ann. IX, c. 156; — POTTHAST 9967 1.)

« .. provinciali in Lombardia et .. Cremonen[si] prioribus, et fratri Nicolao de Castro Arcuato, Placentine diocesis, ordinis Prædicatorum. Sua nobis [...] abbas monasterii Sancti Venerii de Tyro, ad Romanam Ecclesiam, sicut dicitur, nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, petitione monstravit quod, cum idem monasterium monachorum grandi collegio decoratum fuerit, et ubertate honorum florere consueverit ab antiquo, et in eo satis viguerit laudabiliter observantia regularis, nunc peccatis exigentibus et habitantium in eodem malitia faciente, fere in spiritualibus et temporalibus est collapsum. Nam ejusdem monasterii monachi, instituta regularia non servantes et ducentes vitam penitus dissolutam, alearum et taxillarum ludis dediti et continuis ebrietatibus occupati, in bonis prædici monasterii, eodem abbate renitente penitus et invito, prodigaliter debauchantur, ac, in se invicem manibus violentis injectis et continentie voto fracto, luxurie volutabris turpiter se immergunt. filii. incontinentie testibus, de bonis monasterii, non absque furti crimine, necessaria ministrantes. Et licet idem abbas eos pluries corrigere temptaverit in spiritu lenitatis, ipsi, tamquam reprobi, sperantes se fedus pepigisse cum morte, virgam correctionis effugiunt et ipsius

1. Avec l'incipit « Sua nobis alterius », d'après RIPOLE, I, 77, n° 132.

monita, perpetuo perire parati, contempnunt. Ceterum, quanquam olim super premissis omnibus corrigendis et reformandis venerabilis frater noster .. Januensis archiepiscopus Apostolice Sedis scripta receperit, quia tamen idem in ipsorum correctione fuit nimium tepidus et remissus, monachis assumptibus inde majorem audaciam delinquendi, predictum monasterium ad extremam inopiam est reductum, et, de duodecim monachorum conventu qui esse solebant in ipso, tres ibidem tantummodo monachi remansere; quibus vix potest de bonis in eo manentibus in necessariis provideri. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, personaliter accedentes ad locum et habentes pre oculis solum Deum, inquiratis super premissis omnibus diligentius veritatem, et, si rem inveneritis ita esse, ipso abbate ac prefatis monachis exinde prorsus amotis et in aliis monasteriis ejusdem ordinis collocatis, monasterium ipsum de eodem ordine, si fieri poterit, alioquin illud de fratribus Mortariensibus, reformetis, et in eodem, si vobis constiterit ipsum esse Sedis Apostolice, institutionem, destitutionem, correctionem et visitationem secundum Mortariensis monasterii instituta, ipsi monasterio concedatis: jure Sedis Apostolice et libertate prefati monasterii Sancti Venerii semper salvis; contradictores etc. Quod si non omnes etc. Dat. Perusii, X kalendas augusti, anno nono. »

2690

Pérouse, 23 juillet 1235.

Abbatissae monasterii Omnium Sanctorum de Ripa Arni Pisani ejusque sororibus inclusis, secundum sancti Damiani Asininatis institutionem viventibus, ipsarum ecclesiam ac monasterium, per Vitalem, Pisanum archiepiscopum, a jure archiepiscopali vel alterius conditionis gravamine exempta, confirmat, nova insuper eisdem privilegia adjiciens; insertis privilegiis Vitalis, Pisani archiepiscopi¹, et capituli Pisani²; una libra cereae Camerae Apostolicae annuatim persolvenda. — (REG. 18, f. 53 r°; ann. IX, c. 157; — POTTHAST 9970.)

« .. abbatisse monasterii Omnium Sanctorum de Ripa Arni Pisani, ejusque sororibus inclusis tam presentibus quam futuris. Religiosam vitam etc. —. Dat. Perusii, X kalendas augusti, anno nono. »

1. Dat. apud Calcem, kalendis novembris (= 1^{er} novembre) 1233, indictione VI.

2. Dat. XIII kalendas julii (= 19 juin) 1235 (Ms. : 1236), indictione VIII.

2691

Pérouse, 23 juillet 1235.

Abbatissae Sancti Laurentii de Collazone ejusque sororibus inclusis donationem loci in quo ipsarum monasterium situm est, et ecclesiae Sancti Johannis de Monte, eis per Bonifacium], Tuderturnum episcopum, ejusque capitulum factam, confirmat, alias immunitates eisdem superaddens; inserto praedicti Bonifacii privilegio¹; una cereae libra annuatim Camerae Apostolicae persolvenda. — (REG. 18, f. 53 v°; ann. IX, c. 158; — POTTHAST 9969; — cf. *supra*, n° 2585.)

« .. abbatisse monasterii Sancti Laurentii de Collazon[e], ejusque sororibus inclusis tam presentibus quam futuris etc. Religiosam vitam etc. —. Dat. Perusii, X kalendas augusti, anno nono. »

2692

Pérouse, 23 juillet 1235.

Monasterium monialium Sancti Laurentii inter Vineas Urbevetan[um], [ordinis sancti Damiani], protegendum suscipit, et ejusdem monialibus exemptiones et immunitates eis a [Raynerio], ejusdem civitatis episcopo, indultas, confirmat, tenorem ejusdem episcopi privilegii² sub sua bulla inserens; una libra cereae annuatim Camerae Apostolicae persolvenda. — (REG. 18, f. 54 r°; ann. IX, c. 159; — POTTHAST 9971.)

« .. abbatisse monasterii Sancti Laurentii inter Vineas Urbevetan[i], ejusque sororibus inclusis tam presentibus quam futuris etc. Religiosam vitam etc. —. Dat. Perusii, X kalendas augusti, anno nono. »

2693

Pérouse, 25 juillet 1235.

Monasterium Sancti Francisci Pragensis, [ordinis sancti Damiani], tuendum suscipit, ejus bona ac possessiones, nec non et libertates et immunitates Agneti abbatissae et sororibus in eodem inclusis eis confirmat, et statuit ut juxta morem Romanae Ecclesiae divinum ibi officium celebretur, excepto psalterio, quod secundum consuetudinem possint dicere Gallicanum; uno byzantio Camerae Apostolicae annuatim persolvendo. — (REG. 18, f. 54 v°; ann. IX, c. 160; — POTTHAST 9972.)

« Agneti, abbatisse monasterii Sancti Francisci Pragensis, ejusque sororibus inclusis. Prudentibus virginibus etc. —. Dat. Perusii, VIII kalendas augusti, anno nono. »

1. Dat. XI kalendas maii (= 21 avril) 1235, indictione VIII; cf. l'acte vicinè plus baut, dans la bulle n° 2585.

2. Du 1^{er} octobre 1232.

2691

Pérouse, 18 mai 1235.

Eisdem hospitale Sancti Francisci, juxta earum coenobium situm et ab abbatisa praedicta in fundo Romanae Ecclesiae constructum, concedit, statuitque ut idem hospitale ab ipsarum monasterio nunquam separaretur. — (REG. 18, f. 55 r^o; ann. IX, c. 161; — POTTAST 9914; — cf. *supra*, n. 2595-2598.)

« *Eisdem*. Cum relicta seculi —. Dat. Perusii, XV kalendas junii, anno nono. »

2695

Pérouse, 28 juillet 1235.

Episcopo Trecenti mandat quatenus magistrum Stephanum, nepotem Aegidii, Sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, curet inducere in possessionem quorundam bonorum capituli Virdunensis, ratione prebendae eidem Stephano ab O[ttone], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, collatae. — (REG. 18, f. 55 r^o; ann. IX, c. 162; — MOREAU 1190, f. 90.)

« .. *episcopo Trecenti*. Cum causam que inter magistrum Stephanum, nepotem dilecti filii nostri E[gidii], Sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, ex una parte, et capitulum Virdunense, ex altera, super prebenda quadam eidem magistro a dilecto filio nostro O[ttone], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, in partibus illis tunc Apostolice Sedis legato, collata, quam bone memorie W. primicerius Virdunensis, in ecclesia obtinuit Virdunensi, vertitur, eidem O[ttoni] cardinali duxerimus committendam : idem cardinalis, ob contumaciam ejusdem capituli manifestam, eundem magistrum in possessionem bonorum communium capituli supradicti, pro mensura debiti declarati, ratione fructuum predictae prebende, ab Ul[rico] clerico de mandato dieti capituli perceptorum, et expensarum quas prefatus magister ob hoc fecisse dinoscitur, decrevit induci, prout in literis ejusdem cardinalis inde confectis plenius continetur. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, prefatum magistrum in corporalem possessionem predictorum bonorum sine more dispendio curans inducere, non permittas eundem a quocumque super possessione hujusmodi molestari, molestatores — compescendo. Dat. Perusii, V kalendas augusti, anno nono. »

2696

Pérouse, 26 juillet 1235.

Hugoni, domino Ulmi, ad partes transmarinas nequeuati, impediendo multa indebitate corporis, personaliter transfre-

tare, et propositum habenti decem milites in subsidium Terrae Sanctae destinandi, peccatorum remissionem cruci-gnatis illuc transuentibus concessam concedit. — (REG. 18, f. 55 r^o; ann. IX, c. 163.)

« *Nobili viro Hugoni, domino Ulmi*. In laudes et —. Dat. Perusii, VII kalendas augusti, anno nono. »

2697

Pérouse, 27 juillet 1235.

Episcopo Trecenti mandat quatenus definitivam sententiam promulgatam ab O[ttone], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, pro magistro Stephano, nepote Aegidii, Sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, contra Ulricum, clericum Virdunensem, super prebenda Virdunensi, ipsi Stephano ab eodem O[ttone] cardinali, tunc Apostolice Sedis in partibus illis legato, collata, — quam prebendam bonae memoriae W. primicerius ecclesiae Virdunensis, in eadem ecclesia obtinuerat, — faciat observari. — (REG. 18, f. 55 v^o; ann. IX, c. 164; — MOREAU 1190, f. 89; — cf. *supra*, n^o 2695.)

« .. *episcopo Trecenti*. Dilectus filius magister —. Dat. Perusii, VI kalendas augusti, anno nono. »

2698

Pérouse, 26 juillet 1235.

Abbati et priori Trium Fontium, Cisterciensis ordinis, Cathalaunensis diocesis, mandat quatenus, inquisita veritate in causa quae inter Willelmum de Triangulo et Ricardum de Ellons, canonicos Virdunenses, super praepositura ecclesiae beatae Mariae Magdaleneae Virdunensis vertebatur, aut eandem praeposituram eidem Willelmo assignant, aut ei ipsam praeposituram de persona idonea faciant canonice provideri. — (REG. 18, f. 55 v^o; ann. IX, c. 165; — cf. PRESSUTI 4515.)

« .. *abbati et .. priori Trium Fontium, Cisterciensis ordinis, Cathalaunensis diocesis*. Olim inter dilectos filios Willelmum de Triangulo et Ricardum de Ellons, canonicos Virdunenses, super praepositura ecclesiae beate Mariae Magdaleneae Virdunensis orta materia questionis, causa ipsa fuit [...] archidiacono Remensi et collegis suis ab Apostolica Sede commissa, fine canonice terminanda. Coram quibus Willelmus proposuit memoratus quod, dicta praepositura vacante, .. decaus et capitulum ejusdem ecclesiae ipsum, prout pertinebat ad eos, ad predictam praeposituram canonice elegerunt; quare petebat praeposituram sibi adjudicari eandem, amoto exinde dicto R., qui eam contra justitiam detinebat. Prefatus vero Ricardus ex adverso respondit quod, cum felicis recordationis II. papa predeces-

sor noster, post labores multiplices et expensas non modicas, quas subierat ad Sedem Apostolicam accedendo, venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Treverensi suis dederit litteris in mandatis, ut de aliqua dignitate quam primum in provincia sua vacare contingeret, sibi auctoritate apostolica provideret : idem .. archiepiscopus T., canonicus Virdunensi, per litteras suas mandavit ut, si dignitas aliqua tunc temporis vel proximo in episcopatu Virdunensi vacaret, et ex ea posset eidem R. juxta mandatum apostolicum provideri, illos ad quos illius electio vel collatio pertineret, eligendi seu conferendi suspenderet potestate; qui, audito quod quondam R., prepositus dicte ecclesie, incurabili morbo laborans, prepositure renuntiaverat supradicte, ad ecclesiam eandem accedens, capitulum ipsum. juxta recepti mandati formam, eligendi potestate suspendit; ac demum, eo mortuo, eadem potestate suspendit dictum capitulum iterato, et idem archiepiscopus preposituram ipsam, liberam et vacantem, concessit eidem, eum in possessionem illius induci faciens corporalem; quare dicebat electionem de predicto W., utpote a suspensus presumptam, aliquatenus non valere et se esse ab impetitione ipsius W. penitus absolvendum. Lite igitur coram eisdem iudiciis super premissis legitime contestata, et receptis hinc inde productis testibus et eorum depositionibus publicatis, iidem iudices causam cum actis iudicii de voluntate partium ad examen apostolicum remiserunt. Procuratoribus itaque partium apud Sedem Apostolicam constitutis dilectum filium nostrum O[tt]onem, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, dedimus auditorem. Coram quo recensitis actis iudicii universis, apparuit quod nec prima inhibitio dicti canonici valuit, nec secunda, cum prima, prepositura nondum vacante, nimis prepropere, ac secunda, eodem preposito sublato de medio et celebrata jam electione, facta fuerit nimis tarde; et sic, cum non fecerit dum potuit, et, cum fecit, facere nequisset, quod ab eo super hoc factum est, obtinere non debet aliquam firmitatem. Sed e contra per parte altera fuit taliter allegatum quod, etsi hujusmodi inhibitio non obstaret, alias tamen electio supradicta non valet, cum in ea non fuerit forma concilii observata; que si etiam servata fuisset, ex forma tamen petitionis ejusdem W. debebat dictus Ricardus ab ipsius impetitione prorsus absolvi, cum non confirmari electionem de se factam, sed adjudicari sibi preposituram eandem prepostere petisset; et [cum] sic per solam electionem, quantumlibet canonicam, ante confirmationem obtentam, non potuerit in eadem prepositura juris ali-

quid vindicare, ad petendam preposituram jamdictam sibi actio nullatenus competeat; parte altera respondente quod, etsi prepositura magnus sit in supradicta ecclesia personatus, non tamen prepositus pastor est ecclesie memorate vel sponsus, cum nec etiam in illa ecclesia curam habeat animarum, nec per ipsius mortem eadem remane[re] ecclesia viduata; unde in tali personatu vel simili non est necessario forma concilii observanda, nec obstat quod non confirmari electionem, sed adjudicari preposituram potius sit petitum, cum idem utriusque penitus sit effectus. Hiis igitur et aliis que fuere proposita coram ipso, per fidem relationem cardinalis ejusdem plenius intellectis, quia de persone meritis plenam notitiam non habemus, nos, attendentes quod in cunctis sacris ordinibus et ecclesiasticis ministeriis, etatis maturitas, gravitas morum et litterarum sint scientia inquirenda, discretionis vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, inquisita super hoc sollicitè veritate, si dictus Willelmus defectum non patiebatur, electionis tempore, in aliquo premissorum, amoto exinde dicto Riccardo et quolibet alio illicito detentore, preposituram adjudicetis eidem, et, si diocesanus loci ad quem institutio pertinere dinoscitur, ipsum instituere renueret vel differret, vos auctoritate nostra, salvo jure suo in posterum, id exequi non tardetis; alioquin, jamdicta electione rite casata, faciatis eidem prepositure de persona idonea canonicè provideri; contradictores — compescendo. Dat. Perusii, VII kalendas augusti, anno nono. »

2699

Pérouse, 28 juillet 1235.

Episcopo Cumano significat se interfectores Curiensis episcopi absolvisse, ea conditione ut iter transmarinum in subsidium Terrae Sanctae assumant; quod si cautionem praestare non velint, quod in primo passagio ad partes transmarinas se transferrent, illos et illorum fautores excommunicatos nuntiet; adjectis nonnullis mandatis ad eandem rem pertinentibus. — (Reg. 18, f. 56 r^o; ann. IX, c. 166; — MOREAU 1190, f. 91; cf. *ibid.*, f. 82, *fragm., ex Raynaldo*; — POTTHAST 9976, *ex fragm. a Raynaldo impresso*; — J. BERNOULLI, *Acta Pontificum helvetica*, t. I, p. 122, n^o 181.)

« .. episcopo Cumano. Cum interfectores bone memorie .. Curiensis episcopi ad Sedem Apostolicam accessissent, ejus misericordiam et salutis sue consilium humiliter implorantes, nos eis, secundum formam Ecclesie absolutis, injunximus ut transeant in subsidium Terre Sancte. Quocirca presentium tibi auctoritate mandamus quatenus, nisi, a te moniti, sufficienter

tem et idoneam cautionem prestiterint, quod in primo passagio de partes se transferant transmarinas, in Christi servitio moraturi, nec reversuri exinde sine licentia Sedis Apostolice speciali: cum eorum excessus plenus fuerit impietate flagitii et immanitatis horrore, et ipsi, flagitiosissimi et sceleratissimi parricide, in acerba et seva nece parentis episcopi et pastoris. contra se provocaverint celum et terram, et gravissime offenderint non solum Romanam, verum etiam nimis exacerbaverint Ecclesiam generalem, tu eos, et alios quorum ope, consilio vel auxilio tantum facinus est commissum, publice, candelis accensis, nunties excommunicationis sententie subiacere, non nisi per Sedem Apostolicam absolvendos, et loca ad que devenerint, quamdiu ibi fuerint, supposita interdicto. Quod si horum aliqui per alium extierint in mortis articulo absoluti, careant tamen, si decesserint, ecclesiastica sepultura; et si forsam, post absolutionis beneficium, restituti fuerint sanitati, nisi statim apostolicis mandatis parere studuerint, relabuntur in pristinam sententiam ipso jure. Preterea tam eos quam descendentes ab ipsis recta linea, ad nullos honores, dignitates, ecclesiastica beneficia vel publica officia secularia nunties de cetero assumendos, ac jure patronatus, vel advocatie, feudi, locationis, seu quolibet alio jure quod in quibuslibet ecclesiis habuerant, fore privatos; illos etiam qui scienter receperint malefactores eosdem vel contra premissa venire presumpserint, ipso facto clericos perpetuam suspensionem officii et beneficii, laicos vero excommunicationis sententiam incursumos. Ad hec hancir facias sceleratos hujusmodi, ita quod aliquo ingenio per se vel per alios ad loca sua redire non possint, eorumque bona omnia publicari, de illis taliter disponendo, quod ad ipsos vel eorum heredes nulla occasione ulterius revertantur; mandat nostrum taliter impleturus, quod diligentiam tuam commendare in Domino debeamus. Indefessa nempe sollicitudine ad ultionem tanti facinoris Romana Ecclesia vigilabit, ne in exemplum abeat, si quid de vindicta fuerit negligenter omisum, ut pene immensitas, diffusa per orbem, terreat pestilentes, non solum manus a similibus cohibens, sed etiam cogitationes avertens. Dat. Perusii, V kalendas augusti, anno nono. »

2700

Pérouse, 26 juillet 1235.

Archiepiscopo Salzoburgensi, episcopo Hildesemensi et abbati de Buch committit ut contra interfectores Conradi de Marburg juxta formam ab ipso papa eis transmissam proce-

GREGOIRE IX, t. II.

dant. — (REG. 18, f. 56 v°; ann. IX, c. 167; — POTTHAST 9977; — RODENBERG 647, I.)

« .. archiepiscopo Salzoburgensi et .. episcopo Hildesemensi, et .. abbati de Buch, Cisterciensis ordinis. Misnensis diocesis. Vinee Domini cultores. — Dat. Perusii, VII kalendas augusti, anno nono. »

2701

Pérouse, 31 juillet 1235.

Eisdem mandat quatenus interfectores ejusdem Conradi de Marburg. — post receptam ab eis cautionem quod in passagio martii proximo futuri vel alio proximo sequenti ad partes se transferant transmarinas, et post receptum juramentum quod per omnes majores ecclesias regionis illius ubi tam execrabile facinus commiserunt, « vadant nudi et discalceati, brachis dumtaxat retentis, fune vel corrigia ad collum ligati, » virgas in manibus deferentes, et ab omnibus presbyteris illarum ecclesiarum, psalmum paenitentialem dicentibus, ante fores earumdem, quando major aderit populi multitudo, se faciant verberari, suum publice confitendo reatum, — absolutionis beneficium impendant. — (REG. 18, f. 57 v°; ann. IX, c. 168; — POTTHAST 9978; — RODENBERG 647, II.)

« Eisdem. Cum interfectores bone —. Dat. Perusii, II kalendas augusti, anno nono. »

2702

Pérouse, 28 juillet 1235.

Archiepiscopos, episcopos ac alios ecclesiarum praelatos, nec non et duces, marchiones, comites et barones in imperiali Curia constitutos, rogat et obsecrat ut, omni ratione deposito, quem ex quacunque causa contra Lombardos hactenus conceperint, Fridericum, Romanorum imperatorem, ad hoc inducant, quod ipse negotium societatis Lombardiae, Marchiae Tervisinae ac Romaniolae in manibus Ecclesiae, juxta imperialis formae tenorem, ponere non omittat, sicque fiat quod possit de Lombardiae provincia Terrae Sanctae commodum provenire. — (REG. 18, f. 57 v°; ann. IX, c. 169; — MOREAU 1190, f. 93; — POTTHAST 9973; — RODENBERG 618.)

« Archiepiscopis, et episcopis ac aliis ecclesiarum praelatis, nobilibus viris ducibus, marchionibus, comitibus et baronibus in imperiali Curia constitutis. Puritas liberi et —. Dat. Perusii, V kalendas augusti, anno nono. »

2703

Pérouse, 28 juillet 1235.

Praeceptorem et fratres Hospitalis Hierosolymitani hortatur ut bajulo et legato Friderici imperatoris in Terrae Sanctae

tae partibus constituto, omne quod poterunt in imperialium conservatione jurium consilium et auxilium praebant, et, si Johannes de Ibelino ac populus Aconensis, ejusdem suggestionibus instigatus, ad obsidendam civitatem Tyri vel aliquam terrarum ad dominium imperiale spectantium procedere attentent, opem et operam apponant, ut isti a conatu suo corruant. — (REG. 18, f. 58 r°; ann. IX, c. 170; — MOREAU 1190, f. 94; — POTTHAST 9974; — RODENBERG 649; — J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général des Hospitaliers*, t. II, p. 487, n° 2118.)

« *Preceptori et fratribus Hospitalis Jerosolimitani*. Evidens est et —. Dat. Perusii, V kalendas augusti, anno nono. »

2704. — In eundem modum .. *magistro et fratribus domus militie Templi Jerosolimitani*.

2705. — In eundem modum .. *preceptori et fratribus Hospitalis Sancte Marie Teulonicorum in Acon.*

2706

Pérouse, 28 juillet 1235.

Johannem de Ibelino reprehendit quod, populum Aconensem a fidelitate Friderici, Romanorum imperatoris, seducens, illum ad obsidionem Tyri inducere nitatur, eumque rogat et hortatur ut, eo quod idem Fridericus multae devotionis obsequiis se reddiderit Ecclesiae gratiosum, ab omnibus quae ipsi honori contraria sint, se avertat. — (REG. 18, f. 58 r°; ann. IX, c. 171; — MOREAU 1190, f. 96; — POTTHAST 9975; — RODENBERG 650; — cf. *supra*, n° 2045.)

« *Nobili viro Johanni de Ibelino, sp[iritu]m consilii sanioris*. A diutina expectatione —. Dat. Perusii, V kalendas augusti, anno nono. »

2707. — In eundem fere modum scriptum est *executori [decano Antiocheno, patriarchae Antiocheni vicario]*.

2708. — In eundem modum *populo Aconensi*.

2709Pérouse, 1^{re} août 1235.

Episcopo Ratisponensi, imperialis aulae cancellario, mandat quatenus Henrico, nato Friderici, Romanorum imperatoris, pro perjurio quod incurrerat, se patri temere opponendo, per Salzbergensem archiepiscopum auctoritate apostolica excommunicato, beneficium absolutiois impendat, cum sit ad ipsius imperatoris gratiam jam reversus, sufficienti tamen ab eo prius cautione recepta, quod militibus Danis ab obsequio Romanae Ecclesiae redeuntibus, quos fecerat bonis suis spo-

liari, satisfaciatur competenter. — (REG. 18, f. 58 v°; ann. IX, c. 172; — MOREAU 1190, f. 97; — POTTHAST 9979; — RODENBERG 651.)

« .. *episcopo Ratisponensi, imperialis aulae cancellario*. Cum nobilis vir —. Dat. Perusii, kalendis augusti. »

2710

Pérouse, 26 juillet 1235.

Episcopo Brixiensi, qui, ecclesiam Pruniacensem (= Brunatensem), in qua monachi Nigri fuerant ab antiquo, reformans, eandem, considerans quod ordo regularis ibidem bene servari non poterat, de quinque saecularibus canonicis ordina-verat, mandat quatenus praefatis monachis [Nigris] per alia monasteria faciat in vitae necessariis provideri coaque in fratres recipi in eisdem. — (REG. 18, f. 58 v°; ann. IX, c. 173; — cf. *supra*, n° 2385.)

« .. *episcopo Brixiensi*. Presentate nobis tue fraternitatis et dilecti filii .. Pruniacensis electi littere continebant quod nos dudum, intellecto quod Pruniacensis ecclesia, in qua monachi Nigri fuerant ab antiquo, adeo in spiritualibus et temporalibus collapsa fuisset, quod nec in suo nec in aliquo¹ posset ordine reformari, tibi dedimus in mandatis ut ipsam, cum consilio ejusdem electi, in suo, alioquin in alio ordine, reformares, vel, si hoc in neutro posses facere, saltem ipsam de clericis secularibus ordinare. Tu vero, tanquam vir providus et discretus², cum tibi de lapsu et diminutione reddituum, nec non et dissolutione monachorum ejusdem ecclesie quasi irreparabili plenius constitisset, facta inquisitione super hoc diligenti per dilectos filios .. priorem de Albario, Mortariensis ordinis, et B., canonicum Januensem, per ipsorum litteras et aliorum multorum testium depositiones tibi constitit evidenter quod in ecclesia supradicta, temporibus monachorum ipsorum qui modo residebant in illa, ordo sancti Benedicti in nullo extitit observatus, et quod etiam per ipsorum malitiam guerre ac dissensiones in terra illa fuerant et multa alia perpetrata, et insuper redditus ecclesie sepefate in tantum fuerant diminuti, quod vix sufficerent solummodo ad sustentationem electi praefati. Quibus inspectis, consideratione quoque prehabita diligenti, quod ordo regularis bene servari non posset, ubi paucitas esset fratrum, nec non et quod locus ille religioni nullatenus esset aptus, de multorum prudentum et aliorum religiosorum et specialiter electi prescripti consilio, ecclesiam nominatam. juxta

1. Peut-être pour alio, ou pour aliquo alio.

2. Tu vero... tibi constitit; la réclamation est des plus négligées.

tenorem mandati nostri, de quinque secularibus canonicis ordinasti. Quare a nobis humiliter postulabas ut, cum id quod auctoritate nostra per te factum esse dinoscitur in hac parte, firmitatem debitam obtinere non possit, nisi prius in necessariis per alia monasteria provideatur monachis antedictis, providere super hiis de benignitate Sedis Apostolicæ dignemur. Nos igitur, quod per te super hoc provide factum esse dinoscitur, ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus, fraternitati tue per apostolica scripta mandantes quatenus monachis sepefactis facias in vite necessariis per alia monasteria, sub[lat]o cujuslibet appellationis obstaculo, congrue provideri, ipsos in fratres et monachos recipi faciens in eisdem; contradictores etc. Dat. Perusii, VII kalendas augusti, anno nono. »

2711

Pérouse, 27 juillet 1235.

Willelmo, canonico Sancti Johannis Maguntini, filio quondam magistri B. Judæi, concedit ut in parochiali ecclesia de Triburem, quam de novo se proponebat canonicè assecutum, cum ipsum oporteret in ecclesia Sancti Johannis Maguntini, ratione præbendæ suæ, residentiam facere, per vicarium perpetuum valeat deservire. — (REG. 18, f. 59 r^o; ann. IX, c. 174; — cf. PRESSUTI 3245; — cf. *supra*, n. 1996 et 2176.)

« Willelmo, canonico Sancti Johannis Maguntini, filio quondam magistri B. Judæi. Apostolicæ Sedis benignitas. — Dat. Perusii, VI kalendas augusti, anno nono. »

2712

Pérouse, 28 juillet 1235.

Episcopo Asculano mandat quatenus, — cum Transensis archiepiscopus super subjectione quam in monasterio Sancti Samucis de Barulo, Praemonstratensis ordinis, in Transensi dioecesi constituto, contendebat habere, apostolicas ad Barensem archiepiscopum litteras impetrasset, et idem Barensis in abbate et conventum ejusdem monasterii, post appellationem legitimam, interdicti sententiam promulgasset, quam fidem, postmodum, confisi de prædictæ appellationis suffragio, non servaverant; cum autem tam super appellatione prædicta quam super negotio principali ipse papa [Raynerium], Sanctæ Mariæ in Cosmedin diaconum cardinalem, eis concessisset auditorem, — sufficienti ab eisdem abbate et conventu cautione recepta, quod super his pro quibus eadem interdicti sententia fuerat prolata, si eam constituerit rationabiliter esse latam, Ecclesiæ mandato parentem, ad cautelam relaxans eandem, super eo quod eandem senten-

tiam non servaverant, cum eis dispenset. — (REG. 18, f. 59 r^o; ann. IX, c. 175.)

« .. episcopo Asculano. Ex parte abbatis. — Dat. Perusii, V kalendas augusti, anno nono. »

2713

Pérouse, 8 août 1235.

Episcopo Pistoriensi mandat quatenus Roccam Masse et castrum Potenzoli Oriandino de Porcaria, nomine Ecclesiæ custodienda, faciat assignari. — (REG. 18, f. 59 r^o; ann. IX, c. 176; — cf. *supra*, n. 1120 et 2398.)

« .. episcopo Pistoriensi. Cum Rocca Masse, cum curia sua, et castrum Potenzoli, nec non jura omnia que in illis bone memorie G., marchio Masse et judex Calaritanus, noscitur habuisse, dicantur ad Romanam Ecclesiam devoluta, fidelitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, [ca] nobili viro Oriandino de Porcaria, Lucane diocesis, nomine Romane Ecclesiæ custodienda fideliter et usque ad nostrum beneficium retinenda, postquam ab ipso super hiis receptis juramentum, auctoritate nostra facias assignari; contradictores etc. Dat. Perusii, VI idus augusti, anno nono. »

2714

Pérouse, 8 août 1235.

Potestati, consilio et populo Viterbiensibus sub poena duorum milium marcarum mandat quatenus colligationes et confederationes quas fecerint, relaxent, et hominibus de Molis Flaseonis de damnis eis illatis satisfaciant. — (REG. 18, f. 59 r^o; ann. IX, c. 177; — POTTHAST 9984; — RÖDENBERG 653.)

« .. potestati, consilio et populo Viterbiensibus. Quanto civitas Viterbiensis. — Dat. Perusii, VI idus augusti, anno nono. »

2715

Pérouse, 4 août 1235.

Universis fidelibus suis per Patrimonium beati Petri in Tuscia constitutis mandat quatenus raptos, puelones et fures qui provinciam ipsam persequendo dilaniant, de finibus suis expellant. — (REG. 18, f. 59 v^o; ann. IX, c. 178; — POTTHAST 9983; — RÖDENBERG 652.)

« Universis fidelibus nostris per Patrimonium beati Petri in Tuscia constitutis. Audientes dissensiones et. — Dat. Perusii, II nonas augusti, anno nono. »

2716

Pérouse, 11 août 1235.

Rolando, subdiacono et capellano suo, mandat quatenus colligationes contra honorem Ecclesiae in Tuscia praesumptas non servandas denuntiet. — (REG. 18, f. 60 r^o; ann. IX, c. 179; — RODENBERG 651.)

« *Rolando, subdiacono et capellano nostro.* Cum, sicut accepimus —. Dat. Perusii, III idus augusti, anno nono. »

2717

Pérouse, 9 août 1235.

Archiepiscopo Tranensi et episcopo Vigiliensi mandat quatenus, — cum procurator prioris et capituli ecclesiae Sancti Nicolai Barenis, post decessum ipsius prioris, a praesentia S[tephani], tituli Sanctae Mariae in Transtiberim presbyteri cardinalis, cui ipse papa causam quae inter archiepiscopum Barensem et eandem ecclesiam vertebatur, commiserat, recessisset; quod fuerat causa multarum dilationum et expensarum, — praedicto capitulo injungant ut infra tres menses post praesentium susceptionem, eligant sibi priorem, et infra mensem in eadem causa procuratorem ad Sedem Apostolicam transmittant. — (REG. 18, f. 60 r^o; ann. IX, c. 180.)

« .. *archiepiscopo Tranensi et .. episcopo Vigiliensi.* Cum procurator bone —. Dat. Perusii, V idus augusti, anno nono. »

2718

Pérouse, 11 août 1235.

Praeposito Augustensi, multis obligato debitis, concedit ut redditus suos ecclesiasticos libere valeat per triennium pro solvendis praedictis debitis obligare, et irritum decernit et inane, si quid circa praedictos redditus interim fuerit attentatum. — (REG. 18, f. 60 r^o; ann. IX, c. 181.)

« .. *praeposito Augustensi.* Sedes Apostolica, pia —. Dat. Perusii, III idus augusti, anno nono. »

2719

Pérouse, 11 août 1235.

Episcopo Lausanensi et decano Salanchiae, Gebennensis dioecesis, de eadem re scribens, mandat quatenus contra concessionem et institutionem praedictam non permittant aliquid attentari. — (REG. 18, f. 60 r^o; ann. IX, c. 182; — cf. J. BENOULLI, *Acta Pontificum helvetica*, t. I, p. 123, n^o 182.)

« .. *episcopo Lausanensi et .. decano Salanchie, Gebennensis dioecesis.* Cum, sicut dilectus —. Dat. ut supra. »

1. La date a été ajoutée en marge, de la même main que le reste.

2720

Pérouse, 9 août 1235.

Archiepiscopo Lugdunensi, qui processum de ipsius electione in archiepiscopum Lugdunensem, per Tornacensem episcopum, apostolicum legatum, factum, ad iudicium Sedis Apostolicae remiserat, significat se decernere ut ex tali processu nullam notam incurrat. — (REG. 18, f. 60 r^o; ann. IX, c. 183; — MOREAU 1190, f. 102; — cf. *supra*, n^o 2012.)

« .. *archidiacono Lugdunensi.* Ecclesia Lugdunensi pastoris solatio destituta et votis canonicorum in diversa divisus, quidam te in suum archiepiscopum elegerunt, quidam vero postularunt dilectum filium .. procuratorem ecclesiae Valentine. Verum, quia de persone tue meritis volebam habere certitudinem pleniorum, venerabili fratri nostro .. episcopo Tornacensi super hoc direximus scripta nostra. Idem autem episcopus, nunc cognitoris, nunc vero inquisitoris personam assumens, interdum ut cognitor et aliquando ut inquisitor, ex officio pro sua voluntate processit, processum suum ad examen apostolicum remittendo. Cum enim per procuratorem tuum, speciale super hoc mandatum habentem, malueris in manibus nostris ponere jus, si quod tibi competere videbatur, quam Lugdunensem ecclesiam, matrem tuam, sumptibus et laboribus fatigare, ex quibus posset eidem imminere, tam in spiritualibus quam in temporalibus, irreparabile detrimentum : nos, inspecto processu ipso, prout convenit, diligenter, de fratrum nostrorum consilio decernimus ut ex tali processu nullam prorsus infamiam vel notam incurras. Dat. Perusii, V idus augusti, anno nono. »

2721

Pérouse, 11 août 1235.

Y[olanda], reginam Aragonum, natam regis Hungariae, juxta desiderium [Yolandae], ipsius matris, sub beati Petri et sua protectione suscipit. — (REG. 18, f. 60 v^o; ann. IX, c. 184; — MOREAU 1190, f. 104; — POTTHAST 9987.)

« *I. regine, nate carissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Ungariae.* Sincera devotio filiorum —. Dat. Perusii, III idus augusti, anno nono. »

2722

Pérouse, 9 août 1235.

Regi Aragonum significat se confirmare quod factum fuerat super dote Ioles (= Yolandae), filiae regis Hungariae, ejusdem regis Aragonum uxoris. — (REG. 18, f. 60 v^o; ann. IX, c. 185.)

« .. *illustri regi Aragonum.* Quia matrimonium cujus —. Ex litteris siquidem tuis et carissimis in Christo

filii nostri .. illustris regis Ungarie intelleximus quod, matrimonio inter te ac dilectam in Christo filiam Ioles, natam suam, contracto legitime, idem tibi, pro dote duodecim milium marcarum argenti quam pro ipsa constituit, quosdam redditus obligavit, qui *tricesima* vulgariter appellatur, tamdiu a te percipiendos, donec ex eis predictam summam Integre fueris assecutus. Tu vero e converso eidem uxori tue villam Montis Pesulani, cum dominio et districtu suo, et comitatum de Amilavo, cum ejus pertinentiis, in donationem quam sibi fecisti propter nuptias, assignasti. Nos igitur, tuis et ipsius regis precibus inclinatis, quod super hiis factum est, sicut in predictis litteris continetur, auctoritate apostolica confirmamus etc. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Dat. Perusii, V idus augusti, anno nono. »

2723

Pérouse, 9 août 1235.

Episcopo Quinqueeclesiensi, et magistris militie Templi et Hospitalis Hierosolymitanorum in Hungaria de eadem re scribens, mandat quatenus, — cum, matrimonio nuper inter [Yolandam], natam [Andree], regis Hungarie, et [Jacobum], regem Aragonum, legitime contracto, dictus rex Hungarie, pro dote duodecim milium marcarum argenti, quam eidem filiae suae constituerat, quosdam redditus, qui *tricesima* vulgariter appellabatur, praefato regi Aragonum obligasset, tamdiu ab ipso percipiendos, donec ex eis praedictam summam idem rex Aragonum integre fuerit assecutus, — praedictos proventus ad opus memorati regis Aragonum annis singulis colligant. — (REG. 18, f. 60 v°; ann. IX, c. 186; — POTTHAST 9985; — J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général des Hospitaliers*, t. II, p. 488, n° 2119.)

« .. episcopo Quinqueeclesiensi, et magistris militie Templi et Hospitalis Hierosolymitanorum in Ungaria. Matrimonio nuper inter —. Dat. Perusii, V idus augusti, anno nono. »

2724

Pérouse, 12 août 1235.

Priori et fratri Rad[ulfo], ordinis Praedicatorum, Sanctae Mariae ad Gradus Viterbiensis, indulget ut universis qui, de Viterbiensi et Tuscanensi, Ortano, Balneoregiensi, Castrensi, Suanensi, Ameliensi et Narniensi episcopatibus, ad ipsorum praedicationem venientes, sponte ad Christianae fidei redirent unitatem, absolutionis et reconciliationis munus impendant. — (REG. 18, f. 60 v°; ann. IX, c. 187; — POTTHAST 9988, sub *in e. m.*)

« [...] priori et fratri Rad[ulfo], ordinis Praedicatorum,

Sanctae Mariae ad Gradus Viterbiensis. Quia dignum est —. Dat. Perusii, II idus augusti, anno nono. »

2725

Pérouse, 12 août 1235.

Episcopum Ortanum de superiore ad priorem Viterbiensem et fratrem Radulfum epistola certum facit, etque mandat quatenus ad extirpandam de civitate ac dioecesi Ortana pravitatem haereticam eis impertiat consilium et auxilium. — (REG. 18, f. 61 r°; ann. IX, c. 188; — POTTHAST 9989.)

« .. episcopo Ortano. Quia dignum est —. Dat. ut supra. »

2726

Pérouse, 9 août 1235.

Colomanno, regi [Ruthenorum], filio [Andree], regis Hungariae, concessionem terrae Bosnae, ipsi a praefato ipsius patre factam, confirmat. — (REG. 18, f. 61 r°; ann. IX, c. 189; — MOREAU 1190, f. 103; — POTTHAST 9986.)

« Illustri regi Colomanno, nato carissimi in Christo filii nostri A., illustris regis Ungarie. Licet Apostolice Sedis —. Dat. Perusii, V idus augusti, anno nono. »

2727

Pérouse, 30 juillet 1235.

Magistro Hugoni, cantori Pisano, Parisius commoranti, mandat quatenus, si necesse fuerit, tantum de fructibus monasterii Columbensis, ordinis sancti Benedicti, Carnotensis dioecesis, colligi faciat, quod exinde plena satisfactio possit quibusdam Senensibus mercatoribus fieri, pro quodam mutuo contracto occasione inquisitionis contra H. monachum factae, qui se pro ejusdem monasterii abbate gerabat. — (REG. 18, f. 61 r°; ann. IX, c. 190; — cf. *supra*, n° 2004.)

« Magistro Hugoni, cantori Pisano, Parisius commoranti. Cum dilectus filius noster G[ulfridus], tituli Sancti Marci presbiter cardinalis, a nobis in causa inquisitionis facte contra H. monachum, qui se gerit pro abbate monasterii Columbensis, ordinis sancti Benedicti, Carnotensis dioecesis, datus auditor, S. priori de Domibus, Th., viceleminosario, et Stephano, procuratori .. majoris prioris .. prepositi, .. cellararii et quorundam aliorum monachorum ipsius monasterii eisdem adherentium, ad prosequendum causam hujusmodi, usque ad summam nonaaginta marcarum argenti contrahendi mutuum, de bonis ejusdem monasterii persolvendum, de mandato nostro concesserit facultatem : presentium tibi auctoritate mandamus quatenus, illos

qui administrationem bonorum temporalium jamdicti monasterii gerere dinoscuntur, ut Angelerio, Massario, Jacobo Petri, Guidoni Cazacont[ri], Goncherio, Frederico, Rolando eorumque sociis, mercatoribus Senensibus, qui prefatis monachis et procuratori dictam mutuarunt pecunie quantitatem, in termino a memorato cardinali prefixo satisfaciant de eadem, monitione premissa, per sententiam excommunicationis, appellatione remota, compellens, nichilominus, si necesse fuerit, tantum de fructibus predicti monasterii colligi facias, quod exinde plena pro eodem mutuo satisfactio predictis possit mercatoribus, usura omnino cessante, exhiberi; contradictores —. Dat. Perusii, III kalendas augusti, anno nono. »

2728

Pérouse, 13 août 1235.

Viterbiensis et Tuscanensi episcopo mandat quatenus Templariis, Hospitalariis et aliis religiosis suae dioecesis inhibeat non suspectos de haeresi vel etiam infamatos, seu publicos usurarios, ecclesiasticae sepulturae tradant. — (REG. 18, f. 61 r°; ann. IX, c. 191.)

« .. *Viterbiensis et Tuscanensi episcopo.* Serpentis antiqui perfidia —. Hinc est quod, cum quidam lupi rapaces Viterbiensem et Tuscanensem civitates et dioecesium sub ovium vestimentis intraverint, et ibidem vineam Domini quedam ceperint vulpecule demoliri, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, tam receptatores hereticorum quam alios de heresi publice infamatos plenius in civitatibus et dioeces[i] predictis inquirens, contra eos juxta statuta super hoc edita dudum a nobis procedas. Ceterum, quia, sicut tua nobis fraternitas intimavit, fratres Hospitalis Sanctorum Johannis et Victoris Ildibrandinum Citadini, de heresi publice infamatum, in cimiterio suo, ut a pluribus asseritur, non sunt veriti sepelire, volumus et mandamus ut Templariis et Hospitalariis, ac aliis religiosis, tam exemptis quam non exemptis, earumdem civitatum et dioec[is]is, ne aliquem suspectum de heresi vel etiam infamatum, seu publicum usurarium, nisi primitus ad mandatum tuum suspecti vel infamati de heresi secundum formam predictam, usurarii vero juxta Lateranensis statuta concilii, debitam super hoc satisfactionem impendant, ad sepulturam incipiant [deportare], districtius inhibere procures, et, si quos tales ecclesiasticae tradiderint sepulture, ut eorum cadavera exinde proiciant, et restituant quicquid exinde percipisse noscuntur, injung[as] eisdem; ipsos ad id, si necesse fuerit, monitione premissa, per

curam ecclesiasticam, appellatione remota, compescendo. Dat. Perusii, idibus augusti, anno nono. »

2729

Pérouse, 27 août 1235.

Potestati et populo Viterbiensibus de eadem re scribens, eos rogat quatenus, ad extirpandam de Viterbiensi civitate ac districtu pravitatem haereticam viriliter assurgentes, praedicto episcopo super hoc efficax studeant consilium et auxilium impertiri. — (REG. 18, f. 61 v°; ann. IX, c. 192.)

« .. *potestati et populo Viterbiensibus.* Serpentis etc. —. Dat. Perusii, VI kalendas septembris, anno nono. »

2730

Pérouse, 5 août 1235.

Decano Nivernensi, — qui, propter juramentum quo, ratione decanatus sui, tenebatur ad personale residentiam in Nivernensi ecclesia, nisi causa peregrinationis ipsum abesse contingeret, faciendam, injunctum sibi a papa in Bituricensi provincia praedicationis officium pro Terrae Sanctae succursu adimplere non poterat, — indulget ut, non obstante praedicto juramento, eidem officio insistens, proventus suos plene percipiat, ac si personaliter in eadem ecclesia resideret. — (REG. 18, f. 61 v°; ann. IX, c. 193.)

« .. *decano Nivernensi.* Qui obsequiis divinis —. Dat. Perusii, nonis augusti, anno nono. »

2731

Pérouse, 18 août 1235.

Abbati de Waleden[ia], Londoniensis dioecesis, priori de Merton[ia], Wintoniensis dioecesis, et archidiacono de Northantun[ia], Li[n]colnensis dioecesis, committit terminandum negotium electionis de Riccardo, rectore ecclesiae de Bromblee, Roffensis dioecesis, in episcopum Roffensem, a priore et conventu Roffensibus factam, quam vero electionem Cantuariensis archiepiscopus, qui ecclesiae Roffensis se asserebat patronum, confirmare renuebat. — (REG. 18, f. 61 v°; ann. IX, c. 194.)

« .. *abbati de Waleden., . . priori de Merton. et . . archidiacono de Northantun., Londoniensis, Wintoniensis et Lincolnensis dioecesis.* Ex parte dilectorum filiorum . . prioris et conventus Roffensium fuit propositum coram nobis quod, cum, nuper eorum ecclesia pastoris solatio destituta, ipsi, ad quos, tam de jure communi quam ratione possessionis, vel quasi, in qua erant tunc temporis, electio pertinebat, a venerabili fratre nostro . . archiepiscopo Cantuariensi, qui ejusdem ecclesiae asse-

rit se patronum, eligendi licentiam petiissent, nec eam possent, pluries ab ipso petitam, aliquatenus obtinere : iidem, antequam laberetur tempus de eligendis episcopis a canone diffinitum. convenientes in unum. prout moris erat, Spiritus Sancti gratia invocata, quibusdam de collegio providendi viduate ecclesie de pastore postestatem unanimiter contulerunt ; qui, Deum habentes pre oculis, dilectum filium magistrum Ricardum, rectorem ecclesie de Bromblee, Roffensis diocesis, virum utique litteratum, providum et discretum, atque in spiritalibus et temporalibus circumspectum. qui, ob sue merita bonitatis, octo annis et amplius fuerat officialis Roffensis, commissum sibi officium laudabiliter exequendo, in patrem suum et episcopum concorditer et canonicè elegerunt ; quorum electionem universi et singuli approbantes, ipsam, utpote canonicam, ab eodem archiepiscopo confirmari humiliter petierunt. Et quamvis adversus personam electi nichil velle obicere idem archiepiscopus fateretur, eam tamen, pro sue voluntatis arbitrio, renuit confirmare, in gravem ipsius ecclesie lesionem ; propter quod ad nostram audientiam appellarunt, nobis per dilectos filios Alexandrum et Robertum monachos, et magistros Willelmum et R. clericos, nuntios suos, et litteras humiliter supplicantes, ut, cum eadem ecclesia ex vacatione diutina grave sustineat, presertim in temporalibus, detrimentum, prefato archiepiscopo fere universos proventus episcopales in usus proprios convertente, indemnitati ejus paterna sollicitudine providentes, confirmare illam de benignitate Sedis Apostolicæ dignaremur, vel saltem proventus faceremus eosdem interim sequestrari, donec provisum fuerit eidem ecclesie de pastore. Ceterum, licet pro ipsa ecclesia quod cum Deo possumus, libenter facere intendamus. quia tamen de jure ipsius archiepiscopi, nemine comparente pro eo, nisi ad impetrandum et contradicendum duntaxat, scire nequimus veritatem, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, negotium ipsum infra quatuor menses post susceptionem presentium, si de partium voluntate processerit. sine canonico terminetis, facientes quod decreveritis. auctoritate nostra firmiter observari ; alioquin illud sufficienter instructum ad examen apostolicum remittatis, prefixo partibus termino preceptorio competenti, quo per procuratores sufficientes et idoneos propter hoc apostolice se conspectui representent. quod justum fuerit, auctore Domino, recepture. Non obstantibus litteris quas dilecti filii .. prior et conventus Cantuarienses ad .. abbatem de Bello et conjudices suos, super jure quod Cantua-

riensis archiepiscopus in ordinatione ipsius Roffensis ecclesie habere proponitur, dicuntur a Sede Apostolica impetrasse. Quod si non omnnes etc. Dat. Perusii, XV kalendas septembris, anno nono. »

2732

Perouse, 3 août 1235.

Abbati Grandis Silvae, Tholosanæ diocesis, nec non et decano et archidiacono Petragoricensibus mandat quatenus sententiam excommunicationis proferant in comitem Tholosanum, qui ecclesiam de Manso (= le Mas d'Agonais) quibusdam possessionibus et rebus aliis spoliaverat. — (REG. 18. f. 62 r^o; ann. IX, c. 195; — POTTRAST 9982; — cf. *supra*, n. 1574 et 2679.)

« .. abbat Grandis Silve, Tholosane diocesis, .. decano et .. archidiacono Petragoricensibus. Dilectus filius Raimundus Bernardi, prior ecclesie de Manso, non absque multa mentis amaritudine, in nostra propositi presentia constitutus quod. cum olim nobilis vir .. comes Tolosanus. post pacem inter ipsum et Ecclesiam reformatam, per quam Ecclesiam et viros ecclesiasticos ac eorum bona non offendere, sed defendere potius tenebatur, ad cujus observantiam se tam per penas in forma pacis expressas quam per proprium juramentum et cautiones alias obligarat, contra formam ipsius pacis temere veniens, occupata villa ejusdem ecclesie, juramenta fidelitatis ab ipsius ville hominibus extorsisset, et, ecclesie balivo remoto exinde, alium posuisset illidem, qui nomine suo secularem justitiam exerceret, ac senescalcus ejus. portas domus ecclesie obstrui faciens, quosdam ad villam reduxisset, qui ejeti fuerat exinde, culpis exigentibus eorumdem, et ecclesiam quibusdam possessionibus et rebus aliis spoliasset, alia sibi dampna gravia et injurias irrogando, quasdam eidem comiti, et alias venerabili fratri nostro .. episcopo Tornacensi, tunc in partibus illis Apostolicæ Sedis legato, litteras duximus destinandas. Cum autem idem episcopus in executione mandati apostolici processisset juxta traditam sibi formam, ex parte dicti comitis voce appellationis frivole ad nos emissa, et procuratoribus partium propter hoc in nostra presentia constitutis, venerabilibus fratribus nostris .. Burdegalensi archiepiscopo et .. episcopo Agennensi, et dilecto filio .. decano Sancti Severini Burdegalensis litteras direximus. continentis ut [dictum priorem] restitui facerent ad omnia quibus spoliatum invenirent eundem; contradictores —. Predictis archiepiscopo et episcopo. majoribus occupatis negotiis, committentibus dicto decano. eorum conjudici, ac .. decano Burdegalensi super hoc

totaliter vices suas, iidem decani, constitutis partibus coram eis, etsi de huiusmodi spoliatione. utpote notoria, plene constaret, nonnullis tamen testibus habundanter receptis et eorum depositionibus publicatis, priorem eundem ad omnia quibus ipsum spoliatum constituit, cum perceptis medio tempore fructibus, restituendum per diffinitivam sententiam decreverunt; adicientes nichilominus in sententia ut comes, relaxatis fidelitatis juramentis ab hominibus sic extortis, et balivo suo a villa prorsus amoto, priorem ipsum redire ad ecclesiam suam permetteret, et pacifica eum restitutione possessionum gaudere; in contradictores et rebelles excommunicationis sententia promulgata. Sed dictus comes, reverentia divina calcata, censuram ecclesiasticam, contemptis Ecclesie clavibus, vilipendens, non solum in aliquo parere contempsit, cuidam frivole appellationi, ab eo, ut dicitur, interjecte, quam non fuit persecutus infra tempus legitimum, innitendo; verum etiam, contemptum contemptui superaddens et peccata peccatis accumulans, jamdictum priorem, bonis omnibus ecclesiasticis et mundanis spoliatum, compulit extra solum proprium exulare; propter quod iidem iudices, ipsum excommunicationis sententiam incurrisse, per Burdegalensem, Narbonensem et Arelatensem provincias nuntiantes, totam terram quam obtinet, supposuerunt ecclesiastico interdicto, et mandaverunt ut in locis ad que ipsum devenire contingeret, cessarent, quamdiu presens existeret, a divinis; carissimum quoque in Christo filium nostrum .. illustrem regem Francie per suas litteras monuerunt ut memoratum comitem, claves Ecclesie contemptentem, ad parendum rei iudicate, tradita sibi a Domino potestate, compelleret, et priorem predictum faceret gaudere possessione pacifica premissorum. Nos etiam eidem regi didicimus nostras litteras destinasse, ut injungeret comiti supra dicto, et eum, si necesse foret, temporali districtione compelleret, quod priori restitueret sic ablata, ac ipsum ac suos redire ad propria, unde ipsum exulare compulerat, et ibidem secure permetteret commorari. Quare idem prior nobis lacrimabiliter supplicavit ut, cum sepedictus comes, quasi stipulam malleum reputans¹, censuram ecclesiasticam non formidet, et prenominatus rex, tam nostris quam iudicum eorumdem monitionibus obauditis, non curaverit ad hoc interponere partes suas, ac ipse, confractus laboribus et exhaustus expensis, quasi de summo divitiarum ad extremam paupertatem deductus, a prosecutione juris sui desistere compelleret, et ecclesia sua, olim per ipsum comitem the-

sauro, privilegiis nec non et omnibus bonis aliis spoliata, vix unquam adiciet ut resurgat¹, ipsum angustis et doloribus paterno compatiens affectu, salubre remedium et utile consilium apponere dignamur. Cum igitur tantam Dei et Ecclesie injuriam ac ipsius prioris gravamen coniventibus oculis pertransire aliquatenus non possimus, ne facilis venie incertum tribuat delinquendi, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus premissas sententias, diffinitivam, sicut est justa, excommunicationis vero [et interdicti], sicut rationabiliter sunt prolata, faciatis auctoritate nostra, sub[lato] ap[pellationis] ob[staculo], usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari; nullis litteris obstantibus plenam de his omnibus non facientibus mentionem. Dat. Perusii, III nonas augusti, anno nono. »

2733

Pérouse, 24 août 1235.

Cum archiepiscopo Strigoniensi, licet ejus excusatio minus canonica extiterit, dispensat super censuris quas incurrerat, pro eo quod prohibuerat quominus denuntiatores sententiarum excommunicationis et interdicti in [Andream], regem Hungariae, per Bosnensem episcopum promulgatarum, ad denuntiationem procederent, et communicaverat postmodum regi praedicto in coronatione reginae. — (REG. 18, f. 63 r^o; ann. IX, c. 196; — MOREAU 1190, f. 113; — POTTHAST 9998.)

« .. archiepiscopo Strigoniensi. Non venit in —. Dat. Perusii, VIII kalendas septembris, anno nono. »

2734

Pérouse, 18 août 1235.

Regem Hungariae rogat et hortatur quatenus adversus Bosnensem episcopum ejusque collegas, denuntiatores deputatos a Praenestino episcopo, tunc electo, Apostolicae Sedis legato, sententiarum excommunicationis et interdicti in regem ipsum ab eodem legato promulgatarum, nullatenus moveatur, cum illi ex necessitate sententias memoratas servaverint, et inde gratiam Apostolicae Sedis meruerint. — (REG. 18, f. 63 r^o; ann. IX, c. 197; — MOREAU 1190, f. 114 v^o; — POTTHAST 9991.)

« .. illustri regi Ungarie. Non venit in —. Dat. Perusii, XV kalendas septembris, anno nono. »

2735

Pérouse, 23 août 1235.

Fratri Roberto, de ordine Praedicatorum, mandat quate-

1. Ps. XL, 9.

1. JOB XLI, 20.

nus per Senonensem, Remensem et alias provincias regni Franciæ passim contra hæreticos cum cautela procedat. — (REG. 18, f. 63 r°; ann. IX, c. 198; — POTTIABT 9995.)

« *Fratri Roberto, de ordine Predicatorum.* Dudum, ad aliquorum murmur, qui non patiebantur te aut fratres tuos in partibus gallicanis ad inquirendum super heretica pravitate procedere, que, ut aiebant, de heresi non fuerant infamata, scripsimus tibi et aliis fratribus tecum ad hoc negotium deputatis, ut supersederetis a cepto negotio, ne ubi non precesserat infamia heresis, nota perquireretur erroris. Verum, quia postmodum — tanta de universis regni Franciæ partibus ebullire dicitur venenatorum multitudo reptilium, et heresum sanies scaturire, quod amodo sic non possunt hæc salva tolerari conscientia, sicut nec aliqua tergiversatione celari : discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus — per Senonensem, Remensem et alias provincias regni Franciæ passim contra hereticos, cum prelatorum et fratrum tuorum religiosorum sapientumque consilio, ea cautela procedas, ut innocentia non pereat et iniquitas non remaneat impunita. Dat. Perusii, X kalendas septembris, anno nono. »

2736

Pérouse, 21 août 1235.

Priori provinciali ordinis Prædicatorum in Francia de eadem re scribens, præcipit ut fratri Roberto ejusque sociis negotium inquisitionis committat, qui per universum regnum Franciæ passim contra hæreticos, cum prelatorum et aliorum fratrum religiosorum consilio, caute procedant. — (REG. 18, f. 63 v°; ann. IX, c. 199; — POTTIABT 9993.)

« *Priori provinciali ordinis Predicatorum in Francia.* Dudum etc. —. Dat. Perusii, XII kalendas septembris, anno nono. »

2737

Pérouse, 22 août 1235.

Archiepiscopo Senonensi mandat quatenus per se et per fratrem Robertum, ordinis Prædicatorum, ac alios fratres Prædicatores contra hæreticos procedat. — (REG. 18, f. 63 v°; ann. IX, c. 200; — MOREAU 1190, f. 108; — POTTIABT 9994.)

« .. *archiepiscopo Senonensi.* Quo inter ceteras —. Sane dudum audito quod in regno Franciæ heretici subrepebant, .. provinciali priori ordinis Predicatorum in eodem regno dedimus in mandatis ut aliquibus fratribus suis, aptis ad hoc, inquisitionem contra illos

GRÉGOIRE IX, t. II.

committeret in regno predicto; sed multorum ascendente postmodum murmur, astrumentium de quibusdam provinciis, quod in eis hujusmodi non deberet inquisitioni fieri, que de heresi non fuerant infamata, scripsimus fratri Roberto et aliis, qui in commissis sibi negotiis procedere ceperant, quatenus in locis in quibus non devenerat alicujus infamia heresis, notam non persequerentur erroris. Quia vero post hæc, eo revelante etc., usque : celari, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, omni mora et occasione cessantibus, per te ipsum et fratrem Robertum, ordinis Predicatorum, cui tam specialem gratiam contulit Dominus, ut omnis venator extimeat cornu ejus, ac per alios fratres Predicatores, nec non et per alios qui ad hoc idonei videbantur, festines, secundum statuta concilii generalis et alia noviter contra hereticos edita, procedere in inquisitionis negotio et ad dominicum certamen accingi, prestans fratribus memoratis in eadem prosecutione consilium, auxilium et favorem. Dat. Perusii, XI kalendas septembris, anno nono. »

2738

Pérouse, 17 août 1235.

M[argaritæ], comitissæ Britannici, significat se confirmare compositionem quæ inter ipsam, ex parte una, et Johannem de Britannia [Yolandam]que, ejusdem Johannis sororem, privignos suos, ex altera, super castris de Castro Celso et de Monte Falcone eorumque pertinentiis, ipsi comitissæ a comite Britannici, viro suo, in dotatium assignatis, mediantibus Corisopitensi episcopo, et de Buzaco et de Villa Nova, Cisterciensis ordinis, abbatibus, de consensu ipsius comitis, juramento hinc inde corporaliter præstito, intervenerat. — (REG. 18, f. 63 v°; ann. IX, c. 201; — MOREAU 1190, f. 107.)

« *Nobili mulieri M., comitissæ Britannici.* Ea que iudicio —. Dat. Perusii, XVI kalendas septembris, anno nono. »

2739

Pérouse, 17 août 1235.

Priori Sanctæ Radegundæ Pictavensis, nec non et decano, et magistro scholarum Pictavensibus de eadem re scribens, mandat quatenus eandem compositionem faciant observari. — (REG. 18, f. 63 v°; ann. IX, c. 202; — MOREAU 1190, f. 106.)

« .. *priori Sanctæ Radegundæ, .. decano et [.] magistro scholarum Pictavensibus.* Dilecta in Christo —. Dat. ut supra. »

27-10

Pérouse, 18 août 1235.

Episcopo Senensi mandat quatenus sententiam qua S[inibaldus], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, Bonam gratiam, civem Senensem, condemnaverat in centum et octo marcis argenti P., procuratori abbatibus et conventus de Feldwar solvendis, quam sententiam O[tonem], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, approbaverat, executioni demandet, et praedictum civem ad solutionem ejusdem pecuniae compellat. — (REG. 18. f. 64 r°; ann. IX, c. 203.)

« .. *episcopo Senensi*. P., monacho, quondam abbati de Herci, procuratori .. abbatibus et conventus de Feldwar, et Bonegratie¹, civi Senensi, in nostra presentia constitutis dilectum filium nostrum S[inibaldum], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiterum cardinalem, dedimus auditorem; coram quo dictus proposuit procurator quod, cum olim abbas et conventus predicti jamdicto Bonegratie, recipienti pro se ac, procuratorio nomine, pro Bartholomeo Cirioli, Crescentio, Bonacurso et eorum sociis, mercatoribus Senensibus, quandam pecunie summam, in qua eisdem mercatoribus tenebantur, apud Strigonium persolvissent, idem Bonagratia instrumenta et alia scripta super debito ipso confecta eidem procuratori, nomine premissorum abbatibus et conventus, se promissit, sub certa pena, statuto termino redditurum. Quod dictus civis, sicut promiserat, efficere postmodum non curavit; propter quod prefatus monachus ipsum ad eandem penam, ad quam se spontaneus obligaverat, nec non dampna et expensas que, occasione hujusmodi, monasterium incurrerat supra dictum, sibi petit condemnari. Memoratus vero cardinalis, auditis et plenius intellectis que super predictis ab utraque parte fuere proposita coram eo, antedictum B., de prudentum virorum consilio, sepe dicto procuratori, monasterii prescripti nomine, in centum marcis argenti, pro pena predicta, et in octo, pro expensis, taxatione prehabita diligentibus, pro diffinitivam sententiam condemnavit. A ejus sententia cum memoratus B. frustratorie ad nos duxerit appellandum, nos dilectum filium nostrum O[tonem], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, in causa predicta dedimus auditorem; qui, super premissis veritate plenius intellecta, prefati cardinalis sententiam approbavit, justitia exigente. Nos igitur, sepefati cardinalis sententiam, justitia mediante prolatam, ratam habentes et firmam, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, ipsam executioni deman-

¹ Ms. : Bonegrā.

dans, civem prescriptum ad solutionem ipsius pecuniae, juxta condemnationem cardinalis ejusdem, monitione premissa, pro censuram ecclesiasticam, subm[oto] cujuslibet occasionis, contradictionis et appellacionis impe[dimento], compellas, nobilis viri J., potestatis Senensis, ad hoc, si necesse fuerit, auxilio invocato. Dat. Perusii, XV kalendas septembris, anno nono. »

27-11

Pérouse, 18 août 1235.

J., potestati Senensi, de eadem re scribens, mandat quatenus, cum ab episcopo Senensi fuerit requisitus, auxilium ei super hoc impendat. — (REG. 18. f. 64 r°; ann. IX, c. 204.)

« *Nobili viro J. potestati Senensi*. P., monacho etc. — Dat. ut supra. »

27-12

Pérouse, 23 août 1235.

Magistros et fratres militiae Templi et Hospitalis Hierosolymitanorum redarguit quod in se ipsos bella convertebant, eisque mandat quatenus usque ad passagium martii proximo futuri per procuratores apostolico conspectui se presentent, mandatum apostolicum recepturi; a mutuis impugnationibus desistant; alioquin noverint ipsum papam abbatibus de Templo Domini et Sancti Samuelis Aceconensibus mandasse ut in eos excommunicationis et in eorum terras interdicti sententias non differant promulgare. — (REG. 18. f. 64 r°; ann. IX, c. 205; — J. DELAVILLE LE ROCLX, *Cartulaire général des Hospitaliers*, t. II, p. 489, n° 2120.)

« *Magistris et fratribus militiae Templi et Hospitalis Hierosolymitanorum*. Parum vobis forsitan videbatur quod fere per totum orbem Christianum contra vos clamatur a multis, qui prava solent etiam suspicari de rectis, nisi diebus hiis produceretis in actum, unde merito contra vos debeat scandalum suscitari. Ecce tristes audivimus et accepimus cum dolore quod vos, Terre Sancte, que funiculus est hereditatis dominice, deputati custodes, ad perdendum eam videmini anhelare, dum levi occasione, quorundam molendinorum videlicet, super quibus exorta inter vos controversia per venerabilem fratrem nostrum .. Ravenat[em] archiepiscopum, Apostolicæ Sedis legatum, dicitur terminata, concitati iracundie spiritu et indignationis fervore succensum. in vos ipsos bella convertitis, qui, crucem tollentes post Christum, pro fratribus et dicte Terre defensione animas ponere devovistis; quod nichil aliud esse videtur, quam Paganis exponere dicte Terre reliquias que supersunt, et scandalizare gravissime totum

populum Christianum, cujus defectus circa tuitionem Terre predictæ supplicari per vestram sollicitudinem sperabatur; ex quo, dum recolimus qualiter in antecessoribus vestris hoc sancta institutio Ecclesie orientali fuit accommodata, digna meritis, Deo grata, vehementius ammirari compellimur et gravius commoveri, coactis jam credere pluribus, quod studium sit vobis precipuum ut termini vestri in terris fidelium dilatentur, quorum intentio esse debet de manibus infidelium eripere terram Christi sanguine consecratam. Denique non est hoc dextere Excelsi mutatio, sed declinatio potius dextere in sinistram, quia, cum, relicto seculo, Deo decreveritis militare, iterum mundi negotiis implicamini fugitivi. Sane occasionem hujusmodi assumpsistis fors an ex eo quod, ad supplicationem vestram, Sedes Apostolica interdum vobis indulsit ut castra vestra contra Christianos etiam, si necessitas exigeret, cum moderatione inculpate tutele, lueri possetis, minime attendentes quod privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, et qui, relictis sui ordinis institutis, ad communia volunt aliorum jura divertere, communi debent jure censerì; dignum est enim ut qui similem cum aliis vitam suscipiunt, eandem cum illis sentiant in legibus disciplinam. Ideoque presentium vobis auctoritate, in virtute obedientie, ac sub interminatione anathematis, districte precipiendo mandamus quatenus usque ad passagium martii proximo futuri per procuratores idoneos, sufficienter instructos super hoc, nostro vos conspectui presentetis, mandatum apostolicum humiliter recepturi. Interim autem a mutuis impugnationibus penitus desistatis, nullum moventes inter vos bellum, vel guerram ad invicem facientes; alioquin dilectis filiis .. de Templo Domini et .. Sancti Samuelis abbatibus Acconen[sibus] nostris damus litteras in mandatis ut in vos excommunicationis et in terras vestras interdicti sententias non differant promulgare. Dat. Perusii, X kalendas septembris, anno nono. »

2743. — Scriptum est super hoc *exeratoribus*.

2744

Pérouse, 23 août 1235.

De Templo Domini et Sancti Samuelis abbatibus Acconen[sibus] de eadem re scribens, mandat quatenus usque ad passagium martii proximo futuri, puram et plenam veritatem super his, per litteras suas, authenticis sigillis munitas, ipsi papae fideliter exponant. — (REG. 18, f. 61 v°; ann. IX, c. 206; — MOREAU 1190, f. 112; — J. DELAVILLE LE ROULX,

Cartulaire général des Hospitaliers, t. II, p. 450, n° 2121.)

« .. de Templo Domini et .. Sancti Samuelis abbatibus Acconen[sibus]. Audita discordia que —. Dat. ut supra. »

2745

Pérouse, 22 août 1235.

Archiepiscopus et episcopis ad quos litterae istae pervenerint, mandat quatenus circa defensionem cruce signatorum, quos nonnulli gravibus damnis affliciebant et jacturis, vigilent. — (REG. 18, f. 64 v°; ann. IX, c. 207; — MOREAU 1190, f. 110.)

« *Archiepiscopus et episcopis ad quos litterae istae pervenerint*. Ex negligentia prelatorum —. Dat. Perusii, XI kalendas septembris, anno nono. »

2746

Pérouse, 24 août 1235.

Abbati Sancti Martini de Gemellis, et scholastico cantorie Ambianensibus mandat quatenus Baldoinum, comitem Gisenensem, in ipsorum manibus deposita pecunia pro subsidio Terrae Sanctae, ab excommunicatione absolvant, quam pro manuum injectione violenta in Aegidium, archidiaconum Morinensem, incurerat. — (REG. 18, f. 65 r°; ann. IX, c. 208.)

« .. abbatibus Sancti Martini de Gemellis, .. scholastico et .. cantorie Ambianensibus. Nobilis vir Baldoinus, comes Gisenensis, sua nobis petitione monstravit quod, cum ipse in Egidium, archidiaconum Morinensem, manus iniecerit citra sanguinis effusionem vel enormem lesionem temere violentas, ei postmodum super hoc penitens plenarie satisfecit. Cumque ipsius archidiaconi juraverit stare mandatis, injunxit eidem ut per quasdam ecclesias cathedrales et alias in sollempnibus processibus nudus et discalcatus, cum brachiis et camicia tantum, iret, virgas in manibus ferendo, cum quibus se faceret apud ipsas ecclesias verberari; quod idem asserit humiliter se fecisse. Unde nobis humiliter supplicavit ut, cum, propter capitales inimicitias, ad Sedem Apostolicam personaliter commode venire non possit, sibi, parato redimere laborem itineris operibus pietatis, providere super hoc misericorditer diceremur. Necessitatibus igitur Terre Sancte considerandis, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, ipsius comitis facultatibus et qualitate persone provida consideratione pensatis, eo in manibus vestris deponente pecuniam pro subsidio Terre predictae, quam expehere videritis, pro hujusmodi redemptione laboris, non non et quam idem per

se, ac personis et erectionibus, quas secum juxta nobilitatem et facultates suas deberet adducere, expensus esset, ad nostram presentiam veniendo, morando et etiam redeundo, ab excommunicatione quam incurrit pro manu injectione predicta, eum juxta formam Ecclesie absolvatis. proviso in passo injuriam, si non satisfecit, satisfaciat competenter. Quantitatem vero ipsius pecunie nobis per vestras litteras studeatis fideliter intimare. Si autem dictus comes suscipiat signum Crucis, in Terre pefate subsidium profecturus, a prestatione hujusmodi pecunie penitus sit immunis. Quod si non omnes etc. Dat. Perusii, VIII kalendas septembris, anno nono. »

2717

Pérouse, 23 août 1235.

Abbati et conventui monasterii Sanctae Mariae de Gloria, Florensium ordinis, Anagninae dioecesis, concessionem perpetuam ecclesiae Sanctae Mariae Trium Pontium, in Nymphano territorio positae, sub conditione census quadraginta solidorum annuatim episcopo Ostiensi persolvendi, eis quondam ab ipso papa, tunc in minori officio constituto, factam, confirmat; insertis sub sua bulla instrumentis capituli Velletransis, et Rainaldi, Ostiensis et Velletransis episcopi, ad rem eandem pertinentibus. — (REG. 18, f. 65 r°; ann. IX, c. 209; — cf. *supra*, n° 799.)

« .. abbatii et conventui monasterii Sancte Marie de Gloria, Florensium ordinis. Anagnine dioecesis. Cum laudabiliter conservetur —. Sane cum jamdudum, a tempore videlicet bone memorie Lucii pape, predecessoris nostri, nobiles viri de Sarmineto, ecclesiam Sancte Marie Trium Pontium, in Nimphano territorio constitutam, et possessiones ejus invadentes, sub sua potestate redegressent eandem, quam aliquando pro suo detinebant arbitrio et aliis aliquando conferebant, propter quod multo tempore excommunicati fuerant et per Sedem Apostolicam diffidati : nos tandem, cum, in minori adhuc officio constituti, presideremus ecclesie Velletransi, diu laboravimus ut ipsam eriperemus de manibus eorumdem; sed vix potuimus super hoc plene proficere, illorum violentia nondum penitus quiescente. Hec igitur diligentius attendentes, et quod Ostiensis et Velletransi ecclesiis contulimus multa bona, episcopi quoque Ostiensis, sub annuo censu quadraginta solidorum, modo uni ecclesie, modo alii, pefatam ecclesiam ¹ pluries concesserunt, et eadem, que pene totaliter cornuit, ruralis et extra hominum habitationem

1. *Id est* Sanctae Mariae Trium Pontium.

esse dinoscitur, longo tempore divinis extitit obsequiis defraudata : nos, ut necessitatibus vestris et utilitati ejusdem ecclesie, quae indiget reparari et in qua expedit cultum reformari divinum, per sollicitudinem vestram salubriter consulatur, cum pro recuperandis ejusdem ecclesie possessionibus, quae alter recuperari non poterant, et ea liberanda ab intolerabilibus exactionibus, quibus eam predicti nobiles multipliciter affligebant, quingentas libras Provesinorum senatus duxeritis persolvendas, preter ducentas alias et plures quas in reparatione turris veteris et constructione alterius expendistis, suppleto a nobis, de plenitudine potestatis, defectu pastoris, quo tunc vacabat ecclesia Velletransis, .. archipresbitero et canonicis suum super hoc assensum prebentibus, prout in eorum litteris inspeximus contineri : sepe dictam ecclesiam, cum omnibus possessionibus et pertinentiis suis, non obstantibus concessionibus et litteris, si que contra hoc aliquo tempore apparuerint, vobis et per vos monasterio vestro perpetuo duximus concedendam; ita quod episcopo Ostiensi, cui omnia spiritualia reservavimus in eadem, quadraginta solidorum censum, annis singulis, ratione temporalium proventuum, persolvatis, et, cum usque ad hec tempora subtractus in ea fuerit debitus Domino famulatus, vos, auctore Deo, congrue reparantes eandem, ibi faciatis de cetero divinum officium celebrari. Postmodum vero venerabilis frater noster R[ainaldus], Ostiensis et Velletransis episcopus, quod a nobis et dicto capitulo super hiis factum fuerit ex certa scientia, gratum habuit et acceptum, sicut ex ejus litteris plenius continetur. Nos igitur, vestris devotis supplicationibus inclinati, quod a nobis et predictis factum est in hac parte, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus —. Dat. Perusii, X kalendas septembris, anno nono. »

[2748]

Velletri, septembre 1230.

[Instrumentum consensus archipresbyteri et canonicorum Velletransium sic incipit et desinit. — (REG. 18, f. 65 v°.)]

« Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis et » audituris quod nos, capitulum Velletransis, scilicet :
 » Andreas, archipresbiter, domini pape capellanus;
 » Johannes Trasenguardus, presbiter; Stephanus;
 » Nicolaus Datiani, presbiter; Johannes Regis, presbiter;
 » ter; Gentilis; Pancratius, presbiter; Tancredus; Petrus Pazillus; Clemens; Johannes Vettericus; Landulfus : attendentes — munimine roboravimus.

» Actum Velletri, in palatio episcopi, presente et contentiente domino Gregorio de Sancto Apostolo, domini pape subdiacono et capellano, vicedomino Velletri; presentibus quoque et recipientibus domno Johanne de Nimpha, abbate, et fratre Johanne, monacho predicti monasterii Montis Aurei Anagnini; in presentia Thomasii, archipresbiteri Sancti Petri de Nimpha; Johannis de Porciano, clerici Sancte Marie de Norma; Angeli et Johannis de Massa, familiarium domini pape. testium ad hoc specialiter rogatorum; mense septembr[is], pontificatus domini Gregorii pape VIII anno quarto. »

[2749] Pérouse, 18 juin 1235.

[Instrumentum Raynaldi, Ostiensis et Velletrensis episcopi, ad eandem concessionem pertinens, sic incipit et desinit. — (REG. 18. f. 66 r°.)]

« Rainaldus, miseratione divina Ostiensis et Velletrensis episcopus, viro venerabili [...] abbati et dilectis [filiis] suis conventui Sancte Marie de Gloria, salutem in Domino. Olim domini de Sarmineto — munimine roborantes. Dat. Perusii, XIII kalendas julii, pontificatus domini Gregorii pape VIII anno nono. »

2750 Pérouse, 26 août 1235.

Sanctae Mariae de Religione et Sanctae Feliculae, ordinis sancti Marci, prioribus, Parmensibus, quos loco abbatis Fontis Vivi in hoc negotio subrogat, mandat quatenus monasterium Sancti Alexandri, Parmensis dioecesis, ordinis sancti Benedicti, corrigant et reformant. — (REG. 18. f. 66 r°; ann. IX. c. 210; — POTHAST 10002; — cf. *supra*, n° 1492.)

« .. Sancte Marie de Religion[is] et [...] Sancte Feliculae, ordinis sancti Marci, prioribus, Parmen[sibus]. Olim nobis suggesto —. Dat. Perusii, VII kalendas septembris, anno nono. »

2751 Pérouse, 30 août 1235.

Abbati Marmosolii et priori Sanctae Mariae de Mirteto supra Nympham mandat quatenus, cum consules et populus Nymphani in incendio terrae suae instrumenta suorum tenimentorum terminis continentia amisissent, infra terminos memoratos testes idoneos quos super hoc iidem Nymphani duxerint producendos, iisdem Nymphanis petentibus,

recipiant et examinent, eorum dicta in publica aedificia redigi facientes. — (REG. 18. f. 66 v°; ann. IX. c. 211.)

« .. abbati Marmosolii. .. priori Sancte Marie de Mirteto supra Nympham, Velletrensis dioecesis. Dilecti filii, consules —. Dat. Perusii, III kalendas septembris, anno nono. »

2752

Pérouse, 4 août 1235.

Episcopo Lemovicensi. — quem « nonnulli nobiles et potentes, dissensionum et turbationum auctores nec non ruptarii » ac bonorum ecclesiasticorum etiam invasores » Lemovicensis dioecesis, ex eo quod ipsorum insolentiam satagebat cohercere, per diversas litteras apostolicas ad diversa et valde remota loca coram diversis iudicibus faciebant inlicitissime citari, unde continebat quod, dum per procuratores suos vellet interdum coram eorundem iudicum aliquibus parere, iidem procuratores spoliabantur, capiebantur, verberabantur et tractabantur inhoneste, — indulget ne ultra duas dietas a civitate Lemovicensi per tales litteras a Sede Apostolica impetratas, ad iudicium trahi possit, nisi praefatae litterae de indulgentia praesenti plenam fecerint mentionem. — (REG. 18. f. 66 v°; ann. IX. c. 212; — MOREAU 1190. f. 98.)

« .. episcopo Lemovicensi. Exhibita nobis tue —. Dat. Perusii, II nonas augusti, anno nono. »

2753

Pérouse, 31 août 1235.

Episcopo Salamantino, nec non et decano et magistro scholarum Zamorensibus mandat quatenus exequantur omnes articulos mandati ab ipso papa ad episcopum Palentinum et ejus conjudices contra regem Portugaliae, ecclesiae Portugalis persecutores, directi; quod si rex praedictus subtracta restituere ac Portugaliensi episcopo et suis de securitate providere non curaverit, ipsum excommunicatum publice nuntient, et loca ad quae in regno suo venerit, eo praesente, interdicto ecclesiastico subjiciant. — (REG. 18. f. 66 v°; ann. IX. c. 213; — cf. *supra*, n° 1327.)

« .. episcopo Salamantino, .. decano et .. magistro scholarum Zamorensibus. Licet quantum cum —. Sane gravia et diversa gravamina que .. Portugallierex illustris dicebatur inferre Portugaliensi ecclesie, tam in capite quam in membris, intelleximus olim per bonae memorie .. Portugalem episcopum, apud Sidem Apostolicam constitutum. Idem enim nobis gravi compunctio monstravit quod rex ipse, pretextu cujusdam prave constitutionis, quam [...] proavus ejus ediderat, ut videlicet mulier capiat, cum quae persona ecclesiastica reperiri

tur, officiales et quidam alii vassalli sui sepe domos hujusmodi personarum infringunt, et, sive inventiantur mulieres cum eis, sive non, easdem personas infamant et bona diripiunt earumdem; propter quod nonnulli ex ipsis, coacte redimere vexationem hujusmodi, officialibus et aliis certam persolverunt pecunie quantitatem. Preterea, si contingat aliquando quod episcopus et ejus vicarii procedant contra personas ecclesiasticas, puniendo ipsas, juxta quod earum excessus exposcunt, dictus rex ipsum et vicarios, ut penam hujusmodi revocent, tam per occupationem bonorum quam alias, pro sua voluntate compellit, aut per suos facit integrari punitus; ex quo crimina remanent incorrecta. Episcopum quoque ac personas ecclesiasticas ut in suo procedant exercitu, pro sue citat arbitrio voluntatis, eosque ad hoc per se ac suos cogit invitos, personas ecclesiasticas nichilominus ad retinendum homines et equos suos in ecclesiarum domibus et ministrandum eis necessaria, et tam ipsius quam baronum et officialium suorum banna et statuta servare, [et] subire angarias et perangarias et alia¹ compellens onera inhonesta. Ad hec, si qua persona ecclesiastica, super possessionibus vel rebus aliis conventa a laico in seculari iudicio, fori exceptione proposita, ibi experiri recusat, in rei petite possessione ponitur statim actor, sicque conventus vel rem ipsam ammittit, vel sub non suo iudice litigare aut compositionem cogitur inire dampnosam, et, quod gravius est, tam in criminali quam civili causa passim episcopus et prefate persone compelluntur subire iudicia laicorum. Insuper, quotiens prefatus rex facit per ecclesias et monasteria transitum, ab illis que nulla obtinent ab ipso regalia, procuraciones, et ab aliis, procuracionum pretexto, pecuniam exigit et extorquet, alias easdem pluribus exactionibus aggravando. Et cum excommunicatos rex ipse cautius evitare deberet, eosdem ad communionem suam scienter admittit, bona episcopatus Portugalensis, cathedralis, monasteriorum et aliarum ecclesiarum, sumpta occasione qualibet contra ipsa, frequentius occupando; qui etiam, non attendens quod laicis, quantumcumque religiosi, super ecclesiis, personis et rebus ecclesiasticis nulla sit attributa potestas, quos manet obsequendi necessitas, non auctoritas imperandi, de ipsis contra canonica instituta disponit. Idemque, bona occupans ecclesiarum vacantium, que, quamdiu rectores habent, per episcopum et ejus vicarios viris eccle-

siasticis hactenus consueverant, facto inventario, commendari, easdem facit per laicos custodiri; et, in quibusdam earum jus patronatus sibi contra justitiam vindicare contendens, quandoque ad eas personas indignas, extraneas et ignotas, nolentes in ipsis residentiam facere nec ad presbiteratus ordinem promoveri, episcopo representat; que, ipso cogente, sepius admittuntur; quandoque vero in aliquibus ecclesiarum ipsarum personas intrudit, episcopo minime requisito. Ecclesias etiam ac monasteria et colonos ipsarum per officiales suos, qui *merini* vulgariter appellantur, sub specie defensionis, adeo exactionibus aggravat et affligit, quod iidem coloni suas exactiones describere compelluntur; alias episcopum, clerum ac suos injuriis, molestiis et gravaminibus opprimendo. Unde nos, qui ejusdem regis salutem in Domino cupimus, eum a noxiis et illicitis revocare volentes, et ecclesiarum ipsarum ac personarum ecclesiasticarum, sicut tenemur, indemnitati consulere, venerabili fratri nostro . . episcopo Palentino et conjudicibus suis nostris dedimus litteris in mandatis ut, ad regem ipsum personaliter accedentes, eum monerent sollicite ac diligenter inducerent ut, prohibens officialibus et aliis vassallis suis ne infamare personas ecclesiasticas, vel domos infringere seu bona ipsarum diripere, predicto vel alio simili modo presument, si quando episcopus et ejus vicarii contra ecclesiasticos viros processerint, de facta ex eis justitia vel etiam facienda se nullatenus intromittat, nec alias ipsius episcopi vel officialium suorum jurisdictionem impediatur aut impediri permittat, cum non sit fas eum talibus immisceri. Episcopatum quoque Portugalensem, vel majoris aut aliarum ecclesiarum seu monasteriorum bona in toto non occupet vel in parte, studens excommunicatos artius evitare; nec per se nec per suos cogat personas ecclesiasticas in seculari foro de causis criminalibus vel civilibus respondere; viros etiam ecclesiasticos ab hiis que tenent et possident, non removeat, dummodo parati sint super illis coram suo iudice de se conquerentibus exhibere justitie complementum. Preterea in ecclesiis aliquos non intrudat nec ab eisdem amoveat institutos, cavens ne episcopum et personas ecclesiasticas in expeditione sua proficisci, suo banna et statuta ipsius, baronum et officialium suorum servare. sive angarias vel perangarias aut alia onera inhonesta subire compellat, ab ejusdem episcopi, personarum, monasteriorum et ecclesiarum ipsarum gravaminibus, injuriis et molestiis expressis superius penitus desistendo. Alioquin, cum non sit cuiquam in anime sue prejudicium deferendum, predicti iudices, auctoritate nostra, barones, merinos, officiales et alios

1. Ms. : « et ad alia; » la leçon « et alia, » fournie par la pièce 1327 (col. 742, in fine), paraît de beaucoup préférable; voyez d'ailleurs un peu plus loin, col. 156.

a premissis per censuram ecclesiasticam coherenter; nichilominus regem ipsum ut, a supradictis omnibus amodo conquiescens, barones et alios cessare ab hiis faceret infra mensem, efficaciter ammonentes; si monitiones idem rex non admitteret, nisi infra mensem alium premissa executioni mandaret, ipsi extunc omnia loca ad que deveniret, supponerent ecclesiastico interdicto, ita quod, quamdiu presens fuerit, nullum ibi divinum officium celebraretur; quod si nec ista proficerent, elapso tertii mensis spatio, eundem regem ad id censura simili coartarent. Porro iidem iudices, sicut suis nobis litteris intimarunt, eum eorum monita, quibus, ut decuit, institerunt, contempta fuissent, excommunicarunt barones, merinos, officiales et alios vassallos regis ejusdem; et deinde, ipsorum monitis despectis a rege, et mensis spatio post elapso, loca ad que regem devenire contingeret, quamdiu presens existeret, interdicto ecclesiastico subjecerunt; ac postmodum, cum nec monitio nec vexatio profecisset, elapso mense alio, in predictum regem excommunicationis sententiam promulgarunt. Qui, cum ante latas in eum sententias appellasset, prosequens tandem per procuratorem suum, ad hoc specialiter destinatum, appellationem emissam, sententias ipsas nullas nuntiarum petebat, tanquam post appellationem legitimam promulgatas: venerabili fratri nostro . . . Portugalsensi episcopo e contrario proponente quod regis petitio admittenda non erat, pro eo quod, post appellationem quam dictus rex a se interpositam assererat, ipse ac sui, novas sibi, ecclesiis et monasteriis dampna et injurias inferentes, civitate Portugalsensi, possessionibus et aliis juribus suis spoliarunt eundem. Auditus igitur et intellectus que hiuc inde fuere proposita coram nobis, ita duximus providendum, ut memoratus episcopus ad omnia substracta medio tempore sibi, ecclesiis ac monasteriis ipsi subjectis, substituat in integrum, ad quorum restitutionem detentor quilibet compellatur; et restitutione a rege facta, si per patentes litteras suas firmiter promittat quod articulos expressos superius observavit et faciet observari, ac plenam securitatem episcopo et suis in intrando, exeundo regnum ac morando ibidem prestiterit, impendatur sibi absolutio secundum formam Ecclesie ad cautelam; in easdem sententias per vos, si contra premissos articulos venire presumpserit, reducendus, cum iidem articuli sint de jure communi et eos ipse receperit ac etiam acceptarit, sicut per litteras ejus apparet, quas prefatis iudicibus destinavit. Quocirca discretioni vestre, cui super predictis meram executionem committimus, per apostolica scripta mandamus quatenus omnia capitula que premissis moni-

tionibus per iudices Palentin[os] exequenda mandavimus, vos, auctoritate nostra, submoto cujuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, executioni mandatis, contradictores — compescendo. Ceterum, si memoratus rex substracta restituere, ac episcopo et suis, ut dictum est, de securitate non curaverit providere, et tertio a vobis sollicitè monitus, non faciet subditos suos a dampnis et injuriis ecclesiarum et monasteriorum cessare, cum negligere, cum possi[n]t perturbare, perversos, nichil sit aliud quam fovere, ac non sit contra Deum deferendum eadem, ipsum, appellatione cessante, censura ecclesiastica compescatis, excommunicationum publice usque ad satisfactionem condignam nuntiantes eundem, et loca ad que in regno suo deveniret, eo presente, interdicto ecclesiastico subjacere: constitutione de duabus dietis in generali concilio edita, non obstante, vel indulgentia que ipsi regi dicitur ab Apostolica Sede concessa, ne quis in eum vel regnum suum excommunicationis vel interdictionis sententiam audeat promulgare. Quod si non omnes etc. Dat. Perusii, II kalendas septembris, anno nono. »

2754

Pérouse, 31 août 1235.

Colocensi archiepiscopo, episcopo Nitriensi et abbati Sancti Martini de Monte Pannonie mandato quatenus, plenissime inquirentes de forma juramenti quod in coronatione sua praestiterat rex Hungariae et de singulis articulis expressis in ipso, nec non et de causis ex quibus collectam ante responsum Sedis Apostolicae imposuerat, quidquid super hiis invenerint, papae fideliter rescribant. — (REG. 18, f. 68 r; ann. IX, c. 211; — MOREAU 1190, f. 121; — POTTHAST 10066.)

« .. Colocensi archiepiscopo et .. episcopo Nitriensi, et .. abbati Sancti Martini de Monte Pannonie, Jauriensis diocesis. Ex parte carissimi —. Dat. Perusii, II kalendas septembris, anno nono. »

2755

Pérouse, 31 août 1235.

A[ndroae], regi Hungariae, qui per compositionem promiserat usque ad quinquennium duo milia marcarum argenti ecclesiis quibus damna intulerat, annuatim restituere, terminum usque ad decennium prorogat, ita quod singulis annis mille marcas eisdem ecclesiis solvat, benigne remittens quod ex defectu solutionis primi termini contraxerat. — (REG. 18, f. 68 r; ann. IX, c. 215; — MOREAU 1190, f. 123; *ibid.*, f. 121; — POTTHAST 10069; *ibid.* 10067, *falso initio.*)

« A., illustri regi Ungarie. Illius vicarii licet —. Dat. ut supra. »

2756

Péronse, 31 août 1235.

Eidem supplicanti significat se inhibere ne quis in ipsius, vel uxoris suae et filiorum suorum personas, absque mandato Sedis Apostolicae speciali, excommunicationis vel in terras interdicti sententias promulget. — (REG. 18, f. 68 v°; ann. IX, c. 216; — POTTHAST 10010.)

« *Eidem.* Cum ad personam —. Dat. ut supra. »

2757

Péronse, 31 août 1235.

Eidem indulget ut, ipso prosequente personaliter votum nuper emissum accipiendi Crucis signum, et ad mandatum apostolicum ad Terram Sanctam transeunte, ad redemptionem prioris voti, id est aliis erogandi ad Terrae Sanctae subsidium, nullatenus teneatur. — (REG. 18, f. 68 v°; ann. IX, c. 217; — POTTHAST 10011.)

« *Eidem.* Indignum et inconveniens —. Dat. ut supra. »

2758

Péronse, 31 août 1235.

Colocensi archiepiscopo, Waciensi, Agriensi, Cenediensi et Waradiensi episcopis mandat quatenus, cum discussio ad avocandum Christianos a Paganis regni Hungariae per amovendum spatium consummari non posset, et Sarraeni, jugiter hujusmodi discussione occupati, debita sibi nequirent exhibere servitia, hanc discussionem de biennio in biennium faciant. — (REG. 18, f. 68 v°; ann. IX, c. 218; — MOREAU 1190, f. 126; — POTTHAST 10008.)

« .. *Colocensi archiepiscopo, .. Waciensi, .. Agriensi, .. Cenediensi et .. Waradiensi episcopis.* Carissimus in Christo —. Dat. ut supra. »

2759

Péronse, 31 août 1235.

Episcopo Waciensi et abbati de Monoroud, ad supplicationem regis Hungariae, mandat quatenus cum ipsius regis capellani, qui, tempore quo idem tenebatur excommunicationis et interdicti sententiis a Praenestino episcopo, tunc Apostolicae sedis legato, in ipsum prolatis, celebraverant eidem, in juncta eis poenitentia competenti eisque ad tempus aliquod ab ordinum suorum executione suspensis, super hoc dispensent. — (REG. 18, f. 68 v°; ann. IX, c. 219; — MOREAU 1190, f. 127; — POTTHAST 10012.)

« .. *episcopo Waciensi et .. abbati de Monoroud, Waciensi diocesis.* Carissimus in Christo —. Dat. ut supra. »

2760

Péronse, 31 août 1235.

Episcopo Bosnensi, et Praedicatorum et Minorum prioribus Strigoniensibus, quibus Praenestinus episcopus, Apostolicae Sedis legatus, commiserat denuntiationem sententiarum quas in A[ndream], regem Hungariae, ipse legatus promulgaverat, mandat quatenus sine speciali mandato apostolico super hoc non procedant. — (REG. 18, f. 68 v°; ann. IX, c. 220; — MOREAU 1190, f. 127 v°; — POTTHAST 10013; *ibid.* 9934.)

« .. *episcopo Bosnensi, et .. ordinis Praedicatorum et .. fratrum Minorum prioribus Strigon[iensibus].* Cum venerabilis frater —. Dat. ut supra. »

2761

Péronse, 30 août 1235.

Abbatissae monasterii Sanctae Mariae de Campo Martio Veronensis ejusque sororibus inclusis, ordinis sancti Damiani, significat se ipsarum monasterii tutelam suscipere, et bona et possessiones confirmare; eis plura privilegia concedit, et libertates immunitatesque eis a Jacobo, episcopo Veronensi, donatas, roborat, inserto ejusdem Jacobi, Veronensis episcopi, privilegio?; una libra cerae Camerae Apostolicae annuatim persolvenda. — (REG. 18, f. 68 v°; ann. IX, c. 221; — POTTHAST 10005.)

« .. *abbatissae monasterii Sanctae Mariae de Campo Martio Veronensis ejusque sororibus inclusis.* Religiosam vitam etc. —. Dat. Perusii, III kalendas septembris, anno nono. »

2762

Péronse, 28 août 1235.

Abbati Sancti Celsi Mediolanensis mandat quatenus, secundum sententiam a Sinibaldo, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali, prolatam, sententiam praepositi de Rondenaria, archipresbyteri Decumauorum Mediolanensis et Lanterii Scaccabarocii, ordinarii Mediolanensis, commune Verellarum condemnantium in mille, centum et quinquaginta libris imperialium monasterio Sancti Silani de Romagnano solvendis, pro diversis damnis eidem monasterio illatis, et sententiam alteram abbatis Sancti Juliani et ejus collegarum, idem commune Verellarum condemnantium in viginti quinque libris imperialium, expensarum nomine, eidem monasterio Sancti Silani solvendis, executioni de-

1. A la date du 7 juin (VII idus junii) 1235, d'après Wadding, Sbaralea et Fejér.

2. Donnè à la date du 21 novembre 1234 : « die martis, die decimo exeunte novembris, in castro Montisforti, super domo domini episcopi... », anno M^oCC^oXXX^oIIII^o, indictione VII. » — Wadding, et, après lui, Sbaralea, ont imprimé à tort : « die martis XVIII novembris. »

mandet. — (Reo. 18, t. 69 r; ann. IX, c. 222; — et. Pres-
surti 5911 et 6239.)

« .. *abbati Sancti Celsi Mediolanensis*. Cum dudum
bonæ memoriæ II. papa, predecessor noster, consensu
que vertebatur inter .. abbatem Sancti Juliani de Ro-
magnano¹, ex parte una, et communi Veroliensium, ex
alia, super dampnis ab eodem communi monasterio suo
illatis, venerabili fratri nostro .. Papiaensi episcopo et
collegiis suis duxerit committendam, et ipsi diffinitivam
pro eo sententiam promulgari, dictum commune in
duobus milibus et trecentis libris imperiihinc con-
demnando : ipsi, Sedem Apostolicam appellantes,
appellationis causam dilecto filio .. archidiacono
Mediolanensi et conjudicibus suis obtinere com-
mitti [q]ui, quantum ad mille trecentas libras ean-
dem sententiam confirmantes, pronuntiaverunt in re-
siduo, videlicet mille libris, fuisse perperam iudicatum;
a quibus idem abbas, quoad hunc articulum, appella-
vit, parte dicti communis, quatenus predictam confir-
marunt sententiam, appellante. Procuratoribus igitur
partium in dicti predecessoris nostri presentia consti-
tutis, uterque cum instantia petit dicti archidiaconi et
conjudicum ejus sententiam confirmari, quatenus pro
ejus parte fuerat promulgata, et quatenus contra illam
promulgata extiterat, infirmari. Unde, cum dictus pre-
decessor, quia sibi de ipsius sententiæ meritis constare
non potuit per eosdem, bonæ memoriæ .. Cumano epis-
copo et dilecto filio .. preposito de Rondenario¹, Cu-
mane diocesis, et .. archipresbitero Decumanorum
Mediolanensij, de ipsorum procuratorum assensu, di-
rexerit scripta sua, ut, de sententiâ ipsa legitime co-
gnoscentes, appellatione remota confirmarent vel in-
firmarent eandem, sicut de jure existeret faciendum
iidem prepositus et archipresbiter, ac Lanterius Sca-
cabarocius, ordinarius Mediolanensis, cognitioni ejus-
dem sententiæ, loco jamdicti Cumani episcopi, interim
sublati de medio, a Sede Apostolica subrogatus, sen-
tentiam supradicti archidiaconi et ejus conjudicum fir-
marunt, quantum ad mille ac centum et quinquaginta
libras, in residuo vero, mille centum ac quinquaginta
libris videlicet, infirmarunt : quare fuit ex parte dicti
communis ad nostram audientiam appellatum. Cete-
rum, cum nos postmodum .. abbati Sancti Juliani
suisque collegiis direxerimus scripta nostra, ut, cum
monasterium ipsum ex sententiis per supradictum Pa-
piensem episcopum et suos conjudices pro dicto abbate
prolatis, nondum mandatis executioni, nullum esset

committamur committantur, ipsorum recusatari, sicut in-
stitutum esset, sub[isto] appellationis gratiam executioni
mandarem, contradicentes — concesserunt : filio abbas
suisque conjudices, septuaginta manducatos eandem
partem alteram et viginti quatuor libras imperialium
expensarum dote, remanentes, in .. sententiam
et .. potestatem Veroliensium, solum commissa dicti
sententiæ parere noluerit, sententiâ excommunicatio-
nis, exigente iustitia, promulgando .. archidiacono
Novariensi et conjudicibus ipsius eandem sententiam
confirmantibus, quibus excommunicatione ipsius Auximo
committendam, ac promulgandam in possessionem ean-
dem et consiliarios ejus excommunicationis, et [in]
totam civitatem interdicti sententias, [sub]stitit exigente.
Verum, cum nec se memoratis abbas, fatigatus multis
laboribus et expensis, ex prebata sententiâ propere ter-
tius partis confirmationem, assensu committamur potes-
set, sibi petit super hoc Apostolicæ Sedis provisionem
subveniri. Cumque nos ipsi abbatem et Ivorano procurato-
ri dictorum potestatis et communis, in nostris pre-
sentia constitutis, dilectum filium nostrum Stanisla-
dum, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiterum
cardinalem, concesserimus auditorem, petit dictus
abbas supradictam sententiam, in mille videlicet, cen-
tum et quinquaginta libris, a dictis preposito de Ron-
denario¹ et suis conjudicibus confirmatam, sententiâ
quoque a memoratis abbate Sancti Juliani et ipsius
collegiis, de viginti et quinque libris imperialium, in
quibus sibi pro expensis condemnantur partem alter-
ram, promulgatam, mandari executioni, nec non dictis
excommunicationis et interdicti sententiis usque ad
satisfactionem condignam inviolabiliter observari.
Dictus vero procurator proposuit ex adverso quod, cum
supradictos archidiaconum Mediolanensem et alios esse
judices non constaret, nisi ostenderentur super hoc
litteræ apostolicæ bullate, ac de hiis qui fuerant ab eo-
rum aliquibus subdelegati, per ostensionem litterarum
subdelegationis vel excusationis fieret plena fides,
dicens nichilominus procuratores vel syndicos non
fuisse, qui in sententiis procuratores vel syndici dice-
bantur, propter hec et alia non erant executioni predictæ
sententiæ demandande. Verum idem cardinalis, auditis
hinc inde propositis et causæ meritis plenius intellec-
tis, mandavit prebata sententiâ, quoad mille centum
et quinquaginta, nec non et viginti quinque libras
imperialium, salvo expensarum jure, executioni man-
dari. Nos igitur, quod per eundem, qui predicta fideliter
exposuit coram nobis, factum est, ratum habentes, dis-

1. Sic; plus loin Rondenario.

1. Sic; plus haut Rondenario.

cretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus sententias ipsas executioni demandes; contradictores etc. Dat. Perusii, V kalendas septembris, anno nono. »

2763

Assise, 13 septembre 1235.

De Morolis et de Gratia Dei, Cisterciensis ordinis, abbatibus, et priori de Ceresis causam inter Margaritam, comitissam Britanniae, et Hugonem, comitem Marchiae, super terra de Anisio, ratione dotalicij ad ipsam comitissam spectante, exortam et jam diutius protractam, committit terminandam sen ad Apostolicam Sedem remittendam. — (Reg. 18, f. 70 v°; ann. IX, c. 223.)

« .. de Morol[is] et .. de Gratia Dei, Cisterciensis ordinis, abbatibus, et .. priori de Ceresis, Pictavensis et Sanctonensis diocetum. Sua nobis nobilis mulier Margarita, comitissa Britannie, petitione monstravit quod, cum inter ipsam et nobilem virum Hugonem, comitem Marchie, Pictavensis diocesis, super terra de Anisio, ratione dotalicij ad ipsam spectante, coram .. archidiacono Medie suisque conjudicibus, delegatis a nobis, questio verteretur, eodem nobili ad appellationem frustratoriam convolante, iidem iudices in ipsum excommunicationis sententiam, exigente justitia, promulgarunt. Cumque postmodum dictus nobilis, ex causa legitima se appellasse confingens, super nuntianda nulla predicta sententia nostras ad .. priorem de Perthiaco Veteri ejusque colleg[as] litteras impetrasset, eadem comitissa, ex sufficienti gravamine ab ejus [appellatione] ad audientiam nostram appellans, causam ipsam .. priori Sancte Marie de Lauduno ejusque conjudicibus, de consensu procuratoris partis alterius, obtinuit delegari. A quibus causa subterfugij pars comitis prefati appellans, ad .. abbatem de Granateria et conjudices suos nostras obtinuit litteras contra eam, nullam de prioribus et secundis iudicibus eorumque processu facientes penitus mentionem; sed iidem iudices, negotium negligentia partis alterius detinentes fere per biennium in suspenso, in eo¹ procedere pro sue voluntatis arbitrio distulerunt, in ejusdem comitisse prejudicium et gravamen. Unde, cum causa eadem, propter appellationum diffugia interposita hinc inde, fere per quinquennium extiterit prorogata, nec adhuc ad litis contestationem deduci potuerit, ne ipsam fieri contingat occasione hujusmodi immortalem, eadem comitissa sibi super hoc petit per Sedem Apostolicam provideri. Quocirca discretioni vestre per apostolica

1. Ms. : ea.

scripta mandamus quatenus, si est ita, facientes vobis obtentas a partibus litteras et processus per eas habitos exhiberi, ad quorum exhibitionem detentores eorum, si necesse fuerit, compellatis, causam ipsam, si de partium voluntate processerit, infra quatuor menses post susceptionem presentium terminare curetis; alioquin ipsam ad nos remittatis sufficienter instructam, prefigendo partibus terminum competentem, quo per procuratores idoneos compareant coram nobis, justam, auctore Domino, sententiam recepture. Quod si aliqua partium ad appellationis diffugium duxerit convolandum et super appellatione tali nondum fuerint littere impetratæ, vos ei et parte alteri prefigatis terminum competentem, quo per se vel per procuratores idoneos nostro se conspectui representent, super premissis sententiam recepture. Quod si non omnes etc. Dat. Asisii, idibus septembris, anno nono. »

2764

Assise, 13 septembre 1235.

Abbat Sanctae Genovefae Parisiensis mandat quatenus mercatores Florentinos in locis nundinarum Campaniae aliquo tempore commorantes, non permittant extra Cathalaunensem, Meldensem, Lingonensem et Parisiensem dioceses trahi in causam per litteras apostolicas non facientes de praesentibus mentionem. — (Reg. 18, f. 70 r°; ann. IX, c. 224.)

« .. abbat Sancte Genovefe Parisiensis. Dilecti filii mercatores Florentini sua nobis petitione monstrarunt quod, cum aliqui eorum pro negotiationibus suis ad partes se transferunt Gallicanas et ibidem in locis nundinarum Campanie aliquo tempore commorantur, nonnulli de partibus illis, non tam justitiam suam prosequi quam eos persequi dampnabiliter intendentes, ad diversa loca regni Francie per litteras apostolicas frequenter eos trahunt in causam, ut sic iidem, litibus et sumptibus fatigati, importunitatem hujusmodi vexantium redimere compellantur, cum nequeant, tamquam extranei, coram ignotis sibi iudicibus de pari contendere cum hominibus regni predicti, habentibus locorum et personarum notitiam plenioram. Accidit quoque frequenter ex malitia perversorum, quod in locis periculosis capiuntur, spoliantur et etiam occiduntur. Unde nobis fuit humiliter supplicatum ut super hoc providere ipsis paterna sollicitudine dignaremur. Nos igitur, sic volentes mercatorum ipsorum indemnitatibus precavere, quod aliorum justitia non ledatur, discretioni tue per apostolica

1. Ms. : impetrare.

scripta mandamus quatenus mercatores ipsos extra Cathalaunensem, Meldensem, Lugonensem et Parisiensem dioceses per litteras nostras non facientes de presentibus mentionem, trahi non permittas in causam, quamdiu infra dioceses ipsas possunt eorum adversarii habere idoneos iudices, coram quibus juris sui valent assequi complementum, nisi ratio abile aliquid appareret, per quod respondere alibi teneantur. Dat. Assisi, idibus septembris, anno nono. »

2765

Assise, 11 septembre 1235.

Prædicatoribus Crucis in regno Francie constitutis, auditò quod debitorum mercatorum Florentinorum super solutione debitorum quatuor annorum indultus pro suae arbitrio voluntatis concesserant, mandat quatenus, cum de Judæis tantum hoc statutum fuerit in concilio generali, quod super hoc fecerunt sic caute revocent, quod et Crucis negotium dispendium non incurrat, et mercatores ipsi sua justitia non fraudentur. — (REG. 18, f. 70 v°; ann. IX, c. 225.)

« *Prædicatoribus Crucis in regno Francie constitutis. Ex parte dilectorum* —. Dat. Assisi, III idus septembris, anno nono. »

2766

Assise, 13 septembre 1235.

Archiepiscopis, episcopis ac aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint, significat se, licet eis mandaverit ut cruesignatos ad iudices extraordinarios seu etiam a Sede Apostolica delegatos trahi in causam non permittant, quamdiu parati fuerint de se conquerentibus coram ipsis archiepiscopis, episcopis et praelatis justitiam exhibere, nolle Florentinis mercatoribus super cruesignatorum debitis præjudicium generari. — (REG. 18, f. 70 v°; ann. IX, c. 226.)

« *Archiepiscopis et episcopis ac aliis ecclesiarum praelatis ad quos littere istae pervenerint. Licet, universis cruesignatis sub apostolica protectione receptis, nostras vobis direxisse dicamur litteras, continentes ut eos ad iudices extraordinarios seu etiam a Sede Apostolica delegatos, trahi non permittatis in causam, quamdiu coram vobis parati fuerint de se conquerentibus justitiam exhibere, intentionis tamen nostre non fuit ut super contractibus debitorum, ad que dilectis filiis mercatoribus Florentinis, certis locis solvenda, sunt, ratione ipsorum contractuum, specialiter obligati, renuntiato ab eis, ut iidem mercatores proponunt, fori privilegio, consuetudini etiam cuilibet et statuto, nec non constitutioni de duabus dietis editæ in concilio generali, aliquid eis pre-*

judicium generetur, quatenus in eisdem locis super debitis ipsis per litteras nostras prædicti cruesignati valiant conveniri. Dat. Assisi, idibus septembris, anno nono. »

2767

Assise, 17 septembre 1235.

Episcopo Cenadiensi, abbati Belli Fontis et præposito Baciensi mandat quatenus causam quae inter Strigoniensem archiepiscopum et Jacobum, syndicum abbatis et conventus monasterii Sancti Benedicti de Grana, Strigonienensis diocesis, super quibusdam villis et pertinentiis ac iuribus earundem vertebatur, examinent et sine debito terminent; alioquin eam sufficienter instructam ad Sedem Apostolicam remittant. — (REG. 18, f. 70 v°; ann. IX, c. 227; — POTTHAST 10015.)

« .. *episcopo Cenadiensi, .. abbati Belli Fontis, Coltaensis diocesis, et [..] preposito Baciensi. Cum venerabilem fratrem* —. Dat. Assisi, XV kalendas octobris, anno nono. »

2768

Pérouse, 31 août 1235.

Episcopo Astoricensi mandat quatenus Fernandum, archidiaconum de Tinegio (= Tineo), qui falso dicebatur archiepiscopiteratus exponere in suo archidiaconatu venales, et quem episcopus Ovetensis, qui de mandato apostolicis super hoc statuerat, a praemissis nuntiaverit immunem, denuntiet nullam ob praedicta infamiam incurrisse. — (REG. 18, f. 70 v°; ann. IX, c. 228; — cf. *supra*, n° 2061.)

« .. *episcopo Astoricensi. Venerabilis fratris noster* —. Dat. Perusii, II kalendas septembris, anno nono. »

2769

Assise, 20 septembre 1235.

Episcopum Bosnensem hortatur ut a cessionis petitione desistat, ecclesiam suam salubriter gubernare minime desinat et haereticos aliosque fidem catholicam impugnantes potenter impugnet. — (REG. 18, f. 71 r°; ann. IX, c. 229; — POTTHAST 10019.)

« .. *episcopo Bosnensi. Deputatus Jhesu Christi* —. Dat. Assisi, XII kalendas octobris, anno nono. »

2770. — In eundem modum .. *episcopo Ositie.*

2771

Assise, 22 septembre 1235.

Friderico, Romanorum imperatori, scribit se sententiam

interdicti quam archiepiscopus Ravennas in civis Aconensis promulgaverit, relaxasse; eumque rogat ut, cum nuntii Aconensium ordinationi Ecclesiae se committere velint, ipsi papae de his quae in eodula quam mittat, contineantur, voluntatis suae beneplacitum insinuet. — (REG. 18, f. 71 r°; ann. IX, c. 230; — MOREAU 1190, f. 128; — POTTHAST 10020; — RODENBERG 656, L.)

« F., Romanorum imperatori semper Augusto, Jerusalem et Siciliae etc. Dignum illius assumit —. Dat. Asisii, X kalendas octobris, anno nono. »

2772

[Assise, 22 septembre 1235.]

Eidem eodula sua exponit condiciones quibus pax in Terra Sancta reformanda sit. — (REG. 18, f. 72 r°; ann. IX, c. 231; — MOREAU 1190, f. 132; cf. *ibid.*, f. 131; — cf. POTTHAST 10020; — RODENBERG 656, H.)

« Eidem. Super negotio regni —. »

2773

Assise, 21 septembre 1235.

Ratisponensi episcopo, imperialis aulae cancellario, et Hildesemensi episcopo mandat quatenus, juxta priorum litterarum continentiam suarum (= ann. VIII, c. 462), in Herbipolensem et Augustensem episcopos, abbatem Fuldensem aliosque, nec non in electum Warmaciensem et magistrum Devardum, canonicum Herbipolensem, qui similia praesumpsisse dicebantur, appellatione postposita, procedant. — (REG. 18, f. 72 r°; ann. IX, c. 232; — MOREAU 1190, f. 133; — POTTHAST 10022; — RODENBERG 659; — cf. *supra*, n° 2446.)

« .. Ratisponensi, imperialis aule cancellario, et .. Hildesem[ensi] episcopis. Olim audito quod —. Dat. Asisii, VIII kalendas octobris, anno nono. »

2774

Assise, 20 septembre 1235.

Episcopo Bisinianiensi et magistro P., canonico Cusentino, mandat quatenus capitulum Regin[um], quod electiones suffraganeorum ecclesiae Regin[ae] ac abbatum ad ejusdem ecclesiae jurisdictionem spectantium, confirmare praesumebat, cogant ut a tanta praesumptione desistat. — (REG. 18, f. 72 v°; ann. IX, c. 233; — cf. *supra*, n. 2302 et 2303.)

« .. episcopo Bisinianiensi et magistro P., canonico Cusentino. Cum venerabilem fratrem nostrum .. episcopum quondam Squillacen[um], Regin[um] electum, ecclesie Regin[ae] providerimus in pastorem, concessa sibi

a nobis ad illam licentia transeundi: licet ei. donec ad ipsam se transferat, ecclesiam Squillacen[am] duxerimus in spiritualibus et temporalibus committendam, Regin[um] capitulum, sicut accipimus, electiones suffraganeorum ecclesie Regin[ae] ac abbatum ad jurisdictionem ejus spectantium, in contemptum provisionis nostre ac injuriam ipsius electi, praesumunt auctoritate propria confirmare. Quocirca mandamus quatenus prefato capitulo ut talia de cetero non praesumant, sed potius a tanta praesumptione desistant, curetis districtius inhibere; alioquin quicquid contra inhibitionem nostram attemptaverint in premissis, decernatis irritum et inane; contradictores etc. Dat. Asisii, XII kalendas octobris, anno nono. »

2775

Assise, 23 septembre 1235.

Friderico, Romanorum imperatori, nuntiat se rectoribus societatis Lombardiae mandasse ut procuratores idoneos usque ad kalendas decembris ad Sedem Apostolicam destinent, eique suadet ut [Hermannum], magistrum Teutonicorum, procuratorem suum, mittat, qui simul cum magistro Petro de Vinea, quem propter hoc ipse papa retinet, negotium melius promovere possit. — (REG. 18, f. 72 v°; ann. IX, c. 234; — POTTHAST 26252; — RODENBERG 658.)

« F., Romanorum imperatori semper Augusto, Jerusalem et Siciliae regi illustri. Audita litterarum serie —. Dat. Asisii, VIII kalendas octobris, anno nono. »

2776. — In eundem fere modum scriptum est super hoc eodem magistro [Teutonicorum].

2777

Assise, 26 septembre 1235.

Patriarchae Antiocheno, Apostolice Sedis legato, mandat quatenus excommunicationis et interdicti sententias quas in Cremonenses promulgaverit, cautione recepta, relaxet. — (REG. 18, f. 72 v°; ann. IX, c. 235; — RODENBERG 660.)

« .. patriarche Antiocheno, Apostolice Sedis legato. Super processu contra —. Dat. Asisii, VI kalendas octobris, anno nono. »

2778

Assise, 20 septembre 1235.

Friderico, Romanorum imperatori, conqueritur iniquitatis filios occultas litteras spargere, quas de conscientia Summi Pontificis emanare mendaciter asserant, itemque nonnullos collaterales imperatoris litteras dirigere, quibus pax turbari

possit; rogat eum et orabat ut, cum facta de Sede Apostolica ad ipsius imperatoris aures perveniant, os iniqua loquentium, sicut et ipse papa vice versa facit, obstruat, et ipsi papae audita rescribat. — (REG. 18, f. 72 v°; ann. IX, c. 236; — MOREAU 1190, f. 131; — POTTHAST 10018; — RODENBERG 655.)

« *F. Romanorum imperatori semper augusto etc.* Consueti fecundius in —. Dat. Assisii, XII kalendas octobris, pontificatus nostri anno nono. »

2779. — Scriptum est super hoc .. *magistro domus Sancte Marie Teutonorum*, ut eidem imperatori premissa prudenter referat et ipsum ad id studiosius inducat.

2780

Assise, 26 septembre 1235.

Patriarchae Antiocheno, Apostolice Sedis legato Fridericum imperatorem petisse ut festum Nativitatis Domini proximo futurum ad definiendum totum negotium quod inter ipsum et Lombardos vertebatur, eis assignat terminus, apponatur poena triginta milium marcarum in compromisso, et, si forsan dicti Lombardi apostolicam ordinationem vel dispositionem non servaverint, rectoris societatis Lombardiae, potestates ac consilia civitatum ipso facto sententiam excommunicationis incurrant; mandat ei quatenus praeficit rectoribus praefatis ac ipsis Lombardis pro termino kalendas decembris, in quo ad ponendum totum negotium in manu Ecclesiae comparant eorum ipso papa. — (REG. 18, f. 73 r°; ann. IX, c. 237; — MOREAU 1190, f. 137; cf. *ibid.*, f. 136; — POTTHAST 10023; — RODENBERG 661.)

« .. *patriarche Antiocheno, Apostolice Sedis legato.* Dilectum filium magistrum —. Dat. Assisii, VI kalendas octobris, anno nono. »

2781

Assise, 26 septembre 1235.

Rectoribus societatis Lombardiae idem fere scribit, verbis competenter mutatis. — (REG. 18, f. 73 r°; ann. IX, c. 238; — MOREAU 1190, f. 138; — POTTHAST 26253* ; — RODENBERG 662.)

« *Rectoribus societatis Lombardie.* Licet karissimus in —. Dat. Assisii, VI kalendas octobris, anno nono. »

2782

Assise, 22 septembre 1235.

Magistro hospitalis Sanctae Mariae Theutonorum conquiretur Petrum de Vineca et electum Pactensem, nuntios imperatoris, nolle acceptare procuracionem quam de rebus Accuensibus ipse papa facere velit; praeterea imperatorem sibi

scripisse, ad negotium Lombardorum inquit ad festum Nativitatis complendum non ad se, cum crederet Lombardum ingressurum esse; eum rogat ad huncmodi imperatorem inducat ut super eadem negotio sine conditione aliqua se in manibus ponat Ecclesiae, neque contra Lombardos, maxime si praecise se in manibus Ecclesiae ponere sicut parati, proferat. — (REG. 18, f. 73 v°; ann. IX, c. 239; — POTTHAST 10021; — RODENBERG 657.)

« .. *magistro hospitalis Sancte Marie Teutonorum.* Dilectus filius magister —. Dat. Assisii, X kalendas octobris, anno nono. »

2783

Assise, 17 septembre 1235.

Electo Terracensium mandat quatenus de nefandis actibus quos perpetrasse dicitur episcopus Oscensis, inquirat, quod invenit Sedem Apostolicam fideliter intinet, et abbas episcopo praeficit terminum competentem, quo praestatio conspectui suo praesentet. — (REG. 18, f. 74 r°; ann. IX, c. 240.)

« .. *electo Terracensium.* Si grande gresis —. Sane clamor validus et funestus nuper ad aures nostras de nefandissimis actibus .. Oscensis episcopi, velut de fornace fumus ascendens¹, nos ad videndum per inquisitionem descendere compulsi —. Illum enim imitatus, ut fertur, qui in veritate non stetit², assumptum prius Cisterciensem ordinem pro apostasiam deseruit, et, factus episcopus, sancti Augustini regulam, hactenus in Oscensi et Jaccensi servatam ecclesiis, dissipavit. Deinde, sacramentum virginum violator, inter alias .. abbatissam monasterii Sancte Crucis, eum linea consanguinitatis tertia contingentem, consecrasset ante per velum, et postea, claustro pudoris effracto, fodasse ac fecundasse dicitur per incestum; ex qua Albiram, que nunc monialis existit, genuit; et tandem inter ipsius manus infelix pariens expiravit. Et usque adeo post illecebras carnis et oculorum compiscentias abiit, quod septenarium filiorum et filiarum numerum, ut brutum pecus, excessit, quos ditavit de patrimonio Crucifixi, Symoniacus insuper et prophanus, confessiones frequenter revelare non veritus, profugatur hereditatum Jaccensis et Oscensis ecclesiarum, divinorum sacramentorum irreverens prophanator, in multis excommunicationibus multis infinitisque criminibus, homicida, perjurus, temerarius Apostolice Sedis mandatorum contemptor, statuta non sequitur et, propriam

1. EXO., XIX, 18.

2. JOAN., VIII, 44.

famam negligens, de continua scelorum perpetratione letatur. Idem etiam inquisitionem contra se obtentam, male conscius, dato archidiaconatu, trahi ad discussionis experientiam non est passus. Quia igitur hec, si vera sunt, non debent impunita relinqui, mandamus quatenus, ad Oscensem et Jaccensem ecclesias personaliter accedens et habens pre oculis solum Deum, si ipsum super predictis inveneris diffamatum, inquiras super premissis diligentius veritatem, et quod inveneris, per tuas nobis litteras fideliter intimare procures, prefigens eidem episcopo terminum competentem, quo nostro se conspectui personaliter representet, recepturus pro suorum exigentia meritorum. Dat. Asisii, XV kalendas octobris, pontificatus nostri anno nono. »

2781

Assise, 17 septembre 1235.

Episcopo Oscensi mandat quatenus paeniteat. — (REG. 18, f. 74 r°; ann. IX, c. 241.)

« .. *episcopo Oscensi*. Pervenit ad nos —. Dat. ut supra. »

2785

Assise, 26 septembre 1235.

De Pelis et Belli Fontis abbatibus, et archidiacono Bachiensi mandat quatenus praeposito Orodienis, in quem Strigoniensis archiepiscopus, jurisdictionem sibi tam in ejus persona quam in ejus praepositura, quae regalis erat, usurpare contendens, post appellationem ad Sedem Apostolicam interpositam excommunicationis sententiam protulerat, absolutionis beneficium ad cautelam impendant. — (REG. 18, f. 74 v°; ann. IX, c. 242; — POTTHAST 10024.)

« .. *de Pelis et .. Belli Fontis abbatibus, et .. archidiacono Bachiensi*, *Vesprimiensi et Colocensis diocesum*. Significavit nobis .. prepositus —. Dat. Asisii, VI kalendas octobris, anno nono. »

2786

Assise, 28 septembre 1235.

Universis archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis mandat quatenus omnibus cruce signatis singuli in sua dioecesi districtius interdiciant ne ante generale passagium iter eundi in Terram Sanctam arripere audeant; eos vero qui his mandatis praesumpserint contraire, denuntient

1. Ms. : Bochiensi.

omnibus cruce signatorum indulgentiis penitus carituros. — (REG. 18, f. 74 v°; ann. IX, c. 243; — MOREAU 1190, f. 140; — RODENBERG 663.)

« *Universis archiepiscopis et episcopis per regnum Francie constitutis*. Cum, sicut intelleximus —. Dat. Asisii, III kalendas octobris, anno nono. »

2787. — In eundem modum *archiepiscopis et episcopis per Teutoniam constitutis*.

2788. — In eundem modum *archiepiscopis et episcopis per regnum Anglie constitutis*.

2789. — In eundem modum *archiepiscopis et episcopis per regnum Hungarie constitutis*. — (POTTHAST 10028.)

2790

Assise, 28 septembre 1235.

Episcopo Hildesemensi praedicationis officium in Maguntina provincia pro negotio Terrae Sanctae imponit; ei concedit potestatem absolvendi manum injectores in clericos ac incendiarios, duntaxat cruce signatos, et mandat quatenus quaestuariis universis, si qui in praedicationis officio praesentes fuerint, licentiam penitus interdicit proponendi aliquid populo. — (REG. 18, f. 71 v°; ann. IX, c. 244; — POTTHAST 10027; — RODENBERG 664.)

« .. *episcopo Hildesemensi*. Quantum nos urgeat —. Dat. Asisii, III kalendas octobris, anno nono. »

2791

Assise, 27 septembre 1235.

Episcopo Portugalensi concedit ut, — cum Sabinensis, tunc Apostolicae Sedis legatus, et postmodum Palentinus episcopi, ac F., archidiaconus Palentinus, a Sede Apostolica delegati, patronos, merinos, barones, vassallos et officiales regios, qui a gravaminibus ecclesiarum Portugalensis episcopatus non cessabant, excommunicavissent, — eisdem, petentibus absolutionem et satisfaciendum congrue super damnis illatis monasteriis et ecclesiis ipsi episcopo subjectis, possit absolutionem, juxta formam Ecclesiae, impertiri. — (REG. 18, f. 75 r°; ann. IX, c. 245.)

« .. *episcopo Portugalensi*. Cum, sicut proponis —. Dat. Asisii, V kalendas octobris, anno nono. »

2792

Assise, 26 septembre 1235.

Eidem, ipsius papae manibus consecrato, indulget ut nullus in ipsius personam, sine mandato Sedis Apostolicae spe-

ciali, excommunicationis sententiam audeat promulgare. — (REG. 18, f. 75 r^o; ann. IX, c. 216; — MOREAU 1190, f. 139.)

« *Eidem.* Decens et conveniens. — Dat. Asisii, VI kalendas octobris, anno nono. »

2793

Assise, 27 septembre 1235.

Abbatii Sanctae Trinitatis Florentinae mandat quatenus cessionem J., abbatis monasterii Sancti Salvatoris de Septimo, Florentinae diocesis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, qui corporis infirmitate ac debilitate gravabatur, recipiat, faciens ei, sub futuri abbatis obedientia maturato, de bonis praedicti monasterii, sicut un ex aliis ejusdem monasterii monachis, in necessariis provideri; insuper conventus praefati monasterii sibi de persona idonea pro electionem canonicam in pastorem provident. — (REG. 18, f. 75 r^o; ann. IX, c. 217.)

« .. abbatii Sancte Trinitatis Florentine. Dilectus filius J. — Dat. Asisii, V kalendas octobris, anno nono. »

2794

Pérouse, 26 août 1235.

Monasterium Sanctae Mariae et Sancti Georgii Aesculani, ordinis sancti Damiani, protegendum suscepit, varia privilegia ei concedit, et bona ac possessiones ejus, nec non et donationes abbatissae ejusque sororibus a Marcellino, episcopo Aesculano, factas, eis confirmat; inserto sub sua bulla privilegio Marcellini, Aesculani episcopi, absque signo chronologico; una libra cerae annuatim Camerae Apostolicae persolvenda. — (REG. 18, f. 75 r^o; ann. IX, c. 218; — PORTHAUST 10001.)

« .. abbatissae monasterii Sancte Marie et Sancti Georgii Aesculani, ejusque sororibus inclusis etc. Religiosam vitam eligentibus. — Dat. Perusii, per manum magistri Guillelmi, Sancte Romane Ecclesiae vicecancellarii, VII kalendas septembris, indictione VIII. Incarnationis Dominice anno M^oCC^oXXXV, pontificatus vero donni Gregorii pape noni anno nono. »

2795

[Septembre-octobre 1235.]

Ottoni, duci Bavariae, indulget in nullis in eum sine manifesta et rationabili causa excommunicationis aut interdicti sententias promulgare audeat. — (REG. 18, f. 76 r^o; ann. IX, c. 219; — PORTHAUST 10056^o; — RODENBERG 665.)

« *Nobili viro Ottoni, duci Bavarie.* Dignum est et — »

2796

Assise, 1^o octobre 1235.

Abbatii de Frigido Monte, magistro Petro de Collemedio, capellano suo, praeposito Sancti Audomari, et magistro Ver[n]ac[i]o, canonico Tervisino, Parisius commoranti, — cum in negotio electionis archiepiscopi Rothomagensis, quibusdam eligentibus W. de Dunelmo, archidiaconum Caleti, quibusdam vero aliis appellentibus, plurimum frustra laboratum esset, — mandat quatenus, si dictus W. de Dunelmo electioni de se factae noluerit consentire, dent capitulo licentiam providendi sibi per electionem canonicam de pastore; eo autem consentiente, negotium sufficienter instructum ad examinem apostolicum remittat, praefixo partibus termino, quo per procuratores eorum ipse papa compareat; item procuratores plenum mandatum habeant eligendi, si opus fuerit, aut illam recipiendi quem ipse papa designaverit. — (REG. 18, f. 76 r^o; ann. IX, c. 250; — MOREAU 1190, f. 111.)

« .. abbatii de Frigido Monte, et magistris P. de Collemedio, capellano nostro, praeposito Sancti Audomari, Belvacensis et Morinensis diocesis, et Ver[n]ac[i]o, canonico Tervisino, Parisius commoranti. Rothomagensi ecclesiae pastoris solatio destituta, et dilect[is] filiiis .. decano et cum eo quatuordecim canonicis Rothomagensibus propter causas expressas inferius ad Sedem Apostolicam appellentibus, .. thesaurarius, .. cantor et quidam alii de capitulo dilectum filium magistrum W. de Dunelmo, archidiaconum Caleti, in suum elegerunt archiepiscopum et pastorem. Prefato igitur decano, cum quibusdam et pro quibusdam de parte sua, et magistro R. procuratore partis alterius, propter hoc in nostra presentia constitutis, pro parte illorum qui archidiaconum ipsum elegerant, fuit propositum quod, bone memorie Mauritiio, archiepiscopo Rothomagensi, viam universe carnis ingresso, secunda feria proximo ante Cineres, omnes qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, in capitulo conveniret; et quia nichil factum exiit illa die, sequenti convenientibus omnibus supradictis, assumpti fuerunt tres de collegio fide digni, qui secreto et singillatim vota omnium scrutarentur. Sed licet processum fuisset ad scrutinium

1. « Item eodem anno 1235, celebrata electione in die Veneris ante Ramos Palmarum, quia nihil actum fuit, alia die ad hoc assignata, electus fuit magister W. de Dunelmo a majore parte capituli, et quosdam habuit contraditores; et quia noluit consentire ad plenum electioni de se factae, sed consensus suum posuit in voluntate domini papae, delata est causa ad curiam Romanam, et scripsit dominus papa iudicibus ad hoc electis a partibus, ut requirerent utrum vellet consentire, vel non; et quia non consensus requisitus, reddita fuit electio capitulo Rothomagensi, et duravit ista contentio fere per annum. » *Chronicon Rothomagensis, dans Recueil des Historiens de France, t. XXIII, p. 336.*

per eosdem, et singulorum vota etiam requisita, quia tamen, diversis consentientibus in diversos, nullum publicato scrutinio, repertum est majorem partem totius capituli habuisse, non fuit tunc electio celebrata. Cum autem capitulum, ad tractandum de die prefigenda electioni faciente, proxima die Veneris postmodum convenissent, quia quidam de parte altera, scilicet A. archidiaconus et .. frater suus, contradixerant et ad Sedem Apostolicam appellarant, ne dies ceterior quam sexta feria proximo ante Ramos Palmarum ad eligendum deberet capitulo assignari, fuit eadem sexta feria tunc prefixa et littere de convocandis ad illam diem absentibus sigillate. Adveniente itaque die, et convenientibus universis vocem in electione habentibus, numero quadraginta, uno personaliter et duobus, scilicet R. presbitero et magistro Jocio, infirmitate detentis, committentibus duobus de capitulo in electionis negotio vices suas, cum unus de parte decani, reliquis anuentibus, diceret non esse per viam scrutiniî procedendum, et, singulis requisitis, major pars capituli ut procederet per viam hujusmodi, concordaret, prefatus decanus et sequaces sui, numero quindecim, extra capitulum secesserunt. Cumque, ipsis moram trahentibus, major pars, que remanserat in capitulo, eos ut redirent ad eligendum cum ipsis, primo, secundo et tercio diligenter moneri fecerit per competentia intervalla, et, eis non venientibus, tres ab eadem parte nominati fuerint scrutatores, iterum idem decanus et pars sua, ut venirent ad procedendum cum eis, per intervallum congruum ex habundanti fuerunt moniti ab eisdem. Sed cum ipsi, ad loca sua reversi, adhuc moniti et rogati ac requisiti postmodum etiam singillatim, ut venirent ad scrutinium cum eis, eligere recusassent, propo-nente magistro G[irardo] de Saloei, canonico ipsius ecclesie, quod nec per viam scrutiniî nec etiam compromissi procedi poterat, cum jam utraque via fuit attemptata, et ne procederetur ad electionem, pro se et sibi adherentibus ad Sedem Apostolicam appellante, ipsi, attendentes non esse appellationi hujusmodi deferendum, et quod de tempore electionis modicum jam restabat, ac major pars diei effluerat, nec post illam electio commode poterat celebrari, cum quidam essent canonici abfuturi et quidam adversa validudine gravarentur, scrutatores illos, quos jam nominaverant, assumperunt, quos ad voluntatem decani et partis sue, si voluissent cum eis ad eligendum procedere, pro bono pacis assumpsisse voluerant; sed hoc ipsi pro sue voluntatis arbitrio recusarunt. Predictis vero tribus singulorum vota exquirentibus secreto et singillatim, ac ea, in scriptis redacta, mox publicantibus in communi,

quia fuit, habita collatione, repertum in eundem magistrum W. de viginti octo qui remanserant, viginti quatuor consensisse, ipsum, invocata Spiritus Sancti gratia, in suum archiepiscopum elegerunt. Et quamvis fuisset ei¹ cum multa instantia supplicatum ut electioni de se facte prestaret assensum, appellante quodam de parte decani ne electioni consentiret, consensum suum Spiritui Sancto et nostro duxit interiori sensui committendum. Quare procurator ipse nobis humiliter supplicavit ut electionem ipsam, de viro multe litterature, honeste vite et clare fame canonice celebratam, auctoritate dignaremur apostolica confirmare. Ex parte autem altera fuit propositum ex adverso quod, cum decanus et capitulum de futuri substitutione pontificis premissa, secunda feria convenissent, fuit in quosdam de capitulo compromissum, plena eis potestate concessa providendi, vice omnium, de ipsius gremio viduate ecclesie de pastore; sed illis in unam personam nequeuntibus concordare, iterum, sequenti die, in capitulo convenerunt, et, post tractatus varios et diversos, assumpti fuerunt tres de ipso collegio scrutatores; quibus vota exquirentibus singulorum scrutinioque pendente, fuit in quatuor ex se ipsis, de scrutatorum assensu, denuo compromissum, et plena potestas a capitulo illis data eligendi archiepiscopum de gremio ipsius ecclesie vel etiam aliunde; hoc expresso quod, si in unam personam compromissarii concordarent, non publicaretur scrutinium, sed pro nullo penitus haberetur. Tractantibus itaque compromissariis et procedentibus nichilominus scrutatoribus supradictis, quia dicti compromissarii in unam nequiverere concordare personam, ceptum consumarunt scrutinium scrutatores; quo publicato, quia, diversis consentientibus in diversos, nullus partem habuit totius capituli, habita collatione, majorem, non fuit tunc electio subsequuta. Ceterum, die Veneris proximo sequenti, residentibus in capitulo de die assignanda tractantibus et absentibus ad electionem iterum convocandis, J., archidiaconus Augi, et predictus magister G. dixerunt non esse ad electionis tractatum ulterius redeundum, utpote ad superiorem provisione ipsius ecclesie devoluta, cum capitulo, per omnes vias ad eligendum editas procedentes, functi officio suo essent et jus eligendi amiserint ea vice, presertim cum in processu prius habito contra formam concilii peccavissent, duas formas insimul assumendo; ac idem magister G. nostram audientiam appellavit, ne dies assignaretur nec sigillarentur littere de convocandis absentibus,

de nisi sub ea conditione dumtaxat, si ad eligendum deberet de jure procedi. Cujus appellatione contempta, postmodum eodem magistro G., qui residens erat in ecclesia, et multis de parte decani ac sociorum ejus absentibus, ignorantibus et contemptis, fuit dies, videlicet sexta feria, ad eligendum et continuandos dies ac prorogandos, simpliciter et sine conditione, prefixa, et littere de convocandis absentibus tunc confectæ; in qua cum omnes in electione vocem habentes in capitulo convenissent. et jamdictus magister G., in assignatione diei absque superscripta conditione asserens se gravatum, gravamen hujusmodi petierit revocari, idque sibi a parte adversa fuerit denegatum, innovavit appellationem jamdudum interpositam et etiam appellavit. Demum vero, illis instantibus, qui in memoratum magistrum W. consenserant, ut per scrutinium procederetur ad providendum ecclesie de pastore, fuit ab eisdem decano et parte sua responsum quod magis expediebat per viam compromissi, que pacis erat, procedere, quam per scrutinium, ex quo sepius oriuntur discordie et rancores. Sed, cum hoc ab eis obtineri nequaquam posset, et decanus ac tres archidiaconi cum sociis suis juxta ostium capituli secessissent in partem, deliberaturi an deberent procedere, et de modo procedendi ad invicem collaturi, fuerunt ab hiis qui erant in capitulo, ut redirent processuri cum eis ad electionem per scrutinium, evocati. Sed, eis respondentibus quod, cum deliberarent, non deberent procedere cum eisdem, et, si deberent procedere, de procedendi modo ad invicem conferentes, deliberatione habita, revertenterent in brevi, presertim cum merito dubitarent, propter peccatum quod in priori processu commiserant, receptis super hoc consiliis diversorum: iterum et tercio per tam modica intervalla et adeo importune moniti, quod non solum deliberare plene non poterant, sed etiam per importunitatem momentum impediatur deliberatio eorumdem, quod adhuc non plene deliberaverant, responderunt. Quarto etiam eos post modicum temporis spatium monuerunt¹, ut redirent ad capitulum cum aliis processuri; adjecto nichilominus quod jam elegerant scrutatores, videlicet magistros Michaelen de Barceio, J. de Sancto Laudo et R. de Tonevilla. Et tunc, ad capitulum redeuntes, proposuerunt se fore gravatos, ex eo quod, ipsis contemptis, electi fuerant scrutatores et tales quos habebant certa ratione suspectos, cum duo ipsorum, scilicet predicti J. et R., in dictum magistrum

Willelmum in priori scrutinio consensissent; et tantum, ut asserunt, adhuc de trimestri tempore superseset, videlicet dies quatuordecim. quod ad electionem commode poterat haberi processus: nec non et ipsum scrutinium multis de causis suspectum nichilominus esset eis, et quia vota omnium ex prioris publicatione scrutini nota erant, et [quia] jam qui in quem consenserant, apparebat; addentes quod, cum jam processum esset simul utraque via et in processu forma concilii non servata, non credebant ad tractatum electionis, maxime per viam scrutini, posse de jure reverti. Sed, adversa parte asserente se super hiis nullatenus dubitare, petierunt assumi competentes arbitros, vel saltem aliquos viros bonos, coram quibus de hiis omnibus videretur; quod quia fuit ex adversa parte negatum, idem decanus et pars sua duxerunt ad Sedem Apostolicam appellandum. Quorum appellatione contempta, scrutatores ipsi, non requisitis predictis duobus infirmis, qui erant adeo e vicino, quod absque incommodo vota eorum requiri poterant, in scrutinio processerunt; eodemque scrutinio publicato, sepedictum magistrum Willelmum, post plures appellationes ad Sedem Apostolicam interjectas, et alias minus canonice, nec idoneum ad tante dignitatis apicem obtinendum, utpote sacrorum canonum transgressorem, cum archidiacono predicto prebendam que dicitur de Lescia, cui cura imminet animarum, absque dispensatione apostolica in eadem ecclesia obtinendo, electores sui eligere presumpserunt. Quare dicti decanus et pars sua electionem eandem non confirmandam, sed irritandam potius asserbant. Sed ad hoc pars replicavit adversa quod, cum nec tale fuerit compromissum nec tale scrutinium extitisset, quod vel provisio ecclesie vel electio sequi potuerit ex eisdem aut fuerit subsecuta, sequens electio veluti canonica propter hoc non debuit vitari, cum constitutio generalis concilii penam nisi contra formam expressam ibidem, eligentibus non infligat. Nec in assignatione diei gravati fuerant, cum, predictis A. archidiacono et fratre suo contradicentibus et appellantis ne assignaretur dies citioris, illa dies fuerit assignata; et conditio que litteris inseri petebatur, videlicet si deberet ad electionem iterum de jure procedi, intelligeretur inserta; presertim cum non deberit dubitari quin ad electionem esset de jure de novo procedendum. Nec etiam eos in monitionibus seu scrutatorum assumptione gravarunt, cum eos monuerint per non modica intervalla, prout superius est expressum, et obtulerint etiam revocare gravamen, si quod in nominatione scrutatorum ipsorum eis illatum fuerat, et continuare diem, ac assumere scrutatores

¹ Responderunt, et plus loin proposuerunt, ont pour sujet decanus et ejus socii; celui de monuerunt est, au contraire, qui in magistrum W. consenserant, c'est-à-dire la partie adverse.

alios pro voluntate ipsorum. quos nondum assumpserant. sed tantummodo nominarant, si vellent ad electionem procedere cum eisdem; que ipsi acceptare, prout eis oblata fuerant, renuerunt. Nec obstat quod suspectum scrutinium assererent. quodque scrutatores accessisse deberant ad infirmos, cum minor pars, assignationi diei consentiens, ab hiis que proposuerat de suspicione scrutini, intelligeretur tacite recessisse; ac ex eo quod major pars, eligendo auxilium ordinarium, ad scrutinium recurrebat, minor eam artare non poterat ad extraordinarium seu voluntarium, videlicet compromissum; cum nullus compromittere seu voluntatem suam transferre teneatur in alium, nisi velit; nec ad domos infirmorum eundem fuerat, ne interliceretur scrutinium et fraudis aliquid possent interim aliqui machinari. Nec obest etiam quod de duobus beneficiis curam habentibus est obiectum, cum id non credant aliquatenus esse verum. Quia vero plene nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, si dictus magister W., requisitus a vobis. electioni de se facte noluerit consentire, detis capitulo licentiam providendi sibi per electionem canonicam de pastore, predictis decano et parti sue, ut possint pro facienda electione tute ad ecclesiam suam accedere. de securitate idonea providentes. Eo autem consentiente, de huiusmodi oblatione revocandi gravamen, si quod illatum fuit. et continuandi diem, et an eam acceptare altera pars noluerit, et utrum dicta prebenda curam habeat et quam curam, ac de ipsorum circumstantiis solliciti inquirentes, negotium sufficienter instructum ad examen apostolicum remittatis; prefixo partibus termino peremptorio competenti, quo per procuratores sufficientes et idoneos compareant coram nobis. iustam, auctore Deo. sententiam audire. Iidem autem procuratores nichilominus plenum mandatum habeant eligendi, si opus fuerit, de nostro consilio, aut illum recipiendi, quem eidem ecclesie providelimus in pastorem. Testes autem etc. Quod si non omnes etc. Dat. Assisi, kalendis octobris, pontificatus nostri anno nono. »

2797

Assise, 24 septembre 1235.

Archiepiscopus, episcopus et aliis ecclesiarum prelati, nec non et iudici et majoribus per Sardiniam et Corsicam constitutis mandat quatenus Odoni, priori Nucерino, « subdiacono nostro, viro provido et discreto, litterarum scientia et morum honestate conspicuo, nobis et fratribus nostris grato plurimum et accepto », in provinciis Sardinie et Corsicæ

Apostolicæ Sedis legato, obediant. — (REG. 18, f. 77 v°; ann. IX, c. 251.)

« *Archiepiscopus et episcopus et aliis ecclesiarum prelati, tam exemptis quam non exemptis, et nob[ilibus] vir[is] ..] iudici et majoribus per Sardiniam et Corsicam constitutis. Illud maxime in —. Dat. Assisi, VIII kalendas octobris, anno nono. »*

2798

Assise, 1^{er} octobre 1235.

Priori Nucерino, subdiacono suo, Apostolicæ Sedis legato, mandat quatenus episcopo Bosano, qui Pisanum archiepiscopum tanquam primatem Sardinie receperat et procuraverat, in ecclesie Turritanæ præjudicium, injungat ut infra tres menses apostolice conspectui se præsentet, super his quæ archiepiscopus Turritanus contra eum proposuerit, responsurus. — (REG. 18, f. 78 r°; ann. IX, c. 252.)

« .. *priori Nucерino. subdiacono nostro, Apostolicæ Sedis legato. Sua nobis venerabilis frater noster .. archiepiscopus Turritanus petitione monstravit quod, olim inter ipsum et alios ejusdem loci prelatos, ex parte una, et venerabilem fratrem nostrum .. Pisanum archiepiscopum, ex altera, super primatia Sardinie questione pendente, idem Turritanus et ejus suffraganei, in quorum hoc præjudicium redundabat, communiter in omnes tam episcopos quam alios subditos suos, si eundem archiepiscopum, contra inhibitionem suam, pro primatie recipere attemptarent, excommunicationis sententiam protulerunt. At tamen venerabilis frater noster .. Bosanus episcopus, suffraganeus ejus, hujusmodi excommunicationis sententia, prout non decuit, vilipensa, predictum Pisanum archiepiscopum tanquam primatem recipere ac procurare presumpsit, in anime sue grave dispendium, corumque et ecclesie Turritane non modicum præjudicium et gravamen. Qui postmodum, juratoria et fidejussoria prestata cautione, promittens se super premissis omnibus ejusdem Turritani parere mandatis, ab eodem, prefixo sibi termino, quo super hiis Apostolicæ Sedis gratiam imploraret, absolutionis beneficium meruit obtinere. Sed idem, cum predicta sine intermissione adimplere et personaliter ad Sedem Apostolicam accedere teneretur, proprie salutis oblitus, juramenti religione contempta, licet prefixus sibi ad hoc terminus sit elapsus, id tamen efficere denegavit. Quare nobis dictus Turritanus humiliter supplicavit, ut, cum ipse et ecclesia sua ab eo qui pro iudice Turritano se gerit, majori parte honorum suo-*

rum spoliati existant, nec propter illius et inimicorum suorum potentiam possit ibi prosequi jura sua, super hoc sibi paterna dignemur sollicitudine providere. Quocirca mandamus quatenus eidem episcopo, ut infra trium mensium spatium post monitionem tuam se nostro conspectui representet, super premissis ac aliis que ipse Turritanus contra eum duxerit proponenda, responsurus eidem, ex parte nostra districtius injungere non postponas, eum ad id apostolica, si necesse fuerit, auctoritate, appellatione remota, compellens. Dat. Asisii, kalendis octobris, pontificatus nostri anno nono. »

2799Assise, 1^o octobre 1235.

Archiepiscopo Calaritano similiter mandat quatenus episcopo Empuriensi iungat ut infra tres menses apostolico conspectui se presentet, super his quae archiepiscopus Turritanus contra eum proposuerit, responsurus. — (REG. 18, f. 78 r^o; ann. IX, c. 253.)

« .. *archiepiscopo Calaritano*. Sua nobis venerabilis frater noster .. Turritanus archiepiscopus petitione monstravit quod, cum olim ipse cum suffraganeis suis, prout moris est, provinciale concilium disponeret celebrare, et .. Empuriensem episcopum, suffraganeum suum, ad hoc vocari fecisset, idem episcopus, spiritu rebellionis assumpto, nec per se, nec per alium in hac parte ipsius vice fungentem, se representare curavit; quin potius, licet juramento teneatur astrictus Turritanam ecclesiam in certis anni festivitatibus personaliter visitare, id tamen, nullo legitimo impedimento detentus, facere pro sua renuens voluntate, inter ipsum archiepiscopum et alios Sardinie prelatos, ex parte una, et venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Pisanum, [ex altera, super primatia Sardinie questione pendente, predictum archiepiscopum Pisanum] ¹ tanquam primatem recipere et in ipsius grave prejudicium procurare presumpsit; propter quod Turritanus ipse, eundem vinculo excommunicationis astringens, ipsum a temporalium administratione privavit, donec se nostro conspectui presentaret, super premissis mandatis apostolicis pariturus. At ipse, prioribus pejora committens, in anime sue dispendium et ejusdem Turritani archiepiscopi injuriam et contemptum, divinorum cultui temere se ingerit et ingessit. Quare nobis

1. La partie imprimée entre crochets [] est rétablie par conjecture, d'après la pièce précédente.

dictus Turritanus humiliter supplicavit etc., ut supra, usque in finem. Dat. ut supra. »

2800Assise, 1^o octobre 1235.

O'ddoni, subdiacono suo, priori Nucertino, apostolico legato, mandat quatenus, cum Arzoltis, qui pro Sultiniensis ecclesiae pastore se gererat, procurans ad pontificalis honoris fastigium pervenire, bona ipsius ecclesiae simoniace perdere et plura alia committere diceretur, inquisita super his et cognita diligentius veritate, quod inveniret per suas papae litteras studeat fideliter intimare. — (REG. 18, f. 78 r^o; ann. IX, c. 254.)

« O., *subdiacono nostro, priori Nucertino, Apostolicæ Sedis legato*. Ne notabiles homines —. Dat. Asisii, kalendis octobris, anno nono. »

2801

Foligno, 6 octobre 1235.

Episcopo Perusino mandat quatenus sententiam excommunicationis in Hugolino de Hugolino, qui, inter alia, quoddam castrum Ecclesie Romanæ incendio devastaverat et quendam vassallum ejusdam fidelis Ecclesie interfeci fecerat, et in omnes in hoc adhaerentes eidem, ab ipso papa promulgatam, nec non alias sententias in eodem negotio latas, in Tudertina, Perusina et aliis civitatibus et diocesis vicinis publicet et observari faciat. — (REG. 18, f. 78 v^o; ann. IX, c. 255.)

« .. *episcopo Perusino*. Cum perditionis filius Hugolinus de Hugolino, pro eo quod quoddam castrum Ecclesie Romanæ incendio devastavit, et quemdam vassallum ejusdem nostri fidelis interfeci fecerat, nostris jurasset stare mandatis et certos fidejussores nobis pro certa pecunie summa dedisset, quia ipse, juramenti prestiti temerarius violator, ad presentiam nostram, in prefixo sibi termino, super premissis nostris beneplicitis pariturus, et super eo etiam quod dilectis filiis Henrico de Pareniano, subdiacono nostro, et fratribus ejus, Sanguino de Collazone et quibusdam aliis nobilibus, fidelibus nostris, dampna gravia et injurias, in contemptum Sedis Apostolicæ, irrogarat, pluries monitus venire contempsit, in eum excommunicationis sententiam fecimus promulgari. Qui tandem, licet, ad Apostolicam Sedem accedens, de parando mandatis nostris corporale prestiterit juramentum, et nichilominus pro certa summa pecunie nobis fidejussoriam dederit cautionem, idem tamen, versutis consuetis

inherens, juramenti religione contempta, contumaciter a nostra presentia recessit. Unde nos, tam notam, immo notoriam, predicti Hugonis¹, duplicis perjurii reatu notati, malitiam nequeutes ulterius sub dissimulatione transire, in eum et in omnes in hoc adherentes eidem, excommunicationis sententiam duximus promulgandam, ei et toti familie sue interdientes quelibet ecclesiastica sacramenta; ita quod nec ipsi, etiam in mortis articulo, penitentia tribuatur, nisi prius de parendo mandatis nostris idoneam prestiterit cautionem et satisfecerit juxta posse; et tunc etiam, absque speciali mandato nostro, in Christianorum cimiterio nullatenus tumuletur: exinde ipsius corpore, si contra factum fuerit, extrahendo, et prelati, presbiteri et clericis qui, contra interdictum hujusmodi, eum ad aliquod predictorum admitterent, perpetuum ab officio et beneficio privationis sententiam incursum. Ad hec statuimus ut omnes sententie, arbitria et statuta que, a tempore late in ipsum excommunicationis sententie, promulgavit aut in posterum duxerit promulganda, sint irrita ipso jure. Excommunicamus etiam omnes iudices et tabelliones, qui ad mandatum ejus sententias dictaverint vel confererint instrumenta, et officio judicatus et tabellionatus sciunt se nichilominus fore privandos. Predictum quoque Hugonem² castris, villis, feudis, beneficiis et omnibus [bonis], si qua tenet a Romana et aliis ecclesiis, vel monasteriis seu quibuscumque locis religiosis, omnino privantes, et omnes illos qui vel de sequendo ipsum, ratione potestarie, vel fidelitatis juramenta prestiterunt eidem, ab ipsorum observatione denuntiantes penitus absolutos, donec ad mandatum Ecclesie revertatur, cum divinam reverentiam et apostolica precepta dampnabiliter contempniti fides non debeat observari, districtius inhibemus ne in alicujus civitatis, vel castri, aut ville, seu cujuscumque loci potestatem vel rectorem de cetero eligatur, statuendo quod electores, ipso facto, sententiam excommunicationis incurrant, et locus in quo receptus fuerit, ecclesiastico subjaceat interdicto. Ut igitur vel sic saltem illius facies ignominia repleatur³, et alii de cetero a similibus arceantur, fraternitati tue per apostolica [scripta] districte precipiendo mandamus quatenus predicta omnia in Tudertin[a], Perusin[a] et aliis civitatibus et diocesis vicinis sollempniter publice et facias, auctoritate nostra, submoto cujuslibet appellationis et difficultatis obstaculo, usque ad satisfactionem

1. Pour Hugolini; voyez plus haut.
2. Pour Hugolinum; voyez plus haut.
3. Cf. PSAL. LXXVII, 17.

condignam inviolabiliter observari. Dat. Fuligin[ii], II nonas octobris, anno nono. »

2802. — In eundem modum .. *episcopo Tudertino.*

2803. — In eundem modum .. *episcopo Narniensi.*

2801

Foligno, 6 octobre 1235.

Archiepiscopo Pisano, qui, nec petita nec obtenta licentia, Sardiniam tanquam Apostolicæ Sedis legatus intraverat, mandat quatenus de cetero nullatenus in Sardinia legationis officium exerceat, nisi a Sede Apostolica licentiam obtinuerit specialem. — (REG. 18, f. 79 r^o; ann. IX, c. 256; — POTTHAST 10030.)

« .. *archiepiscopo Pisano.* Si tua discretio —. Dat. Fuligin[ii], II nonas octobris, anno nono. »

2805

Foligno, 10 octobre 1235.

Regi Navarree, comiti Campaniæ, qui, crucis assumpto signaculo, in Terræ Sanctæ succursum proposuerat transfretare, concedit ne quis in personam ejus excommunicationis et in terram interdicti sententias valeat promulgare, absque mandato Sedis Apostolicæ speciali, donec de ipsius reditu vel obitu certissime cognoscatur, dum tamen coram Lingonensi et Parisiensi episcopis, ipsius diocesanis, vel eorum altero, sit paratus de ipso conquerentibus justitiam exhibere. — (REG. 18, f. 79 r^o; ann. IX, c. 257; — MOREAU 1190, f. 153.)

« .. *illustri regi Navarre, comiti Campanie.* Eis qui signo —. Dat. Fuligin[ii], VI idus octobris, anno nono. »

2806

Foligno, 10 octobre 1235.

De Chiziaco et Vallis Secretæ abbatibus de eadem re scribens, mandat quatenus, sub prædicta conditione, sententias, si quas, contra illam concessionem, in eundem comitem vel terram ejus contigerit promulgari, denuntient penitus non tenere. — (REG. 18, f. 79 r^o; ann. IX, c. 258; — MOREAU 1190, f. 154.)

« .. *de Chiziaco et .. Vallis Secretæ abbatibus, Suessionensis diocesis.* Cum carissimus in —. Dat. ut supra. »

2807. — In eundem modum .. *abbati et .. priori Sancti Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis,* pro nobili viro .. comite

Montis Fortis, constabulario Francie, dummodo coram venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Senonensi et .. episcopo Parisiensi, vel eorum altero, etc.

2808. — In eundem modum .. *abbati et .. priori Fontis Johannis*, pro nobili viro Roberto de Curtinaco, buticulario Francie, dummodo coram venerabilibus fratribus nostris .. Bituricensi et .. Senonensi archiepiscopis, diocesis suis, etc.

2809. — In eundem modum .. *abbati et .. priori Sancte Genevève Parisiensis*, pro nobili viro Mathéo de Marliaco, Parisiensis diocesis, dummodo coram venerabili fratre nostro .. Parisiensi episcopo, diocesis suo, vel ejus officiali, etc.

2810. — In eundem modum .. *episcopo Carnotensi*, pro nobili viro Philippo de Monte Forti, dummodo in Senonensi vel Parisiensi curia, etc.

2811

Foligno, 11 octobris 1235.

Decano et archidiacono Barrensibus ¹, et magistro Ferrico, canonico Lingonensi, mandat quatenus excommunicationis sententiam, quam Henricus, archiepiscopus Remensis, adversus civitatis Remensis cives, propter eorum excessus notabiles et enormes, promulgaverat, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, publicent et faciant per Remensem et vicinas dioceses publicari. — (REG. 18, f. 79 v^o; ann. IX, c. 259; — MORAUX 1190, f. 157; — POTTHAST 10031; — cf. *supra*, n° 2601.)

« .. decano et .. archidiacono Barrensibus, et magistro Ferrico, canonico Lingonensi. Non minus pro — Cum venerabilis frater noster .. Remensis archiepiscopus civitatis Remensis sit dominus temporalis, et ipsius cives ejus fideles et filii esse debeant speciales, ipsi, quod non absque amaritudine cordis referimus, degenerantes ex filiis in privignos, calcata divina reverentia et religione fidei relegata, velut hostes iniqui non erubuerunt insurgere in parentes, in patrem exilium et in matrem excidium, ac detrimentum salutis proprie nequiter operati, conculeando dampnabiliter Remensem ecclesiam, matrem suam, et ejectione patre ipsius, hereditatem sibi vel propriam vendicando; in quo excedunt tyrannidem viperarum, que alterius tantum dicuntur perniciem operari, in alterum nichil penitus machinantes. Idem enim, contra dictum archiepiscopum calcaneum erigentes ², ab ecclesiis civitatis ipsius, eorum emunitate ausu sacrilego violata, qui-

budam munitis, que peltore et manganelli diruptis, violenter extractis, cum eis quandoque dentium roani, que dicitur Porta Maris, armata mano hostiliter impugnando, in familiam ejus, existentem ibidem, inmissis sagittis, et quibusdam ex eis letaliter vulneratis, .. mare scallum ipsius ausu diabolico incipere cavillari; et ut domum eandem fortius impugnarent, non solum muros extruxerunt in via publica contra eam sed etiam, domum fratrum Minorum, quam iidem fratres habebant ibidem, per violentiam occupantes, in ea propugnacula construxerunt. Preterea dicti cives et quidam alii, sub banno beati Remigii constituti, preter assensum ejus, adversus prefatum archiepiscopum civitatem munitentes eandem, ac supra fossata ipsius muros in ejus circuitu extolentes, assumpserunt, pronuntiationum suarum materia, publicarum pavimenta vitium, tumbras cimiteriorum et lapides ad fabricas Majoris Ecclesie deputatos; ac, destructis quibusdam domibus ipsius archiepiscopi, que *hale*, juxta vocabulum terre, dicuntur, alias sibi et eidem ecclesie tot dampna et tam graves injurias intulerunt, quod non solum longum, sed etiam tediosum esset ea per singula recenseri. Quare idem archiepiscopus, attendens quod hujusmodi excessus, tam notabiles et enormes, adeo erant notorii, quod nulla poterat tergiversatione celari, tam in civis eodem quam in hoc participantibus eisdem, excommunicationis sententiam promulgavit: sed ipsi, malleum velut stipulam reputantes, nec ad penitentium se curant cum humilitate redire, nec agunt penitentiam de commissis, quin potius majoris exinde audaciam presumptionis assumunt. Unde memoratus archiepiscopus nobis humiliter supplicavit ut, in tot anxietatibus et angustiis suis paterno sibi compatientes affectu, salubre consilium et congruum remedium apponderare dignemur. Ne igitur, si diutius civium prolicarum malitiam, non tam in confusionem ipsorum, quam Gallicane, immo universalis Ecclesie detrimentum, duxerimus sustinendam, tante perversitatis exemplum ad alios prorogetur, nolentes eos tantum excessum impunitate gaudere, imo illos, tali castigatione expressere, quod quibuscumque ipsorum culpa fuit in scandalum, pena transeat in exemplum, discretum vestre per apostolica scripta precipiendi mandamus, quatenus premissam excommunicationis sententiam ratabiliter promulgatam, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, subannuntiar publicetis et faciatis per Remensem et vicinas dioceses ac alia loca ubi expedire videritis, publicari.

1. JOB XLI, 28.

1. POTTHAST: *Parisiensibus*; c'est la leçon donnée par les auteurs du *Gallia Christiana* (X, *astr.*, col. 60), dont le texte, suivi par VARIN, *Archives administratives de la ville de Reims* (I, II, 601), est des plus fautive.

2. Cf. JOANN. XIII, 18.

Quod si nec sic ad mandatum ipsius archiepiscopi e-raverint prona mente redire, faciatis redditus ac debita et alia bona ipsorum, in nundinis et ubicumque reperta fuerint, quamdiu in excommunicatione perstiterint, detineri, juramento seu interpositione fidei, si qua forte debitores pro debitis solventis tenentur, aliquatenus non obstante, convocatis ad eorum pertinaciam reprimendam, si opus fuerit, auxilium brachii secularis; contradictores —. Dat. Fuligin[i], V idus octobris, anno nono. »

2812

Foligno, 12 octobre 1235.

Episcopo Portugalensi scribit: « Cum a nobis in episcopum » consecratus, juraveris Sedem Apostolicam de biennio in » biennium visitare, fraternitatis tue precibus inclinati, ter- » minum hujusmodi tibi duximus prorogandum, ut ad hoc » nisi de triennio in triennium tenearis. » — (REG. 18, f. 80^r; ann. IX, c. 260.)

« .. episcopo Portugalensi. Cum a nobis —. Dat. Fuligin[i], III idus octobris, anno nono. »

2813

Spolète, 13 octobre 1235.

Johanni de Britannia et Yolendi, ejus sorori, natis P[etri], comitis Britanniae, significat se, in gratiam devotionis quam idem P[etrus], ipsorum pater, circa Romanam Ecclesiam tempore necessitatis demonstraverat, ipsos, in aetate minori positos, et bona ad ipsos ex parte bonae memoriae Aelidis, ipsorum matris, comitissae Britanniae, spectantia, sub beati Petri et sua, ipsorum patris intuitu, donec ad aetatem legitimam pervenerint, protectione suscipere. — (REG. 18, f. 80^r; ann. IX, c. 261.)

« Johanni de Britannia et Yolend[i], sorori suae, natis nobilibus viri P., comitis Britanniae. Rationi fore non —. Dat. Spolet[i], III idus octobris, anno nono. »

2814

Spolète, 13 octobre 1235.

Abbatibus de Buzeio, de Villa Nova et de Rothonio, Nannetensis et Venetensis dioecesium, de eadem re scribens, mandat quatenus non permittant praedictos Johannem et Yolendum super his molestari. — (REG. 18, f. 80^r; ann. IX, c. 262.)

« .. de Buzeio, .. de Villa Nova et .. de Rothonio abbatibus,

bus, Nannetensis et Venetensis dioecesium. Ratione etc. —. Dat. ut supra. »

2815

Terni, 20 octobre 1235.

Comiti Rainerio de Bulgari indulget ut non teneatur respondere super debitis quibus olim donnicella Benedicta, prodigaliter vivendo, judicatum Calaritanum obligaverat. — (REG. 18, f. 80^r; ann. IX, c. 263.)

« Nobili viro comiti Rainerio de Bulgari. Ex parte tua —. Dat. Interamn[e], XIII kalendas novembris, anno nono. »

2816

Assise, 27 septembre 1235.

Cum Petro, canonico Corisopitensi, dispensat ut cum praebenda quam in Corisopitensi ecclesia obtinebat, cuius proventus decem libras Turonensium annuatim non excedebant, unde non poterat commode sustentari, unicum beneficium, habens curam animarum annexam, obtinere valeat, cui per idoneum vicarium faciat deserviri. — (REG. 18, f. 80^r; ann. IX, c. 264.)

« Petro, canonico Corisopitensi. Ex parte tua —. Dat. Asisii, V kalendas octobris, anno nono. »

2817

Assise, 2 octobre 1235.

Decano Parisiensi, et magistris Oddoni de Castro Rodulfi et Herberto dicto Capellano, canonicis Parisiensibus, — cum quidam clerici Rothomagensis dioecesis, quos M[auricius], quondam Rothomagensis archiepiscopus, fructibus beneficiorum suorum privaverat ad tempus vel a beneficiis suis amoverat, et alii, quos propter concubinas seu irregularitatis notam ad apostolicam coegerat praesentiam laborare, ac nonnulli, qui conungebant eundem archiepiscopum sibi debitis obligatum, contra W. [de Dunelmo], archidiaconum Caleti, et alios executores testamenti ejusdem archiepiscopi, ad diversos iudices diversas litteras apostolicas impetrassent, intendentes eosdem executores litibus et sumptibus fatigare, unde timendum erat ne bona quae dictus archiepiscopus in pios usus erogari praeceperat, inutiliter expendere iidem executores compellerentur, — mandat quatenus, facientes sibi exhiberi omnes praedictas litteras, inhibeant iudicibus ad quos impetratae sint, ne ipsarum auctoritate procedant, his dumtaxat exceptis, coram quibus super principali jam

1. Un Raynerius de Bulgarello de Perusia était podestat de Vérone en 1236; cf. RODENBERG, n. 676 et 702, et supra, n° 2483.

erat contestatio litis facta; ipsi causas audiant super quibus eadem litterae fuerant obtentae. — (REG. 18, f. 80 v; ann. IX, c. 265; — MOREAU 1190, f. 151.)

« .. decano, et magistris Oddoni de Castro Rodulfi et Herberto dicto Capellano, canonicis Parisiensibus. Magister W., archidiaconus —. Dat. Asisi, VI nonas octobris, anno nono. »

2818

Terni, 20 octobre 1235.

Decano Parisiensi, et magistris Henrico de Venabulis, archidiacono Leroviensi, et Vernacio, canonico Tervisino, Parisius commoranti, mandat quatenus A., Rothomagensis archidiacono, non obstante quod propter capitales inimicitias quas non sua culpa incurrerat, ecclesias archidiaconatus sui non poterat personaliter visitare, faciant ab eisdem ecclesiis procuraciones ratione visitationis sibi debitas exhiberi. — (REG. 18, f. 80 v; ann. IX, c. 266.)

« .. decano Parisiensi, magistro H. de Venabul[is], archidiacono Leroviensi, et [magistro] Vernacio¹, canonico Tervisino, Parisius commoranti. Dilectus filius A. —. Dat. Interamn[e], XIII kalendas novembris, anno nono. »

2819

Terni, 22 octobre 1235.

Abbati Lucinensi, Pietavensis diocesis, significat se causam quae inter Margaritham, comitissam Britanniae, et vicecomitem Thoarcii super quibusdam redditibus, possessionibus et rebus aliis ad dotem ipsius comitissae pertinentibus, vertebatur, ad examen apostolicum duxisse revocandam, et quod mandat quatenus partibus terminum pereceptorium primam dominicam Quadragesimae assignet, quo apostolico conspectui se praesentent. — (REG. 18, f. 80 v; ann. IX, c. 267.)

« .. abbati Lucinensi, Pietavensis diocesis. Cum causam quae vertitur inter nobilem mulierem M., comitissam Britanniae, et nobilem virum [...] vicecomitem Thoarcii, Pietavensis diocesis, super quibusdam redditibus, possessionibus et rebus aliis ad dotem ipsius comitissae, ut asserit, pertinentibus, post diversas commissiones et varias² ad diversos iudices hinc inde ab Apostolica Sede obtentas, dilectis filiis... de Ponte Uncti... de Ebruduno et... de Herberto Jucal prioribus, predictae diocesis, ad ejusdem comitissae duxissimus instantiam com-

mittendam : tandem, eadem proponente quod, licet tam coram primis quam etiam coram ipsis iudicibus fuerit per quadriennium et amplius altercatum, nondum tamen ad litem contestationem processum existerat, partis alterius malitia faciente, propter quod ipsa suum nondum potuerat justitiam obtinere : nos, finem liti cupientes imponi, dictis priori de Ponte Uncti et ejus conjugibus dedimus in mandatis ut, si esset ita, infra quatuor menses post susceptionem litterarum nostrarum, in causa ipsa juxta traditionem eis formam, ratione premissa, procedentes, eam, si de partium voluntate procederet, sine debito terminaret; alioquin ipsam ad nos remitterent sufficienter instructam, predictis partibus terminum competentem, quo nostro se conspectui presentarent, justam, dante Domino, sententiam recepturam : et, si ab eis ab aliqua partium contingeret appellari, nec essent super appellatione littere apostolice impetratae, utriusque partem certum terminum, quo super hoc coram nobis per se vel per procuratores idoneos compareret, recepturae justitiam, assignare curarent. Cumque partes coram predictis iudicibus, auctoritate priorum litterarum ad eos directarum, eodem mandato nondum sibi presentato, ad invicem litigassent, idem vicecomes, ex eo se sentiens, ut dicebat, injuste gravari, quod duo ipsorum iudicum, postquam coram eis et collega ipsorum fuerat super ejus appellatione contestatio litis facta et de ipsa discussum, quandam Willelmum presbiterum, qui se subdelegatione hujusmodi ipsi, humiliter postulanti, fides facta non fuerit, manifeste suspectum eidem, ipso sibi associaverant reclamante, ad Sedem Apostolicam appellavit. Ceterum, eidem iudicibus, quibus postmodum eadem comitissa litteras a nobis obtentas ultimo presentavit, quarum tenor superius est expressus¹, volentibus procedere per eandem, idem vicecomes proposuit coram eis quod, cum dicta comitissa falso successisset in negotio fuisse per quadriennium et amplius altercatum, necdum esse in eo ad litem contestationem processum, partis alterius malitia faciente, [quapropter] negotium fuerat prorogatum, procedere non poterat ad disceptandum; et quia dicti iudices, eo non cognito, contra formam mandati apostolici, ut dicebat, ad ipsam obsequium, ipso renitente, procedere attemptarunt, non volebant ab hujusmodi cessare gravamine, hinc inter requisiti, ad nostram iterato duxit audientiam appellan-

1. Ces lettres ne sent pas expressément adressées aux deux parties, mais seulement analysées dans le but; voy. plus haut : « nos, finem litiibus, » etc.

1. Ms. : « Maernacio » ; « Vernacio » en manchette.

2. Peut-être faut-il ajouter ici *litteras*.

dum. At iidem iudices. juxta mandati nostri tenorem, certum partibus terminum prefixerunt, quo nostro se conspectui presentarent. Sed dictus vicecomes, terminum ipsum preveniens, nulla facta mentione de ipso, quasdam a nobis super appellatione sua ad .. thesaurarium, et .. subdecanum et magistrum R. granicarium Sancti Martini Turonensis, litteras impetravit. Procuratore igitur comitisse prefate in nostra presentia prefixo sibi termino comparente. nos venerabilem fratrem nostrum R[ainaldum], Ostiensem episcopum, ei concessimus auditorem; eorum quo idem petit procurator hujusmodi litteras, utpote veritate tacita impetratas, et earum processum in irritum revocari, et dictum vicecomitem tamquam contumacem in expensis condemnari legitimis, cum in statuto sibi termino idoneum non miserit responsalem, sed quidam ad impetrandum et contradicendum duntaxat pro eo comparuerit procurator; ac insuper, cum dicta comitissa, propter diffugia et malitiam partis adverse, nequaquam suam posset justitiam obtinere, totum negotium ad Sedem postulabat Apostolicam revocari; procuratore dicti vicecomitis ex adverso predicta non debere fieri proponente. Idem vero auditor, auditis hinc inde propositis, litteris apostolicis et data earum diligenter inspectis, rationibus et allegationibus utriusque partis plenius intellectis, nobis ea fideliter recitavit. Nos igitur, hujusmodi malitias et diffugiis obviare, et utrique parti salubriter providere ac finem litibus imponere cupientes, totum negotium, et omnes litteras et processum habitos per easdem, salvo jure expensarum comitisse prefate, ad examen duximus apostolicum revocandum. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus partibus terminum peremptorium primam dominicam Quadragesime assignare procures, quo per se vel per procuratores idoneos sufficienter instructos, cum eisdem litteris et processibus, omnibus munimentis et rationibus suis, nostro se conspectui representent, super premissis justitiam recepture. Dat. Interamn[e], XI kalendas novembris, anno nono. »

2820

Terni, 25 octobris 1235.

Abbatii Bellae Vallis, Praemonstratensis ordinis, Nivernensis dioecesis, mandat quatenus, inita amicabile compositione inter partes, comitem Nivernensem et comitissam, ejus uxorem, ab excommunicationis sententia absolvat, quam abbas Sancti Johannis Senonensis et ejus collegae in eos pro facto ecclesiae Virziliacensis tulerant. — (Reg. 18, f. 81 r°;

ann. IX, c. 267 bis. — cf. *supra*, n. 579, 1162, 1369, 1370 et 2089.)

« .. abbatii Belle Vallis, Praemonstratensis ordinis, Nivernensis dioecesis. Cum nobilis vir .. comes et .. uxor ejus comitissa Nivernenses fuerint pro Virziliacensi ecclesia per .. abbatem Sancti Johannis Senonensis et ejus collegas, delegatos a nobis, vinculo excommunicationis astricti et eorum terra supposita interdicto, ac postmodum, inita compositione amicabile inter partes, iudices ipsi sententias suas duxerint relaxandas, nos, eorum saluti plenius providere volentes, cum in dubium aliquibus venerit, an ipsis poterint absolutionis beneficium impertiri, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus comitem et comitissam predictos absolvas ab hujusmodi excommunicationis sententiis, sine difficultate qualibet, ad cautelam, monendo sollicitè comitem memoratum ut, cum ex compositione prefata graviter dicatur ecclesia ipsa lesa, et idem, signo crucis assumpto, personam et alia bona sua exposuerit servitio Ihesu Christi, sic in hac parte sibi provideat, quod eum ex hoc tanti laboris merito non contingat in aliquo defraudari. Dat. Interamn[e], VIII kalendas novembris, anno nono. »

2821

Terni, 19 octobris 1235.

Archiepiscopo Bracharensi mandat quatenus, licet, alia vice super revocatione proventuum mensae episcopalis Colimbrisensis ipsi directis scriptis apostolicis, postmodum bona Colimbrisensis ecclesiae inter episcopum Colimbrisensem et canonicos fuisset divisa, proventus ad mensam ipsam revocet. — (Reg. 18, f. 81 r°; ann. IX, c. 268.)

« .. archiepiscopo Bracharensi. Cum, alia vice —. Dat. Interamn[e], XIII kalendas novembris, anno nono. »

2822

Viterbe, 8 novembris 1235.

Abbatii Maceriarum, Cisterciensis ordinis, Cabilonensis dioecesis, mandat quatenus sententiam interdicti vel excommunicationis, si quam promulgari contigerit, contra indulgentiam apostolicam, in comitem Nivernensem, cruce signatum, et comitissam, uxorem ejus, relaxet. — (Reg. 18, f. 81 v°; ann. IX, c. 269.)

« .. abbatii Maceriarum, Cisterciensis ordinis, Cabilonensis dioecesis. Quia ninis est —. Dat. Viterbii, VI idus novembris, anno nono. »

2823

Viterbe, 7 novembre 1235.

Eidem significat se comitem Nivernensem et Forensium, in Terrae Sanctae subsidium, signo crucis assumpto, proficisci proponentem, nec non et bona ejus sub beati Petri et sua protectione suscepisse, et statuisse ut, si forte dictus comes in partibus transmarinis deederet, ejus filii, cum terra et aliis bonis suis, sub Apostolicae Sedis tutela consistent; eidem abbati mandat quatenus non permittat ut illi super dictis bonis ab aliquibus indebite molesterent. — (REG. 18. f. 81 v°; ann. IX, c. 270; — POTTHAST 10041.)

« Eidem. Cum, sicut dilectus —. Dat. Viterbii, VII idus novembris, anno nono. »

2824

Viterbe, 8 novembre 1235.

Episcopo Cumanorum mandat quatenus causam quae inter Ultrasilvanum episcopum, ex parte una, et decanum sacerdotisque de terra Burzae, ex altera, super obedientia et reverentia vertebatur, sufficienter instructam ad apostolicum remittat examen, praefigens eidem partibus terminum peremptorium, festum videlicet beati Michaelis proximo venturum, quo cum munimentis et rationibus suis compareant coram Sede Apostolica. — (REG. 18. f. 82 r°; ann. IX, c. 271; — MOREAU 1190. f. 155; — POTTHAST 10042.)

« .. episcopo Cumanorum. Coram venerabili fratre —. Dat. Viterbii, VI idus novembris, anno nono. »

2825

Viterbe, 8 novembre 1235.

Episcopo Nivernensi, priori provinciali ordinis Praedicatorum in Francia, et magistro J[ohanni] de Monte Mirabili, archidiacono Parisiensi, mandat quatenus, si excommunicationem in Petrum Vogrini, laicum, Silviniacensem, Claromontensis diocesis, de crimine pravitatis haereticae accusatum, post appellationem ad Sedem Apostolicam latam repererint, illam nullam esse denuntient. — (REG. 18. f. 82 r°; ann. IX, c. 272; — POTTHAST 10044.)

« .. episcopo Nivernensi, .. priori provinciali ordinis Praedicatorum in Francia, et magistro J. de Monte Mirabili, archidiacono Parisiensi. Accedens ad Apostolicam Sedem Petrus Vogrini, laicus, Silviniacensis, Claromontensis diocesis, nobis exposuit quod, cum olim hunc memorie .. Bituricensis archiepiscopo et .. episcopo Autisiodorensi ad inquirendum de crimine pravitatis heretice in villa de Caritate direxerimus scripta nostra, dictus episcopus, .. archidiaconus Autisiodorensis et .. prior Belli Latriei, quibus idem archiepiscopus commiserat vices suas, citarunt eundem. Qui, licet in ipsum, cum

de villa non esset eadem, nullam iidem jurisdictionem habent, eorum jurisdictioni, inquisitioni et ordinationi spontaneus se submittere, quia, diligenti inquisitione habita contra eum, nihil sinistri potuit inveniri, per decem presbiteros et clericos, nec non per totidem milites et burgenses innocentiam suam, prout ei ab ipsis inunctum fuerat, expurgavit. Et cum postmodum nonnulli ejus emuli ipsius famam niterentur multipliciter denigrare, nos, ad ejusdem instantiam, venerabili fratri nostro .. episcopo Claromontensi, diocesano suo, nostris dedimus litteris in mandatis ut, inquisita super hiis diligentius veritate, circa eum statueret quod ipsius salutis expedire videret. Dicitur vero Claromontensis, iterato contra eum super eodem inquisitionem faciens, et mandans in locis in quibus conversatus fuerat, nuntiari ut, si quis vellet super hoc aliquid proponere contra eum, in ipsius presentia, certis loco et tempore, compareret, quia nullus eidem loco et tempore adversus eum comparuit, et nihil contra ipsum potuit inveniri, quia potius, quia de purgatione premissa sibi constitit evidentiter, nec non venerabilis frater noster .. archiepiscopus Senonensis ac multi alii prelati regni Francie de vite honestate, moribus et fama ipsius laudabile testimonium per suas litteras reddiderunt, eum innuam a predicto crimine nuntiavit. Cumque postmodum fratri Roberto, ordinis Fratrum Praedicatorum, ad inquirendum de prefato crimine in regno Francie nostras litteras misissemus, et idem frater coram se vocasset eundem, prefatus Petrus, ad ipsius fratris presentiam et dicti Claromontensis episcopi veniens, eorum jurisdictioni et ordinationi super hiis, juramento prestito, spontaneus, reservatis sibi suis legitimis defensoribus, se submitit; et iidem sibi quod nequaquam alter sine reliquo citaret eundem vel procederet contra eum, sed quod circa ipsum juris ordinem observarent, firmiter promiserunt. Sed, quia predicto Petro pro certo nuntiatum extitit quod dictus frater, contra promissionem suam veniens, solus et coram se solo ad locum non tutum citari mandabat eundem, et ipsum publice capere minabatur et ad locum ipsum manu veniebat armata, ante terminum citationis hujusmodi ob id in presentia quorundam abbatum Sedem Apostolicam appellavit, nichilominus in termino prefato ad deum fratrem quemdam nepotem suum clericum dirigens, ut pro ipso que forent proponenda proponeret et appellationem ab eo interpositam innovaret. Et cum idem clericus assignata die coram fratre comparuisset eodem, dictus frater ex eo solo in clericum ipsum, quia pro prefato Petro venerat, excommunicationis sententiam

protulit e ipsum perpetuo ab officio beneficioque suspendit: qui, quoniam ab eodem fratre sub hac conditione extitit absolutus, cum nec absolutionem suam posset aliter obtinere, ad mandatum ipsius renuntiavit hiis que pro predicto Petro proposuit, et promisit quod ulterius pro ipso minime compareret. Propter quod idem¹, non immerito sibi metuens periculum imminere, ad Sedem Apostolicam iter arripuit veniendi: in quem, in hujusmodi itinere constitutum, dictus frater Robertus, post appellationem suam, et quidam ordinis fratrum Minorum, quem dictus Claromontensis ad excusandum se tantum miserat, licet ab eodem Claromontensi citatus fuerit, excommunicationis sententiam promulgavit. Quare nobis idem P. humiliter supplicavit ut super hoc sibi dignaremur misericorditer providere. Nolentes igitur ut tanti criminis pravitas impunita remaneat vel innocentie puritas confusa succumbat, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, si dictam excommunicationis sententiam post hujusmodi appellationem inveneritis esse latam, denuntiantes eam penitus non tenere, ac revocantes in statum debitum quicquid post ipsam consulerit temere attemptatum, super premissis inquiratis veritatem, et que super hoc inveneritis, nobis fideliter rescribatis, ut in hiis procedamus juxta quod, secundum Deum, viderimus procedendum. Quod si non omnes —. Dat. Viterbii, VI idus novembris. anno nono. »

2826

Viterbe, 12 novembre 1235.

Magistris P., Belvacensi, et H. ?, Lexoviensi archidiaconis, et Vernacio, canonico Tervisino, Parisius commoranti, — audito, A., archidiacono Rothomagensi, referente, quod Drogo de Trublevilla, canonicus Rothomagensis, — cui quondam Rothomagensis archiepiscopus, quia, plures parochiales in Rothomagensi dioecesi ecclesias, quarum quaedam in Rothomagensi archidiaconatu existebant, obtinens, ad sacros tamen ordines contemnebat promoveri, ecclesiarum ipsarum proventus subtraxerat, et quem idem archiepiscopus, ex eo quod proventus eosdem violenter capiebat, privaverat ecclesiis supradictis, — in retinendo ecclesias ipsas perstabat, asserendo quod secum erat super eisdem per Sedem Apostolicam dispensatum, quod verisimile non erat, cum multitudo esset in causa, — mandat quatenus sibi faciant litteras dispensationis extuberi, si quas haberet, et tam earum transcriptum quam processum predicti archiepiscopi ipsi papae sub sigillis suis transmittant, praefixo eidem Drogoni termino competentis,

1. C'est-à-dire *Petrus*.

2. Henrico de Venabulis (cf. *supra*, n. 1625 et 2818).

quo ad praesentiam apostolicam accedat; quod si litteras dispensationis exhibere nequiverit, sententias ejusdem archiepiscopi contra eundem Drogonem executioni mandantes, excommunicationem in eum latam ab eodem archiepiscopo, faciant usque ad satisfactionem condignam observari. — (REG. 18, f. 82 v°; ann. IX, c. 273; — MOREAU 1190, f. 161.)

« *Magistris P., Belvacensi, et H., Lexoviensi archidiaconis, et Vernacio, canonico Tervisino, Parisius commoranti.* Ad audientiam nostram —. Dat. Viterbii, II idus novembris, anno nono. »

2827

Viterbe, 13 novembre 1235.

Episcopo Cumanorum, et de Bethleem, Utrasilvanae dioecesis, et Cenadiensi praepositis committit causam quae inter episcopum Utrasilvanum, ex parte una, et quosdam sacerdotes de Sarcam, Utrasilvanae dioecesis, ex altera, super obedientia et reverentia vertebatur, sine canonico terminandam; alioquin ipsam sufficienter instructam ad Sedem Apostolicam remittant, praefigentes eisdem partibus terminum peremptorium, festum videlicet beati Michaelis proximo venturum, quo per se vel per procuratores idoneos, cum munimentis et rationibus suis, coram Sede Apostolica compareant. — (REG. 18, f. 83 r°; ann. IX, c. 274; — MOREAU 1190, f. 163; — POTTHAST 10015.)

« .. *episcopo Cumanorum, et .. de Bethleem, Utrasilvanae dioecesis, et .. Cenadiensi praepositis.* In presentia venerabilis —. Dat. Viterbii, idibus novembris, anno nono. »

2828

Viterbe, 5 novembre 1235.

Comitissae Flandriae et Hanoniae decimas quorundam novalium, quas laici usurpaverant, ecclesiis conferendi concedit facultatem. — (REG. 18, f. 83 r°; ann. IX, c. 275; — RODENBERG 666.)

« .. *comitisse Flandrie et Hanonie.* Pie mentis affectum —. Dat. Viterbii, nonis novembris, anno nono. »

2829

Viterbe, 5 novembre 1235.

Episcopo, decano et cantori Tornacensibus mandat quatenus comitissam Flandriae et Hanoniae ad observationem quarundam legum, quas minor natu juraverat, non teneri denuntient, si eas iniquas esse constituerit. — (REG. 18, f. 83 v°; ann. IX, c. 276; — RODENBERG 667.)

« .. *episcopo, .. decano et .. cantori Tornacensibus.* Cum iniquitatis vinculum —. Dat. ut supra. »

2830

Viterbe, 12 novembre 1235.

Abbati et conventui Sanctae Mariae Florentinae mandat quatenus abbatem et conventum monasterii Campi Majoris, Lucanae dioecesis, ad Ecclesiam Romanam nullo medio pertinentis, ab ipsis in filios recipi petentes, una cum domo sua in sui ordinis filios sancti Benedicti videlicet assumant. — (REG. 18. f. 83 v°; ann. IX, c. 277.)

« .. *abbati et conventui Sancte Marie Florentine. Dilecti filii .. abbas* —. Dat. Viterbii, II idus novembris, anno nono. »

2831

Viterbe, 19 novembre 1235.

Episcopo Tornacensi, archidiacono in Flandria, Tornacensis dioecesis, et scholastico Tornacensi inquisitionem faciendam committit in ecclesia a bonae memoriae Flandriae et Haynoniae comite juxta aulam suam in honore beatae Virginis constructa, quae ecclesia, canonicis pro majori parte residentiam non facientibus, debito servitio defraudabatur. — (REG. 18. f. 83 v°; ann. IX, c. 278.)

« .. *episcopo, .. archidiacono in Flandria et .. scholastico Tornacensibus. Ad audientiam nostram, dilecta in Christo filia nobili muliere .. comitissa Flandrie et Haynonie* significante, pervenit quod, cum olim per hunc memorie .. comitem Flandrie et Haynonie, patrem ejus, quadam ecclesia juxta aulam suam de bonis propriis in beate Virginis honore constructa et prebendis instituta ibidem, de consilio ecclesiasticarum personarum statutum fuerit ut canonicis qui residentiam in ea non faceret, certam de prebende sue portio- nibus perciperet portionem; canonici ejusdem ecclesie, contra ordinationem ipsius comitis, eo mortuo, venientes, per magistrum Gerardum, archidiaconum in Valoneensis, et collegas ipsius, auctoritate hunc memorie Roberti, tituli Sancti Stephani in Celio Monte presbiteri cardinalis, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legati, quoddam edi statutum contrarium procurarunt, ut videlicet foranei canonici integre suarum portio- num percipiant prebendarum, modica ex eis partituncula pro servitio ejusdem ecclesie reservata; propter quod, existentibus canonicis pro majori parte foraneis, debito servitio ipsa ecclesia defraudatur. Quare comitissa eadem nobis humiliter supplicavit ut dignaremur super hoc congruo remedio subvenire. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, personaliter ad ecclesiam accedentes eandem, tam de violatione statuti quam aliis supradictis inquisita et cognita veritate, super hiis corrigatis et reformatis,

prout secundum Deum et utilitatem ipsius ecclesie videritis faciendum; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, XIII kalendas decembris, anno nono. »

2832

Viterbe, 20 novembre 1235.

Strigoniensi archiepiscopo indulget ne quis in ejus personam, sine speciali Sedis Apostolice mandato, praeter legatum a papae latere destinatum, excommunicationis vel suspensionis sententiam audeat promulgare. — (REG. 18. f. 81 r°; ann. IX, c. 279; — POTHAST 10019.)

« .. *Strigoniensi archiepiscopo. Fidem et devotionem* —. Dat. Viterbii, XII kalendas decembris, anno nono. »

2833

Viterbe, 20 novembre 1235.

Episcopus et alios ecclesiarum praefatos et clericos provinciae Strigoniensis monet et hortatur ut praedictum Strigoniensem archiepiscopum, cum ad eos causa visitationis accesserit, benigne recipiant et tractent. — (REG. 18. f. 81 r°; ann. IX, c. 280; — POTHAST 10050.)

« *Episcopis et aliis ecclesiarum praefatis et clericis provinciae Strigoniensis. Ad obedientiam et* —. Dat. ut supra. »

2834

Viterbe, 19 novembre 1235.

Decano et scholastico Coloniensibus et Xantensis ecclesiae scholastico, quibus inquisitionem super certis articulis contra abbatem monasterii Sancti Laurentii Leodiensis commiserat, mandat quatenus, in dicto negotio procedentes, tam in capite quam in membris inquireda inquirant, et quo inveniunt ipsi papae intiment. — (REG. 18. f. 81 r°; ann. IX, l. 281.)

« .. *decano Coloniensi, et .. Coloniensi et .. Xantensi ecclesiae, Coloniensis diocesis, scholasticis. Cum inquisitionem* super —. Dat. Viterbii, XIII kalendas decembris, anno nono. »

2835

Viterbe, 20 novembre 1235.

Majori archidiacono Reugensi, J. Cabudoniensi archidiacono, et magistro Gerardo de Lantuno, canonicis Remensi, quibus de eadem re illis commissa dixerat, mandat quatenus Cambracensi episcopo, si vis ecclesiae propter defensionem libertatis ecclesiasticae de illis gravari, in-

centas marcas, quas ei, ad creditorum instantiam, jam ipse papa deputaverat, de redditibus episcopalibus faciant ministrari, spiritualibus, de quibus in aliis litteris ab ipso papa ad ipsos directis mentio facta non fuerat, reservatis. — (REG. 18 f. 81 r^o; ann. IX. c. 282; — cf. supra, n^o 1291.)

« .. *majori Remensi et J. Cathalaunensi archidiacon[is], et magistro G. de Lauduno, canonico Remensi.* Exhibita nobis venerabilis fratris nostri .. Cameracensis episcopi petitio continebat quod, cum olim, ecclesia sua pro defensione libertatis ecclesiasticae adeo gravata eris onere alieni, quod non posset ab eo de facili liberari, nos, super hoc sibi et ipsi ecclesie cupientes utiliter providere, vobis dederimus nostris litteris in mandatis ut, proventus episcopales fideliter colligentes, eos tandem converteretis in solutionem hujusmodi debitorum, donec esset exinde creditoribus satisfactum, spiritualibus tantum sibi pro sustentatione sua interim reservatis: suggerentibus tandem nobis quibusdam de creditoribus ipsis, quod idem episcopus tantum perciperet de proventibus supradictis, quod de residuo eis satisfieri non valebat, iterato vobis per scripta nostra mandavimus ut de ipsis proventibus ducentas marcas deputaretis eidem, residuum in solutionem debitorum integre convertentes. Verum, quia in litteris ad vos secundo directis, de spiritualibus, que sibi juxta primam provisionem nostram reservata fuerant, mentio non fiebat, vos et creditores predicti, pro eo quod ducentis maris ipsum mandaveramus esse contentum, spiritualia eidem intendebatis subtrahere, ac ea dictus episcopus resignare volebat: [et]. cum jam videretur episcopali dignitate privatus, et procuraciones, ratione visitationis sibi debite, ac alia spiritualia parvum aut nichil accrescerent, presertim cum ea creditoribus percipere non liceret, assignare jamdictas ducentas marcas prefato episcopo denegastis. Quare nobis humiliter supplicavit ut, cum de sepedictis ducentis maris congrue ac honeste nequeat sustentari, et ut spiritualibus careat, sit indignum, ei super hoc providere salubriter dignaremur. Ideoque mandamus quatenus, si res ita se habet, ipsi episcopo, spiritualibus reservatis, prenotatas ducentas marcas, quas ei ad creditorum instantiam deputavimus, de redditibus episcopalibus sine difficultate qualibet faciatis integre ministrari; contradictores etc. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, XII kalendas decembris, anno nono. »

2836

Viterbe, 22 novembre 1235.

Episcopo Bajocensi. — abbate monasterii Sancti Audoeni

Rothomagensis asserente quod non credebatur monasterium ipsum, in multis reformatione indigens, reformari debere per abbatem de Becco et collegas ejus, quibus visitatio monasteriorum ordinis sancti Benedicti Rothomagensis provincie generaliter a Sede Apostolica commissa fuerat¹, pro eo quod dietus abbas et alter collegarum suorum favorabiles erant plus debito quampluribus ipsius monasterii monachis, qui indebite promotioni ipsius abbatis obstitant et nondum a sua protervia resiliiverant², — mandat quatenus, non obstantibus litteris apostolicis directis ad illos visitatores, eidem monasterio officium visitationis impendens, corrigenda et reformanda corrigat et reformet, faciens statuta regularia nuper ab ipso papa edita³ in eodem monasterio observari. — (REG. 18, f. 81 r^o; ann. IX. c. 283; — MOREAU 1190, f. 165.)

« .. *episcopo Bajocensi.* Exhibita nobis dilecti —. Dat. Viterbii, X kalendas decembris, anno nono. »

2837

Viterbe, 22 novembre 1235.

Episcopo Waciensi, et Bundensi⁴ et Sancti Thomae prepositis, Strigoniensis et Vesprimiensis dioecesium, mandat quatenus injungant abbati et conventui monasterii Sancti Martini de Pannonia et capitulo ecclesie Albensis, super quibusdam decimis litigantibus, ut, nisi ad proximas octavas Purificationis beate Virginis super questione predicta amicabilem composito provenerit inter partes, per procuratores usque ad festum Resurrectionis Dominicæ proximo venturum apostolice se conspectui representent. — (REG. 18, f. 81 v^o; ann. IX. c. 281; — MOREAU 1190, f. 166; — POTTHAST 10051.)

« .. *episcopo Waciensi, et .. Bundensi et .. Sancti Thomae prepositis, Strigoniensis et Vesprimiensis dioecesium.* Gravam jamdudum inter —. Dat. ut supra. »

2838

Viterbe, 26 novembre 1235.

P., sacristae, et B., praecentori Herdensibus, nec non et B., archidiacono Beracensi, Herdensis dioecesis, consulentiibus respondet quod quosdam ecclesie Sanctae Mariae de Muro, ordinis sancti Augustini, Urgellensis dioecesis, ad Sedem Apostolicam nullo medio pertinentis, canonicos, qui, absque licentia apostolice habitum Praemonstratensem assumentes, abbati Belli Podii, Praemonstratensis ordinis, obedientiam fecerant, denuntient per talem obedientiam Praemonstratensibus aliquatenus non teneri, eisque mandat quatenus praec-

1. Cf. supra, n^o 2558.2. Cf. supra, n^o 2551.3. Cf. supra, n^o 2549.4. POTTHAST: *Budensi*.

fatis canonicis pro tanto excessu penitentiam imponant. — (Reg. 18, f. 84 v^o; ann. IX, c. 285.)

« *Magistro P., sacriste, et B., precentori Ilerdensibus, ac B., archidiacono Bercacensi, Ilerdensis diocesis.* Presentate nobis devotionis vestre littere continebant quod, cum causa que inter .. abbatem Belli Podii, Premonstratensis ordinis, ex parte una, et canonicos ecclesie Sancte Marie de Muro, ordinis sancti Augustini, Urgellensis diocesis, ex altera, vertitur, super eo videlicet quod dictus abbas ecclesiam ipsam sibi debere subesse dicebat, vobis, filii cantor et sacrista, et dilecto filio .. abbati Ageren[si], qui tibi, filii archidiacone, vires suas in hac parte dicitur commisisse, ab Apostolica Sede commissa fuisset : partibus in vestra presentia constitutis, invenistis ecclesiam Sancte Marie de Muro ad nos nullo medio pertinere, et, quibusdam de canonicis ejusdem ecclesie habitum retinentibus proprium, reliquos, absque nostra licentia habitum Premonstratensem assumentes, .. abbati Belli Podii, ejusdem ordinis, fecisse obedientiam manualementem; qui .. abbatem sui ordinis prepositum ecclesie memorate. Sed, illis qui in pristino remanserant habitu, substituto abbati obedientiam facere renuentibus, licet aliquanto tempore ipsis, et aliis qui habitum susceperant antedictum, preferuit et se gesserit pro abbate, tandem, suborta discordia inter eos, canonici qui suum habitum non mutarant, unum ex suis fratribus in prepositum elegerunt, remotione inde hiis qui per dictum abbatem Belli Podii fuerant instituti. Vos vero, sicut convenit, attendentes quod non debeat esse dispar servitorum professio in una et eadem ecclesia, secundum canonicas sanctiones, nos consulendos humiliter decrevistis utrum quod factum est a canonicis antedictis, absque licentia Sedis Apostolice specialis, robor obtinere debeat firmitatis, et an nobis placeat quod ordo Premonstratensis in ecclesia sepefata sibi locum valeat vindicare. Nos igitur, sollicitudinem et diligentiam vestram dignis in Domino laudibus commendantes, prudentie vestre duximus taliter respondendum quod, cum canonici ecclesie supradicte non potuerint sine nostra licentia se subicere alii, denuntiatis eos per talem obedientiam Premonstratensibus aliquatenus non teneri, prefatis canonicis pro tanto excessu penitentiam quam expedire videritis, imponentes. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, VI kalendas decembris, anno nono. »

2819

Viterbe, 20 novembre 1235.

Priori et conventui Cantuariensibus annum redditum

octo librarum sterlinguorum, quem in manerio de Itaculre (= Reculver), ad jus Cantuariensis archiepiscopi pertinenti, consueverant percipere, prout Edmundus, Cantuariensis archiepiscopus, eis communicaverat, confirmat. — (Reg. 18, f. 85 r^o; ann. IX, c. 286.)

« .. priori et conventui Cantuariensibus. Justis petitionum etc. — Dat. Viterbii, XII kalendas decembris, anno nono. »

2810

Viterbe, 20 novembre 1235.

Eisdem, — cum consecrationes episcoporum Cantuariensis provincie ab eis deberent in ecclesia Cantuariensi celebrari, et nuper Edmundus, archiepiscopus Cantuariensis, contra id veniens, de ipsorum tamen assensu, consecrationem Lincolnien[sis] episcopi, suffraganei sui, apud ecclesiam de Radinges (= Reading), propter loci vicinitatem, celebrasset, — indulget ut nullum eis ex consecratione predicta in posterum prejudicium generetur. — (Reg. 18, f. 85 r^o; ann. IX, c. 287.)

« *Eisdem.* Cum, sicut asseritis —. Dat. Viterbii, XII kalendas decembris, anno nono. »

2811

Viterbe, 22 novembre 1235.

Abbatibus de Pinu et de Bona Valle, Cisterciensis ordinis, et abbati de Fonte Comitris, Pictavensis diocesis, committit terminandam seu ad Apostolicam Sedem remittendam causam quae inter magistrum Johannem Alexandri², ipsius papae subdiaconum, Pictavensem canonicum, ex una parte, et B. Ales. B., ejusdem B. filium, et quosdam alios Andegavenses et Turonenses, ex altera, super quibusdam domibus, vineis et rebus aliis vertebatur. — (Reg. 18, f. 85 r^o; ann. IX, c. 288.)

« .. de Pinu et .. de Bona Valle, Cisterciensis ordinis, et de Fonte Comitris abbatibus, Pictavensis diocesis. Habentes quidam volumina —. Sane dilectus filius magister Johannes Alexandri², subdiaconus noster, canonicus Pictavensis, proposuit coram nobis quod, cum ipse olim B. Ales. civem Andegavensem, super quibusdam domibus, vineis et rebus aliis eorum .. abbate de Niddio et conjudicibus suis auctoritate apostolica traxisset in causam, qui excommunicationis sententiam in dictum B., sua exigente contumacia, protulerunt : ille super appellatione quadam, quam a licetis iudicibus se interposuisse dicebat, idemque ac B. filius ejus, nec non .. prior et fratres domus claustralis Andegavensis, quidam alii Andegavenses et Turonenses ejus affines,

et fautores illius, ut eum a prosecutione juris sui cessare compellerent, super quadam pecunie summa et rebus alijs, multa contra eum paria litterarum, in quatuor diocesis, ad iudices diversos et loca remota, tam a venerabili fratre nostro .. Portuensi episcopo, tunc Sancti Angeli diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, quam a Sede Apostolica impetrarunt. Unde bone memorie H. papa, predecessor noster, volens ei super hoc misericorditer providere, legato mandavit eidem ut, revocato in irritum, si quid attemptatum inveniret auctoritate litterarum hujusmodi contra ipsum, et eorum impetratoribus ad suam presentiam convocatis, audiret hinc inde proposita et faceret quod esset secundum justitiam faciendum. Quo committente .. priori Sancti Maxentii et ejus conjudicibus, reservata sibi definitiva sententia, vices suis, ipsi dictorum processuum judicum revocarunt, in dictos priorem et fratres Andegavenses et quosdam alios predictorum excommunicationis sententia promulgata; quam .. abbas Sancti Leodegarii ejusque college, quibus super hoc scriptum fuit, et ut ipsum in possessionem inducerent et tuerentur inductum, mandarunt usque ad satisfactionem congruam observari, et eundem, quem subdelegati iudices verum declaraverant possessorem, in predictam possessionem induci : contradictores censura ecclesiastica compescendo. Sed, quia prefati adversarii, ad .. abbatem Sancti Sergii et ejus conjudices, ac alios diversos iudices et loca distantia, tam a nobis quam a legato prefato diversis litteris impetratis, non facientibus mentionem de commissione facta legato et revocatione processuum predictorum, faciebant per eas impediri processum suorum judicum et in ipsum frequentari de facto excommunicationis sententiam fulminari : nos, super tantis ejus angustiis compatientes eidem, .. priori Sancte Marie de Niorto et collegis suis injunximus ut, exhiberi sibi optentas hinc inde litteras et processus per eas habitos facientes, si esset ita, approbatis processibus quos approbandos viderent, reliquis reprobatis, injungerent illis ad quos jurisdictio pertineret, ut procederent juxta traditam sibi formam. Qui cum hoc fecerint, judicum partis contrarie, videlicet .. Sancti Sergii et .. de Asneriis abbatum et collegarum suorum, processibus reprobatis, prefatus B. filius cum suis complicibus multa letalia vulnera eidem inflixit; quare auctoritate dictorum judicum vinculo fuit excommunicationis strictus. Demum idem B. et predictus filius ipsius, confingentes quod eisdem abbati de Asneriis et conjudicibus suis causa fuerat ex integro de assensu partium delegata et ipse subdiaconus per eodem vinculo excommunicationis strictus, ad vene-

abilem fratrem nostrum .. Turonensem archiepiscopum super hoc litteras impetrarunt. Droco quoque ac Egidius, cives Andegavenses, quorum alter predictas domos emerat, post veram possessionem declaratam eidem, et reliquis fructus abstulerat vinearum, propter quod a dictis abbate Sancti Leodegarii et collegis ipsius fuerunt excommunicationi subjecti, mentientes ab eo se coram .. priore de Niorto et conjudicibus ejus super quibusdam domibus et rebus alijs ad ipsos communiter pertinentibus, tractos in causam, et ab eis interposuisse appellationis obiectum, propter exceptionem excommunicationis ab eisdem contra ipsum positam non admissam, eidem Turonensi et ejus socijs obtinuerunt rescriptum apostolicum destinari; alijs diversis litteris ab ipso B., tam per se quam cum uxore sua, ad diversos iudices in pluribus diocesis impetratis, de forma commissionis facte priori de Niorto et ejus collegis ac eorum processibus non facientibus mentionem. Per quas cum ipse plurimum fatigaretur et sui, ad Apostolice Sedis duxit auxilium recurrendum, humiliter supplicans ut sibi dignaremur, post tot oppressiones et tedia, congruo remedio subvenire, et faceremus partem alteram, pro eo quod sic malitijs vexavit eundem, in expensis legitimis condemnari. Nos igitur, qui ex officio nostro providere debemus ne malitia obsistat justitie, quominus in judicium convertatur, cum non solum grave sit, sed etiam tediosum, referre vel audire per singula innumera gravamina que ob hoc dictus subdiaconus se queritur pertulisse, volentes negotio finem imponi, mandamus quatenus, si est ita, facientes exhiberi vobis litteras hinc inde obtentas ac processus habitos per easdem, negotium super omnibus supradictis, si de partium voluntate processerit, fine debito terminetis; alioquin ipsum, cum universis actis, sufficienter instructum, sub sigillis vestris remittatis ad Apostolice Sedis examen, prefigentes partibus terminum competentem etc., usque : recepture. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, X kalendas decembris, anno nono. »

2812

Viterbe, 26 novembre 1235.

Senonensi archiepiscopo, et Trecenti et Lingonensi episcopis mandat quatenus causas audiant quorundam mercatorum Senensium, quos nonnulli malitiose ad diversa judicia remota trahebant. — (REG. 18, f. 83 v°; ann. IX, c. 289; — MOREAU 1190, f. 168.)

« .. Senonensi archiepiscopo, et .. Trecenti et .. Lingonensi episcopis. Significantiibus Bene., Rainerio Fiereac-

vante, Aldebrandesco et eorum sociis, mercatoribus Senensibus, accepimus quod, cum eos contingat cum suis mercimoniis ad partes Gallicanas accedere et ali-quandiu inibi commorari, nonnulli de partibus ipsis, non tam contra eos justitiam prosequi suam, quam ip-sos persequi molientes, eorum diversis iudicibus ad loca varia et remota eos trahunt frequenter in causam; cum quibus nonnunquam pactiones inire dampnosas affecti tedio compelluntur, nequeutes, tanquam extranei, de pari contendere coram ignotis iudicibus; cum predictis plerumque quoque accidit quod ipsi, malitiose [ad] partes tracti remotas, dum illuc se transferunt, capiuntur, spoliantur et interdum pericula sustinent personarum. Unde humiliter supplicarunt ut, cum de vestris diocesis dicantur existere, qui magis in hoc malitiose versantur, saltem contra illos providere sibi misericorditer dignaremur. Quocirca mandamus quatenus, paratis dictis mercatoribus parrochianis vestris contra ipsos moventibus questionem, in presentia vestra exhibere justitie complementum, singuli in vestris diocesis, nisi pars altera iudicium alicujus rationabiliter duxerit declinandum, non obstantibus aliquibus litteris quas contigerit a Sede Apostolica impetrari, et de hoc non facientibus ¹ mentionem, inter eos audiat causam etc.; facientes etc. Testes autem etc. Dat. Viterbii, VI kalendas decembris, anno nono. »

2813. — In eundem modum pro eisdem .. *Parisiensi*, .. *Cathalauncensi* et .. *Melteni* episcopis.

2814

Viterbe, 28 novembre 1235.

Corisopitensi et Venetensi episcopis mandat quatenus cum G., archidiacono Corisopitensi, super amissione partis unius digiti dispensent. — (REG. 18. f. 85 v°; ann. IX, c. 290; — MOREAU 1190, f. 173; — DENIFLE et CHATELAIN, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. I, p. 157, n° 107.)

« .. *Corisopitensi* et .. *Venetensi* episcopis. Etsi lex canonum nonnullis corpore vitiatos interdum ministerio altaris subducit, longe tamen diversum est, si se tales volentes absciderint, quam si casu aliquo, dummodo operi licito curam impenderent, abscendant, ut in illis attendatur voluntas, que causa fuit sibi ferrum inicere, in istis vero casus veniam mereatur. Ex parte siquidem dilecti filii G., archidiaconi Corisopitensis, fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum olim, eo in annis puerilibus constituto, quoddam lignum, super quartum

dextere sue digitum, qui medicus¹ dicitur, fortuito casu cadens, eundem digitum sic contuderit, quod partem ipsis amiserit per imperitiam medicorum, et talis deformitas non existat, quod ex hoc qui possit promoveri ad sacros ordines vel assumi ad dignitates ecclesiasticas, debeat impediri, nec etiam scandalum vel periculum aliquid formidari, providere super hoc sibi misericorditer dignaremur. Nos igitur, attendentes laudabile testimonium quod ei de vite munditia, honestate morum et litterarum scientia perhibetur, cum sic scientia proditus asseratur, ut in iure canonico Parisius docuerit, et sit sufficiens ad docendum in theologica facultate, propter quod dignum se reddidit ad gratiam obtinendam, ipsius devotis supplicationibus inclinati, mandamus quatenus, si deformitatem seu debilitatem non habet, unde scandalum vel periculum generetur, consideratis circumstantiis universis, agatis super hoc, cum eo auctoritate apostolica dispensando, prout honori et decori Ecclesie videritis expedire. Dat. Viterbii, IIII kalendas decembris, anno nono. »

2815

Viterbe, 25 novembre 1235.

Episcopo Trojano committit ut monasterio Vultuensi, quod, in spiritualibus et temporalibus deformatum, fratris Joseph, notario suo, ipse papa commiserat reformandum, et quod, ipso Trojano et Melfensi episcopis ac aliis referentibus, omnimodo fuerat relevatum, aliquem de virtuosis monachis ejusdem [sancti Benedicti videlicet] ordinis praebeat in abbatem. — (REG. 18. f. 86 r°; ann. IX, c. 291.)

« .. *episcopo Trojano*, Vultuensi monasterio olim —. Dat. Viterbii, VII kalendas decembris, anno nono. »

2816

Viterbe, 28 novembre 1235.

Episcopo Brixiani mandatum quatenus, sufficienti cautione recepta, excommunicationis et interdicti sententias a G. (Guifredo), tituli Sancti Marci presbytero cardinali, in h. omnes de Rivola et de Suardis in Bergamo, et fautores ac sequaces eorum pronulgatas, relaxet. — (REG. 18. f. 86 r°; ann. IX, c. 292; — ROSENBERG 668; — cf. *supra*, n° 947.)

« .. *episcopo Brixiani*. Cum olim civitas —. D. t. Viterbii, IIII kalendas decembris, anno nono. »

¹ DENIFLE et CHATELAIN corrigent à tort *medicus* en *manus*. Le *digitus medius* ou *medius* est le quatrième doigt à partir du pouce; voy. DE VIT, *Lexicon*, verbo *medicinalis* 2, et verbo *medicus* II, 2; cf. *ibid.* *Annus* *digitus* 2. — Du *Daucus* n'ait rien à ce sujet.

¹ Ms. : fecerint.

28-17

Viterbe, 2 décembre 1235.

Abbati Sancti Leodegarii, et prioribus Sanctae Mariae et Sancti Gaudentii de Niorto mandat quatenus statuato de causa exorta inter Launum, clericum, Pictavensis dioecesis, minorem viginti quinque annis, ex una parte, et G., militem, ipsius Launi fratrem, ex altera, super haereditate paterna quam idem G. eidem Launo denegare dicebatur, et de compositione inter ipsos inita, eidem Launo damnosa. — (REG. 18, f. 86 v°; ann. IX, c. 293.)

« .. abbati Sancti Leodegarii, et [...] Sancte Marie et [...] Sancti Gaudentii de Niorto prioribus, Xanctonensis et Pictavensis diocesum. Ad audientiam nostram —. Dat. Viterbii, III nonas decembris, anno nono. »

28-18

Viterbe, 27 novembre 1235.

Archiepiscopo Arelatensi et episcopo Carpentoratiensi mandat quatenus Massiliensis canonicos, qui episcopum suum a civitate Massiliensi diutius exulare compulerant, corrigant et reformat, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. — (REG. 18, f. 86 v°; ann. IX, c. 294; — MOREAU 1190, f. 171; — POTTHAST 10654.)

« .. archiepiscopo Arelatensi et .. episcopo Carpe[n]toratensi. A Massilia Lie —. Sicut enim venerabilis frater noster .. Massiliensis episcopus nobis, non absque multa mentis amaritudine, nuntiavit, quidam Massiliensis canonici, diabolo instigante, fame sue prodigi et salutis, ob multiplicatam in se malitiam, de parentum suorum potentia presumentes, ipsum et Massiliensem ecclesiam, que illos ab annis teneris sui lactis dulcedine enutrivit, longo tempore, cum quibusdam suis complicitibus, in armis et multis aliis modis affixerunt hactenus et alligunt; propter quod idem episcopus a civitate Massiliensi coactus est diutius exulare. Sed quanquam non omittat in eos, quantum dat ei Dominus, correctionis et reformationis officium exercere, non tamen proficit apud ipsos, pro eo quod statim vel ad appellationis diffugium vel ad armorum presidium se convertunt. Propter quod non solum eadem ecclesia in spiritualibus et temporalibus pene penitus est collapsa, verum etiam ipsa civitas, eorum exemplo pravo corrupta, in confusionem et destructionem fere irreparabilem jam devenit. Quare nobis humiliter supplicavit ut in tantis periculis congruum remedium apponere dignaremur —. Mandamus quatenus, ad eandem ecclesiam personaliter accedentes et habentes pre oculis solum Deum, inquisita super hiis et aliis que inquirenda videritis, sollicito veritate, corrigatis et refor-

metis ibidem, que correctionis et reformationis officio videritis indigere, invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis; contradictores etc. Dat. Viterbii, V kalendas decembris, anno nono. »

28-19

Viterbe, 5 décembre 1235.

Priorem et conventum Cantuarienses, locum in quo consistunt et ipsorum bona, cum iuribus et libertatibus suis a bonis archiepiscopalis separatis, sub beati Petri et sua protectione suscipit; noverint se inhibere ne molestentur. — (REG. 18, f. 87 r°; ann. IX, c. 295.)

« .. priori et conventui Cantuariensibus. Ex Egypto [sra]b[e]l —. Dat. Viterbii, nonis decembris, anno nono. »

2850

Viterbe, 28 novembre 1235.

Archiepiscopo Viennensi, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus Nitiensis episcopi, senio et insanabili infirmitate gravati, recipiat cessionem, ei de bonis episcopalibus provisione honesta assignata. — (REG. 18, f. 87 r°; ann. IX, c. 296; — MOREAU 1190, f. 175.)

« .. archiepiscopo Viennensi, Apostolicae Sedis legato. Prudenter agnosceus venerabilis —. Dat. Viterbii, III kalendas decembris, anno nono. »

2851. — In eundem modum *eidem*, pro .. Antipolitano episcopo.

2852. — In eundem modum *eidem*, pro .. episcopo Vap[er]n[en]si.

2853

Viterbe, 3 décembre 1235.

Abbati Westmonasterii, et decano cancellarioque Sancti Pauli Londoniensi mandat quatenus priorem et conventum Cantuarienses non permittant super protectione a Sede Apostolica eis indulta molestari. — (REG. 18, f. 87 v°; ann. IX, c. 297.)

« .. abbati Westmonasterii, et .. decano et .. cancellario Sancti Pauli Londoniensi. Ex Egypto Israel —. Dat. Viterbii, III nonas decembris, anno nono. »

2854

Viterbe, 5 décembre 1235.

Archiepiscopo Remensi, decano Sancti Symphoriani Re-

t. Cf. n° 2849 (ann. IX, c. 295).

mensis et magistro G[erardo] de Lauduno, canonico Remensi, mandat quatenus episcopum Noviomensem cogant ut Michael de Cerisiaco presbytero, quem crudeliter vexaverat, de damnis et injuriis ei irrogatis satisfaciat. — (REG. 18. f. 87 v^o; ann. IX. c. 298; — MOREAU 1190, f. 176.)

« .. archiepiscopo, .. decano Sancti Simphoriani et magistro G. de Lauduno, canonico Remensibus. Michael de Cerisiaco presbiter lacrimabili nobis petitione monstravit quod, cum ipse ad Noviomensem synodum accessisset, venerabilis frater noster .. episcopus Noviomensis, tactus, sicut creditur, rancore quem conceperat contra ipsum, pro eo quod verba convitiosa cum nepotibus ejus habuerat provocatus, per servientes suos eum capi fecit et carceri mancipari; cui falso tandem imponens quod ipse sicut sibi fuerat intimatum, cum hereticis et quibusdam male credentibus in quodam loco stetisset, ac quedam assucta talibus fecisset ibidem, eum, tanquam vere catholicum sibi imposita penitus denegantem, quin immo se in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum credere firmiter publice asserentem, ac super hiis coram eo vel coram te, frater archiepiscopo, examinationi sollempniter stare paratum, nec non alias in bonis suis cautionem prestare volentem, mandat ferreis artatum vinculis detineri; quem postmodum, super impositis maculis apud honos et graves nequiter diffamatum, diu captivum detinuit, et, inhibito ne cum ipso amicorum suorum aliquis loqueretur, denum, quasi peccatum extimans aliquid circa eum humaniter assumere vel prosequi rationis, inter muros turris sue claudi fecit eundem; quem, instantia pervigili postulante quod digna de ipso examinatio fieret, et ad teum, frater archiepiscopo, duceretur examen, idem nichilominus eum ¹ a carcere non emisit, donec ab amicis ejusdem, quod ipsum pro predictis non vexaret ulterius, extorsit sub certa pena iudiciorum cautionem. Preterea, cum dictus presbiter, apud eundem episcopum sic detentus de ipsius voluntate, per se ac Willelmum presbiterum et quosdam alios clericos, quod esset innocens ab objectis, prestiterit iuramentum, idem nichilominus eum de stando mandatis suis jurare coegit. Quo facto, ut mensura locum in suis gravaminibus non haberet, ipsum ab officio beneficioque suspendit, quodam ejusdem equo retento, et sibi diversis injuriis irrogatis; qui, preter expensas quas circa custodes carceris et alias fecerat, dampna gravia incurrit occasione hujusmodi, postpositis erga ipsum omnibus que conveniunt equitati. Quare, conspersus multitudine

lacrimarum, nobis humiliter supplicavit ut, cum, bonis suis ecclesiasticis et mundanis exhaustis; potius pro reparatione fame, sibi omni temporali substantia carioris, quam pro restauratione mobilium, ad Sedem Apostolicam duxerit recurrendum, super hoc sibi providere misericorditer dignaremur. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, nisi infra tres menses post susceptionem presentium, contra dictum presbiterum legitimum compareat accusator, ab eo canonica purgatione recepta, si reperitis quod ab impositis maculis sit immunis, prefatum episcopum ad remittendum ei juratoriam, et prefatis amicis ejus iudiciorum cautiones, nec non ut sibi de dampnis et irrogatis injuriis debitam satisfactionem impendat, monitione premissa, auctoritate nostra, sicut justum fuerit, compellentes, suspensionem predictam, sublato diffugii obstaculo, relaxetis. Quod si non omnes etc., tu, frater archiepiscopo etc. Dat. Viterbii, nonis decembris, anno nono. »

2855

Viterbe, 1^o decembre 1235.

Praeposito et capitulo North[usensibus], significat se institutionem de ipsis in ecclesia North[usensi] ab Honorio III papa, praedecessore suo ¹, factam, confirmare. — (REG. 18. f. 87 v^o; ann. IX. c. 299; — ROSENBERG 669.)

« .. preposito et capitulo North[usensibus]. Cum olim tam —. Dat. Viterbii, kalendis decembris, anno nono. »

2856

Viterbe, 5 decembre 1235.

Abbat[is] de Irantio, et Roscidae Vallis et de Tutela prioribus, Pampilonensis diocesis, mandat quatenus invident nobiles regni Navarreae ut illicitas obligationes quas inire praesumpserant, in praedictum Theobaldi regis, comitis Campaniae, in subsidium Terrae Sanctae transfretare compentis, dissolvant. — (REG. 18. f. 88 r^o; ann. IX. c. 300; — MOREAU 1190, f. 181; cf. *Éol.*, t. 180; — POTTHAST 10659.)

« .. abbat[is] de Irantio, .. Roscid[ae] Vall[is] et .. de Tutela prioribus, Pampilonensis diocesis. Audio nuper quod carissimum in Christo filium nostrum .. illustrem regem Navarreae, comitem Campaniae, usque adco tenent injuria Crucifixi et tzelis Terre Salvitatis ejus compellit², ut, postpositis sollicitudinibus aliis, in subsidium Terrae ipsius proposerit transfretare, tanto gaudentes amplius, quo credimus ex majori devotione providere ut,

1. Eum fait ici double emploi avec quem, qui précède.

1. PRESSUTI 207.

2. Cf. PSAL. LXXVIII, V; JEANX, II, 17.

in etate adhuc tenera constitutus, juvenutis sue primitias offerens Deo suo, ac non solum sua sed se ipsum abnegans propter Christum, tulerit crucem ejus, ut illius opprobrium, quo[d] ei a fidei nostre hostibus exproratur¹, possit, si ipse dederit, vindicare. Cum igitur, sicut accepimus, quedam colligationes illicite contra eundem regem, in prejudicium juris sui, a quibusdam nobilibus, tam terre sue quam aliis, sint presumpse, ad quarum observationem se colligantes juramenti vinculo astrinxerunt, mandamus quatenus, si est ita, presumptores hujusmodi ut, juramento non obstante predicto, easdem colligationes dissolvant, moneatis attente et efficaciter inducatis, ipsos ad id, si necesse fuerit, — cogentes —. Dat. Viterbii, nonis decembris, anno nono. »

2857

Viterbe, 27 novembre 1235.

Archiepiscopo Remensi, et Parisiensi et Atrebatensi episcopis eadem, mutatis mutandis, pro quibusdam mercatoribus Florentinis scribit, quae eidem archiepiscopo, et Trencensi et Lingonensi episcopis pro quibusdam mercatoribus Senensibus praecedenti die scripserat². — (REG. 18, f. 88 r^o; ann. IX, c. 301; — MOREAU 1190, f. 169.)

« .. archiepiscopo Remensi, .. Parisiensi et .. Atrebatensi episcopis. Significantibus Truffeto et Aceur. fratribus, filiis quondam Ildebrandini Aimeri Cosa, Scotto Tancred[i] ac eorum sociis, mercatoribus Florentinis, accepimus quod —. Quocirca mandamus quatenus, paratis dictis mercatoribus quibuscumque de regno prefato contra ipsos moventibus questionem, in presentia vestra exhibere justitiae complementum, non permittatis eos coram aliquibus conveniri. Sed singuli vestrum, cum fueritis requisiti, nisi rationabile aliquid appareret, per quod respondere alibi tenerentur, non obstantibus aliis litteris, quas contingeret a Sede Apostolica impetrari, et de hoc non facientibus³ mentionem, inter eos audiat causam —. Dat. Viterbii, V kalendas decembris, anno nono. »

2858

Viterbe, 8 décembre 1235.

Johanni Gernum, clerico, Coventrensis dioecesis, concedit ut cum redditibus praebendae quam obtinebat in regia cappella de Bruges, curam animarum, ratione ecclesiae de Hal-

diwele (= Alveley), ad ipsam pertinentis, habentis annexam, archidiaconatum vel ecclesiasticum beneficium, licet curam haberent animarum, recipere valeat. — (REG. 18, f. 88 r^o; ann. IX, c. 302.)

« *Johanni Gernum, clerico, Coventrensis dioecesis. Apostolice Sedis benignitas* —. Dat. Viterbii, VI idus decembris, anno nono. »

2859

Viterbe, 11 décembre 1235.

Archiepiscopo Barensi committit quatenus Rubensi episcopo, qui ad annos pervenerat sexaginta, scientiam non habebat pastoralis congruentem officio, aegrotabat et, suae promotionis tempore, simoniacus extiterat, postulatam ab ipso cedendi et habitum religionis assumendi licentiam largiatur. — (REG. 18, f. 88 v^o; ann. IX, c. 303.)

« .. archiepiscopo Barensi. Virtute faciente Paracliti —. Dat. Viterbii, III idus decembris, anno nono. »

2860

Viterbe, 8 décembre 1235.

Episcopo Petragoricensi, — capitulo ecclesiae Sancti Frontonis Petragoricensis monstrante quod instituto in eadem ecclesia facta ab H[onorio III] papa de tricenario canonicorum numero, in ejusdem ecclesiae grave dispendium vergeret et magnum eorumdem canonicorum detrimentum, qui, cum ex facultatibus ipsis non possent congrue sustentari, ibidem non poterant residere; monstrante insuper eodem capitulo quod, cum, a tempore ejusdem statuti numeri, ipsorum redditus, propter continua guerrarum discrimina, essent non modicum diminuti, si praedictum numerum in dicta ecclesia servari contingeret, ipsos eam, in medio nationis pravae positam, inter persecutores indefensam dimittere, sumptibus destitutos, oporteret, et extrinsecus evagantes, antiquas ejusdem ecclesiae consuetudines in pejores, coacti perversorum injuria, immutarent, — mandat quatenus, personaliter ad locum accedens, consideratis statu terrae et ipsius ecclesiae facultatibus, sic studeat praedictum numerum moderari, quod et canonicis ibi Deo servientibus congrua sustentatio ex eis adveniat, et id eadem ecclesiae non detrimentum, sed honoris et utilitatis augmentum afferat. — (REG. 18, f. 88 v^o; ann. IX, c. 301; — MOREAU 1190, f. 178.)

« .. episcopo Petragoricensi. Sua nobis dilecti —. Dat. Viterbii, VI idus decembris, anno nono. »

2861

Viterbe, 14 décembre 1235.

Abbati Morimundensi committit causam vertentem inter

1. Cf. PSAL. LXVIII, 10.

2. Cf. n^o 2842 (ann. IX, c. 289).

3. Ms. : fecerint; cf. supra, col. 205.

militiam Calatravensem et abbatem monasterii Sancti Petri de Gomel (= Gumiel) terminandam. — (REG. 18. f. 88 v°; ann. IX, c. 305; — POTTHAST 1066.)

« .. *abbati Morimundensi, Cisterciensis ordinis, Lingonensis diocesis.* Sua nobis karissimus —. Dat. Viterbii. XVIII kalendas januarii, anno nono. »

2862

Viterbe, 15 décembre 1235.

Magistrum militie Templi in Francia monet quatenus aliquem de fratribus suis, cui ipse magister quatuor milia marcarum sterlinguorum concesserit, ut ab eodem fratre ipse papa mutuum possit accipere, et qui in Camera Apostolica moraretur, ad ipsum papam destinat. — (REG. 18. f. 89 r°; ann. IX, c. 306.)

« .. *magistro militie Templi in Francia.* Cum domus militie Templi ad Romanam Ecclesiam nullo pertineat [mediante], nosque fratres ipsius ex quadam prerogativa diligamus gratie specialis, te procul dubio credimus invenire paratum, ut ea libens et promptus efficias, que de beneplacito nostro procedere et Apostolice Sedis honori noveris expedire, et maxime per que ei et fratribus ejus grata vicissitudine respondere constringimur, et non minor ipsius, immo major, quam Sedis Apostolice utilitas procuratur. Hinc est quod, cum, propter diversas necessitates Ecclesie Romane ex inopinato et sepius emergentes, interdum, pro eo quod tunc ad manus pecuniam non habemus, mutuum recipere, et in Camera nostra ob id mercatores, per quos quandoque famo derogatur Ecclesie, retinere cogamur; discretionem tuam monendam duximus attente et rogandam, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus, sicut caram habes gratiam Apostolice Sedis et nostram, aliquem de fratribus tuis, discretum et conversationis honeste, concessis sibi quatuor milibus marcarum sterlinguorum, ut ab eo, cum necessitas exigit, mutuum possimus accipere, quod ei loco et tempore debitis integre et absque qualibet difficultate reddemus, in eadem Camera moraturum, ad nos, qui illi gratum habebimus plurimum et acceptum, destinare atque more dispendio tudeas, et nobis quid inde feceris, — rescribere non emittas; sciturus pro certo quod, si nostris in hac parte curaveris obedire mandatis, que, cum ad magnum honorem Ecclesie Romane pertinent et nichil exinde damni predicte deperit, omnino impleri petimus et rogamus, nos perpetuo tuis et ejusdem militie constitutis utilitatibus debitores. Dat. Viterbii. XVIII kalendas januarii, anno nono. »

2863. — In eundem modum: *magistro Hospitalis Jerusalemiani in Francia.* — (Cf. J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général des Hospitaliers*, t. II, p. 495, n° 2130.)

2864

Viterbe, 15 décembre 1235.

« In eundem fere modum *magistro Symoni, scriptori nostro,* usque debitorum, Ideoque mandamus quatenus personaliter ad quemlibet magistrorum eorundem accedens, ipsis ad id efficaciter moneas et inducas, et quod inde fecerint, nobis rescribere non postponas. Dat. ut supra. »

2865

Viterbe, 13 décembre 1235.

Archiepiscopo Pisano mandat quatenus super eo quod, sine mandato apostolico, contra antiquum et approbatum consuetudinem, in Sardinia legationis officium usurpaverat, nec non et super injuriis priori Nucerno, in Sardinia et Corsica Apostolice Sedis legato, illatis, usque ad initium Quadragesimae proximae apostolice conspectui se praesentet; veterum expensas quas idem legatus Pisis fecerat et in passagio in Sardiniam facturus erat, persolvat eidem. — (REG. 18. f. 89 r°; ann. IX, c. 307; — cf. *supra*, n. 2797-2800 et 2801.)

« .. *archiepiscopo Pisano.* Mirari quamplurimum cogimur et moveri, quod, sicut dilectus filius .. prior Nucernus, subdiaconus noster, in Sardinia et Corsica Apostolice Sedis legatus, sua nobis confessione monstravit, nuntios ipsius, ad te ex ejusdem parte transmissos, minus honeste recipiens, et te legatum Sardinie tantummodo asserens, [videm ne ad civitatem Pisanam accederet], minando quod, contrarium factis, dampna et jacturas a Pisanis reciperet, interdum presumpsisti. Et, licet idem, Pisas accedens, nullum ibi, exceptis consanguinis et factoribus tuis, inveniret, qui ei dedecus et injuriam irrogavit, ipsi tamen, armata manu ad ejus hospitium accesserunt, et, fides super illud de nocte proiecit, ad famulos et clericos suos in strata publica capere presumpsissent. Certum, pluries requisitus ut ei passagium prestares in Sardiniam profecturo, te respondisti hoc facere non debere, nisi super hoc mandatum reciperes a Sede Apostolica speciale; et quamquam Legatus Sedis Apostolice hactenus tractare et in suis adjuvare necessitatibus passagium teneris astrictus, tu tamen, propriis solummodo finium timoris immemor, in contrarium feceris, et, punitus in tua gloria maculam, praedicationis et doctrinae continue delitasti; non attendens quod illud tibi adhiberem

Sedis Apostolice sufficere debuit, quod in Sardinia . a nobis licentia non habita vel petita, presumpsisti legationis officium exercere. Verum, cum id non possimus, sicut nec debemus, sub dissimulatione transire, presentium tibi auctoritate districte precipiendo mandamus quatenus super eo quod, sine speciali mandato nostro, contra antiquam et approbatam consuetudinem, in Sardinia legationis officium usurpasti, et premissis injuriis legato predicto illatis, usque ad initium Quadragesime proximo venture, quod tibi pro preemptorio termino assignamus, responsurus et recepturus pro meritis, nostro te conspectui personaliter representes; alioquin extunc a pontificali officio noveris te suspensum. Ceterum volumus et mandamus ut expensas quas idem legatus Pisis fecisse dinoscitur et tam in passagio quam in aliis usque in Sardiniam est facturus, persolvat eidem. Quod si nostris super hoc presumpseris contra mandatis, dilecto filio . . primicerio Lucano nostris litteris injungimus ut te ad id — compellat. Dat. Viterbii, idibus decembris, anno nono. »

2866

Viterbe, 15 décembre 1235.

Praeposito Terraconensi mandat quatenus episcopum et ecclesiam Barchinonenses super spiritualium possessione in insula Majoricarum non molestet; ulterius nulla jura episcopalia in eadem insula exerceat. — (Reg. 18, f. 89 v°; ann. IX, c. 308.)

« .. *praeposito Terraconensi*. Venerabili fratre nostro . . Barchinonensi episcopo accepimus intimante quod, cum nuper tibi dederimus in mandatis ut, personaliter ad insulam Majoricarum accedens, dotem, dominicaturas et alia jura, per dilectum filium . . Terraconensem electum assignanda tibi, ad opus ecclesie inibi construende, vice nostra recipiens, ea diligentius conservares, interim ea que ad divinum cultum pertinent, tractaturus, tu, occasione litterarum hujusmodi, in tota insula suprascripta jurisdictionem plenariam exercere contendens, ipsum et Barchinonensem ecclesiam possessione, quoad episcopalia jura et cetera spiritualia in predicta insula obtinentes, niteris spoliare. Cum autem intentionis nostre non fuerit, per hoc quod tibi super cultu divino mandavimus, tibi concedere talem jurisdictionem ibidem, mandamus quatenus, tali pretextu, possessionem prefati episcopi vel ecclesie super spiritualibus non perturbes, nec debeas ulterius jura episcopalia in memorata insula exercere. Dat. Viterbii, XVIII kalendas januarii, anno nono. »

2867

Viterbe, 17 décembre 1235.

Abbatii Virziliacensi significat se indulgentiam Alexandri papae III, super excommunicationis vel interdicti sententia in Virziliacense monasterium non inferenda, propter ipsius vetustatem innovare, inserto sub sua bulla ejusdem indulgentiae tenore. — (Reg. 18, f. 89 v°; ann. IX, c. 309.)

« .. *abbati Virziliacensi*. In indulgentia bone —. Dat. Viterbii, XVI kalendas januarii, anno nono. »

[2868]

Bénévent, 9 février 1168-1170.

[Alexander papa III Willelmo, Virziliacensi abbati, significat se prohibere ne cui liceat, obtentu legationis ab Apostolica Sede indultae, ipsum, vel ipsius successores, seu monasterium, ulla interdicti vel excommunicationis sententia praegravare, vel super ipsos jurisdictionem aliquam exercere, nisi a latere Romani Pontificis fuerit destinatus ¹. — (Reg. 18, f. 89 v°.)]

« *Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio*
» *Willelmo, Wirziliacensi abbati, salutem et apostolicam*
» *benedictionem*. Attendentes quomodo monasterium —.
» Dat. Benevent[um], V idus februarii. »

2869

Viterbe, 15 décembre 1235.

Abbatii et conventui Sancti Dionysii in Francia indulget ut per litteras apostolicas aliquem visitatorem in posterum recipere non teneantur, nisi de speciali mandato Sedis Apostolicae ad ipsorum monasterium destinatum. — (Reg. 18, f. 89 v°; ann. IX, c. 310.)

« .. *abbati et conventui Sancti Dionysii in Francia, ordinis sancti Benedicti, Parisiensis diocesis*. Ex parte vestra nostris fuit auribus intimatum quod, cum nuper visitationem monasteriorum exemptorum Senonensis provincie magistro Johanni, Cathalaunensi archidiacono, et collegis suis duxerimus committendam, iidem, ad vestrum monasterium personaliter accedentes et eidem visitationis impendentes officium, correxerunt ac reformarunt ibidem, que correctionis noverunt et reformationis officio indigere, et quedam ibi statuta, quibus status religionis roboratur et ordinis, postmodum ad vestram instantiam per Sedem confirmata ² Apostolicam, ediderunt. Quare nobis humiliter suppli-

1. Cette bulle n'est pas indiquée dans les *Regesta* de JAFFÉ-LOEWENFELD.

2. Ms. : confirmatis.

castis ut, cum eadem inconcussa studeatis observare statuta, et nichilominus annis visitemini singulis a personis ad hoc in generali capitulo deputatis. vobis, ne monasterium ipsum per multitudinem visitorum variis et immoderatis sumptibus aggravari contingat, quod per litteras apostolicas aliquem visitatorem de cetero recipere minime teneamini, nisi de speciali mandato Sedis Apostolicæ propter hoc ad vestrum monasterium destinetur, indulgere misericorditer dignemur. Vestris igitur precibus inclinati, devotioni vestre auctoritate presentium concedimus postulata. Nulli ergo — Si quis autem etc. Dat. Viterbii, XVIII kalendas januarii, anno nono. »

2870

Viterbe, 16 décembre 1235.

Decano Bituricensi mandat quatenus, Petro, archidiacono Castri Radulfi, archidiaconatum suum, cuius curam, ut asserbat, non poterat gerere, resignante, eundem archidiaconatum personæ idoneæ conferat, quæ in ipso deservire valeat. — (REG. 18. f. 90 r^o; ann. IX, c. 311; — cf. *supra*, n. 1229-1231.)

« .. decano Bituricensi. Cum magister P. — Dat. Viterbii. XVII kalendas januarii, anno nono. »

2871

Viterbe, 16 décembre 1235.

Priori et conventui Sancti Jacobi de Pruvino mandat quatenus, Petro, ipsorum abbate, in archiepiscopum Tyrensem assumpto, et ipsorum monasterii provisione Apostolicæ Sedi reservata, ad electionem non procedant; quicquid contra id mandatum suum attentatum fuerit, devenit irritum et inane. — (REG. 18. f. 90 r^o; ann. IX, c. 312.)

« .. priori et conventui Sancti Jacobi de Pruvino[o], ordinis sancti Augustini, Senonensis diocesis. Cum dilectus filius —. Dat. ut supra. »

2872

Viterbe, 16 décembre 1235.

Belam, regem Hungariæ, monet et hortatur ut, — cum Vatacis et Assanus schismaticæ, de novo civitate Constantinopolitana obsessa, se ad debellandum imperatorem Constantinopolitanum iterato cum infinitis armatorum milibus accinxerint, et cum eo levius et citius imperio Constantinopolitano per homines Hungariæ subveniri possit, quo ei viciniore existent, — ad subveniendum præfato imperio regium auxilium impertiat. — (REG. 18. f. 90 r^o; ann. IX,

c. 313; — MOREAU 1190, f. 183; *ibid.*, f. 187; — POTTHAST 10066.)

« *Bele. illustri regi Ungarie. Ut Israelem veteris —. Dat. Viterbii, XVII kalendas januarii, pontificatus nostri anno nono. »*

2873. — In eundem modum *illustri Colomanno regi.*

2874. — In eundem modum .. *archiepiscopo Strigontensi*; ei mandat quatenus, vota cruce signatorum suæ provincie in subsidium ipsius imperii commutans, et alios ut, in ejus profecturi succursum, signum crucis assument, inducens, ipsos efficaciter moneat ut sine mora ad succurrendum ipsi imperio iter arripiant, et ad id festinanter et viriliter se accingant.

2875. — In eundem modum .. *archiepiscopo Colovensi.*2876. — In eundem modum .. *episcopo Geuricensi.*

2877. — In eundem modum .. *illustri regi Navarre, comiti Campanie*, quatenus nobilem virum Hierardum de Chatenai et alios consanguineos imperatoris Constantinopolitani et nobilis viri Balduini efficaciter moneat ut signum crucis in ipsius imperii succursum assument, et inducat eosdem ut sine mora ad succursum ipsius imperii iter arripiant, et ad id festinanter et viriliter se accingant.

2878. — In eundem modum .. *archiepiscopo Senonensi.*

2879. — In eundem modum *fratri Wilhelmo, penitentiaro nostro*; ei mandat quatenus, vota quædringentorum militum cruce signatorum Franciæ, quorum ad id consensus accesserit, in subsidium præfati imperii commutans, tam eos quam alios qui de novo, ipsius penitentiarii montis inducti, in succursum ipsius imperii crucis signum assumpserint, moneat et inducat ut sine mora ad succurrendum ipsi imperio iter arripiant. — (POTTHAST 10065.)

2880

Viterbe, 15 décembre 1235.

Archidiacono, magistro scholarum et capite Aurelianensibus mandat quatenus in ecclesia Sancti Martini Turonensis tam in capite quam in membris corrigant et reforment quæ correctionis et reformationis officio noverint indigere, maxime quod ad diminutionem præbendarum, quæ centum et quinquaginta erant, et ad creationem vicariorum spectabat. — (REG. 18. f. 90 v^o; ann. IX, c. 314; — POTTHAST 10064 *)

« .. archidiacono .. magistro scholarum et capite Aurelianensibus. Significante dilecto filio —. Dat. Viterbii. XVIII kalendas januarii, pontificatus nostri anno nono. »

2881

Viterbe, 18 décembre 1235.

Abbati Sancti Severi, Adrenensis diocesis, et de Lavitini

et Basiliaguensi archidiaconis, Tarvisiensis diocesis, inquisitionem committit super pravis actibus Lascurrensis episcopi faciendam. — (REG. 18, f. 91 r^o; ann. IX, c. 315.)

« .. abbati Sancti Severi, et .. de Levitania et [...] Basiliaguens[is] archidiaconis, Aduvensis et Tarvisiensis diocesium. Grave dissolutionis incurrens — Nam, sicut ex .. archidiaconi Vallis Veteris, B. de Audans et quorundam aliorum canonicorum Lascurrensium clamosa insinuatione percipimus, ecclesie predictae canonici, — concubinarum filias, quas publice retinent, more sibi secularium copulantes, de bonis pefate dotantes et ditantes ecclesie, ac ejus redditus sue applicantes usibus parente, — sue bona » dilapidant « ecclesie, et se turpibus non » dubitant « questibus immiscere. Porro hiis venerabilis frater noster .. Lascurrensis episcopus causam dare dinoscitur, qui, — more furis non intrans per ostium, in locum alterius, quem canonicè sciebat electum, licet — ineligibilis esset, — se fecit in episcopum consecrari —. Idem et[iam], irregulariter in regulari conversatus ecclesie, eos qui fecundiores sibi offerunt pecunie loculos, ad ordines et beneficia promovet, veluti magis dignos; et, sacrilegio et perjurio et aliis diversis criminibus maculatus, aliorum non audet errata corrigere, cum tacitus ipse sibi respondeat eadem se, que corrigi, commisisse. Verum, cum illis culpis sit culpa relaxare vindictam, quibus et Ecclesie status subvertitur, et, gradiente per arrupta pastore, gregi precipitium preparatur, mandamus quatenus, personaliter accedentes ad locum et habentes pro oculis solum Deum, si predictum episcopum super premissis inveneritis infamatum, inquiratis super hiis plenius veritatem, et que de ipso episcopo inveneritis, nobis per vestras litteras fideliter intimetis, ut in hiis procedamus juxta quod, secundum Deum, viderimus procedendum. In aliis vero, appellatione remota, corrigatis et reformetis ibidem, que correctionis et reformationis officio noveritis indigere; contradictores etc. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, XV kalendas januarii, anno nono. »

2882

Viterbe, 18 décembre 1235.

Episcopo Cumanorum, et Cenadiensi et .. de Bethleem, Ultrasilvanæ diocesis, praepositis mandat quatenus duplicem questionem inter episcopum Ultrasilvanum et abbatem conventumque monasterii de Clusa, Ultrasilvanæ diocesis, nam super quibusdam decimis, alteram super subjectione ipsius monasterii, obedientia et aliis juribus episcopalibus vertentem, iudicio vel concordia terminet; alioquin eadem negotia sufficienter instructa ad apostolicum remittant exa-

men. — (REG. 18, f. 91 r^o; ann. IX, c. 316; — POTTHAST 10068.)

« .. episcopo Cumanorum, et .. Cenadiensi et .. de Bethleem, Ultrasilvanæ diocesis, prepositis. Olim venerabili fratre —. Dat. Viterbii, XV kalendas januarii, anno nono. »

2883

Viterbe, 16 décembre 1235.

Episcopo Ambianensi mandat quatenus in monasterio Sancti Salvii de Monstero supra mare, in quo Renerus, qui pro abbate se gerebat, turpissime vivere dicebatur, corrigat corrigenda et reformanda reformet. — (REG. 18, f. 91 v^o; ann. IX, c. 317; — MOREAU 1190, f. 189.)

« .. episcopo Ambianensi. Sua nobis Clemens et Adam, monachi monasterii Sancti Salvii de Monstero supra mare, Ambianensis diocesis, insinuatione monstrant quod Renerus, qui pro eorum abbate se gerit, de symonia, perjurio, incontinentia, dilapidatione et aliis criminibus graviter infamatus, confessiones sibi confitentium aliis aperit; et idem quandam meretricem, quam publice detinebat, nuptui tradidit, et — inter ipsam et virum suum, auctoritate vel verius temeritate propria, de facto divortium celebravit, minas mortis viro predicto inferens, si propter hoc de cetero in ejus presentia compareret. Ceterum idem Renerus, horis canonicis interesse et capitulum juxta sui statuta ordinis celebrare non curans, extra dormitorium sompno et refectorium se cibo reficiens, in camera sua, cum quibusdam pueris, a quibus [in] servitiis suis assistitur, et suspectis mulieribus, frequenter, splendide, usque ad ebrietatem, clausis januis, epulatur, et alias bona dicti monasterii in filiorum et concubinarum suarum consumens abusu, monachis suis necessaria subtrahit et bladi non modicum quantitatem pro magna pecunie summa distraxit. Et cum dictus Clemens, ejusdem monasterii desolationi compatiens, abbatem ipsum ut ab hiis desisteret, pluries monisset, et ob hoc ad nostram duxisset audientiam appellandum, idem, motus ex hoc graviter contra ipsum, a quibusdam juvenibus monachis ipsius monasterii fecit cum acriter verberari. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, — eidem monasterio officium visitationis impendens, corrigas et reformes ibidem, que correctionis et reformationis officio noveris indigere, tam in capite quam in membris; contradictores etc. Dat. Viterbii, XVII kalendas januarii, anno nono. »

2884

Viterbe, 18 décembre 1235.

Decano Engolismensi mandat, Petragoricensi episcopo petente, quatenus clericos Petragoricensis dioecesis qui contra generale concilium plures dignitates et beneficia, cum cura animarum, sine dispensatione apostolica retinebant, compellat ut eadem dimittant, per praelatos ad quos eorum collatio pertinebat, conferenda, et ut fructus ex eis perceptos, ecclesiis in quibus eadem obtinebant, restituant; ipsi praelati tantum de preventibus suis in ecclesiis ipsarum utilitatem assignent, quantum a tempore vacationis inde constiterit esse perceptum. — (Reg. 18, f. 92 r^o; ann. IX, c. 318.)

« .. decano Engolismensi. Exhibita nobis venerabilis —. Dat. Viterbii, XV kalendas januarii, anno nono. »

2885

Viterbe, 20 décembre 1235.

Archiepiscopo Viennensi, Apostolice Sedis legato, mandat quatenus Heliam de Ventadour, qui, pro abbate monasterii Tutellensis, in quo per violentiam electus fuerat, se gerens, enormia commiserat, castra, burgos et villas ejusdem monasterii occupans et spolians cum multitudine armatorum, ab administratione ejusdem monasterii, post debitam satisfactionem de damnis, excludat, et faciat eidem monasterio de persona idonea provideri. — (Reg. 18, f. 92 r^o; ann. IX, c. 319; — MOREAU 1190, f. 193.)

« .. archiepiscopo Viennensi, Apostolice Sedis legato. Vento elationis inflatus, et non Helie, sed Pharaonis elevatus in curru, Helias de Ventadorn¹ monasterium Tutellanum, Egipptiorum comitatus turba, tot injuriis afflicto, tot oppressionibus et jacturis affligit, quod ipse conventus, cum respirare non possit, in brevi expire compellitur, nisi enim, Domino liberante, dictus Helias cum prefati Pharaonis exercitu mediis fluctibus immergatur. Nam, sicut lacrimosa dilectorum filiorum G. de Rupe, camerarii, Guidonis de Veteribus Campis, cantoris, Gauberti, helemosinarii, G. de Aquira, infirmarii, Estorgii, refectuarii, P. prioris de Floranc, Roberti, prioris de Blancac, Guidonis, prepositi de Ralarent, P. prioris Sancti Clementis, G. prioris de Sparac, et quorundam aliorum monachorum ipsius monasterii insimulatione percepimus. [Bernardo] de Ventadorn, quando abbate ipsorum, viam universe carnis ingresso, qui toto tempore vite sue, ut aliquem suum consanguineum sibi successorem substitueret, laborabat, dictus Helias, nepos ipsius, qui, licet nondum sit clericus aut ordinem regularem professus, se gerit pro monacho,

fultus seculari potentia, auctoritatis, immo proprie temeritatis, impulsu, castra, fortalicias, burgos, ac villas et possessiones ejusdem monasterii, non sine maxima effusione sanguinis et nece plurimum, occupans et spoliis occupata, ea raptoribus presumpsit exponere, nec veretur adhuc eadem per violentiam detinere. Sed hoc venerabilis frater noster .. Lemovicensis episcopus, loci diocesanus, plenius intellecto, litteris suis sub pena excommunicationis mandans eidem quod occupata predicta redderet conventui Tutellensi, in virtute obedientie conventui predicto precepit quod, solum Deum habendo pre oculis, ad electionem abbatis procederent, et extraneos monachos et alias seculares personas ab electionis negotio removerent; qui, die ad tractandum de electione prefixa, videntes multitudinem armatorum et aliarum secularium personarum, quos idem Helias introduxerat in eodem monasterio, convenire, sepius, ne contra Deum et justitiam aliquid attemptarent ibidem. Sedem Apostolicam appellarunt, compromittentes super electione in quatuor ipsis loci monachis, juramento firmantes ut illum quem de gremio ejusdem monasterii magis ad hoc idoneum esse cognoscere, ipsis in pastorem et patrem, discretionem previa, providerent. Et quia duo ex ipsis, ejusdem Helie fautores, se dicebant ad id nolle procedere, nisi super hoc possent quicquid eis esset libitum, ordinare, et idem Helias castra predicta et fortalicias ipsi conventui reddere vel in manu sequestri ponere noluit, ac ut seculares persone et armati de claustris prefati monasterii recederent, non permisit, iidem monachi, quibus mortem predicti armati minabantur inferre, nisi ipsum Heliam assumerent in abbatem, iterato ad nostram audientiam appellarunt. At idem Helias, a quibusdam suis complicitibus, pretermissa forma canonica, contempta majori et saniori parte capituli, in abbatei eligi et per monachos extraneos et homines armatos in sedem abbatis procurans nequitur deportari, se, confirmatione non habita vel petita, confisus sui potentia generis, administrationi monasterii ejusdem immiscuit, [ac] fidelitates ab ipsis hominibus per violentiam et juramenta recepit. Unde plures monachi, perterriti minis et armis, coacti fuerunt eidem suum assensum postmodum impertiri. Ceterum idem Helias, congregatus deinde multitudine armatorum, ad villam de Rupe Amatoris et castrum ipsius, que sunt ejusdem monasterii propria, non tanquam monachus, sed hostis accedens, dictum castrum, post maximam sanguinis effusionem, inter loricates loricateus, adiit, [ac] burgenses et homines loci ejusdem, post multas nis illatas injurias, bonis omnibus spoliavit, ymagines sancte Virginis, et

1. Sic; plus loin « Ventadorn. »

jus meritis locus idem multis donis extollitur multisque miraculis illustratur, opprobriis infinitis afficiens, lapidibus obruens, et que a totius mundi venerari solent hominibus, peccatorum conculcatione confundens. Verum quia, si lupus pastoris locum obtineat, consequens est ut gregem morsibus lacerando consumat, mandamus quatenus, personaliter accedens ad locum et habens pre oculis solum Deum, si rem inveneris ita esse, dictum Heliam ab administratione ejusdem monasterii sic presumpta prorsus excludens, ipsum ut predicta castra, munitiones et bona prefato restituat monasterio, et dictos ejus fautores ut eidem conventui de dampnis et injuriis satisfaciant irrogatis, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellens, et ad eorum invocans malitiam compescendam, si necesse fuerit, auxilium brachii secularis, facias eidem monasterio de persona idonea per electionem canonicam provideri, et ministrari de bonis ipsius prefatis monachis, cum non habeant proprium, expensas necessarias ad hujusmodi negotium prosequendum. Dat. Viterbii, XIII kalendas januarii, anno nono. »

2886

Viterbe, 18 novembre 1235.

Roberto, decano Cenomanensi, morum honestate praedito et scientia litterarum ornato, indulget ut praebendam quam in ecclesia Abrincensi obtinebat, curam annuarum habentem, cum decanatu suo, cui cura similis erat annexa, retinere possit. — (REG. 18, f. 92 v°; ann. IX, c. 320.)

« Roberto, decano Cenomanensi. Etsi ne plures —. Dat. Viterbii, XIII kalendas decembris, anno nono. »

2887

Viterbe, 17 décembre 1235.

Archiepiscopo Lundensi transmittit pallium, sumendum tamen de manu archiepiscopi Upsalensis, cui jure primatiae sit subjectus. — (REG. 18, f. 92 v°; ann. IX, c. 321; — POTHAST 10067.)

« .. archiepiscopo Lundensi. Cum palleum insigne —. Dat. Viterbii, XVI kalendas januarii, anno nono. »

2888

Viterbe, 22 décembre 1235.

Decano, cantori et Heliae Geraldii, canonico Engolismensis, correctionem et reformationem committit monasterii Sancti Michaelis de Eremita, Pictavensis dioecesis, quod propter negligentiam et malitiam Aimerici, qui pro ejusdem

monasterii abbate, etsi intrusus, se gerebat, in spiritualibus et temporalibus ceciderat. — (REG. 18, f. 92 v°; ann. IX, c. 322.)

« .. decano, .. cantori et Helie Geraldii, canonico Engolismensis. Significantibus dilectis filiis W., priore, J., suppriori, P., sacrista, B., preposito, et quibusdam aliis monachis Sancti Michaelis de Eremita, Pictavensis dioecesis, nos noveritis accepisse quod, cum eorum monasterium in spiritualibus floruerit et in temporalibus abundaverit ab antiquo, nunc, propter negligentiam, quin malitiam potius, Aimerici, qui pro abbate se gerit illius, defecit taliter in utrisque, quod, nisi per providentiam Sedis Apostolice celeriter succurratur eidem, vix adiciet ut resurgat ¹. Idem enim, perjuriis et aliis diversis criminibus irretitus, in abbatem ejusdem monasterii se procuravit intrudi; et insuper circa reformationem monastice discipline adeo est negligens et remissus, quod, propter ipsius insolentiam, observantia regularis fere perit in eodem. Preterea ipse, qui subditis suis esse debebat odor vite in vitam, odor mortis in mortem ² effectus, eos qui fuerunt ibidem hactenus male fame, sibi associati, eorum excessibus relictiis penitus incorrectis, illis spretis omnino qui in ipso monasterio a pueritia fuere laudabiliter conversati. Et cum super hiis et aliis enormitatibus suis redarguitur ab eisdem, ipsos sententia excommunicationis involvere nec non et administrationibus suis spoliare minatur; nec hujusmodi minis contentus, eos ad loca remota transmittit, ne ipsius inhonestam conversationem aspiciant ipsumque avertant ab excessibus et delictis. Adjecerunt insuper quod abbas predictus, in verbis suis et factis variis et inconstans, bona jamdicti monasterii dilapidat enormiter et consumit, et, modestie monachalis oblitus, seculariter conversatur, circa temporalium administrationem adeo indiscretus, quod in ejus manibus abbatie bona evanescere ac deperire videntur; alias multa committens enormia, in anime sue periculum, denigrationem monastice honestatis et scandalum plurimorum, que limam apostolice correctionis exposcunt. Cum igitur, secundum Apostolum ³, instantia nostra cotidiana sit ecclesiarum omnium sollicitudo continua, mandamus quatenus, personaliter ad monasterium ipsum accedens et habens pre oculis solum Deum, ei vi[ce] no[stra] officium vi[sitationis] impendas, corrigens et reformans —. Dat. Viterbii, XI kalendas januarii, pontificatus nostri anno nono. »

1. PSAL. XL, 9.

2. 2 COR., II, 16.

3. 2 COR., XI, 28.

2889

Viterbe, 22 décembre 1235.

Abbatibus de Lenin et de Zinna, Brandeburgensis diocesis, sedi archiepiscopali Magdeburgensi, gravi debitorum sarcina depressae, petente Wilbrando, Magdeburgensi archiepiscopo, administratores dat, cisque praecipit ut de praepositura ecclesiae Magdeburgensis, singulis annis, centum marcas puri argenti in solutionem debitorum ipsius ecclesiae usque ad apostolicum beneplacitum convertant. — (REG. 18, f. 93 r^o; ann. IX, c. 323; — POTHAST 10069.)

« .. de Lenin¹ et .. de Zinna abbatibus, Cisterciensis ordinis, Brandeburgensis diocesis. Apostolice Sedis moderatione. — Dat. Viterbii, XI kalendas januarii, anno nono. »

2890

Viterbe, 22 décembre 1235.

Archiepiscopo Magdeburgensi concedit ut, cum plures invasores et praedones bonorum ecclesiae Magdeburgensis in Magdeburgensi provincia et in Halberstadensi diocesi, illi contentina, domicilium habent, in Magdeburgensis et Halberstadensis ecclesiarum diocesanos, nisi infra duorum mensium spatium, postquam id illis nuntiaverit, ei super damnis ab eisdem invasoribus et praedonibus ipsi illatis, satisfactum fuerit, canonice animadvertere valeat. — (REG. 18, f. 93 r^o; ann. IX, c. 324.)

« .. archiepiscopo Magdeburgensi. Quoniam super quodam. — Dat. Viterbii, XI kalendas januarii, anno nono. »

2891

Viterbe, 22 décembre 1235.

Halberstadensi et Hildesemensi episcopis mandat quatenus excommunicationis, interdicti vel suspensionis sententias, si quas latis in Magdeburgensem archiepiscopum invenerint, postquam iter arripuerit ad Sedem Apostolicam veniendi, relaxent. — (REG. 18, f. 93 v^o; ann. IX, c. 325.)

« .. Halberstadensi et .. Hildesemensi episcopis. Quia nimis esset. — Dat. ut supra. »

2892

Viterbe, 3 janvier 1236.

Priori et conventui ecclesiae Cantuariensis indulget ut quibusdam privilegiis et indulgentiis eis a Sede Apostolica et Cantuariensis archiepiscopis concessis, quibus aliquando, propter diversa impedimenta, uti omiserant, non obstante de-

1. Ms. : Levin; il s'agit de l'abbé de Lehnin.

curso temporis quo a praescriptione iure debebant subdici, libere uti possint. — (REG. 18, f. 93 v^o; ann. IX, c. 326.)

« .. priori et conventui ecclesiae Cantuariensis. Laudabiliter prosequi credimus. — Dat. Viterbii, III nonas januarii, anno nono. »

2893

Viterbe, 19 décembre 1235.

Halberstadensi et Hildesemensi episcopis scribit : « Cum venerabilis frater noster .. Magdeburgensis archiepiscopus procuratorem pro se legitimum apud Sedem Apostolicam constituerit, per quem paratus est ibidem creditoribus Ytaliciis respondere, quod utique non in gravamen, sed in favorem eorum potius, noscitur redundare, praecipiendo mandamus quatenus iudicibus ad quos creditores predicti contra eum a Sede Apostolica litteras impetrarunt, ut eis supersedeant, dum erant nobis idea archiepiscopus per procuratorem se offerunt iudicio, auctoritate nostra firmiter injungatis. » — (REG. 18, f. 93 v^o; ann. IX, c. 327; — cf. supra, n^o 2891.)

« .. Halberstadensi et .. Hildesemensi episcopis. Cum venerabilis frater. — Dat. Viterbii, XIII kalendas januarii, anno nono. »

2894

Viterbe, 3 janvier 1236.

Decano et capitulo Ciensis ecclesiae, Nuemburgensis diocesis, significat se confirmare arbitrio a Willelmo, praeposito Magdeburgensi, Alberto [de Grizhob] et Guinperto [de Kozov], Nuemburgensibus canonicis, Arnoldo, praeposito Ciensis, et Ulricho et Rudgero, Ciensibus canonicis, latum t, ab Ottone, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, confirmatum, et ab Alberto, archiepiscopo Magdeburgensi, eorum metropolitano approbatum, quo fuerat inter ipsos decanum et capitulum Ciensibus, ex una parte, et capitulum ecclesiae Nuemburgensis, ex altera, super obedientia capitulo Nuemburgensi ab ipsis Ciensibus debita et iure in electione Nuemburgensis episcopi ipsis Ciensibus competenti, sub poena quingentarum marcarum comprehensum. — (REG. 18, f. 93 v^o; ann. IX, c. 328.)

« .. decano et capitulo Ciensis ecclesiae, Nuemburgensis diocesis. Cum a nobis. — Dat. Viterbii, III nonas januarii, anno nono. »

1. Cette sentence d'arbitrage se trouve insérée dans le capitulum 367 de cette même année IX; voy. plus loin, n^o 2943. D'après cet autre texte, il faudrait lire ici : « Ulricho, scholastico, et Rudgero, canonico Ciensibus. »

2895. — In eundem fere modum scriptum est *capitulo Nuemburgensi*.

2896

Viterbe, 23 décembre 1235.

Abbati Trinorchensi, Cabilonensis diocesis, mandat quatenus abbas monasterii Cluniacensis, — qui, tanta infirmitate ac debilitate corporis gravatus, quod non jam posset idem monasterium gerere, hujus regiminis onus deponere cupiebat, — cessionem recipiat, et conventum ejusdem monasterii moneat ut sibi de persona idonea per electionem canonicam provideant in abbatem. — (Reg. 18, f. 93 v°; ann. IX, c. 329.)

« .. *abbati Trinorchensi, Cabilonensis diocesis. Dilectus filius .. abbas* —. Dat. Viterbii, X kalendas januarii, anno nono. »

2897

Viterbe, 21 décembre 1235.

Priori et canonicis de Orbedire (= Erdbury), ordinis sancti Augustini, Coventrensis diocesis, — cum prior de Dunstable et ejus collegae, visitatores a Sede Apostolica ecclesiis Coventrensis diocesis deputati, eorum ecclesiam, dioecesano jure episcopo Coventrensi subjectam, invenissent solo nomine regularem, quinque tantum canonicis qui morabantur ibidem, vitam, sub velamine Arroasiensis ordinis, penitus absolutam deucuntibus; cumque, monitus ab ipsis, considerantibus locum ipsum nimia paupertate depressum et ineptum penitus ordini supradicto, episcopus Coventrensis regulam beati Augustini ibidem introduxisset, — significat se quod factum sic fuerat, confirmare. — (Reg. 18, f. 93 v°; ann. IX, c. 330.)

« .. *priori et canonicis de Orbedire, ordinis sancti Augustini, Coventrensis diocesis. Cum Sedes Apostolica* —. Dat. Viterbii, XII kalendas januarii, anno nono. »

2898

Viterbe, 21 décembre 1235.

Episcopo Coventrensi concedit ut nonnullos sacerdotum et clericorum filios et consanguineos, Coventrensis diocesis, — qui se pro clericis exhibebant, quorum quidam erant uxorati et concubinarii manifesti, et qui, ipsorum patribus et propinquis decedentibus, in ecclesiis et beneficiis curam animarum habentibus, quae illi tenerant, succedere, et eadem beneficia violenter et plerumque manu armata occupare praesumebant, — iidem et aliis beneficiis suis spoliati. — (Reg. 18, f. 94 r°; ann. IX, c. 331.)

« .. *episcopo Coventrensi. Ecclesiarum prelati officii* —. Dat. ut supra. »

2899

Viterbe, 7 janvier 1236.

Consulibus et populo Terracinensibus mandat quatenus [etro] Frapjanae de justitiis quas ante discordiam inter Ecclesiam et Romanos habuerat, respondeant. — (Reg. 18, f. 94 r°; ann. IX, c. 332; — RODENBERG 670.)

« *Consulibus et populo Terracinensibus. Formam pacis inite* —. Dat. Viterbii, VII idus januarii, anno nono. »

2900

Viterbe, 23 décembre 1235.

Episcopo Pergamensi, et Rodulfo et Lanfranco de Cluduno, canonicis Pergamensibus, — cum, vacante monasterio Sanctae Euphemiae¹ Brixiensis, quod, propter malitiam inhabitantium in eodem, nimium in spiritualibus et temporalibus fuerat collapsum, monachi ejusdem potestatem sibi providendi de abbate in episcopo Brixiensem, sub cujus jurisdictione existebant, unanimiter contulissent; qui de A., monacho Sancti Pauli², Cluniacensis ordinis, viro provido et honesto, in pastorem providerat eidem; quem A. omnes praedicti monachi, praeter quemdam puerum, F. nomine, qui ad regimen ipsius monasterii adspirabat, acceptaverant; — cum vero idem F., per se ac quosdam potentes amicos suos corruptis quibusdam de monachis memoratis, cum illis praesumeret ipsi abbati pertinaciter rebellare; — cum, causa super hoc exorta nequeunte habere processum, bona monasterii tam per ipsum F. et sequaces ejus, quam per amicos eorum, enormiter dissiparentur; — cum, abbate de Zerreto (= Cerredo), Cisterciensis ordinis, et ejus conjudicibus, quibus ipse papa illud negotium commiserat, monachos rebelles cassantibus, et iisdem monachis termino sibi assignato apostolico conspectui non comparentibus, idem papa, ad instantiam Arnulfi³, procuratoris abbatis ejusdem monasterii, partibus Ostiensem episcopo dedisset auditorem; — cum denique, Antiocheno patriarcha, tunc Apostolicae Sedis legato, curam temporalium ejusdem monasterii Henrico Golte, irrequisito praedicto abbate, committente, hac occasione fuisset abbas ipse spiritualibus et temporalibus destitutus, et praefati monachi minus possent, licet excommunicationibus pluribus ligati, a suo malo proposito revocari, — mandat quatenus, eundem abbatem in possessionem, quam habuerat, spiritualium et temporalium restituens, praefigat dictis monachis terminum competentem, quo apostolico conspectui se repraesentent. — (Reg. 18, f. 94 r°; ann. IX, c. 333.)

« .. *episcopo, Rodulfo et Lanfranco de Cluduno, canonicis Pergamensibus. Venerabili fratre nostro* —. Dat. Viterbii, X kalendas januarii, anno nono. »

1. Ms. : Euphonia.

2. Brixiensis ?

2901

Viterbe, 9 janvier 1236.

Archiepiscopo Pisano mandat quatenus, cum episcopus Senensis nonnulla de bonis ecclesie sue alienare diceretur, quorum quaedam transuisset in propinquos, de hoc inquirat. — (Res. 18, f. 94 v^o; ann. IX, c. 334.)

« .. *archiepiscopo Pisano*. Quia subditorum offensas — Dat. Viterbii, V idus januarii, anno nono. »

2902

Viterbe, 8 janvier 1236.

Episcopo, thesaurario et cancellario Lincolnensibus, — cum, Coventrensi et Lichefeldensi episcopo et aliis suffraganeis Cantuariensis ecclesie, de mandato apostolico in civitatibus et diocesis suis loca religiosorum et clericorum saecularium sibi subjecta visitantibus, eundem episcopum, Coventrensem ecclesiam visitantem, sed non exhibentem rescriptum apostolicum, prior et monachi ejusdem ecclesie noluisse recipere: quapropter contra priorem et quosdam de conventu suspensionis et in eandem ecclesiam interdicti sententias promulgaverat; procurator vero monachorum dicente ipsum episcopum suspectum quia, e ecclesia Lichefeldensem » gestiens, in ecclesie [Coventrensis] praedictum, consti- » tuere cathedrali, se Lichefeldensem episcopum in sigillo » et in litteris » nominabat, etsi ejus predecessores Coventrensis episcopi fuerant solummodo nominati; — cum insuper, causa inter eisdem priorem et conventum, ex una parte, et rectorem ecclesie de Aslesleia (= Allesley), diocesis Coventrensis, ex altera, exorta, priori Sancti Jacobi de Northamptonio et ejus collegis commissa, non potuisset in Anglia terminari, et partibus apud Sedem Apostolicam constitutis ipse papa Ottoboni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, dedisset auditorem, — significat se statutum ipsius cardinalis, in quo ferebatur sententias ab eodem episcopo Lincolnensi in eisdem causis latas esse observandas, et priorem et monachos eosdem ipsi episcopo, condemnari, confirmare — (Res. 18, f. 95 r^o; ann. IX, c. 335; — cf. *supra*, n^o 2137.)

« .. *episcopo, .. thesaurario et .. cancellario Lincolnensibus*. Cum venerabiles fratres — Dat. Viterbii, VI idus januarii, anno nono. »

2903. — In eundem fere modum scriptum est *Coventrensi et Lichefeldensi episcopo*, usque : reservata. Nulli ergo etc.

2904

Viterbe, 3 janvier 1236.

Archiepiscopo et capitulo Toletanis confirmat quendam ipsorum ordinationem, qua, crescentibus ecclesie Toletanae

ac mensae archiepiscopi redditibus, viginti capellanos in ipsa ecclesia de novo creaverant. — (Res. 18, f. 95 v^o; ann. IX, c. 336.)

« .. *archiepiscopo et capitulo Toletanis*. Illis que pro — Dat. Viterbii, III nonas januarii, anno nono. »

2905

Viterbe, 10 janvier 1236.

Decano et capitulo ecclesie Veteris Capellae Ratisponensis confirmat quoddam ipsorum statutum, videlicet ut proventus beneficiorum canonicorum absentium in fabricam ecclesie sue, nimia vetustate consumptae, et in solutionem ejusdem ecclesie debitorum convertantur. — (Res. 18, f. 95 v^o; ann. IX, c. 337.)

« .. *decano et capitulo ecclesie Veteris Capelle Ratisponensis*. Justis petentium etc. — Dat. Viterbii, III idus januarii, anno nono. »

2906

Viterbe, 7 janvier 1236.

Praeposito, decano et capitulo ecclesie Sancti Germani de Montibus, Cameracensis diocesis, — qui, Cameracensis episcopi accedente consensu, staturant ut de quatuordecim praebendis quae tunc in eadem ecclesia existebant, tres praebendae sacerdotales conferri deberent presbiteris qui ad continentiam residentiam in eadem ecclesia faciebam juramento stringerentur, et in ecclesia Sanctae Waltheudis de Montibus missas et alia officia celebrare tenerent, — quod super hoc ab eis factum fuerat, significat se confirmare. — (Res. 18, f. 96 r^o; ann. IX, c. 338.)

« .. *preposito, .. decano et capitulo ecclesie Sancti Germani de Montibus, Cameracensis diocesis*. Sicut annuere etc. — Dat. Viterbii, VII idus januarii, anno nono. »

2907

Viterbe, 13 janvier 1236.

Decano et capitulo Remensibus significat se discernere ut cives Remenses super injuriis et damnis Remensi ecclesiae illatis debeant ipsis in apostolica praesentia respondere. — (Res. 18, f. 96 r^o; ann. IX, c. 338; — POTHIAST 1007; — cf. *supra*, n. 2604 et 2811.)

« .. *decano et capitulo Remensibus*. Conquerentibus vobis quod cives Remenses, sub temporali jurisdictione .. Remensis archiepiscopi constituti, asserentes a bone memorie W[illelmo] Remensi archiepiscopo, potestate sibi [esse] concessam eligendi et habendi scilicet, qua

de civibus causis judicant¹, in civitate Remensi, eam contra justitiam exercere presumunt, in enormem Remensis ecclesie lesionem, licet super concessione hujusmodi capituli non intervenisset consensus : dilectis filiis J., archidiacono, .. decano et .. succentori Cathalaunensibus scripta nostra direximus, ut, super hoc citatis eisdem, ipsis prefigerent terminum, quo responsuri vobis in nostra presentia comparerent, cum diceretis vos non posse in illis partibus comode contendere contra ipsos, et ab eis persecutionem pati tam gravem, quod extra civitatem Remensem cogereini exulare. Cumque dicti cives, citati ab archidiacono et succentore predictis, eodem decano legitime excusatos, procuratorem pro se ad Sedem Apostolicam destinassent, procurator vester petiit irritari vel nuntiari irritum quod factum est ab W[illelmo] archiepiscopo, et quicquid ob id vel ex eo secutum est, quocumque nomine censeatur, super eligendis seu ordinandis scabinis de civibus banalibus archiepiscopi et super collata eis ab ipso potestate judicandi cives in banno et temporali jurisdictione archiepiscopi consistentes, cum contra formam juris, sine consensu capituli, fuerit in dispendium ecclesie attemptatum ; postulavi insuper de dampnis et injuriis occasione concessionis hujusmodi Remensi ecclesie et suis a dictis civibus irrogatis, que usque ad tria milia marcarum extimabat, sibi satisfieri competenter. Procurator vero civium predictorum, fori exceptione proposita, nostrum voluit iudicium declinare, asserens quod scabinatus Remensis, quo scabini de causis civilibus et criminalibus judicant, de feudo regis existit, quia, cum sit de pertinentiis Remensis civitatis, quam a regibus obtinet archiepiscopus Remensis in feudum, res est ipsa feudalis; unde, cum ipsi sint laici, et res super qua contenditur, secularis, non erant ad ecclesiasticum iudicem, sed secularem trahendi, cum actor forum rei regulariter sortiatur; nec ob stare poterat quod archiepiscopus persona est ecclesiastica, cui sunt ipsi subjecti, quia feudum hujusmodi non ut clericus, sed ut laicus, optinet archiepiscopus memoratus, pro quo utique debet, salvo ordine suo, sicut quilibet alius vassallus laicus deservire, ejusque ministri corporales penas infligunt, quas clerici, tanquam persone ecclesiasticæ, non possent alii, ex potestate sibi tradita, de maudare. Ad hec autem procurator vester respondit quod hic non est actum de scabinatu, vel feudo, sive de jure ipsorum, nec ad quem scabinorum electio aut potestas judicandi cives debeat pertinere, sed de revo-

1. *Judicant dans la pièce 2604; judicant ici et dans les pièces 2949 et 2958.*

candis potius hiis que facta sunt per W[illelmum] archiepiscopum in premissis, cum competenter Remensi ecclesie, priusquam talis concessio facta fuisset; que quidem, intuitu ecclesie Remensis archiepiscopo data, etsi tenerentur in feudum, cum divini sint juris affecta, ad jus pertinent sacerdotum; propter quod super hoc iudicium ecclesiasticum juste declinari nequit; maxime cum tam actores quam rei persone ecclesiasticæ, id est Remensi archiepiscopo, sint subjecti; nec capitulum peteret nisi ut eadem concessio scinderetur, cum per eam circa jurisdictionis libertatem quam archiepiscopus immediate in predictis haberet, quedam alienata perpetua facta noscatur; quia, potestate hac impedita per concessionem eandem, non potest archiepiscopus immediate et libere, sicut prius, constituere et habere ministros ad jurisdictionem hujusmodi exercendam. Auditis igitur et intellectis hiis et aliis que utrimque fuere proposita coram nobis, de consilio fratrum nostrorum decernimus ut prefati cives, exceptione proposita non obstante, super premissis vobis debeant in nostra presentia respondere. Dat. Viterbii, idibus januarii, anno nono. »

2908

Viterbe, 14 janvier 1236.

Burgensi, Segobiensi et Salamantino episcopis mandat quatenus, eodem Burgensi episcopo Legionensi episcopo, qui de medio fuerat sublatus, subrogato, in causa inter archiepiscopum et capitulum Toletanos, ex una parte, et archiepiscopum et capitulum Compostellanos, ex altera, sur primatia agitata, quæ, propter ipsius Legionensis episcopi decessum, remanserat indecisa, infra duos menses post receptionem presentium procedentes, eam sufficienter instructam infra quatuor mensium spatium ad examen apostolicum remittant, præfixo partibus termino preceptorio, quo apostolice conspectui se repræsentent. — (REG. 18, f. 96 v°; ann. IX, c. 340.)

« .. Burgensi, .. Segobiensi¹ et .. Salamantino episcopis. Venerabilis frater noster —. Dat. Viterbii, XVIII kalendas februarii, anno nono. »

2909

Viterbe, 16 janvier 1236.

Episcopo quondam Mutinensi, penitentiarario suo, quem ad partes regni Franciæ destinaverat, pro negotio imperii Constantinopolitani sublevandi, mandat quatenus, cum dux Venetorum omnibus gratis dare passagium esset paratus, crucesignatos Franciæ ad iter sine mora arripiendum moneat et inducat; illa concessa eis qui in ejusdem imperii succursum accesserint, venia peccatorum, quam habituri forent,

1. Sic, en manchette; dans la rubrique : *Secobiensi*.

si Terrae Sanctae personaliter subvenirent. — (REG. 18, f. 96 r^o; ann. IX, c. 311; — MOREAU 1190, f. 199; — POTTHAST 10080; — cf. *supra*, n. 2872-2879.)

« .. *episcopo quondam Mutinensi, penitentiario nostro.* Ut Israellem veteris astutia Philistei etc., ut *supra*, in cccxiii littera, usque: dissidium requeretur, dilecto filio fratri Willelmo, penitentiario nostro, apostolica scripta direximus ut, vota quadringentorum militum crucesignatorum regni Francie, quorum ad id consensus accesserit, in subsidium prefati imperii auctoritate nostra commutans, tam eos quam alios qui de novo, suis inducti monitis, in succursum ipsius assumpserint signum crucis, preceptis moneat salutaribus et inducat ut sine more dispendio ad succurrendum ipsi imperio iter arripiant, et ad id festinanter et viriliter se accingant, spe ipsis proposita quod, dum in eodem imperio Terre prefate subveniunt, duplicatum remunerationis divine premium reportabunt. Verum, quia idem imperator magnum posset in dilatione sustinere periculum, nisi expectatum recipiat a Latinis absque dispendio more succursum, te ad premissa prudenter et celeriter exequenda ad partes regni Francie duximus destinandum. Quocirca mandamus quatenus predictos milites et alios ad id prudenter et efficaciter moneas et inducas, praesertim cum nobilis vir .. dux Venetorum omnibus gratis dare passagium sit paratus. Nos enim, de omnipotentis Dei misericordia et ea quam nobis de beatis Apostolis Petro et Paulo concessit, auctoritate confisi, illam eis qui in ejusdem imperii succursum accesserint, concedimus veniam peccatorum, quam habituri forent, si predictae Terre Sanctae personaliter subvenirent. Dat. Viterbii, XVII kalendas februarii, anno nono. »

2910. — In eundem fere modum *archiepiscopus, episcopus et alii ecclesiarum prelati per regnum Francie constituti.*

2911

Viterbe, 12 janvier 1236.

« In eundem fere modum *archiepiscopus, episcopus et alii ecclesiarum prelati per regnum Ungarie constituti* etc., usque: direximus ut, vota crucesignatorum provinciarum vestrarum qui prosecuerunt in dicta Terre subsidium proficisci, auctoritate nostra in succursum prefati imperii commutantes etc., usque: succursum, verbis competenter mutatis, dilectum filium .. abbatem Sancti Thomae de Torcello, Cisterciensis ordinis, virum providum et discretum, nobis et fratribus nostris acceptum sue merito prebitatis, ad premissa prudenter et celeriter exequenda, ad partes vestras duximus destinandum —. [Eis dictum abbatem commendat. — Dat. Viterbii, II idus januarii, anno nono. »

2912

Viterbe, 18 janvier 1236.

Episcopo Parisiensi, — qui direxerat scripta sua de inquirenda veritate causarum propter quas licentia cedendi a Suessionensi episcopo postulata deberet ei concedi, et ex ejus relatione non fuerat probata ea per que deberetur illius cessio admitti, — significat se praedictum episcopum ad dictam ecclesiam duxisse renitendum, et capitulum Suessionensi mandasse ut ei, sicut ipsorum episcopo et patri, intenderent et obedientiam debitam exhiberent; alioquin sententiam quam idem Suessionensis episcopus rite tulerit in rebelles, ipse papa ratam habebit et faciet observari. — (REG. 18, f. 97 r^o; ann. IX, c. 342; — MOREAU 1190, f. 203.)

« .. *episcopo Parisiensi.* Cum venerabilis frater —. Dat. Viterbii, XV kalendas februarii, anno nono. »

2913. — In eundem fere modum *capitulo Suessionensi.*

2914

Viterbe, 15 janvier 1236.

Claromontensi et Aniciensi episcopis pallium ex parte episcopi quondam Agennensis, in archiepiscopum Lugdunensem electi, per magistrum B., sacristam Sancti Justi Lugdunensis, et fratrem Ph. capellanum, ipsis electi nuntios, postulatum, per eosdem nuntios de corpore beati Petri sumptum destinatum, eisque mandat quatenus illud eidem assignent. — (REG. 18, f. 97 r^o; ann. IX, c. 313; — MOREAU 1190, f. 197.)

« .. *Claromontensi et Aniciensi episcopis.* Cum pallem insigne —. Dat. Viterbii, XVIII kalendas februarii, anno nono. »

2915

Viterbe, 15 janvier 1236.

Episcopo quondam Agennensi, in archiepiscopum Lugdunensem electo, de eadem re scribens, concedit usum pallii, eumque monet et hortatur quatenus humilitatem et justitiam studeat conservare et Lugdunensem ecclesiam spiritualiter et temporaliter augmentare. — (REG. 18, f. 97 r^o; ann. IX, c. 344; — MOREAU 1190, f. 198.)

« .. *episcopo quondam Agennensi*, in archiepiscopum Lugdunensem electo. Cum pallem insigne —. Dat. Viterbii, XVIII kalendas februarii, anno nono. »

2916

Viterbe, 13 decembris 1235.

Majoris Ecclesiae et Sanctae Mariae ad Gra. lus praepositis, nec non et decano Sancti Petri Maguntinis, — qui, Willelmo, canonico ecclesiae Sancti Joannis Maguntini, nato

quondam magistri B. judaei, in decem marcarum reddito ab abbate et conventu Fuldensibus, Herbipolensis dioecesis, provideri, de mandato apostolico, facere debentes, in eodem abbate et conventum contumaces excommunicationis sententiam promulgaverant, quam, per annum et amplius contempnam, idem abbas obtinuerat ab ipsis relaxari, — mandat quatenus praedictos abbatem et conventum moneant et inducant ut super his pro quibus excommunicati fuerant, sufficientem exhibeant cautionem, et satisfaciant pro contumacia praedicto canonico. — (REG. 18, f. 97 r°; ann. IX, c. 345; — cf. *supra*, n° 2711.)

« .. Majoris Ecclesie et .. Sancte Marie ad Gradus prepositis, et .. decano Sancti Petri Maguntin[is]. Dilectus filius W. —. Dat. Viterbii, idibus decembris, pontificatus nostri anno nono. »

2917

Viterbe, 16 janvier 1236.

Belam, regem Hungariae, rogat et hortatur ut Egr[es]iensi et aliis abbatibus Cisterciensis ordinis, Hospitalis quoque Hierosolymitani, Militiae Templi, Sancti Lazari et Sancti Sansonis in Hungaria magistris et fratribus redditus, terras, possessiones et res alias quas Aimericus et Andreas, pater ejus, Hungariae ac Slavoniae reges, et alii Christi fideles eorum ecclesiis et domibus contulerant, ipse autem rapuerat, sine difficultate aliqua restituat et de perceptis inde fructibus satisfaciat. — (REG. 18, f. 97 v°; ann. IX, c. 346; — MOREAU 1190, f. 201; *ibid.* 1191, f. 186, non integra, ex RAYN.; — POTTHAST 10081.)

« Bele, illustri regi Ungarie. Ut te clare —. Dat. Viterbii, XVII kalendas februarii, anno nono. »

2918

Viterbe, 16 janvier 1236.

Waciensi, Nitriensi et Bosnensi episcopis, de eadem re scribens, mandat quatenus eundem regem ad id moneant et inducant. — (REG. 18, f. 98 r°; ann. IX, c. 347; — POTTHAST 10082.)

« .. Waciensi, .. Nitriensi et .. Bosnensi episcopis. Ut karissimus in —. Dat. ut supra. »

2919

Viterbe, 21 janvier 1236.

Petro, dicto Apaloceli, servienti Camerae Apostolicae, quoddam tenimentum quod Johanes Egyptius de Frusinone ab Ecclesia Romana tenuerat, eidem Petro de mandato apostolico a Dono, rectore Campaniae, assignatum, pro quo una libra cerae annis singulis Camerae Apostolicae persolveretur,

concedit, et ipsius haeredibus, in directum feudum. — (REG. 18, f. 98 r°; ann. IX, c. 348.)

« Petro, dicto Apaloceli, servienti Camere nostre. Sedes Apostolica, pia —. Dat. Viterbii, XII kalendas februarii, anno nono. »

2920

Viterbe, 25 janvier 1236.

Colomannum, regem Ruthenorum et duces Slavoniae, rogat et monet quatenus compositionem inter ipsum et magistrum fratresque Militiae Templi in Hungaria et Slavonia super quibusdam villis, domibus, possessionibus, terris et rebus aliis amicabilem initam observet; alioquin ipse papa Waradiensi et de Cicador, Cisterciensis ordinis, abbatibus, Quinqueecclesiensis dioecesis, et praeposito Quinqueecclesiensis mandat quatenus eam faciant per censuram ecclesiasticam observari. — (REG. 18, f. 98 r°; ann. IX, c. 349; — MOREAU 1190, f. 204; — POTTHAST 10086.)

« Colomanno, illustri regi Ruthenorum ac duci Slavoniae. Non diffitemur quin —. Dat. Viterbii, VIII kalendas februarii, anno nono. »

2921. — In eundem fere modum scriptum est super hoc eisdem exerutoribus [*.. Waradiensi et .. de Cicador, Cisterciensis ordinis, abbatibus, Quinqueecclesiensis dioecesis, et .. preposito Quinqueecclesiensis*], proviso ne in terram ipsius etc.

2922

Viterbe, 23 janvier 1236.

Decano Parisiensi, et magistris Symoni, archidiacono Cantuariensi, et Vernacio, canonico Tervisino, Parisius commorantibus, mandat quatenus negotium electionis abbatis in monasterio Fossatensi, in quo Guillelmo, qui pro abbate se gerebat, Isembardus, qui ibidem pro priore se gerebat, et alii se opponebant, ante kalendas maii proximas ad apostolicum examen remittant, eundem terminum praefigentes partibus, quo apostolico conspectui se praesentent. — (REG. 18, f. 98 r°; ann. IX, c. 350.)

« .. decano Parisiensi, et magistris Symoni, archidiacono Cantuariensi, et Vernacio, canonico Tervisino, Parisius commorant[ibus]. Ex parte dilecti filii G., qui pro abbate monasterii Fossatensis se gerit, fuit propositum coram nobis quod, cum, quondam A., priore de Turnonio, qui in ipsius monasterii fuerat abbatem electus, post litem inter ipsum, ex parte una, et monachos ejusdem monasterii, ex altera, super electione sua coram iudicibus a Sede Apostolica delegatis agitatam diutius, rebus humanis exempto, et elapso tempore a canone

constituito, venerabilis frater noster .. Parisiensis episcopus, loci diocesanus. ipsum in abbatem monasterio prefecisset eidem : Isembardo, qui pro priore ipsius monasterii se gerebat, et complices suis sibi non solum contemptentibus obedire, sed etiam non permittentibus eum et alios monachos, qui eundem receperant, intrare monasterium, quod detinent violenter, idem abbas apostolice provisionis remedium imploravit. Cum autem, litteris nostris super hoc optentis, fuisset ex parte dictorum Isembardi et sibi adherentium in audientia publica contradicendum, nos dilectum filium nostrum O[ctone]m, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, procuratoribus partium concessimus auditorem. Coram quo cum fuisset propositum ex adverso quod predictus Isembardus et complices sui, legitimis impedimentis detenti, infra prescriptum tempus nequiverant eligere ac per hoc lapsus eis temporis non obstabat, quia de hoc coram cardinali predicto non potuit fieri certitudo, cum .. procurator partis alterius non nisi ad impetrandum et contradicendum mandatum diceret se habere, dilecto filio .. cancellario Remensi suisque collegis nostras direximus litteras, continentes ut, nisi Isembardus et alii supradicti infra duos menses a receptione litterarum ipsarum legitimum impedimentum ostenderent et probarent, quare transcurso eis temporis non obsesset nec esset ad eundem episcopum provisio monasterii devoluta, infirmata prorsus electione de quondam A., priore de Capella, presumpsa per eos post provisionem ipsius abbatis factam per dictum episcopum non cassatam, provisionem eandem, dummodo eidem abbati nichil obviaret de canonicis institutis, faceret per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, inviolabiliter observari, invocantes ad hoc, si opus esset, auxilium brachii secularis. Alioquin, ea rite cassata, injungerent predicti monasterii monachis ut infra quadraginta dies post monitionem ipsorum sibi de persona idonea per electionem canonicam providerent: sin autem, dicti iudices providerent eidem monasterio de persona idonea in abbatem. Prefati vero iudices, in executione mandati apostolici precedentes, cognito quod electio iudicis prioris de Capella presumpsa fuerat post provisionem huiusmodi non cassatam, ipsam, habito prudentum virorum consilio, irritarunt. Et, propositis quibusdam causis a parte adversa, quas linxerat, per quas dicebat obstare sibi lapsus temporis non debere et potestatem providendi non esse ad episcopum devolutam, et [eadem parte] ad probationem earum a iudicibus memoratis admissa, dictus prior de Capella, convertens se ad appellationis diffugium, et proponens

quod iudices ipsi, perperam in commisso sibi negotio procedentes, electionem suam per iniquam diffinitivam sententiam irritarant, .. archidiacono Senonensi, serie negotii plenarie non expressa, cognitionem ejusdem sententie in forma simpliciter obtinuit delegari. Quo prefatis iudicibus inhihente ne ultra procederent in negotio, donec ipse de meritis appellationis cognosceret interjecte, et iudicibus, pretextu inhihitionis ejusdem, supersedentibus questioni, quamquam super provisione predicta fere usque ad diffinitive sententie calculum processissent, de sua gloriatur malitia pars adversa, que monasterium ipsum libere detinet occupatum, consumendo bona ejus non solum inutiliter, sed dampnose. Quare nobis fuit humiliter supplicatum ut, cum sepedictus prior de Capella de medio sit sublatus, ne idem monasterium per contentiones huiusmodi ad nichilum reducat, super hoc salubre remedium apponere dignaremur. Finem igitur eidem negotio cecleriter imponere cupientes, mandamus quatenus, facientes vobis omnes hinc inde obtentas litteras et processus per eas habitos exhiberi, detentores ad exhibitionem eorum per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, negotium ipsum usque ad kalendas maii proximas ad apostolicum remittatis examen, eundem terminum preemtorie partibus preficientes, quo per se vel per procuratores sufficientes et idoneos, cum omnibus instrumentis et rationibus suis, plenum habentes mandatum ad agendum et defendendum et ad omnia que negotii qualitas desiderat memorati, nostro se conspectui representent, quod justum fuerit, auctore Domino, recepture. Et ne interim bona monasterii dilapidari valeant vel consumi, cautelam studeatis apponere diligentem: contradictores etc. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, X kalendas februarii, anno nono. »

1233

Viterbe, 21 décembre 1235.

Beaciensis episcopo significat se Beaciensis ecclesie limitationem confirmare, que, non habente dicta ecclesia, propter sui captivitatem diutinam, super limitibus suae diocesis legitima documenta, de mandato apostolico per curiam Calagurrinam et Oxoniensem episcoporum et deani Zaverensis, de ipsius Beaciensis episcopi et archiepiscopi Tolentini assensu, facta fuerat. — (REG. 18. f. 99 r ; ann. IX. n. 351.)

« .. Beaciensis episcopo. Cum a nobis —. Dat. Viterbii, VIII kalendas januarii, anno nono. »

1. *Id est ecclesiam Beaciensem.*

2924

Viterbe, 19 décembre 1235.

Episcopo Saxenati, — cum in causa inter ipsum, ex parte una, et abbatem conventumque monasterii Sancti Ambrosii et archiepiscyterum plebis de Rancla, Saxenatis dioecesis, nomine ipsius plebis, ex altera, super obedientia et reverentia, ceterisque jurius episcopalibus et rebus aliis exorta, et coram J[acobo], episcopo Praenestino, et O[ttone], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, tunc in partibus illis Apostolicæ Sedis legatis, agitata, idem cardinalis [Otto], ad Sedem Apostolicam reversus, solus, ipso episcopo [Praenestino] aliis occupato, de mandato apostolico denique processisset, — significat se confirmare definitivam sententiam ab eodem [Ottone] pro ipso episcopo Saxenate contra præfatos abbatem conventumque et archiepiscyterum promulgatam; prædictæ sententiæ tenore sub sua bulla inserto. — (REG. 18, f. 99^r; ann. IX, c. 352.)

« .. episcopo Saxenat[i]. Ea que judicio —. Dat. Viterbii, XIII kalendas januarii, pontificatus nostri anno nono. »

[Prædictæ vero Ottonis cardinalis sententiæ publicatio sic incipit et desinit:]

[2925] Viterbe, S^{te}-Marie-Nouvelle, 27 novembre 1235.

« In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Amen.
» Anno Incarnationis ejusdem M^oCC^oXXXV, indictione VIII^a. die martis, quarto die exeuntis novembrijs, in presentia infrascriptorum testium, venerabilis pater dominus Otto, miseracione divina Sancti Nicolai in Carcere Tulliano — sententiam protulit in hunc modum :

« Orta olim inter —. »

« Act. Viterbii, apud Sanctam Mariam Novam, presentibus testibus : domino Willelmo, electo Bruniacensi ; magistro Ranfredo de Benevento ; magistro Guillelmo de Papia ; magistro Rogerio, capellano venerabilis patris domini Thome cardinalis ; magistro Johanne de Caserta ; et multis aliis. Ego Guillelmus de Mercorengo, sacri palatii notarius, huic sententiæ interfui, et de mandato predicti venerabilis patris domini Ottonis cardinalis eam scripsi et in publicam formam redegi. Ad majorem autem cautelam, sepedictus venerabilis pater dominus Otto cardinalis sigillum suum huic sententiæ jussit apponi. »

1. C'est IX qu'il faudrait ici, d'après les calculs de l'indiction grecque ; le nombre VIII suppose l'emploi de l'indiction romaine ou pontificale ; de même plus loin, pièce 2955.

2926

Viterbe, 19 décembre 1235.

Episcopo Cesenati, de eadem re scribens, mandat quatenus prædictam Ottonis cardinalis sententiam faciat observari. — (REG. 18, f. 101^r ; ann. IX, c. 353 ; — MOREAU 1190, f. 191.)

« .. episcopo Cesenati. Olim inter venerabilem —. Dat. ut supra. »

2927

Viterbe, 25 janvier 1236.

Magistro et fratribus hospitalis Sancti Leonardi Reatini significat se ecclesiam Sanctæ Mariæ de Busseto, Reatinae dioecesis, — quam Rain[erius], Reatinus episcopus, ab omni jure dioecetano duxerat eximendam, statuens ut Reatinus episcopus qui pro tempore fuerit, nullum jus sibi in eadem ecclesia valeret vindicare, sed una libra cereæ, nomine census, annuatim in festo Assumptionis beatæ Virginis Mariæ, sibi et Ecclesiæ Romanæ reddenda, obedientia quam fratres Cisterciensis ordinis [Reatinae ecclesiæ] faciebant, et benedictione abbatissæ et monialium in eadem ecclesia commemorantium esset contentus, — cum omnes moniales prædictæ jam decessissent vel recessissent ab eadem, ipsorum hospitali Sancti Leonardi, ad Sedem Apostolicam nullo medio pertinenti, donec reformari religionem in eadem ecclesia ipse papa faciat, concedere. — (REG. 18, f. 101^r ; ann. IX, c. 354.)

« .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Leonardi Reatini. Cum bone memorie —. Dat. Viterbii, VIII kalendas februarii, anno nono. »

2928

Viterbe, 18 janvier 1236.

Capitulo Reatino, de eadem re scribens, mandat quatenus, hospitale præfatum super hoc non molestent ; alioquin ipse episcopo Narniensi mandat quatenus eos ab illa molestatione compescat. — (REG. 18, f. 101^v ; ann. IX, c. 355.)

« Capitulo Reatino. Cum olim bone —. Dat. Viterbii, XV kalendas februarii, anno nono. »

2929. — In eundem fere modum scriptum est eidem episcopo [Narniensi].

2930

Viterbe, 2 février 1236.

Aegidio, scriptori suo, mandat quatenus dictam ecclesiam hospitali assignet eidem, et ipsum in corporalem ejusdem

possessione inducta ac defendat inductum. — (REG. 18, f. 101 v^o; ann. IX, post c. 355.)

« In eundem modum magistro Egidio, scriptori nostro —. Dat. Viterbii, III kalendas februarii, anno nono. »

2931

Viterbe, 26 janvier 1236.

Riverinae, Alebrandinae, Montisanae et aliis mulieribus Perusinis, cupientibus Domino in ordine Cisterciensi servire, concedit licentiam monasterium prope civitatem Perusii, in loco dicto Sancta Maria, ad honorem sanctae Helysabeth constructum. — (REG. 18, f. 101 v^o; ann. IX, c. 356; — POTTHAST 10087 2.)

« Riverie, Alebrandine, Montisane et aliis mulieribus Perusinis, in ordine Cisterciensi servire Domino cupientibus. Inter cetera beneficia —. Dat. Viterbii, VII kalendas februarii, anno nono. »

2932

Viterbe, 21 janvier 1236.

Pruniatensi electo, cujus redditus summam centum quadraginta librarum Januensis monetae annis singulis non excedebant, concedit facultatem ecclesiam de Confluenti, Lunensis diocesis, pertinentem ad ecclesiam Pruniatensem, quam monachi, dum essent in Pruniatensi ecclesia, consueverunt retinere, ad mensam suam deputandi, salva ex ejusdem ecclesiae proventibus congrua portione, sustentationi vicarii, sartatectis et aliis oneribus sufficienti. — (REG. 18, f. 101 v^o; ann. IX, c. 357.)

« .. Pruniatensi electo. In nostra proposuisti —. Dat. Viterbii, XII kalendas februarii, pontificatus nostri anno nono. »

2933

Viterbe, 23 janvier 1236.

Eidem confirmat ordinationem Brixienis episcopi, qui ecclesiam Pruniatensem, tunc ordinis sancti Benedicti, collapsam enormiter in spiritualibus et temporalibus, juxta mandatum apostolicum de secularibus canonicis ordinaverat. — (REG. 18, f. 101 v^o; ann. IX, c. 358.)

« Eadem. Cum a nobis —. Dat. Viterbii, X kalendas februarii, anno nono. »

1. Cet *in eundem modum* a été pour une partie ajouté dans la marge.

2. Avec la date *VI kalendas februarii* (= 27 janvier), d'après MAXIMIQUE, *Annales Cistercienses*, IV, 517.

2934

Viterbe, 29 janvier 1236.

Episcopo Castellano, — pœniti Andree Isabela de Veronitiis, ex una parte, petente etiam ipse ut a P. Polano, viri sacri, pro eo quod in quibusdâ sibi sibi adferret, — cogatur, eadem vero P., ex altera, volente postmodum super illo impedimento secum facere per Sedem Apostolicam dispensatum, litteras tamen dispensationis non ostendens, — respondet consulenti quatenus, si dictas litteras ille non ostendat, in eadem causa procedat si forte ostenderit, ipsas, cum habeat eadem papa de fidesitate suspectas, ad ipsum papam sub sigillo suo inclusas mittat. — (REG. 18, f. 102 r^o; ann. IX, c. 359.)

« .. episcopo Castellano. Ex parte tua —. Dat. Viterbii, III kalendas februarii, anno nono. »

2935

Viterbe, 27 janvier 1236.

Archipresbytero et priori fratrum Predicatorum Perusini mandat quatenus possessiones quas Oleriis, Alebrandinis, Offreducis et quidam alii cives Perusini monasterio noviter Perusii ad opus uxorum et filiarum suarum construendo, dare promiserant, faciant sibi pro ipso monasterio assignari. — (REG. 18, f. 102 r^o; ann. IX, c. 360; — POTTHAST 10088 4.)

« .. archipresbitero et [...] priori fratrum Predicatorum Perusiniis. Cum dilecti filii —. Dat. Viterbii, VI kalendas februarii, pontificatus nostri anno nono. »

2936

Viterbe, 28 janvier 1236.

Episcopo, thesaurario et cancellario Lincolnensibus mandat quatenus, cum inter Coventrensem et Lichefeldensem episcopum, ex una parte, et Wigorniensem et de Sancto Asaph episcopos, ex altera, super finibus suarum episcopatum, quos certi limites non distinguunt, aliquando alteratio esset orta, eosdem episcopatus studiant limitare. — (REG. 18, f. 102 r^o; ann. IX, c. 361.)

« .. episcopo, .. thesaurario et .. cancellario Lincolnensibus. Venerabilis frater noster —. Dat. Viterbii, V kalendas februarii, anno nono. »

2937

Viterbe, 23 janvier 1236.

Adae, Redonensi archidiaconi, Gaurii, Malveisii ar-

1. Avec l'incipit : Cum dilecti filii... 2. D'après RIVET, *Bullarium Praedicatorum*, I, 82, n^o 142.

chidiacono, et Rogerio, Constantiensi archidiacono, mandat quatenus causas inter Abrincensem ecclesiam et monasterium Montis Sancti Michaelis in Periculo Maris a longo tempore protractas, propter visitationes in eodem monasterio ab Abrincensi episcopo factas et multa alia, concordia vel iudicio terminent; alioquin ipsas sufficienter instructas ad apostolicum examen remittant. — (Reg. 18, f. 102 r°; ann. IX, c. 362.)

« Ade, Redonensi, Gaufrido. Macloviensi, et Rog[er]io, Constantiensi archidiaconis. Transmissa nobis venerabilis frater noster .. Abrincensis episcopus [sua] petitione monstravit quod, cum olim nostras et direxerimus litteras, continentes ut. tam auctoritate nostra quam sua, ad correctionem suorum procederet subditorum, idem episcopus, monasterio Montis Sancti Michaelis de Periculo Maris. lege sibi dioecana subiecto, utraque auctoritate officium visitationis impendens, considerato diligenter statu capituli et membrorum, super monachis in prioratibus in quibus esse consueverant, reponendis, pensionibus de novo impositis et veteribus in quibusdam eorum prioratibus contra statuta generalis concilii augmentatis, ac esu carni, et ratione de datis et receptis ab obedientiaris quater in anno reddenda, et quibusdam aliis statuta salubria edidit et honesta; cujus ordinationi cum .. abbas et conventus ipsius monasterii non contradixissent in aliquo, immo, implendo quedam ipsius capitula, eam per mensem et amplius acceptassent, intelligens postmodum episcopus memoratus quod in quibusdam de statutis eisdem, et presertim in hiis que sunt expressa superius. non modicum delinquebant, ad eorum observationem ipsos sollicitudine monuit pastorali. Sed cum monitionibus non proficeret apud eos, tam super hoc quam super eo quod in quibusdam parrochialibus ecclesiis sue diocesis percipiunt multa bona ad ipsas ecclesias de jure communi spectantia, et quibusdam aliis, ad suam presentiam, prefixo ipsis certo termino, evocavit; in quo cum minus sufficienter venissent et predicta statuta contempnerent observare, dilectus filius .. decanus Abrincensis, cui super hoc idem episcopus commiserat vices suas. non obstante frivole appellationis objectu quam quidam clericus, qui se pro eorum procuratore gerebat, ad nostram. in hiis que ad auctoritatem apostolicam, et in hiis que ad ordinariam pertinebant, ad metropolitanam audientiam interjecit, eundem abbatem ab ingressu ecclesie, conventum vero a celebratione divinorum, cum nota, suspendit et suspensus fecit publice nuntiari. Ceterum, cum dictus episcopus presbiteros Montis Sancti Michaelis, subdi-

tos suos, culpis eorum exigentibus, ab officio suspendisset, et, ipsorum contumacia exrescente, tulisset excommunicationis sententiam in eosdem. prefati abbas et conventus, falso coram bone memorie .. Rothomagensi archiepiscopo proponentes se in presbiteros ipsos omnimodam jurisdictionem habere. ac quod per hoc eodem sententie in ipsorum erant prejudicium promulgate, et se propter hoc et alia multa gravamina ad eundem archiepiscopum appellasse, citari jamdudum episcopum, ut coram eo vel officiali ejus certo termino compareret, responsurus sibi sufficienter tam in causis appellationis hujusmodi quam aliis generaliter comprehensis in citatorio, procurarunt, eodem archiepiscopo nichilominus inhibente ne, pendente appellatione, in ipsius appellationis vel jurisdictionis sue prejudicium contra ipsos abbatem et conventum idem episcopus aliquid attemptaret. Et licet premissa sententie in prejudicium appellationis vel jurisdictionis ips[orum] non fuerint promulgate, iidem tamen, ad revocationem ipsarum modis omnibus laborantes, ac proponentes quod in appellationis emisse ac jurisdictionis sue prejudicium et ecclesie Rothomagensis contemptum fuerant, inhibitione contempta, prolate, Riccardo, presbitero Sancte Cecilie, Constantiensi diocesis, obtinuerunt ab officiali supradicto mandari ut, nisi dictus episcopus vel officialis ipsius infra certum tempus post monitionem ejus, premissas sententias et alia gravamina revocaret, ex tunc ipse auctoritate metropolitana id efficere non differret. Qui, de veritate non cognito et alias juris ordine non servato, eas pro sua voluntate irritas nuntiavit. Cumque, statuto termino in presentia ipsius archiepiscopi eodem episcopo comparente, pars adversa malitiose non solum super causis appellationis et aliis supradictis, sed etiam super ordinatione, a qua non fuerat provocatum, ad dictum archiepiscopum infra tempus legitimum convenisset, et tam super hiis quam etiam super eo quod idem episcopus petebat processum dicti presbiteri Sancte Cecilie revocari, coram .. officiali Rothomagensi fuisset aliquandiu altercatum, demum in fratrem Henricum, priorem ordinis fratrum Predicatorum Parisien[sium], suosque collegas sub certa pena tamquam in arbitros fuit a partibus compromissum. Qui quamvis eorum arbitrium promulgassent, et expresse illud altera pars acceptans, se ab illis sententias per episcopum fecisset absolvi, quas de facto supradictus presbiter relaxarat, quedam alia que in ipso continebantur arbitrio adimplendo, postmodum tamen veniens contra illud, instituendo in ecclesiis de Monte, auctoritate, inno temeritate propria, sacerdotes, impediendo ipsum episcopum quominus in

clericos et laicos dicti Montis jurisdictionem ordinariam exercebat, ac movendo questionem super medietate proventuum atalagay de Ponte Ursonis, et quedam alia contra latum arbitrium faciendū, penam in compromisso appositam noscitur incurrisse. Ad hec, cum [...] Abrincensis officialis in [...] suppressione dicti monasterii, exigentibus culpis suis, excommunicationis sententiam protulisset, et conventum ejusdem loci, quia illum, ab eo moniti, non vitabant et comparere coram ipso citati peremptorie non curarunt, a celebratione divinatorum, cum nota, et pulsatione suspendisset etiam campanarum, illi, mendaciter facientes coram [...] officiali Rothomagensi proponi quod, cum ipsi, sub correctione et jurisdictione abbatis sui, secundum beati Benedicti regulam, existentes, non consueverint, nisi per appellationem ab eodem abbate interpositam, vel eo negligente, subire Abrincensis episcopi iudicium vel examen, idem officialis, motu proprio, in quosdam ex eis, omisso abbate, quamquam negligens non fuisset nec esset provocatum ab eo, excommunicationis sententiam promulgavit, magistro R., clerico de Bordell[is], optinere mandari ut, si res taliter se haberet et idem officialis Abrincensis nolle infra decem dies post monitionem ipsius, latus in conventum vel eorum aliquem sententias revocare, ex tunc ipse id efficere procuraret, et faceret quod decerneret, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Qui procedens perperam ex arripito, licet excommunicationis vinculo teneretur, et prefatus archiepiscopus mandatum ipsum re integra revocasset, eandem sententias, post appellationem ad nos legitime interpositam, memoratis episcopo et officiali non monitis legitime nec citatis, nec etiam cognito utrum fuerint sic prolata, ac alias juris ordine pretermissis, de facto, cum de jure nequiverit, relaxavit. Preterea cum, anno et amplius a tempore facte visitationis elapso, dictus episcopus, propter multa enormia que de ipsis monachis ad aures ejus pervenerant, quorum quedam erant notoria, ad locum personaliter accessisset. [...] prior et monachi monasterii sepedicti, quasi continuo rebellionis spiritu, non solum intrare non permisissent eundem, verum etiam, tanquam peccatores qui, cum venerint in profundum malorum, contempnunt¹, eum, ad visitandum, corrigendum et reformandum monasterium intrare volentem, impulsu ostii vehementi comprimendo pectus ejus et faciem, ausu temerario repulerunt; propter quod noscitur excommunicationis laqueum incurrisse. Unde sepefatus episcopus eos a celebratione divinatorum, cum nota, et a

campanarum pulsatione sollicito, processu monitione competenti, suspendit, et quia suspensionem non servabant eandem, immo aliter solito celebrare et pulsare campanas fortius presumentes, matum aggravans in eosdem, cum, crescente culpa, pena debebat augmentari, sasavit decimas quas optinent in diocesi Abrincensis. Denique, cum [...] priorem de Ponte Ursonis et Laurentium, monachum¹ ejusdem monasterii, pro eo quod, citati coram eodem episcopo, non venerunt nec pro se curaverunt sufficientem aliquam destinare, et quia in capella de Ponte Ursonis, ab ipso episcopo interdicta, celebrare presumpserat, excommunicationis vinculo innodari et excommunicatos fecerit publice nuntiari, ipsum quoque abbatem, pro eo quod ad synodum suam non venerat nec miserat aliquem, loco sui, statuta salubria recepturum, nec se sufficienter etiam excusaverat, suspendisset, ac eundem, suspensionis sententiam non servantem, excommunicationis laqueo innodasset: dicti abbas et conventus, mentientes se ad sedem Rothomagensem ex quibusdam causis legitimis appellasse, super premissis fecerunt eundem episcopum coram archiepiscopo supradicto vocari. In cujus presentia petentibus illis predictas nuntiari sententias esse nullas, tanquam post appellationem legitime interpositam promulgatas, cum fuisset sub eodem archiepiscopo aliquandiu litigatum, tandem fuit super omnibus causis motis coram quibuscumque iudicibus ordinariis sive delegatis, et querelis aliis universis quas utraque pars haberet contra reliquam, in Johannem, archidiaconum Constantiensem, ejusque collegas concorditer compromissum: ita quod bona fide, simpliciter et de plano, sine advocatorum strepitu, de proprietate, possessione, usu et consuetudine tam ecclesie Abrincensis quam monasterii sepedicti, et aliis de quibus inquirendum viderent, inquirerent veritatem: et partes, inquisitione facta, per se vel per procuratores idoneos in festo Omnium Sanctorum nuper preterito in nostra debelliant² comparere presentia, sententiam vel ordinationem apostolicam recepture. Sicque dictus episcopus sententias interdicti, excommunicationis et suspensionis et sasinas predictas usque ad festum Assumptionis beate Virginis futurum tunc proximo relaxavit: ita quod³ ex tunc, nisi inquisitio facta esset, annuimus

1. Ms. : monachos ; plus loin, dans un passage où revient ces deux noms, le ms. porte bien monachum (cf. col. 248-249).

2. Ms. : « debeat »; dans une autre partie de la bulle, où tout ce passage, depuis « Johannem, archidiaconum Constantiensem », est répété presque textuellement, on lit debellant (cf. col. 246).

3. Ms. : « et »; plus loin, ita quod. Dans la répétition plus correcte de tout ce passage (cf. col. 246).

1. Cf. Prov., XVIII, 3.

appellatione et contradictione abbatis et conventus, sacerdotum, clericorum et laicorum de Monte cessantibus. in eo statu in quo erant die martis proximo post festum beati Mathei apostoli. sententias reponeret antedictas. Sed quia, propter diffugia partis adverse, inquisitores predicti infra prefixum tempus procedere nequiverunt, propter quod memorati abbas et conventus incurrisse penam in compromisso appositam dinoscuntur, idem episcopus, non obstante frustratorie appellationis objectu partis alterius. ad priorem statum reduxit negotium, quoad sententias et sasinas. Adiecit insuper episcopus ipse quod in eodem monasterio et prioratibus ejus sue diocesis non est competens juxta eorum facultates numerus servitorum; et jamdicti abbas et conventus eum, quominus in sacerdotes et alios clericos ac laicos prelati Montis ordinarii jurisdictionem valeat exercere, presumunt contra justitiam impedire; tantumque de proventibus quarundam ecclesiarum sue diocesis percipiunt annuatim, quod sacerdotes earum nequeunt de residuo commode sustentari nec ecclesiarum ipsarum onera in procuracionibus et aliis sustinere, in ipsius episcopi prejudicium ac earundem ecclesiarum non modicum detrimentum; alias ei graves et injuriosi plurimum existentes. Quare petiit idem episcopus [ut] ¹ compelli eos ad observationem hujusmodi statutorum, et ad dimittendos proventus quos percipiunt in eisdem ecclesiis, cum nullo jure pertineant ad eosdem; ipsosque sibi, quia venire contra prefatum arbitrium presumpserunt et per eos stetit quominus fuerit in inquisitione processum, ad solutionem pene in utroque compromisso apposite condemnari; ac nominatas sententias, tam a se quam ab officiali suo prolatas, non obstante quod sententias ipsius officialis antedictus R., de facto, non absque juris injuria, relaxavit, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari; ac eos denunciari publice excommunicatos et puniri canonice, pro eo quod, excommunicati et suspensi, divina celebrare, vel prophanare, quantum in eis est, verius, presumpserunt; et rogi eosdem tam in monasterio quam in prioratibus supradictis habere juxta ipsorum facultates numerum servitorum; ac cessare ab impedimento predicto et aliis injuriis et gravaminibus, et satisfacere de illatis; tantumque dimittere de proventibus dictarum ecclesiarum presbiteris earundem, quod ex eis, juxta generalis et provincialis conciliorum statuta, sustentari commode valeant, faceremus. Et quia, litteris ad .. Sancti Petri de

Cultura Cenomanensis et .. Sancti Petri Carnotensis abbates eorumque collegas super diversis articulis ab eodem episcopo a Sede Apostolica impetratis, nondum ad contestationem litis, elapso jam fere biennio, faciente malitia partis alterius, est processum, postulavit instanter super hoc apostolicum remedium adhiberi. Magister vero Stephanus, qui pro dictis abbate et conventu ad impetrandum et contradicendum mandatum habebat, litteris in communi audientia contradicens, citra litis contestationem proposuit ex adverso quod, cum olim idem episcopus ad dictum monasterium accessisset, impensurus ei, ut dicebat, visitationis officium, tam in capite quam in membris, et, non in capitulo sed in quadam camera, nec vocato abbate, qui presens erat et sciebat plenius monasterii sui statum, neque capitulis expositis de quibus inquirere intendebat, et alias forma canonica non servata, cum etiam nullam in hoc jurisdictionem haberet, in visitatione procedens, inter alia in quibus per se ac alios gravavit eosdem, pro sua voluntate mandass[et] ut ad domos forenses, cum tamen causa justa vel necessaria non subesset, ipsius monasterii monachi mitterentur, [...] decano Abrincensis, de mandato ipsius episcopi, ut dicebat, ipsi abbati postmodum injungente ut ad quandam domum, cujus redditus uni non sufficient, duos monachos, et ad aliam, que in solius abbatis dispositione consistit, et cujus proventus sunt eorum communibus usibus deputati, totidem destinaret: ex parte ipsorum, propter hoc et alia gravamina, fuit ad Rothomagensem curiam appellatum. Quorum appellatione pendente, cum idem episcopus quasdam decimas quas pertinere ad quasdam parrochiales ecclesias sue diocesis et ab ipsis indebite detineri dicebat, nullo agente nec causa cognita, sed contempta inhibitione Rothomagensis curie facta ipsi episcopo, ne videlicet contra ipsos, appellatione pendente, procederet, fungendo partibus actoris et judicis, restitui mandavisset: ipsi, tum propter hoc, tum etiam quia dictus decanus, qui tam auctoritate apostolica quam ipsius episcopi procedere se dicebat, humiliter requisitus, copiam mandatorum per que de sua jurisdictione constaret, quam nunquam habuerant, eis facere denegavit, appellationem interpositam innovavit. Sed ille nichilominus abbatem ab ingressu ecclesie, conventum autem a divinarum celebratione, cum nota, de facto suspendit et suspensus fecit publice nuntiari; alias eos, presbiteros, clericos et laicos de Monte Sancti Michaelis, nullo sibi jure subjectos, in quos similiter, quia non comparuerant, sicut nec debuerant, coram eo, de facto, post appellationem ad dictam curiam interpositam, excommunicationis

1. Il est nécessaire de suppléer « ut » à cet endroit, à cause de « faceremus », qui termine cette longue phrase.

sententiam promulgavit, eamque fecit per vicinas parochias publicari, multipliciter¹ aggravando. Cumque, super hiis et aliis coram bone memorie .. Rothomagensi archiepiscopo et ejus officiali aliquandiu litigato, fuisset in fratrem Henricum, priorem ordinis Predicatorum Parisien[sium], et ejus collegas tanquam in arbitros compromissum, duo ipsorum, quâvis de jure nequiverint, commiserunt aliis vices suas; qui cum tertio compromissi formam perperam excedentes, omissis multis que in compromisso venerant, et sibi jurisdictione in quibusdam de quibus compromissum non fuerat, usurpata, iniquum contra monasterium arbitrium protulerant; et cum, occasione ipsius arbitrii, quod in multis idem episcopus non servarat, ipsi, ab eodem episcopo gravati, ad jamdicti archiepiscopi audientiam appellantes, episcopos, eorum appellatione ac ipsius archiepiscopi inhibitione contemptis, in abbatem et conventum suspensionis et in quosdam eorum excommunicationis sententias, absque causa rationali, fulminavit. Qui etiam, captata ipsius abbatis absentia, qui ad regis presentiam fuerat tunc profectus, pro eo quod homines ejus quendam monasterii villam incenderant, ceperant vinum ad opus conventus emptum, et quosdam homines eorum carceri mancipari, sicut etiam episcopo ipsi constabat, ad monasterium, nequaquam de adventu suo certificato conventu, causa visitationis, ut dicebat, accessit, nimium excedens modum in evectioibus et personis, adducendo secum multitudinem effrenatam; et cum idem episcopus cum eis peteret procurari, prior et quidam alii de conventu, allegantes abbatis absentiam et quod idem episcopus reddebat merito se suspectum, quia, multis controversiis [et] appellationibus [super]² priori visitatione pendentibus inter eos, super quibus ab archiepiscopo fuerat jam citatus, se visitationi eorum, qui de sua jurisdictione non erant, iterum ingerebat, cum admittendum non esse dixerunt, ad dictam curiam ne contra eos procederet, appellantes. Sed idem episcopus, nichilominus procurari se petens, diem visitationi prefixit; qua non expectata, suspensionis et excommunicationis sententias, ut dicitur, in priorem protulit et conventum, et eos excommunicatos nuntiari mandavit; et, manus aggravans in eosdem, omnes eorum ecclesias et capellas suorum prioratum ac ipsorum homines Abrincensis diocesis supposuit interdicto; priorem de Ponte Ursonis et Laurentium, mona-

chum eorundem, specialiter contra justitiam excommunicatos denuntiari faciens, ac deinceps quas in ejus diocesi obtinent, per potestatem regiam occupari, dictum priorem de Ponte Ursonis parte quarundam decimarum et quibusdam oblationibus insuper spoliando; promulgata in abbatem, priorem suspensionis, et postmodum, ut dicitur, excommunicationis sententia, quia, vocatus ab eo, ut dicebat, ad synodum non accessit, cui occasione premissa non potuit, nec alias debuit interesse. Cum itaque super hiis et aliis coram eodem archiepiscopo [causa fuisset] aliquandiu agitata, deum Johannem, archidiaconum Constantiensem, et ejus collegas super eisdem et omnibus querelis motis adinvicem et movendis, usque ad certum tempus ad inquirendum prefixit, ipsi cum eodem episcopo arbitros concorditer elegerunt: ita quod bona fide, simpliciter et de plano, sine advocatum strepitu, de proprietate, possessione, usu et consuetudine tam ecclesie Abrincensis quam monasterii sepefacti, et aliis de quibus inquirendum viderent, inquirerent veritatem: et, inquisitione facta, partes per se vel per procuratores idoneos in festo Omnium Sanctorum nuper preterito in nostra debebant comparere presentia, sententiam vel ordinationem apostolicam recepture. Sicque dictus episcopus sententias interdicti, excommunicationis et suspensionis ac sasinas predictas, de facto presumptas, usque ad proximo tunc futurum festum Assumptionis beate Virginis relaxavit; ita quod ex tunc, nisi inquisitio facta esset, in eo statu in quo prius fuerant, sententias reponeret antedictas. Sed iidem arbitri, quia dictus episcopus, pluries requisitus, negotium juxta formam compromissi prosequi noluit coram ipsis, procedere nequiverunt. Quare iidem abbas et conventus, ne precederet episcopus ad reponendum in priori statu sententias, cum non per eos, sed per ipsum steterit quominus extitisset ad arbitrium processum, ad Sedem Apostolicam appellarunt. Idem preterea proposuit procurator quod, cum parati essent augmentare, secundum taxationem provincialis concilii, in quibusdam ecclesiis vicarias quas idem episcopus minus sufficientes esse dicebat, pensiones nichilominus ipsis ab eisdem ecclesiis debitas fecit pre-fatus episcopus debitori; jus quoque patronatus quod habuit monasterium in ecclesia de Roncon, a tempore cujus memoria non existit, cum reddito quem ex ipso percipere consuevit, sibi contra justitiam usurpavit. Unde facta ex parte ipsorum nobis humiliter supplicatum sit cum submittimus sententias

1. Dans le ms. se trouve, avant *multipliciter*, *repetè* ms., déjà exprimé, dans la même phrase, quelques lignes plus haut.

2. Ms. : controversiis appellationibus et priorum

1. « Non solum a sacerdotibus agitata » sed « non » est « non » qu'on cherchait vainement dans la suite de cette phrase.

nuntiari nullas. Inquam post appellationem legitimam a non suo iudice de facto prolatas, et revocari quicquid aliud in eorum prejudicium est presumptum, ac eundem episcopum, qui temere sic processit, ad dampna, expensas, interesse et penam in utroque compromisso appositam, nec non ad restitutionem pensionum, decimarum et omnium subtractorum condemnari eisdem, et nichilominus cum et officiales suos penitus cohiberi ab eorum molestia mandavimus, nec permitteremus eos ab ipsis aliquatenus impediri, quominus libertatibus, immunitatibus et omnibus iuribus suis libere potiantur. Quia vero nobis non constitit de premissis, finem litibus cupientes imponi, ne fiant nostris temporibus immortales, ac nolentes eorum diversis iudiciis partes distrali laboribus et expensis, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, faciatis vobis obtentas hinc inde litteras et processus per eas habitos exhiberi, detentores ad exhibitionem eorum, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo, et, auditis super predictis omnibus que fuerint proposita coram vobis, causas, si de partium voluntate processerit, non obstantibus frivolis exceptionibus, si quas ad retardandum negotium opponi contigerit, concordia vel iudicio terminetis, facientes quod decreveritis etc. Alioquin ipsas sufficienter instructas ad apostolicum remittatis examen, prefixo partibus termino preceptorio competenti, quo se nostro conspectui representent, justam, auctore Deo, sententiam recepture. Si vero contigerit ipsum negotium ad nos ante sententiam per appellationem perferri, partes cum processibus, si qui fuerint habiti, infra competentem terminum preceptorie prefigendum a vobis, ad Sedem Apostolicam transmittatis, coram nobis in causis eisdem, prout justum fuerit, processuras. Testes etc. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii. X kalendas februarii, anno nono. »

2938Viterbe, 1^{er} février 1236.

Patriarchae Aquilegensis et ejus suffraganeis mandat quatenus, — cum fratres ordinis Humiliatorum, ea occasione quod interdum in locis ubi habitant, aliqui spoliabantur et aliqua maleficia perpetrabant, caperentur cum suis bonis, sicut alii homines, ad satisfactionem pro talibus exhibendam, licet occasione vel causam non praebereut maleficiis vel rapinis, — eisdem fratribus, in religiosis domibus commorantibus, in suis *id est* Aquilegensis patriarchae et suffra-

peut-être faut-il lire plus loin « *sed revocari* », au lieu de « *et revocari* ».

ganeorum] civitatibus vel dioecibus molestiam inferri non permittant. — (REG. 18. f. 104 v^o; ann. IX, c. 363; — cf. *supra*, n^o 2602.)

« .. patriarchae Aquilegensis et suffraganeis suis. Insuper dilectis filiis —. Dat. Viterbii, kalendis februarii, anno nono. »

2939

Viterbe, 28 janvier 1236.

Episcopo Parmensi mandat quatenus clericos Parmensis civitatis et dioecesis, qui possint in eadem civitate vel dioecesi obtinere justitiam, moneat quod potestatem et commune Parmenses vel aliquem de Parmensi civitate aut districtu per litteras apostolicas coram iudicibus positus in remoto, maxime cum apud eos jurisperitorum haberetur copia, malitiose, ut nonnulli solebant, non conveniant. — (REG. 18. f. 104 v^o; ann. IX, c. 364.)

« .. episcopo Parmensi. Dilecti filii .. potestas —. Dat. Viterbii, V kalendas februarii, anno nono. »

2940

Viterbe, 5 février 1236.

Magistro et fratribus ordinis de Sempingham indulget ut, quamdiu parati fuerint viros idoneos ad ipsorum ecclesias vacantes, in quibus soli ipsi fratres jus patronatus habebant, infra tempus legitimum dioecesanis episcopis praesentare, cogi non possint ab eisdem episcopis alios ad ipsas recipere. — (REG. 18, f. 104 v^o; ann. IX, c. 365.)

« .. magistro et fratribus ordinis de Sempingham. Auctoritate vobis presentium —. Dat. Viterbii, nonis februarii, anno nono. »

2941

Viterbe, 6 février 1236.

Henrico de Crichiaco, praeposito monasterii Columbensi, significat se compromissum inter monachos praedicti monasterii et G[alterum], episcopum Carnotensem, factum, de provisione ejusdem monasterii in abbatem, in quo compromisso ipse praepositus requisitus non fuerat, nullum esse discernere, et ordinationem de II, ipsius loci monacho, in ipsius monasterii abbatem, per eundem Carnotensem episcopum factam, irritare. — (REG. 18. f. 105 r^o; ann. IX, c. 366.)

« Henrico de Crichinco, preposito monasterii Columbensi. Vacante monasterio Columbensi, monachi ejusdem, post diversos et varios super ipsius provisione tractatus, in bone memorie G[alterum], episcopum Carnoten-

sem, ut de pastore provideret eisdem, compromittere curaverunt; qui, sicut dicitur, deliberatione prehabita, de H., ipsius loci monacho, providit monasterio in abbatem. Verum, te asserente quod in huiusmodi compromisso non fueris requisitus, propter quod duxeras appellandum ne dictus episcopus ex hoc procedere attemptaret, tandem, tuo et prefati H. procuratoribus in nostra presentia constitutis, dilectum filium nostrum G[uifredum], tituli Sancti Marci presbiterum cardinalem, eis dedimus auditorem; per cuius fidelem relationem cum nobis constiterit te in compromisso fuisse contemptum, illud nullum fuisse decernimus, et ordinationem de dicto H. factam per episcopum memoratum, et quicquid ex ea secutum est vel ob ipsam, sententialiter irritamus. Dat. Viterbii, VIII idus februarii, anno nono. »

29-12

Viterbe, 31 janvier 1236.

Capitulo Nuemburgensi, memorato quod sedes episcopalis Cicensis (= Ziticensis) dudum fuerat apud Nuemburgensem ecclesiam auctoritate apostolica translata, sicut ex privilegio Johannis papae ¹ ab ipso Gregorio papa innovato apparebat, significat se arbitrium quoddam inter ipsos, ex una parte, et decanum capitulumque Cicensis ecclesiae, ex altera, de quo mentio fit in epistola 328 ejusdem anni (= n. 2894-2895), confirmare; inserto sub sua bulla praedicti arbitrii tenore. — (Reg. 18, f. 105 r^o; ann. IX, c. 367; — cf. *supra*, n. 246 et 248.)

« *Capitulo Nuemburgensi*. Cum a nobis —. Dat. Viterbii, II kalendas februarii, anno nono. »

[Arbitrium vero praedictum sic incipit:]

29-13

« Nos, Dei gratia, Willebrandus, Magdeburgensis » ecclesie major prepositus, A[bertus] de Grizheim, » G[umbertus] de Kozove, Nuemburgenses canonici, » ex parte Nuemburgensis capituli. A[rnoldus], prepo- » situs, U[ricus], scolasticus, R[udigerus], canonicus » Cicensis, ex parte capituli Cicensis, arbitri electi in » causa —, arbitramur et arbitrando pronuntiamus in » hunc modum :

« Prepositus Cicensis pro se —. »

1. Lettre de Jean XIX, du mois de mars 1032 JAFFÉ-LÖWENFELD, n^o 4099, d'authenticité douteuse. Cf. aussi JAFFÉ-LÖWENFELD, n^o 4087.

29-11

Viterbe, 5 février 1236.

Magistro et fratribus domus Hospitalis Sancti Thomae martyris Acconen(sis), — opus Wintoniensi episcopo, qui domum in civitate Aesimensi in honorem beati Thomae martyris et ad opus canonicorum regularium a Ricardo, rege Angliae, constructam, ad locum magis aptum translaturat, praedictis canonicis inde remotis subrogaverat, — significat se quod ab eodem episcopo, licet non de jure, factum fuerat, confirmare. — (Reg. 18, f. 105 v^o; ann. IX, c. 368.)

« .. *magistro et fratribus domus Hospitalis Sancti Thomae martyris Acconen(sis)*. Quanto viri religiosi —. Sane vestra nobis devotio intimavit quod, cum clare memorie Ric[ardus], rex Anglie, constitutus in obsequio Terre Sancte, domum quandam in civitate Acconensi, in honorem Dei et beati Thomae martyris ac ad opus canonicorum regularium, pro peccatorum suorum remedio construxisset, ut hospitalitas et instituta sui ordinis servarentur ibidem, deum, eodem rege morte prevento, qui ad hoc proposuerat manus regalis munificentie aperire, canonici domus ejusdem non habuerunt unde possent commode sustentari, et eadem, paupertate depressa et vicina periculo, diutius fluctavit. Processu vero temporis, venerabilis frater noster .. Wintoniensi episcopo, qui ad partes illas, causa peregrinationis, accessit, considerans domum eandem situ loci et facultatibus ineptam ordini regulari et, propter canonicorum dissolutionem et incuriam, miserabiliter corruisse, de venerabilis fratris nostri .. patriarche Jerosolimitani et magnatum ipsius regni consilio, cathedrali et metropolitana ecclesii tunc vacantibus, eam ad locum translulit magis aptum, dictis canonicis inde remotis, et vobis, secundum regulam domus Theonicorum degentibus, pro Terre Sancte subsidio subrogatis. Licet autem idem episcopus id de jure facere non potuerit, nos tamen, pium ejus propositum et intentionem laudabilem attendentes, inclinati supplicationibus vestris, suppledo defectum huiusmodi de plenitudine potestatis, quod utiliter et provide factum est in hac parte, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, ita quod locus ipse per hoc in nullo a jurisdictione dioc[esani] episcopi sit exemptus. Nulli ergo nostre confirmationis etc. Dat. Viterbii, nonis februarii, pontificatus nostri anno nono. »

29-15

Viterbe, 5 février 1236.

Willelmo, quondam episcopo Montoniensi, p[re]sentis litterarum suo, Apostolice Sedis legato. — (ubi in Rivula) = Rivallia,

Wironia et quibusdam aliis terris ipsius legationi commissis tanta esset temporalium rerum inopia, quod non solum unius uni, sed etiam vix duorum episcopatum uni episcopo sufficerent facultates, — concedit potestatem uniuersi ac dividendi, transferendi de uno loco in alium, instituendi de novo episcopos et consecrandi eos, et limitandi episcopatus in praedictis terris, cum utilitas et necessitas hoc exposcat; in Revela et Wironia Lundensis ecclesiae iure salvo. — (REG. 18, f. 105 v°; ANN. IX, c. 369; — MOREAU 1190, f. 206; *ibid.*, f. 207, *ex cod. Vatic.* 7024, f. 92; — POTTHAST 10090.)

« W. quondam episcopo Mutinensi, penitentiario nostro. Apostolice Sedis legato. Licet episcoporum translatio —. Dat. ut supra. »

2916

Viterbe, 1 février 1236.

Ferrico, decano Belnensi, ne obsequium praedicationis ei damnosum existat, indulget ut fructus praebendarum suarum integre percipiat. — (REG. 18, f. 106 r°; ann. IX, c. 370.)

« Ferrico, decano Belnensi. Ne obsequium Jhesu —. Dat. Viterbii, II nonas februarii, anno nono. »

2917

Viterbe, 4 février 1236.

Episcopo Lingonensi mandat quatenus non permittat Ferricum, decanum Belnensem, — cui ipse papa, ne praedictio crucis, cui idem decanus totaliter se devoverat, eidem fieret damnosa, indulsit ut fructus praebendarum suarum, ac si in ecclesiis in quibus eas obtinebat, personaliter resideret, integre perciperet, vicariis in praebendis ipsis deserventibus sustentatione congrua de ipsis praeventibus reservata, quamdiu officio praedicationis insudaverit idem decanus, — super praemissis ab aliquibus indebite molestari. — (REG. 18, f. 106 r°; ann. IX, c. 371; — MOREAU 1190, f. 205.)

« .. episcopo Lingonensi. Ne obsequium Jhesu —. Dat. ut supra. »

2918

Viterbe, 30 janvier 1236.

Archiepiscopo, decano et cancellario Eboracensibus causam quae inter Johannem de Vercell[is], canonicum Lincolniensem, ipsius papae subdiaconum, [ex una parte], et archidiaconum de Bukingham, Lincolnienis dioecesis, [ex altera], super ecclesia ejusdem loci [id est Bukingham] vertebatur, et de cujus meritis Aegidio, Sanctorum Cosmae et Damiani diacono cardinali, quem papa partibus concesserat auditorem, liquere non potuerat, examinandam et terminandam committit; alioquin eam sufficienter instructam usque ad kalendas

octobris tunc venturi ad Sedem Apostolicam remittant. — (REG. 18, f. 106 r°; ann. IX, c. 372.)

« .. archiepiscopo, .. decano et .. cancellario Eboracensibus. Cum super causa —. Dat. Viterbii, III kalendas februarii, anno nono. »

2919

Viterbe, 6 février 1236.

Archidiacono, decano et successori Cathalaunensibus, memorata epistola supra sub numero 2907 notata, mandat quatenus contra scabinos et cives Remenses, in curia Romana litigare recusantes, excommunicationis sententiam proferant, et cives Remenses olim ab ipsis Cathalaunensibus de mandato apostolico citatos, ecclesiastico interdicto supponant. — (REG. 18, f. 106 r°; ann. IX, c. 373; — MOREAU 1190, f. 209; — POTTHAST 10091.)

« .. archidiacono, .. decano et .. successori Cathalaunensibus. Conquerentibus dudum dilectis filiis .. decano et capitulo Remensibus quod cives Remenses [et. ut supra, in epistola sub numero 2907 notata, usque] licet super concessione hujusmodi eorum non intervenisset assensus : vos cives eodem, auctoritate litterarum quas super hoc vobis direximus, ad nostram presentiam peremptorie citavistis; quorum procurator in nostra presentia constitutus, fori exceptione proposita, nostrum voluit iudicium declinare. Nos igitur, auditis et intellectis que utrumque fuere proposita coram nobis, de consilio fratrum nostrorum derevimus ut prefati cives, exceptione proposita non obstante, debeant super praemissis eidem decano et capitulo in nostra presentia respondere. Dato ergo dilecto filio nostro Egidio, Sanctorum Cosmae et Damiani diacono cardinali, utriusque partis procuratoribus auditore, ad exceptiones coram eo, si que superessent, ex parte civium proponendas, dictus eorum procurator, quodam mandato civium predictorum revocatorio sue procuracionis exhibitio, in quo eidem procuratori inhibebant expresse ne ad litem contestationem procederet coram nobis, licentia non optenta vel petita, recessit. Unde, cum scabini et cives memorati contumaces existant, mandamus quatenus in scabinos iam illius temporis quam presentes excommunicationis sententiam proferatis, [simili modo contra illos qui pro tempore substituti fuerint, nichilominus processuri], et cives Remenses olim a vobis de mandato nostro citatos, supponatis

1. Le nombre de phrase imprimé ici entre crochets se trouve dans le *Registre* ajouté en marge.

eclesiastico interdictio, ita quod, preter baptisma[ta] parvulorum et penitentias morientium, nulla eis sacramenta ecclesiastica ministrentur, facientes utramque sententiam tam per Remensem provinciam quam per mundanas Campanie publicari sollempniter [et] usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari¹. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, VIII idus februarii, anno nono. »

2950

Viterbe, 9 février 1236.

Præposito Furnensi concedit ut valeat in diaconatus ordine per quinquennium insistere theologicæ facultati, ita quod in præpositura faciat interim per vicarium deserviri. — (Reg. 18, f. 106 r^o; ann. IX, c. 374.)

« .. *præposito Furnensi*. Merito illis Apostolica Sedes favorem sue benignitatis impendit, qui, sanguine gratiosi, student nobilitatem generis virtutibus decorare. In nostra siquidem proposuisti presentia quod quondam .. *prepositus*, .. *decanus* et *capitulum Furnensis* ecclesie, *Morinensis* diocesis, te, tunc ejus canonico, in studio commorante, communiter statuerunt ut *prepositus* qui de cetero assumeretur *libidem*, post confirmationem electionis sue prestaret de facienda residentia et recipiendo infra annum presbiteratus ordine juramentum; ita tamen quod, si studere vellet et foret docilis, posset Parisius, vel in alio loco majori spatio non distante, ubi provisionem non haberet et frequens esset studium, et unde non traheret originem, per triennium in studio commorari, facturus tamen per quinque menses quolibet anno ipsius triennii residentiam in ecclesia memorata. Tu igitur, dicto *preposito* substitutus, ad recipiendum, ut dictum est, sacerdotalem ordinem te per juramentum corporaliter prestitum astrinxisti. Cum autem, ut asseris, divine legis desideres habere notitiam, ut possis subditis, sicut tuum requirit officium, panem frangere Verbi Dei, nos, intellecto quod, nobilibus ortus natalibus, per vite meritum et talentum scientie te dignum gratia reddidisti, tuis et dictorum decani et capituli precibus inclinati, devotioni tue presentium auctoritate concedimus ut, constitutione hujusmodi non obstante, cui nolumus hoc in posterum prejudicium generari, valeas in diaconatus ordine, quem dixeris postmodum assumpsisse, per quinquennium insistere theologicæ facultati, ita quod in præpositura facias interim per vicarium idoneum deserviri. Nulli ergo nostre concessionis etc. Si

quis autem etc. Dat. Viterbii, VIII idus februarii, anno nono. »

2951

Viterbe, 5 février 1236.

Præposito Parmensi mandat quatenus, quædam excommunicationis sententias in G., abbatem monasterii de Marolla, nec non et in R. priorem et fratres monasterii de Columbario post appellationes legitimas prolatas relaxans, cum illis, qui, de appellatione confisi, a divinis officiis non cessaverant, dispenset. — (Reg. 18, f. 106 v^o; ann. IX, c. 375.)

« .. *præposito Parmensi*. Dilecti filii Ph. et Thomas], monachi et procuratores monasteriorum de Marolla et de Columbario, Regiensiis et Mutinensis diocesium, in nostra proposuerunt presentia constitui quod, olim inter ipsa monasteria super observatione cujusdam arbitrii causa diutius agitata, cum dilectus filius noster O[tho], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, eis datus auditor, decreverit per diffinitivam sententiam .. priorem et monachos de Columbario compellendos ad observationem arbitrii quod observare volebant, nos eandem sententiam tibi commisitimus exequendam. Verum quia, sicut asserunt, quædam excommunicationis sententie in G. abbatem monasterii de Marolla, [et] R. priorem et fratres de Columbario, licet post appellationes legitimas, prolate fuerunt, et ipsi postmodum, de appellatione confisi, a divinis officiis non cessarunt, iidem procuratores humiliter postularunt a nobis ut, ad cautelam ipsis per te benedictionem absolutionis faciutes impendi, super [irregularitate, si] quam exinde contraxerunt, eis providere per dispensationis gratiam dignaremur. Nos igitur, eorum precibus inclinati, mandamus quatenus, cum ab utraque parte fueris requisitus, auctoritate nostra r[elaxas] dictas sententias, et cum illis super irregularitate predicta, prout animarum suarum saluti videris expedire, dispenses, salutarem eis penitentiam injungendo. Dat. Viterbii, nonis februarii, anno nono. »

2952

Viterbe, 8 février 1236.

Abbatem conventumque monasterii de Peleis (= Püsis in Hungaria) protegendos suscipit, specialiter autem annum redditum centum marcarum quem, dotis causa, A. [re]reas, rex Hungarie, percipiendum in salibus suis de Zöbachi, eorum monasterio, tempore dedicationis ipsius, concesserat, eis confirmat. — (Reg. 18, f. 106 v^o; ann. IX, c. 376; — Portheast 10662.)

« .. *abbati et conventui monasterii de Peleis in Ungaria*,

1. La fin de cette phrase a été refaite.

Cisterciensis ordinis, Vespriemensis diocesis. Sacrosancta Romana Ecclesia — Dat. Viterbii, VI idus februarii, anno nono. »

2953

Viterbe, 14 février 1236.

Abbati Sanctae Columbae Senonensis mandat quatenus abbatem monasterii Floriacensis ad observationem quorundam statutorum, potestatem abbatis restringentium, nuper, tempore quo idem monasterium pastore destituebatur, editorum, denuntiet non teneri, et in eodem monasterio camerarium institui faciat. — (REG. 18, f. 106 v°; ann. IX, c. 377.)

« .. *abbati Sancte Columbe Senonensis.* Dilectus filius .. abbas monasterii Floriacensis, ordinis sancti Benedicti, quod ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinet, propositus coram nobis quod nuper, monasterio ipso pastoris regimine destituto, ipse et alii monachi ejusdem, volentes futuri abbatis restringere potestatem, super habendo camerario et monachis villarum constituendis prepositis, fecere statuta pro sue libito voluntatis, ad ea servanda astringentes se vinculo juramenti. Super quibus idem abbas provideri a nobis humiliter postulavit, presertim cum in eis expresse auctoritas Sedis Apostolice sit excepta. Cum igitur, vacante monasterio, dicti monachi nullam faciendi statuta hujusmodi habuerint potestatem, mandamus quatenus, si est ita, denunties dictum abbatem ad observationem eorum aliquatenus non teneri, in eodem monasterio camerarium institui, secundum statuta a nobis super reformatione ipsius ordinis edita, faciendo; contradicteores etc. Dat. Viterbii, XVI kalendas martii, anno nono. »

2954

Viterbe, 15 février 1236.

Angelo Aegidii, vicario Oderisii potestatis, et communi de Spello significat se confirmare quod Rainerius, episcopus Ostiensis, praescripserat in causa inter ipsos et Fuliginates pro nece Monaldi militis et multis injuriis exorta; instrumentum ejusdem Rainerii sententiae sub sua bulla inserto. — (REG. 18, f. 107 r°; ann. IX, c. 378; — POTTHAST 10095.)

« *Angelo Egidii, vicario Oderisii potestatis, et communi de Spello.* Justis petentium etc. — Dat. Viterbii, XV kalendas martii, anno nono. »

[Rainerii, Ostiensis et Velletrensis episcopi, sententia sic incipit et desinit:]

[2955] Viterbe, Saint-Sixte, 18 décembre 1235.

« In nomine Domini. Amen. Anno ejusdem a Nativitate M^oCC^oXXXV, indictione VIII^a, die XIII^a mensis decembris exeunte, tempore dominorum Gregorii pape VIIIⁱ et Fred[erici], Romanorum imperatoris, dominus Rain[erius], Ostiensis et Velletrensis episcopus — Actum Viterbii, apud Sanctum Sixtum — Ego Andreas de Becton. — subscripsi et publicavi. »

2956

Viterbe, 18 février 1236.

Alexandro, episcopo Coventrensi, significat se Coventrensem ecclesiam sub beati Petri et sua protectione suscipere, et ejus bona, quae nominatim recenset, confirmare. — (REG. 18, f. 107 r°; ann. IX, c. 379.)

« *Alexandro, episcopo Coventrensi, ejusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.* In eminenti Apostolice — Quocirca, venerabilis in Christo frater, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et Coventrensem ecclesiam, cui, Deo auctore, preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio² communimus; statuentes ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem ecclesia inpresentiarum juste ac canonice possidet aut in futurum etc., usque: firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus vocabulis exprimenda: locum ipsum in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis; centum quoque libratas terre, videlicet Hardewic, Huntonam, Druimerston., Waspreton.³ Scam.; dimidium census Coventrei, et ecclesiam Sancte Trinitatis ejusdem loci; molendinum Olleston., et triginta solidos in Winew., que Laurentio priori et monachis ejusdem loci, artius et religiosius solito inibi Domino servientibus, ad servandam religionem et hospitalitatem secundam, bone memorie .. predecessor tuus intuitu contulit pietatis, et consilio bone memorie Alberici, Ostiensis episcopi⁴, tunc Apostolice Sedis legati, et religiosorum episcoporum et abbatum regionis Anglie, dictorum monachorum usibus deputavit. [Que omnia] prefate ecclesie ejusque servitoribus, ad exemplar felicis recordationis Innocentii et Lucii⁵, predecessorum

1. Sur le chiffre de l'indication, cf. *supra*, n° 2925.

2. Ms. : p^l.

3. Pour *Waspreton*.

4. Albéric, évêque d'Ostie de 1138 à 1143.

5. Innocent II et Lucius II, contemporains de l'évêque d'Ostie,

nostrorum, Romanorum Pontificum, confirmamus et presentis scripti privilegio communimus; statuentes ut milites, vavassores et francoleni¹ in prefatis monachorum villis degentes, quas utique, ad regalia militum servitia exequenda, ut quieti sue iidem monachi liberius vacare valeant, supradictorum episcoporum et aliorum consilio sibi reservasse dinoscitur, earundemque villarum ecclesie et decime atque possessiones, ab eo et suis predecessoris prebendis canonicorum Lichefelden[sium] deputate, et quod residui in terris atque possessionibus ad episcopales usus ibidem retinuit, tuis tuorumque successoribus cedant, et eadem omnia integra vobis et illibata permaneant; tali scilicet ratione ut de hiis que jamdictis monachis sunt collata, vel que in episcopales usus [sunt] retenta, tibi vel successoribus tuis, [aliquis] nichil infringere audeat vel mutare, nec aliquid inde distrahere vel distracta militari servitio deputare. Ea etiam que, a predecessoribus tuis dispersa et distracta, auctoritate apostolica et judicio ecclesiastico idem predecessor tuus ad jus et dominium tue ecclesie revocavit, videlicet Scrapetost², Pachinton., Olleston., Tibigton., Hintas, vel que in posterum, Deo propitio, tu ipse poteris recuperare, vobis et per vos Coventrensi ecclesie inconconvulsa servantur. Porro ejusdem loci monachi talem obedientiam Coventrensi episcopo qui pro tempore fuerit, exhibeant, qualis Wintoniensi, Elyensi et Wigornien³ episcopis canonice a suis monachis exhibetur. Decernimus ergo etc., usque: omnimodis profutura; salva Sedis Apostolice auctoritate. Si qua igitur etc., usque: subjaceat ultioni. Canctis autem etc. Dat. Viterbii, per manum magistri Willelmi, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, XII kalendas martii, indictione VIII, Incarnationis Dominice anno M^oCC^oXXXV (sic), pontificatus vero domini Gregorii pape VIII anno nono. »

2957

Viterbe, 19 février 1236.

Priori et monachis Coventrensis, de eadem re scribens, mandat quatenus Coventrensi et Lichefeldensi episcopo obediant; alioquin abbati de Aynesham (= Ensham), priori de

Albéric Je ne trouve dans la nouvelle édition des *Regesta* de JAFFÉ aucune lettre d'Innocent II adressée à un évêque de Coventry, mais on peut en citer une de Lucius II, d'ailleurs fragmentaire, du 4 mai 1144 (JAFFÉ-LÖWENFELD 8594).

1. Francolenus ne se trouve pas dans DU CANGE; mais Franconensis et Franchitanus (= libre tenens).

2. Pour Scrapetost (= Scraploff).

Osneia⁴ et cancellario Oxoniae junctat ut ipsos ad id compellant. — (Reg. 18, f. 107 v^o; ann. IX, c. 380.)

« .. priori et monachis Coventrensis. Significante venerabili fratre —. Dat. Viterbii. XI kalendas martii, anno nono. »

2958

Viterbe, 21 février 1236.

Archidiacono, decano et succentori Cathalaunensibus, memorata epistola supra sub numero 2949 notata, mandat quatenus sententias a scabinis Remensibus, in quos papa ab ipsis excommunicatione proferri mandaverat, promulgatas, cum temporalem jurisdictionem contra Remensis ecclesie jura, ut dicebatur, exercerent, irritas et inanes denuntiet, inhibentes ne quis illas mandet executioni. — (Reg. 18, f. 107 v^o; ann. IX, c. 381; — POTTHAST 10098, omisso initio; — cf. supra, n. 2907 et 2949.)

« .. archidiacono. .. decano et .. succentori Cathalaunensibus. Conquerentibus dudum dilectis filiis [etc., ut supra, in epistola sub numero 2949 notata, usque:] recessit. Unde, cum scabini et cives memorati contumaces existant, vobis per litteras nostras mandavimus ut in scabinos; tam illius temporis quam presentis, excommunicationis sententiam proferatis, simili modo contra illos qui pro tempore substituti fuerint, processuri. Ut igitur de sua salute diligentius cogitare cogantur, districte precipiendo mandamus quatenus, si dicti scabini sic excommunicati aliquas sententias duxerint promulgandas, eas, tanquam ipso jure nullas, denuntietis irritas et inanes, auctoritate nostra nichilominus districtius inhibentes ne quis illas executioni mandare presumat, eos qui contra fecerint, sublato appellationis obstaculo, percellentes. Quod si non omnes —. Dat. Viterbii, VIII kalendas martii, anno nono. »

2959

Viterbe, 15 février 1236.

Episcopum quondam Mutinensem, Apostolice Sedis legatum, monet et hortatur quatenus vota peregrinationis pauperum cruciatorum in Bremensi provincia, nec non in Magdeburgensi, Havelbergensi et dimidia Brandeburgensi versus Albeam, in Verdensi, Mindensi et Paderbornensi diocesis ac in Gollandia (= Gothlandia), convertat in suorum fideliu[m] in partibus Livoniae, Semigalliae, Curoniae et Esthoniae existentium, eosque exhortationibus informat et se

1. Ms. : de Osneia.

potenter accingant ad liberandum proximos de manibus Paganorum; praeterea episcopus assentos jam sedes moneat et inducat ut eum peregrinorum auxilio ad faciendas munitiones pro neophytis Paganis expositis et ad ordinandas sedes episcopis adhuc vagantibus fideliter intendant. — (REG. 18, f. 108 r°; ann. IX, c. 382; — MOREAU 1190, f. 211; *ibid.*, f. 215; *ibid.* 1191, f. 220, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10094; — RODENBERG 671.)

« .. *episcopo quondam Mutinensi, Apostolice Sedis legato.* Ne terra vaste —. Dat. Viterbii, XV kalendas martii, anno nono. »

2960

Viterbe, 18 février 1236.

Episcopo Cumano mandat quatenus Alberto dicto Saeo, potestati Mediolanensi, mandatis apostolicis parere volenti super sententia Mainfredi, comitis de Curte Nova, olim potestatis Mediolanensis, contra quosdam cives Mediolanenses revocanda, — quod primum efficere recusaverat, — absolutio- nem impendat. — (REG. 18, f. 108 v°; ann. IX, c. 383.)

« .. *episcopo Cumano.* Venerabili fratre nostro .. patriarcha Antiocheno nobis innotuit exponente quod, licet ipse, dum in partibus Lombardie legationis officio fungeretur, intellecto quod nobilis vir Mainfredus, comes de Curte Nova, tunc potestas, et consilium Mediolanen[ses] dilectum filium nobilem virum Henricum de Castellione, Leonardum dictum Medicum et quosdam alios cives Mediolanenses, in grave fame et honoris eorum dispendium, quadam iniqua sententia condemnarant, ac alias processerant perperam contra eos, de assensu et concessione consilii Alberto dicto Saeo, potestati Mediolanensi, pluries mandavisset ut huiusmodi sententiam et processum sine difficultate qualibet revocaret: ipso tamen id efficere recusante, idem patriarcha in eum excommunicationis sententiam pronulgavit. Verum, quia nobis fuit humiliter supplicatum ut potestatem eandem, nostris super hoc mandatis parere volentem, absolvi a prefata excommunicationis sententia mandarem, mandamus quatenus, ab eo sufficienti et idonea cautione recepta, quod infra quinque dies post monitionem tuam, premissa, juxta mandatum patriarche predicti, dilatione ac excusatione cessantibus, corrigat et emendet, eidem secundum formam Ecclesie beneficium absolutio- nis impendas. Si vero post absolutio- nem obtentam infra prefixum sibi terminum non effecerit quod mandatur, reducas eum in pristinam excommunicationis sententiam et facias ab omnibus tanquam excommunicatum usque ad satis-

factionem condignam, appellatione remota, artius evitari. Dat. Viterbii, XII kalendas martii, anno nono. »

2961

Viterbe, 15 février 1236.

Ludovico, regi Francorum, exponit qualiter progenitores ejus, qualiter praesertim Carolus Magnus, Ecclesiam, a qua omnem honorem acceperint, honorare cupierint; unde eum rogat quatenus, eorum vestigia sequens, statutum quo homines juris sui regis seu baronum regni hominibus ecclesiasticis in foro ecclesiastico non teneantur respondere, in irritum revocet, rebelles Ecclesiae ad ipsius mandatum et unitatem redire compellat, et de damnis et injuriis hac occasione ecclesiae Senonensis seu aliis illatis faciat satisfieri; inserta sub sua bulla excommunicationis sententia ab Honorio III papa lata seu canone super hoc promulgato praesertim in omnes qui statuta contra Ecclesiae libertatem edita fecerint servari, nisi ea infra duos menses revocaverint. — (REG. 18, f. 108 v°; ann. IX, c. 384; — MOREAU 1190, f. 217; — POTTHAST 10093; — RODENBERG 672.)

« *L., illustri regi Francie.* Rex qui regni regit eternum dominium, qui erexit Ecclesiam super catholice fidei fundamentum, reges terrarum ad ipsius Ecclesie obsequium suis monitis excitans et orbis principes multis ad ejus devotionem exemplis invitans, illam precipit a mortalibus honorari, pro qua ipse, immortalis formam servi accipiens, crucis patibulum et mortis non expavit subire tormentum, exaltans illum qui ministris ipsius prestat obsequium, et regnum ei sua miseratione perpetuans, qui ad tempus sponse sue votis favorabiliter obsecundat. Porro id, filii carissime, in progenitoribus tuis et praesertim in inclyte recordationis Carolo Magno colligere poteris evidenter, diligenter attendens qualiter idem Carolus, Romano Pontifici, vicario Jhesu Christi et successori beati Petri, cui Dominus terreni simul et celestis Imperii jura commisit, obediens, pro defensione Ecclesie se laboribus et angustiis multis exposuit, quantum exinde honoris, laudis et glorie reportaverit. Sed forsitan ad tuam notitiam non pervenit quod idem, contra persecutores ipsius Ecclesie magnum pluries congregans exercitum bellatorum, de ipsis magnifice triumphavit; et, imperatore Constantinopolitano ecclesiasticam negligente defendere libertatem, Ecclesia, gladii spiritualis et materialis obtinens a Domino potestatem —. Imperium eidem Carolo, qui non solum violatores liber-

1. Bulle d'Honorius III du 4 janvier 1221 (POTTHAST 6469; RODENBERG 160; PRESSUTTI 2945).

tatis Ecclesie, sed et rerum ecclesiasticarum sua virtute compescuit turbatores, contulit, et ipsum alias immensis glorie titulis insignivit, in personam ipsius continentis gratiam quam, retroactis temporibus, Zacharias papa Pipino, patri suo, fecerat, quem ad regni Francorum solium exaltarat. Propter quod ipse Carolus, Ecclesiam, a qua omnem honorem susceperat, cupiens honorare, perpetua lege decrevit ut omnes ipsius jurisdictioni subjecti statutum a Theodosio imperatore pro Ecclesie libertate editum¹ inviolabiliter observarent, videlicet ut « quicumque litem habens, sive petitor fuerit, vel in initio litis vel decursis temporum currit, sive cum negotium peroratur, sive jam ceperit » promi sententia, si iudicium elegerit sacrosancte » sedis antistitis, illico sine aliqua dubitatione, etiamsi » pars refragatur altera, ad episcoporum iudicium cum » sermone litigantium dirigatur; et omnes cause que » pretorio et etiam civili jure tractantur, episcoporum » terminate sententiis, perpetue robor obtineant firmitatis, et negotium quod iudicio ipsorum deciditur, » nequaquam ulterius ab aliquo retractetur. » Ex quo manifesta potes ratione pendere quantum iniquum videatur et absonum, si honor Ecclesie, que tam grandis libertatis privilegio donata cognoscitur, in illis immunitatibus, que multo predictis noscuntur esse minores, tuo tempore decurtetur. Ceterum reliqui successores ejusdem Caroli, progenitores tui, exaltationem ecclesiarum propriam exemplo simili reputantes, se Christiane fidei, se matris constituerunt Ecclesie defensores, et, studiosius attendentes quod Deo, qui eos regni gloria sublimarat, nichil rependere poterant simile, ut tamen ostenderent ingratitude vitio se carere, ecclesias facultatibus multis dotarunt, immensis donaverunt libertatibus, vel eam potius, a qua ipsi omnem potestatem acceperant, in libertate debita servaverunt, reputantes indignum ut locus ubi divinum nomen excolitur, ubi Christus in altaris hostia, in nostrorum redemptionem criminum, immolatur, alienius servitutis subiciatur oneribus, cum sit supra intellectum hominis honorandus. Si ergo proprie servat propago vitis originem, si succus idem ramos vivificat et radicem, vix creditur ut eisdem progenitoribus, quibus parificaris honore dominii, patiaris te contrarium moribus et inferiorem virtutum actibus inveniri. Quinimodo, speratur quod gratia bonitatis que ipsis erat innata, ad tuam derivata personam, te nichil permittat efficere, quod libertati et honori Romane Ecclesie et membrorum ejus possit

in aliquo derogare. Cum sapor fontium concessus origini fluentibus ex ipso rivulis non valeat abnegari. Sed ecce audivimus et dolemus quod tu, fili carissime, et regni barones, malorum usi consilio, Ecclesiam, que vos ex utero sanctificationis regeneravit in filios ac pro salute vestra immaculatam agnum offert jugiter Deo Patri, in servitum cupientes redigere, quasi jam non libere velitis vocari filii, sed ancille, immo sponsam regis eterni, qui vos a servitute perpetua liberavit, conantes miserabiliter ancillare, communi statuto, vel destitutione potius, contra libertatem Ecclesie, sicut dicitur, firmavistis ut homines vestri juris ecclesiasticis vel ecclesiasticorum hominibus aut aliis in foro non teneantur ecclesiastico responderi; quinimmo, si iudex ecclesiasticus in eos, ob contumaciam, excommunicationis sententiam tulerit, hujusmodi sententiam, rerum occupatione suarum vel eorum ad quorum instantiam excommunicati fuerint, in contemptum clavium Ecclesie, adversus quas non possunt potentie inferi prevalere, relaxare cogatur; et, quod deterius est, archiepiscopos, episcopos et alias personas ecclesiasticas vel ecclesiasticorum hominibus aut aliis in foro non teneantur ecclesiastico responderent. Considera igitur, fili, considera quantum tibi talia consulentes tuum commodum diligunt et honorem, qui, desiderantes in aqua turbata piscari, pravis suggestionibus incipiunt maculam in tua gloria ponere, ut ex hoc non que tua, sed que sua sunt, valeant commoda reportare! Considera quantum indecens tibi possit existere, si in ecclesiarum oppressionibus tui regni primitias suggestio familiarium hostium statuatur, et de flore juventutis tue, de qua multe fructum dulcedinis expectat Ecclesia, amaritudinis, quod absit, botrus erumpat! Quid plura? Convenit ut, frequenter infra tui pectoris arcana revolvens quod non solum predecessores tui, quibus et tibi ex honore impensis Ecclesie multiplicis laudis titulus et honoris accrevit, totis eam studuerunt viribus honorare, sed et multis longe retroactis temporibus Valentinus imperator suffraganeis Mediolanensis dixit ecclesie¹: « Talem in

1. CASIODORUS, *Historia tripartita*, lib. VII, cap. 8, apud MIGNE, *Patrol. lat.*, t. LXIX, col. 1073 (cf. THEODORUS, *Historia ecclesiastica*, lib. IV, cap. 6 apud Migne, *Patrol. graeca*, t. LXXXII, col. 131, — Cf. R. ... p. 59, note 1.

1. Sur cette constitution, faussement attribuée à Théodose, cf. ROSENBERG, p. 568, note 1.

» pontificali constituite sede, cui et nos, qui gubernamus Imperium, sincere nostra submittamus capita, » et ad ejus monita, dum tanquam homines delinquentes necessario, velut ad curantis medicamina recurramus », aures tuas illis qui te ad afflictionem ecclesiarum pravis seductionibus nituntur inducere, minime prebeas, et ea tibi suggerentibus, quibus anime detrimentum incurris, auditum penitus interdicas. Hinc est quod excellentiam regiam rogandam duximus et monendam quatenus, ob divine majestatis reverentiam et Apostolicæ Sedis honorem, statutum predictum et alia ecclesiasticæ contraria libertati in irritum revocata et a dictis baronibus faciens revocari, ac Ecclesiam Gallicanam in pristino statu et honore conservans, eam non molestes nec patiaris ab aliis molestari; quinimmo, viros ecclesiasticos indulta tibi celsius potestate protegens et defendens, rebelles Ecclesie ad ipsius mandatum et unitatem redire compellas, et de dampnis et injuriis que ob hoc ecclesiis Senonensi seu aliis dicuntur illata, absque diminutione satisfieri facias, ita quod ex hoc apud Deum merearis gratiam ampliorem. Ad hec, cum olim felicis recordationis Honorius papa, predecessor noster, in omnes aliqua statuta contra Ecclesie libertatem edentes, nisi infra duos menses statuta ipsa revocent, excommunicationis sententiam tulerit et super hoc canonem, lata sententia, promulgavit, nos ipsius tenorem tibi, ne id tuam serenitatem lateat, duximus transmittendum; qui talis est :

« Noveritis quod nos nuper in basilica Principis » Apostolorum, presente carissimo in Christo filio » nostro Frederico, Romanorum imperatore et semper » augusto, in celebratione missarum, postquam capiti » suo imposuimus Imperii diadema, de consilio fratrum nostrorum, accensis candelis, excommunicavimus ex parte Dei omnipotentis, auctoritate quoque » beatorum Apostolorum Petri et Pauli et nostra, omnes hereticos utriusque sexus, quocunque nomine » ceaseant, et fautores, receptatores et defensores » eorum, nec non et qui de cetero servari fecerint statuta edita et consuetudines, vel potius abusiones, in » tractatas contra ecclesiasticam libertatem, nisi ea » de capitularibus suis infra duos menses post hujus » modi publicationem sententie fecerint amoveri. Item » excommunicamus statutarios et scriptores statutorum ipsorum, nec non potestates, consules, rectores et consiliarios¹ locorum ubi de cetero hujusmodi » statuta vel consuetudines editæ fuerint vel servate, » nec non et illos qui secundum ea presumpserint

1. Ms. : consules et rectores consiliarios.

» judicare vel in publicam formam scribere judicata. »
« Dat. Viterbii, XV kalendas martii, pontificatus nostri anno nono. »

2962. — In eundem modum *eidem regi*, pro ecclesiis provincie Turonensis.

2963

Viterbe, 18 février 1236.

Regi Navarree, comiti Campanie, similiter scribens, eum rogat et monet ut statuta contraria libertati ecclesiasticæ revocet, et, Ecclesiam Gallicanam in pristino statu conservans, eam non molestet nec patiatut ab aliis molestari. — (REG. 18, f. 109 v°; ann. IX, c. 385; — MOREAU 1190, f. 221; — POTTHAST 10096.)

« .. illustri regi Navarre, comiti Campanie. Rex qui regni —. Dat. Viterbii, XII kalendas martii, anno nono. »

2964

Viterbe, 18 février 1236.

Baronibus regni Francie similiter scribens, eos monet et rogat quatenus statutum prædictum et alia ecclesiasticæ contraria libertati revocent, ac, Ecclesiam Gallicanam in pristino statu conservantes, eam non molestent nec patiantur ab aliis molestari. — (REG. 18, f. 110 r°; ann. IX, c. 386; — MOREAU 1190, f. 222.)

« Nobilibus viris baronibus regni Francie. Rex qui regni —. Dat. ut supra. »

2965

Viterbe, 17 février 1236.

Archiepiscopo Senonensi et suffraganeis ejus de eadem re scribens, monet eos et hortatur quatenus constanter se gerant pro ecclesiastica libertate contra prædicta statuta. — (REG. 18, f. 110 r°; ann. IX, c. 387; — MOREAU 1190, f. 223.)

« .. archiepiscopo Senonensi et suffraganeis ejus. Post afflictiones multimas et longos deserti circuitus. Israel in Terram Promissionis inducitur; post multa certamina, belli sudor pacide manu pacis abstergitur, et, quiescentibus preliis, terra distributionis divisa funiculo possidetur¹. Sed, ne Domini populus in elationem cordis ab abundantia divitiarum et pacis exiliat, ne, credens quod sibi sua manus hec fecerit, in divine legis observatione tepescat, hostes omnino delere non

1. Cf. PSALM. LXXVII, 54.

potuit, et quasdam gentes, mortuo Josue, Dominus ad ejus exercitum dereliquit, ut, cruditus in eis, preliandi cum hostibus consuetudinem disceret, et, in illis oppressus, in se timorem Domini, eo quod vexatio dat intellectum auditui¹, fortius conservaret. Quare², etsi catholice fidei mater Ecclesia jam, post multas persecutionum angustias, post beatorum passionis martirum gloriosas, latius in orbem terrarum suos terminos dilatarit, [et] jam plantata in Christi sanguine Domini vinea sit in multitudine palmitum et sceptrorum dominantium exaltata³: adhuc nonnulli Ecclesie dampnum capitis diminutionis infligere et eam thesauro libertatis et fidei nituntur modis variis spoliare. Nam, sicut dolentes audivimus et miramur, carissimus in Christo filius noster .. Francie rex illustris et regni barones Ecclesiam, que ipsos ex utero sanctificationis regeneravit in filios etc., usque: in judicio ecclesiastico responderent. Verum, si dicti rex et barones diligenter attenderent qualiter inclite recordationis Carolus Magnus Romano Pontifici etc., ut supra, usque: dicti regis tempore decurtetur. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in Domino Jhesu Christo, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus, vos in defensione ecclesiastice libertatis, exemplo Prophete⁴, civitatem munitam et columnam ferream statuentes, miime timeatis; sed, ea cordis armati constantia, quam nulla possit persecutionis penetrare sagitta, murum pro domo Domini vos viriliter opposcentes, libertate in cuius possessione adhuc existitis, et qua hactenus usi estis, confidenter utamini, et, contra rebelles, prout convenit, procedentes, statuta contra libertatem ecclesiasticam attemptata irrita nuntiando, vos aut subditos vestros ipsius non permittatis commodo spoliari; pro firmo scientes quod, cum Ecclesiam Gallicanam speciali caritate inter ceteras orbis ecclesias diligamus, vobis omnimodum in conservatione jurum et libertatum vestrarum, dante Domino, consilium et auxilium impendemus. Ceterum, cum olim felix recordationis Honorius papa, predecessor noster etc., ut supra, usque: promulgavit, nos ipsius tenorem, ut eum sollempniter publicari et servari in vestris diocesis, non obstantibus indulgentiis vel privilegiis quibuscunque ab Apostolica Sede concessis, appellatione postposita, faciatis, vobis diximus transmittendum; qui talis est: « Noveritis etc. », ut supra, usque in

finem. Porro, qui in talibus late culpe negligentia comparetur, si qui vestrum forsitan in hiis negligentibus extiterit, censuram non effugiet ecclesiastice discipline. Dat. Viterbii, XIII kalendas martii, pontificatus nostri anno nono. »

2966. — In eundem modum .. archiepiscopo Turonensi et suffraganeis suis¹.

2967

Viterbe, 23 février 1236.

[Guillelmo], episcopo quondam Mutinensi, paenitentiariorum suo, Apostolice Sedis legato, notum facit se statuere, inter alia, ut magister et fratres Militie Christi in Livonia resigrent in manu ejus, Ecclesie Romanae nomine, munitionem castri Revaliae, Revaliam quoque et Hariam, Vironiam et Gervam; ut reddant quoque spolia occisorum; ut Rigensis episcopus tres parochias quas tenebat in Maritima et sextam partem quam detinebat in Ostia, ac cives Rigenses sextam partem quam tenebat ibidem, episcopo Osiliano resigrent; ut parochiales ecclesie in omnibus diocesis tertiam partem percipiant decimarum; ut neophyti teneantur ad jura parochialia; etc. — (REG. 18, f. 110 v^o; ann. IX, c. 388; — POTTHAST 10102; — cf. supra, n^o 2287.)

« G., episcopo quondam Mutinensi, penitentiariorum nostro, Apostolice Sedis legato. Venerabilibus fratribus nostris —. Dat. Viterbii, VII kalendas martii, anno nono. »

2968

Viterbe, 23 février 1236.

Archiepiscopo Nazareno et episcopo Acconensi mandat quatenus, — cum discordia quae inter Fridericum, Romanorum imperatorem, et Conradum, ejus filium, ex una parte, ac cives Acconenses et alios homines regni Hierosolymitani, ex altera, vertebatur, amicabile esset, mediante Sede Apostolica, compositione sopita, — excommunicationis et interdicti sententias, si quae ea occasione in ecclesiasticas et alias regni praedicti personas seu loca per quoscumque latae fuerint, relaxent. — (REG. 18, f. 110 v^o; ann. IX, c. 389; — POTTHAST 10103^{*}; — RODENBERG 675.)

« .. archiepiscopo Nazaren[o] et .. episcopo Arnonensi. Cum, divina operante —. Dat. Viterbii, VII kalendas martii, anno nono. »

2969

Viterbe, 21 février 1236.

Friderico, Romanorum imperatori, scribit quae compositio

1. Cui in eundem modum a été ajouté en marge.

1. ISAIAS XXVIII, 19.

2. MS. : Quia.

3. Cf. EZECH. XIX, 11.

4. JEREM. I, 18.

inter ipsum imperatorem et Conradum, ejus filium, ex una parte, et nobiles et cives Aconenses ac alios regni Hierosolymitani, ex altera, per [Hermannum], magistrum Theutonicorum, et Henricum de Nazareth et Philippum de Trevis, milites Aconenses, procurata fuerat, eumque hortatur ut eam observet. — (REG. 18. f. 111 r^o; ann. IX. c. 390; — POTTHAST 10100 *; — RODENBERG 674.)

« F., Romanorum imperatori semper augusto. Jerusalem et Sicilie regi illustri. Mediator Dei et —. Dat. Viterbii, VIII kalendas martii, anno nono. »

2970. — In eundem fere modum .. magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani. Eos rogat et hortatur quatenus super praedictae compositionis observatione efficaciis vigilantiae studium apponant. Dat. ut supra. — (Cl. J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers*, II, 497, n° 2137.)

2971. — In eundem modum .. magistro et fratribus domus Sanctae Mariae Teutonicorum Jerosolimitane.

2972. — In eundem modum .. preceptori et fratribus ejusdem domus.

2973. — In eundem modum nobilibus et civibus Aconensibus et aliis regni Jerosolimitani.

2974. — In eundem modum .. episcopo Theatino, usque : publice nunties non tenere.

2975. — In eundem modum .. episcopo Aconensi.

2976. — In eundem fere modum nobili viro O(toni de Montebellardo), comestabulo Aconensi, et B[altiano], domini Sydonis, et Johanni de Cesaris.

2977

Viterbe, 19 février 1236.

Praeceptor et fratres Hospitalis Sanctae Mariae Teutonicorum Hierosolymitani in Acon de eadem re scribit, formam compositionis super Terrae Sanctae negotio habitae transmittit, et mandat quatenus litteras suas de custodia castri Tyrensis, ad utilitatem imperatoris ipsorum domui commissa, sine difficultate concedant. — (REG. 18. f. 111 v^o; ann. IX, c. 391; — POTTHAST 26256 *; — RODENBERG 673.)

« .. preceptor et fratribus Hospitalis Sanctae Mariae Teutonicorum Jerosolimitani[?] in Acon. Juxta formam compositionis —. Dat. Viterbii, XI kalendas martii, anno nono. »

2978

Viterbe, 21 février 1236.

Abbat et conventui monasterii Sancti Nicolai Andegavensis significat se, in causa inter idem monasterium et pri-

oratum de Spaling. (= Spalding), Lincolnensis diocesis, super jurisdictione ejusdem monasterii in eodem prioratu, in temporalibus et spiritualibus, exorta, duxisse procedendum super possessorio, nec non super compositione quae de eadem re inter ipsum monasterii Sancti Nicolai Andegavensis abbatem, ex una parte, et Lincolnensem episcopum, comitem Castriae et priorem prioratus de Spaling., ex altera, intervenerat; sed cuidam petitioni ipsius monasterii procuratoris ad idem negotium pertinenti non duxisse insistendum. — (REG. 18. f. 111 v^o; ann. IX. c. 392; — cf. supra, n° 2416.)

« .. abbati et conventui monasterii Sancti Nicolai Andegavensis. In presentia nostra —. Dat. Viterbii, VIII kalendas martii, anno nono. »

2979. — In eundem modum pro .. priore et conventu¹ de Spaling., Lincolnensis diocesis.

2980

Viterbe, 22 février 1236.

Abbat Majoris Monasterii Turonensis statuta pro reformatione ordinis sancti Benedicti seu ordinis Nigri ab ipso papa nuper edita mittit, mandatque quatenus ea observet et faciat observari; specialiter canonem missae in libris monasterii adscribi faciat et a celebrantibus legi secundum Ecclesiae Romanae morem. — (REG. 18, f. 112 v^o; ann. IX, c. 393; — cf. supra, n° 2549, et infra, n° 3045.)

« .. abbati Majoris Monasterii Turonensis. Cum quaedam statuta pro reformatione ac statu monasteriorum ordinis sancti Benedicti et regulari observantia de fratrum nostrorum consilio ediderimus, quae tibi sub bulla nostra mittimus interclusa, mandamus quatenus eadem et tu ipse observes et facias a tuis subditis inviolabiliter observari, dilectorum filiorum .. de Ebronio et .. de Vadacio abbatum, et .. prioris Vallis Dei, Cartusiensis ordinis, Canonensis et Sagiensis diocesis, quibus super hoc scripta nostra dirigimus, usus consilio in predictis. Canonem quoque misse et in libris monasterii tui scribi et a celebrantibus legi faciens secundum Ecclesiae Romanae morem, corrigas et reformes, si qua corrigenda vel reformanda in monasterio tuo et membris ipsius circa observantias regulares inveneris, quae comprehensa non fuerint in articulis in hujusmodi ordinatione contentis. Dat. Viterbii, VIII kalendas martii, anno nono. »

1. Il faut lire vraisemblablement : « In eundem modum .. priore et conventu de Spaling. », etc.

2981

Viterbe, 22 février 1236.

« In eundem fere modum scriptum est *eisdem iudiciis* [.. de Ebronio et .. de Valacio abbatibus, et .. priori Vallis lei, Cartusiensis ordinis], usque : contentis. Ideoque mandamus quatenus eidem abbati, cum ab eo fueritis requisiti, salubre consilium impendatis, qualiter idem se habuerit in premissis, nobis fideliter rescripturi. Quod si non omnes etc. Dat. ut supra. »

2982

Viterbe, 15 février 1236.

Abbati et priori Sanctae Mariae de Caglia et decano Meldensi mandat quatenus concessionis bonorum monasterii Forestensis, ordinis sancti Benedicti, abbati et conventui de Balances (= postea Valloires), Cisterciensis ordinis, et quibusdam aliis viris religiosis, canonicis et clericis, saecularibus et laicis. Ambianensis civitatis et diocesis, conventus ejusdem et diocesanii episcopi in quibusdam interveniente consensu, minus provide, seu ad tempus, seu perpetuo, in enormem ipsius Forestensis monasterii laesionem, factas, revocent, non obstantibus aliquibus confirmationibus seu aliis litteris, si quae in simplici forma super his a Sede Apostolica apparuerint impetratae, per quas nondum fuerit in causa processum. — (REG. 18, f. 112 v°; ann. IX, c. 391.)

« .. abbati et .. priori Sancte Marie de Caglia et .. decano Meldensi. Licet instantia nostra —. Dat. Viterbii, XV kalendas martii, pontificatus nostri anno nono. »

2983

Viterbe, 5 février 1236.

Abbati Sancti Celsi Mediolanensis mandat quatenus, — cum ipse papa, post relationem sibi super hoc a Passaguado, capellano et consanguineo Guifredi, tituli Sancti Marci presbyteri cardinalis, factam, Mediolanensi archiepiscopo, ejusdem Passaguadi diocetano, mandasset ut eidem, nullum ecclesiasticum beneficium obtinenti, in aliqua ecclesiarum suae civitatis vel diocesis faceret provideri, ac Fiambertus Presbyter, canonicus de Varisio, cui archiepiscopus ipse super hoc commiserat vices suas, eidem Passaguado praebendam vacantem in ecclesia de Modocia, ejusdem diocesis, contulisset, — capitulum ejusdem ecclesiae, quod praefatam praebendam, praedicta collatione non obstante, alii contulerat, citare procurat, ita ut capitulum ipsum per procuratorem, quosdam vero ecclesiae praedictae canonicos, Anzelmum † de Terzago, Odonem de Bucinat[is], Pelliparium de Cruce et nonnullos alios, qui in praedictum Passaguadum manus iniecerant violentas, personaliter, infra trium mensium spatium,

apud Sedem Apostolicam compareant. — (REG. 18, f. 112 v°; ann. IX, c. 395.)

« .. abbati Sancti Celsi Mediolanensis salutem. Sua nobis dilectus —. Dat. Viterbii, nonis februarii, anno nono. »

2984

Viterbe, 20 février 1236.

Decano Carnotensi mandat quatenus usque ad festum Omnium Sanctorum proximo venturum apostolice conspectui se praesentet, ad recipiendam definitivam sententiam in causa quae inter decanatum Carnotensem et abbatiam Sancti Petri Carnotensis a tempore Honorii tertii papae agitabatur. — (REG. 18, f. 113 r°; ann. IX, c. 396; — MOREAC 1190, f. 225.)

« .. decano Carnotensi. Cum olim, sicut acceptum, inter bone memorie .. Parisiensem episcopum, tunc decanum Carnotensem, ex parte una, et .. abbatem et conventum monasterii Sancti Petri Carnotensis, ex altera, super diversis articulis coram bone memorie P[ap]a [..] Albanensi episcopo, quem felicis recordationis H[on]orius papa, predecessor noster, partibus dederat auditorem, questio verteretur : interim dicto decano in episcopum Parisiensem assumpto, venerabili fratri nostro .. Sagiensi episcopo et collegis ipsius idem predecessor noster suis dedit litteris in mandatis ut, postquam decanus esset in dicta ecclesia substitutus, biennium proximo secuturum partibus terminum prefigeret, infra quem pacem inter se adinvicem reformare n[on]t, eos ad id sollicitè inducendo. Cum autem infra praedictum tempus pax inter partes nequiverit provenire, nos postmodum venerabili fratri nostro .. episcopo, tunc decano Carnotensi, et alteri parti certum prefiximus terminum, quo in nostra presentia cum instrumentis et aliis ad causam pertinentibus comparere[n]t; quod haec tenus sub spe pacis, que tamen, ut dicitur, intervenire non potuit, extitit pretermisum. Finem igitur litibus imponere cupientes, mandamus quatenus utque ad festum Omnium Sanctorum proximo venturum, quod tibi et eidem abbati et conventui preemptorium terminum assignamus, cum instrumentis et aliis ad causam pertinentibus memoratam, nostro te conspectui representes —. Dat. Viterbii, X kalendas martii, anno nono. »

2985

Viterbe, 19 février 1236.

Episcopo Pafensi (= Paphensi) mandat quatenus quosdam laicos sedes in Pafensi diocesi habentes et excolentes eandem, terrae de illis decimas, pro eo quod ipsi in alia diocesi

1. Anzelmum, ou Anzelinum ?

commemorabantur, solvere contradicentes. In solutionem decimarum quibus de jure debebantur, ratione praediorum, compellat. — (REG. 18, f. 113 r°; ann. IX, c. 397.)

« .. *episcopo Pafensi*. In nostra proposuisti —. Dat. Viterbii, XI kalendas martii, anno nono. »

2986

Viterbe, 29 février 1236.

Fridericus, Romanorum imperatori, conqueritur quod in regno Siciliae ecclesias a ministris imperialibus spolientur privilegiis et bonis, canonicos pastores exulare cogantur; se purgat de renovatione societatis Lombardiae et de poena in Veronenses, pacis violatores, pronuntiata; cuiusque hortatur ut excessus corrigi faciat, cum eos ulterius dissimulare non possit. — (REG. 18, f. 113 r°; ann. IX, c. 398; — MOREAU 1190, f. 227; cf. *ibid.* 1191, f. 231, *non integra*, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10109; — RODENBERG 676.)

« *F., Romanorum imperatori semper Augusto*, et c. Dum praedictorum consideratione —. Dat. Viterbii, II kalendas martii, pontificatus nostri anno nono. »

2987

Viterbe, 1^{re} mars 1236.

Mediolanensi archiepiscopo mandat quatenus, — cum monachi monasterii de Capite Laci, Mediolanensis dioecesis, pro cuius reformatione papa eidem archiepiscopo plures litteras direxerat, in eo excessum venissent, ut interficerent se ad invicem, et, passim ejus possessionibus occupatis a laicis, abbas quem ibidem praefatus archiepiscopus praefecerat, timore monachorum qui se opposuerant eidem, nequaquam illuc accedere praesumeret, — idem monasterium in ordine ipsi congruente, infra mensem reformet, monachis nolentibus ejusdem ordinis instituta recipere in aliis monasteriis sui ordinis collocatis; alioquin de Vico Boldone, Mediolanensis dioecesis, et Sancti Eustorgii Mediolanensis, ordinis Praedicatorum, prioribus, injungat ut ipsi mandatum super hoc apostolicum exsequantur. — (REG. 18, f. 114 r°; ann. IX, c. 399.)

« .. *Mediolanensi archiepiscopo*. Sepe ad aures —. Dat. Viterbii, kalendis martii, anno nono. »

2988

Viterbe, 28 février 1236.

Jacobo de Levorsa, canonico Aversano, mandat quatenus, — suborta dissensione inter quosdam cives Neapolitanos ad quos jus patronatus hospitalis Sancti Andree pertinebat, super praesentatione rectoris ad idem hospitale, — denuntiet ip-

sos patronos ad praesentandum Rogerium clericum, in quem plures ex patronis concordaverant, sed qui defectum natalium patiebatur et filiam habebat, non teneri. — (REG. 18, f. 114 v°; ann. IX, c. 400.)

« *Jacobo de Levorsa, canonico Aversano*. Johannes Brancatius et quidam alii cives Neapolitani transmissa nobis petitione monstrarunt quod, cum inter ipsos, ex parte una, et quosdam alios concives eorum, ex altera, ad quos jus patronatus hospitalis Sancti Andree pertinet, super praesentatione rectoris ad idem hospitale communiter tractaretur, eis non valentibus in unam concordare personam, tribus, ut asseritur, nominatis, demum in quatuor ex ipsis fuit ab omnibus, juramento prestito, taliter compromissum: ut unum ex tribus nominatis, in quem major pars illorum quatuor concordaret, tenerentur omnes communiter presentare: si vero duo ex quatuor ipsis unum ex tribus eligerent nominatis, et reliqui duo alterum, is presentari deberet, qui a majori parte patronorum ante compromissum fuerat nominatus. Cum autem duo ex illis quatuor Roger[um] clericum duxerint eligendum, in quem prius plures concordaverant ex patronis, ex forma requiritur compromissi ut ab omnibus presentetur. Verum, cum rector hospitalis ejusdem consueverit esse sacerdos, et ille defectum natalium patiatur et filiam habeat, incontinentie suae testem, praedictis Johanne Brancatio et sociis ejus se ad presentandum ipsum in causis hujusmodi credentibus non teneri, et super hoc inter utrosque patronos dissensione suborta, fuit hinc inde, de assensu ipsius clerici, in Barth[olomeum], P. Ulean[us] et P. de Ebulo, diaconum Neapolitanum, tanquam in arbitris concorditer compromissum: per quos non potest hujusmodi negotium expediri, cum providendi super juramento nullam habeant potestatem. Quare nobis humiliter supplicarunt ut finem imponi negotio faceremus. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, denunties ipsos patronos ad presentandum praefatum clericum non teneri. Nullis litteris veritati et justitiae prejudicantibus super hoc a Sede Apostolica impetratis. Dat. Viterbii, III kalendas martii, anno nono. »

2989

Viterbe, 4 mars 1236.

Archiepiscopo Cantuariensi indulget ut per litteras a Sede Apostolica impetratas quae de dignitate ipsius non fecerint mentionem, respondere minime teneatur. — (REG. 18, f. 114 v°; ann. IX, c. 401.)

« .. *archiepiscopo Cantuariensi*. Cantuariensis eccle-

sia¹ p^{er}uinen^{ti}a — Dat. Viterbii, IIII nonas martii, anno nono. »

2990

Viterbe, 28 février 1236.

Alberto, plebano ecclesiae Viennensis, Pataviensis diocesis, qui pro quadam parte debitorum in quibus ecclesia Pataviensis Romanis et Senensibus mercatoribus erat adstricta, captivus ab eisdem Senensibus tenebatur, et pro ejus liberatione Pataviensis episcopus, licet pluries super hoc recepisset scripta apostolica, nullam curam adhibebat, indulget ut proventus suos ecclesiasticos pro exsolvendis praefatis debitis obligare valeat. — (REG. 18, f. 111 v^o; ann. IX, c. 102.)

« Alberto, plebano ecclesiae Viennensis, Pataviensis diocesis. Ex parte tua — Dat. Viterbii, III kalendas martii, anno nono. »

2991

Viterbe, 4 mars 1236.

Episcopo Regin[o], nec non et priori provinciali Lombardiae et fratri Jacobo de Castro Alquadro, ordinis Praedicatorum, mandat ut aliquem praeficiant in pastorem ecclesiae Mantuanae. — (REG. 18, f. 114 v^o; ann. IX, c. 403.)

« .. episcopo Regin[o], et .. priori provinciali Lombardiae et fratri Jacobo de Castro Alquadro, ordinis fratrum Praedicatorum. Flebiles ad nos — Dat. Viterbii, IIII nonas martii, anno nono. »

2992

Viterbe, 7 mars 1236.

Consulibus et communi Civitatis Castellanae concedit ut ad pontem in loco Tregi reparandum et equites ad servitium Ecclesiae retinendos pedagia exigere possint; a praestatione tamen illius exactionis omnes de Apostolica Curia nec non clerici et religiosae personae penitus sint immunes. — (REG. 18, f. 115 r^o; ann. IX, c. 404; — POTTHAST 10113; — RODENBERG 677.)

« Consulibus et communi Civitatis Castellanae. A nobis vestra — Dat. Viterbii, nonis martii, anno nono. »

2993

Viterbe, 29 février 1236.

Sancti Urbani et de Frienisberg abbatibus, et priori Sancti Urbani, Cisterciensis ordinis, Constantiensis diocesis, mandat quatenus faciant observari quandam compositionem

quae inter Lyonsensem archiepiscopum et clericos ecclesiae Cunitensis, ex una parte, et magistrum et fratres hospitalis Sanctae Mariae Theutoniarum ex altera, in causa super eadem ecclesia Cunitensi et aliis alijs, mortis Sabini episcopi et Thoma . . . Sanctae Sabinae praedicti hero cardinali, agitata, talis proponitur. Vultum ut praefatis clericis de praenominata ecclesia, nec non de personis, mobilibus et possessionibus ad eam et de bonis mobilibus ad ipsos spontantibus, restituti pleni fiant, salvo praedicti magistro et hospitali jure patronatus quod ex antiquo Friderici imperatoris in ecclesia, capellis et ecclesiis annexis habebant; sententias ad occasionem per episcopum Lyonsensem latis relaxent. — (REG. 18, f. 115 r^o; ann. IX, c. 405; — POTTHAST 10110 v^o; — J. BERNOLLI, *Acta Pontificum Italianorum*, t. 1, p. 123, n^o 183.)

« .. Sancti Urbani et .. de Frienisberg abbatibus, et .. priori Sancti Urbani, Cisterciensis ordinis, Constantiensis diocesis. Causam quae inter — Dat. Viterbii, II kalendas martii, anno nono. »

2994Viterbe, 1^{er} mars 1236.

Capitulo Bangorensi mandat quatenus, episcopo quondam Bangorensi cessante spontaneo, sibi provident de pastore, bona dieti episcopi, exceptis libris et indumentis ejusdem, convertenda in solutionem debitorum quibus Bangorensis ecclesia gravabatur, retinentes. — (REG. 18, f. 115 r^o; ann. IX, c. 406.)

« Capitulo Bangorensi. Cum venerabilis frater — Dat. Viterbii, kalendis martii, anno nono. »

2995

Viterbe, 15 janvier 1236.

Praepositis, ministris et fratribus ordinis Humiliorum significat se inhíbere : 1^o ne quis fratres tertii ordinis ipsorum, in domibus propriis cum familiis suis commorantes, guerram facere compellat; 2^o ne plus quam alii concives eorum praedicti fratres tertii ordinis in fodris, collectis seu exactionibus aliis aggraventur. — (REG. 18, f. 115 r^o; ann. IX, c. 407.)

« Praepositis, ministris et fratribus ordinis Humiliorum. Cum a nobis — Dat. Viterbii, XVIII kalendas februarii, anno nono. »

2996

Viterbe, 20 février 1236.

Praepositis ordinis Humiliorum indulget ut, — cum plures illorum qui de saeculo ad ipsorum ordinis observantiam

(1) Pour ecclesie.

convertebantur, confiterentur se talia commisisse, propter quae ipso facto excommunicationem incurrerant, — talibus excommunicatis, sed eis dumtaxat qui in conventualibus ipsorum ordinis domibus admittebantur, absolutionem impendunt. — (REG. 18, f. 115 r°; ann. IX, c. 408; — *POTTHAST* 10097.)

« *Prepositis ordinis Humiliatorum. A nobis humiliter* —. Dat. Viterbii, X kalendas martii, anno nono. »

2997

Viterbe, 19 janvier 1236.

Archiepiscopo Mediolanensi et suffraganeis ejus mandat quatenus, si viderint expedire, in suis civitatibus et dioecibus, praepositis et ministris ordinis Humiliatorum licentiam celebrandi divina in altari viatico, in domibus ejusdem ordinis proprias ecclesias non habentibus, concedant. — (REG. 18, f. 115 v°; ann. IX, c. 409.)

« .. *archiepiscopo Mediolanensi et suffraganeis suis. Universi prepositi et* —. Dat. Viterbii, XVIII kalendas februarii, anno nono. »

2998

Viterbe, 18 janvier 1236.

Eisdem mandat quatenus praepositis et ministris ordinis Humiliatorum in locis secundi ordinis habendi sacerdotes et coemeterium ad opus fratrum et sororum licentiam concedant. — (REG. 18, f. 115 v°; ann. IX, c. 410; — *POTTHAST* 10085.)

« *Eisdem. Congruam officii nostri* —. Dat. Viterbii, XV kalendas februarii, anno nono. »

2999

Viterbe, 10 mars 1236.

Trium Fontium et Aureae Vallis abbatibus, Cathalaunensis et Treverensis dioecesium, mandat quatenus, — cum priores de Grandi Prato, de Curmissiaco, de Issia, de Sancto Lamberto et de Berniaca Curte, et Nicolaum, canonicum monasterii Sancti Dionysii Remensis, ab excommunicationum sententia in eos promulgatis ad cautelam ipse papa fecisset absolvi, — ipsorum priorum et canonici socios simili modo ab eisdem sententia absolutos nuntient. — (REG. 18, f. 115 v°; ann. IX, c. 411.)

« .. *Trium Fontium et .. Aureae Vallis abbatibus, Cathalaunensis et Treverensis dioecum. Cum dilecti filii .. de Grandi Prato. .. de Curmissiaco. .. de Issia. .. de Sancto Lamberto et .. de Berniaca Curte priores, et*

Nicolaus, canonicus monasterii Sancti Dionysii Remensis, ordinis sancti Augustini, pro se ac sociis suis ad nostram presentiam accessissent, nos eos ab omnibus excommunicationum sententiis quas post appellationem ab ipsis ad nos interpositam, vel iter arreptum ad nostram presentiam veniendi, in eos promulgasse dicuntur tam [...] abbas eorum, quam Godefridus et Stephanus de Pruvino, canonici Remenses, quibus et venerabili fratri nostro .. Remensi archiepiscopo correctionem et reformationem ipsius monasterii duximus committendam, vel alii iudices obtenti ab abbate predicto, post appellationem eandem, per dilectum filium nostrum S[im]baldum, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiterum cardinalem, absolvi fecimus ad cautelam, juratoria tamen ab eis et fidejussoria cautione recepta quod, si constituerit eisdem sententia rationaliter esse lata, excommunicantium super hoc parebunt beneplacitis et mandatis. Quocirca mandamus quatenus predictis eorum sociis simili modo absolutionis beneficium impendatis, nuntiantes hos et illos ab eisdem sententiis absolutos. Dat. Viterbii, VI idus martii, pontificatus nostri anno nono. »

3000Viterbe, 1^{er} mars 1236.

G., cantori Eduensi, cum quo Eduensis episcopus de mandato apostolico dispensaverat ut cum cantoria Eduensi unum beneficium curam obtinens animarum posset recipere, et qui, post dispensationem eandem decanatum capellae Ducis Divionensis, ad Sedem Apostolicam immediate spectantem, erat assecutus, concedit ut decanatum ipsum una cum cantoria ipsa libere valeat retinere. — (REG. 18, f. 115 v°; ann. IX, c. 412; — *MOREAU* 1190, f. 231.)

« *G., cantori Eduensi. Non est mirum* —. Dat. Viterbii, kalendis martii, anno nono. »

3001

Viterbe, 13 mars 1236.

Episcopo Aurelianensi mandat quatenus, personaliter ad ecclesiam Turonensem, quae circa divinum officium defectum non modicum patiebatur, accedens, corrigat super hoc ibidem et reformet, quae correctionis et reformationis officio viderit indigere. — (REG. 18, f. 116 r°; ann. IX, c. 413; — *MOREAU* 1190, f. 243.)

« .. *episcopo Aurelianensi. Cum, sicut accepimus* —. Dat. Viterbii, III idus martii, anno nono. »

3002

Viterbe, 10 mars 1236.

Emilem ad sedem Bituricensem transferens, ei administrationem ipsius ecclesie Bituricensis committit. — (REG. 18, f. 116 r°; ann. IX, c. 414; — MORÉAU 1190, f. 239.)

« *Eidem.* Ecclesia Bituricensis pastoris solacio destituta, dilecti filii .. decanus et capitulum Bituricensis, de futuri pontificis substitutione tractantes, dilectum filium magistrum Albericum Cornuti, decanum Beati Martini Turonensis, in suum archiepiscopum elegerunt, nobis humiliter supplicantes ut electionem hujusmodi auctoritate dignaremur apostolica confirmare. Nos enim, electionem eandem examinantes, prout convenit, diligenter, quia cum minus canonice invenimus esse factam, ipsam, non persone, cui laudabile testimonium perhibetur, sed electionis vitio, justitia cassavimus exigente, facultatem eligendi predictis decano et capitulo de gratia reservantes. Cum autem iidem decanus et capitulum ad tractandum de electione iterum convenissent, et, votis eorum in diversa divisio, major et sanior pars ipsorum magistrum elegissent eundem, idemque, ab eis cum instantia requisitus, electioni de se facte noluisse aliquatenus consentire : nos, cum fratribus nostris super hiis deliberatione habita diligenti, cum per mutuum consensum eligentium et electi, eo non consentiente, nequaquam spirituale matrimonium sit contractum, attendentes quod a tempore hujusmodi electionis ultime, tantum temporis est elapsum, quod ad nos est ipsius ecclesie provisio devoluta, et volentes ei, que inter universas metropoles speciali gaudet privilegio dignitatis, de tali providere persona, que tanto congruat oneri et honori, te, quem testimonia multorum fide dignorum, que quidem sunt credibilia, commendabilem reddiderunt, prefate ecclesie concessimus in archiepiscopum et pastorem, et, transeundi ad eandem ecclesiam tibi licentiam concedentes, plenam tibi administrationem [ipsius], tam in spiritualibus quam in temporalibus, duximus committendam, spe nobis proposita quod, auctore illo qui, dans virtutes, premia tribuit et gratiam gratie superaddit, predicta ecclesia per diligentie tue studium grata in utrisque suscipiet incrementa. Quia vero divine vocationi te decet obsequi reverenter, fraternitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus, quod a nobis, imo a Domino factum est, amplectens humiliter et devote, ad ecclesiam accedas eandem, acturus curam ejus ita fideliter et prudenter, quod dignam Deo exinde reddere valeas rationem. Dat. Viterbii, VI idus martii, pontificatus nostri anno nono. »

3003

Viterbe, 10 mars 1236.

Decano et capitulo Bituricensibus, de eadem re scribens, mandat quatenus ipsi tanquam patri et pastori animarum suarum intendant et exhibeant eidem obedientiam et reverentiam debitam; alioquin sententiam quam tulerit in rebelles, ratam ipse papa habebit et faciet observari. — (REG. 18, f. 116 r°; ann. IX, c. 415; — MORÉAU 1190, f. 240.)

« .. *decano et capitulo Bituricensibus.* Ecclesia Bituricensi etc. — Dat. ut supra. »

3004

Viterbe, 12 mars 1236.

Cum magistro W. de Glovernia, clerico regis Angliæ, in civili jure episcopalem magistralem ascendenti, ex nullo ex presbytero et soluta, super defectu natalium dispensat, ita quod, si ad episcopalem honorem eum vocari contigerit, illum nequaquam recipiat absque Sedis Apostolicæ licentia. — (REG. 18, f. 116 r°; ann. IX, c. 416.)

« *Magistro W. de Glovernia, clerico Lariinini in Christo filii nostri .. Anglie regis illustris.* Non indigne Apostolica —. Dat. Viterbii, III idus martii, anno nono. »

3005

Viterbe, 6 mars 1236.

Magistro et fratribus hospitalis Sancti Thomæ martyris Aconensis, memorata epistola supra sub numero 2914 (ann. IX, c. 368) notata, ad ipsos directa, — quia ex uniformitate signi et habitus inter ipsos et Templarios, ipsis constantibus crucem rubeam sicut illi, materia scandali generabatur, et signum baculi pastoralis, quod ex parte crucis protendebatur, minus erat militibus ad ordinem ipsorum transire volentibus gratiosum, — mutandi signum crucis ac faciendi illud ex albo et rubeo bipertitum et removendi exinde protractionem baculi, nec non ut milites nigro pallio, et clerici ac conversi ejusdem ordinis de cameline rosseto uti possint, concedit facultatem. — (REG. 18, f. 116 v°; ann. IX, c. 417.)

« .. *magistro et fratribus hospitalis Sancti Thomæ martyris Aconensis.* Licet olim venerabilis —. Dat. Viterbii, II nonas martii, anno nono. »

3006

Viterbe, 11 mars 1236.

Archiepiscopo Senonensi, episcopo Trevansi et fratri Roberto, de ordine Prædicatorum, mandat quatenus non permittant Hildebrandisem, civem et mercatorem Florentinum, qui olim in Francis quibusdam beneficiis, quos catholici esse credebant, allocatus erat, ea occasione ab aliquibus indebito

molestari. — (REG. 18, f. 116 v°; ann. IX, c. 418; — MOBEAU 1190, f. 241; — POTTHAST 10114; cf. POTTHAST 9772.)

« .. archiepiscopo Senonensi, .. episcopo Trecentensi et Roberto, de ordine fratrum Predicatorum. Illebrandiscus, civis et mercator Florentinus, in nostra proposuit presentia constitutus quod olim in Francia, quosdam hereticos, quos catholicos esse credebatur, pluries allocutus, decem solidos Turonensium dedit cuidam ex servientibus eorundem, et eis in signum reverentie caput sepius inclinavit; quos postmodum hereticos esse intelligens, et timens ex hoc anime sue periculum imminere, licet .. prior fratrum Predicatorum et frater Matheus, de ordine fratrum Minorum, Trecentis morantes, quibus fuerat hoc in penitentiali foro confessus, sibi penitentiam injunxerint salutarem, nichilominus tamen Apostolicam Sedem adit, ac sibi a nobis super hoc provideri humiliter postulavit. Unde venerabili fratri nostro .. episcopo Florentino nostris dedimus litteris in mandatis ut, de sinceritate fidei, vita, moribus et persona ipsius inquisita plenius veritate, ac recepta super hiis ab eo quod super hoc in omnibus nostro mandato pareret, fidejussoria et juratoria sufficienti et idonea cautione, que inveniret, sub suo inclusa sigillo ad Sedem Apostolicam destinaret. Idem vero episcopus, id fideliter exequutus, inquisitionem habitam contra eum, cautionibus ipsis sub predicta forma receptis, cum litteris suis, rei seriem continentibus, ad nostram duxit presentiam remittendam; quibus per venerabilem fratrem nostrum .. Penestrinum episcopum de mandato nostro apertis, nichil inventum extitit contra ipsum, propter quod incurreret fame sue vel alterius periculi detrimentum; quin potius a receptis super hoc testibus de puritate fidei laudabile sibi testimonium perhibetur. Verum, cum dicto mercatori ad cautelam iterum per dilectum filium fratrem Raymundum, penitentiarium nostrum, imponi fecerimus penitentiam salutarem, mandamus quatenus, si qua alia contra ipsum poteritis invenire, nobis fideliter rescribentes, ipsum in persona vel rebus, occasione hujusmodi, non permittatis ab aliquibus indebite molestari; molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam etc. Quod si non omnes etc. Non obstante indulgentia qua de causis que per litteras apostolicas committuntur, tu fili, frater Roberto, invitus cognoscere non teneris. Dat. Viterbii, V idus martii, anno nono. »

3007

Viterbe, 13 mars 1236.

Sancti Romani de Castro Airaudi, de Bello Fonte et de

Buissieria prioribus, Pictavensis dioecesis, causam inter Isabellam [de Engolisma], quondam reginam Angliæ, ex una parte, et Simonem de Pissiac, ex altera, super quibusdam possessionibus et aliis rebus, ad eandem reginam quondam dotis suæ spectantibus, exortam, committit audiendam et terminandam, alioquin ad apostolicum examen remittendam. — (REG. 18, f. 117 r°; ann. IX, c. 419.)

« .. Sancti Romani de Castro Airaudi, .. de Bello Fonte et .. de Buissieria prioribus, Pictavensis dioecesis. Nobilis mulier Ysabella, quondam regina Angliæ, transmissa nobis petitione monstravit quod, [cum] dudum ipsa nobilem virum Symonem de Pissiac, Parisiensis dioecesis, super quibusdam possessionibus et rebus aliis, ratione dotis sue spectantibus ad eandem, coram .. priore de Fagia et judicibus suis, delegatis a nobis, traxisset in causam, iidem iudices in partem alteram, propter ipsius contumaciam manifestam, excommunicationis sententiam, exigente justitia, promulgarunt, quam per tres annos et amplius pertinaciter toleravit. Cumque postmodum dictus S., dicens iudices ipsos in eum sine causa rationabili, nulla comminatione premissa, contra generalis statuta concilii dictam sententiam promulgasse, quasdam ad eos et alias ad quondam .. abbatem Majoris Monasterii Turonensis et ejus conjudices a nobis in consuetâ forma litteras impetrasset, eodem abbate interim sublato de medio, dicti ejus conjudices, mandati nostri fines perperam excedentes, sententiam ipsam, ab eodem S. nulla cautione recepta, contra justitiam relaxarunt. Quare dicta nobilis nobis humiliter supplicavit ut, cum in causa ipsa, fere per decennium prorogata, litis contestatio, propter partis alterius subterfugia, nequiverit obtineri, dignemur sibi super hoc paterna providentia subvenire. Volentes igitur obviare analitibus, qui pacem fieri cupimus universis, mandamus quatenus, facientes vobis obtentas hinc inde litteras et processus per eas habitos exhiberi, exceptionibus, si que forsan, occasione litterarum et processuum eorundem, malitiose ad retardationem negotii proponantur, nequaquam obstantibus, auditis causam et eam, si de partium voluntate processerit, appellatione remota, equo iudicio vel concordia, saltem infra annum post susceptionem presentium, terminetis; alioquin eam sufficienter instructam ad nostrum remittatis examen, prefigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo per se vel procuratorem idoneum se nostro conspectui representent, justam, dante Domino, sententiam recepturam. Testes autem etc. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, ita tamen quod ultra tertiam vel

quartam extra suam diocesim pars altera non trahatur. Proviso ne in terram dicti nobilis etc. Quid si non omnes etc. Dat. Viterbii, III idus martii, pontificatus nostri anno nono »

3008

Viterbe, 9 mars 1236.

Archiepiscopo Turonensi, abbati Sancti Juliani et subdecano Beati Martini Turonensium, — cum abbas et conventus Majoris Monasterii Turonensis, attendentes sigillo ipsius monasterii absque ipsorum conventus sigillis cedulas et litteras sigillari, in eademque dicti monasterii busionem, statuissent ut nullus de eisdem sigillo prefati monasterii, nisi abate presente ac consentiente conventu, praesumeret cedulas vel litteras aliquas sigillare, — significat sigillum statutum confirmare, eisque mandat quatenus eos qui contra praesumpserint, puniant. — (REG. 18, f. 117 v; ann. IX, c. 420; — MOREAU 1190, f. 237.)

« .. archiepiscopo, .. abbati Sancti Juliani et .. subdecano Beati Martini Turonensibus. Attendentes dilecti filii —. Dat. Viterbii, VII idus martii, anno nono. »

3009

Viterbe, 15 mars 1236.

Abbati et conventui Majoris Monasterii Turonensis suppliciter significat se inhibere ne quis ad ipsos, quibus regula sancti Benedicti carnum usu interdicebat, divertens, carnes edere infra ipsorum monasterii septa praesumat, praesertim cum in eodem monasterio carnes nullatenus comederentur, nisi in casibus in eadem regula comprehensis. — (REG. 18, f. 117 r; ann. IX, c. 421.)

« .. abbati et conventui Majoris Monasterii Turonensis, ordinis sancti Benedicti. Quotiens a nobis —. Dat. Viterbii, idibus martii, anno nono. »

3010

Viterbe, 3 mars 1236.

Episcopo et decano Parisiensibus, et fratri Roberto, quondam abbati Blesensi (= Sancti Launomari Blesensi), committit inquirendam causam quae inter episcopum Trecentensem et abbatem ecclesiae Sancti Lupi Trecentensis super inquisitione ab eodem episcopo Trecentensi praesumpta, vertebatur, eisque mandat quatenus, si excommunicationis sententiam in eundem abbatem a praefato episcopo promulgatam inveniunt rite litam, ipsum abbatem, quem ipse papa per fratrem Raymundum, capellanum et penitentiarium suum, absolvi fecerat al cautalam, ad satisfactionem cogant; si satisfacere noluerit item abbas, in excommunicationis sen-

tentiam tradant eundem. — (REG. 18, f. 117 v; ann. IX, c. 422; — MOREAU 1190, f. 237.)

« .. episcopo et .. decano Parisiensibus, et fratri Roberto, quondam abbati Blesensi, Carotensis diocesis. Constitutus in presentia nostra dilectus filius .. abbas ecclesiae Sancti Lupi Trecentensis proposuit coram nobis quod, cum venerabilis frater noster .. Trecentensis episcopus, post desumptio per quorundam sibi contra abbatem factam eundem, ad ecclesiam nominatam causa visitationis facienda ex officio descendisset, ex parte ipsius abbatis fuit propositum eum ad hoc quod, eum orta non fuisset contra eum infamia sive officio a praedictis et honestis non erat, ad vocem de jure desumptio, cum essent ejus malivae et egredi praesumpti ad inquisitionem hujusmodi procedendam, quoniam clamor datus insinuatione, iuxta generalis statuta consilii, procederet. Et quoniam episcopus antedictus, ipsius exceptionem non admissa, associatis sibi quibusdam et eorum ratione suspectis, cum essent ejus adversarii praedicti, eo quod super possessionibus et rebus illis inter ipsam et illos coram delegatis a nobis iudicibus questio vertetur, prout idem propositum coram eo, ad inquisitionem praefatam temere procedebat: idem, propter hoc et alias causas legitimas sentiens indebite se gravari, nostram audientiam appellavit. Sed dictus episcopus, legitima ejus appellatione contempta, excommunicationis de facto promulgavit sententiam in eundem —. Dat. Viterbii, V nonas martii, anno nono. »

3011

Viterbe, 15 mars 1236.

Decano et capitulo Legionensibus mandat quatenus, — cum decanus Compestellanus, ipsius papae subliacionis, magister scholarum ecclesiae Legionensis, a pluribus canonicis Legionensibus in Legionensem episcopum electus, quadam vero parte canonicorum contradicente, in manibus papae resignasset, — sibi providente de persona idonea in pastorem. — (REG. 18, f. 117 v; ann. IX, c. 423.)

« .. decano et capitulo Legionensibus. Cum, Legionensi ecclesiae —. Dat. Viterbii, idibus martii, anno nono. »

3012

Viterbe, 15 mars 1236.

Archiepiscopo Bressano, quoniam extra suam provinciam terminos episcopatus suaverit, mandavit, ut si prius infrascriptorum excommunicationis sententiam, et si prius ad possessionem alienam transfugerit, mandati publico in praesentia testata, iust-

modo is ad quem ecclesia pertineat, permittat. — (REG. 18, f. 117 v°; ann. IX, c. 424.)

« .. *archiepiscopo Barensi*. Cum extra tue —. Dat. ut supra. »

3013

Viterbe, 15 mars 1236.

Episcopo, archidiacono et decano Wigorniensibus mandat quatenus, cum inter Herefordensem episcopum, ex una parte, et Menevensem, Landavensem et de Sancto Asaph episcopos, ex altera, super finibus suorum episcopatum altercatio esset exorta, praedictis episcopis convocatis, eosdem episcopatus studeant limitare. — (REG. 18, f. 117 v°; ann. IX, c. 425.)

« .. *episcopo*. .. *archidiacono* et .. *decano Wigorniensibus*. Venerabilis frater noster —. Dat. ut supra. »

3014

Viterbe, 9 mars 1236.

Abbati Latiniaci, Parisiensis dioecesis, et priori Sancti Martini Parisiensis mandat quatenus, cum sigillum abbatae Majoris Monasterii Turonensis ex eadem furtive sublatum fuisset, generalem monitionem faciant, ut qui habuerint cedulas et litteras ex eo sine conventu conventus sigillatas, quas ipse papa nullas vires habere decernit, eas restituere debeant, aut eas habentes revelare. — (REG. 18, f. 118 r°; ann. IX, c. 426; — cf. *supra*, n° 3008.)

« .. *abbati Latiniaci, Parisiensis dioecesis, et .. priori Sancti Martini Parisiensis, Chuniacensis ordinis*. Dilecti filii .. abbas et conventus Majoris Monasterii Turonensis nobis humiliter supplicarunt ut, cum olim, monasterio ipso abbatis solacio destituto, sigillum ejusdem per quosdam iniquitatis filios furtive sublatum fuerit, et ex eo quamplures littere ac cedule vacuae, sine majoris et sanioris partis conventus dicti monasterii conventia, sigillate, traditeque quibusdam mercatoribus et aliis personis, de hoc non revelando prestito jramento, in enormem ipsius monasterii lesionem, super hoc indemnitati ejus providere paterna sollicitudine dignaremur. Quocirca mandamus quatenus, juramentum hujusmodi auctoritate apostolica relaxantes, generalem monitionem, in locis in quibus expedire videritis, faciatis, ut qui habuerint dictas cedulas et litteras, restituere, aut habentes eas, si sciverint, studeant revelare, in eos qui contra presumpserint, excommunicationis sententiam proferentes, ac facientes eam usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari. Nos enim predictas litteras et

cedulas decernimus vires aliquas non habere, ut per eas non possit idem monasterium aliquatenus molestari. Dat. Viterbii, VII idus martii, anno nono. »

3015

Viterbe, 18 mars 1236.

Cum magistro Galfrido, decano Eboracensi, de presbytero genito et soluta, super defectu natalium dispensat, ita ut in susceptis ordinibus ministrare et decanatum cum praebenda Eboracensi retinere possit; episcopalem vero honorem nequam recipiat absque Sedis Apostolicae licentia speciali. — (REG. 18, f. 118 r°; ann. IX, c. 427.)

« *Magistro Galfrido, decano Eboracensi*. Non indigne Apostolica —. Dat. Viterbii, XV kalendas aprilis, anno nono. »

3016

Viterbe, 20 mars 1236.

Episcopo quondam Mutinensi, penitentiario suo, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus, — cum archiepiscopus Gneznensis, Zvrinensis episcopus et quidam alii vicini episcopi quasdam partes et terminos dioecesis Caminensis per violentiam occupasset et detinerent, in ecclesiae Caminensis dispendium, — de certa praefatae dioecesis limitatione inquirat, et quae invenerit, Sedi Apostolicae fideliter intinuat. — (REG. 18, f. 118 r°; ann. IX, c. 428; — POTHAST 10122.)

« .. *episcopo quondam Mutinensi, penitentiario nostro*. Apostolicae Sedis legato. Sua nobis venerabilis —. Dat. Viterbii, XIII kalendas aprilis, anno nono. »

3017

Viterbe, 28 janvier 1236.

Amatoni de Ferentino, familiari suo, tenimentum cum pertinentiis suis, quod Johannes dictus Cepoll. de Frusine ab Ecclesia receperat, eidem Amatoni a Stephano, ipsius papae capellano, de mandato apostolico assignatum, pro quo una libra cerae Camerae Apostolicae annuatim persolvi debebat, in directum feudum, ipsi et ipsius haeredibus, concedit. — (REG. 18, f. 118 r°; ann. IX, c. 429.)

« *Amatoni de Ferentino, familiari nostro*. Sedes Apostolica, pia —. Dat. Viterbii, V kalendas februarii, anno nono. »

1. Il n'y a, pour cette lettre, d'adresse qu'en manchette, sans aucune rubrique, sans toutefois qu'il paraisse que cette pièce, qui termine le Registre proprement dit de la neuvième année, ait été ajoutée après coup.

ACTA PACIS

INTER

ECCLESIAM ET ROMANOS INITAE

(1235)

[*Note préliminaire.* — Les pièces imprimées ci-après sous les numéros 3018-3044, forment comme un petit Registre particulier, annexe au Registre de la IX^e année : elles se rapportent aux négociations de la paix intervenue, après de longs conflits, entre Grégoire IX et les Romains, et s'échelonnent entre les mois d'avril et d'août 1235; on y trouve mêlés quelques documents antérieurs et postérieurs à cette année 1235. Utilisé, au dix-septième siècle, par RAYNALDI (*Annales*, ann. 1235), et, au dix-huitième, par GARAMPI (*Memorie ecclesiastiche appartenenti all'istoria e all'culto della beata Chiara di Rimini*, Roma, 1755, p. 526, col. 1), cet important dossier a été publié presque intégralement dans une longue note de l'histoire de Rome au moyen âge, de Félix Papencordt, éditée par Constantin Holler, en 1857 (*Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter, aus dem Nachlasse des ... Professors ... Felix PAPENCORDT, herausgegeben ... von ... Constantin HOLLER*, Paderborn, p. 293-298). Le texte donné dans cet ouvrage, texte extrêmement fautive, au point d'en être parfois incompréhensible, n'a pas été pris directement sur le Registre du Vatican, mais sur une copie faite pour ou par Raynaldi (*aus den Raynaldischen Copialen*, lit-on au bas de la page 298; cf. manuscrit de la bibliothèque Vallicellane, t. 1, 54, fol. 312-325); les documents ont été reproduits, par ces premiers éditeurs, dans l'ordre même où ils se présentent dans le Registre. Il est à noter que Potthast, qui a cependant connu plusieurs autres ouvrages de C. Holler, n'a pas utilisé dans ses *Regesta* l'histoire de Rome. — Vingt-cinq ans après cette première impression, un peu perdue dans une note, ce même recueil était publié à nouveau, mais cette fois correctement et avec des notes judicieuses, par M. C. RODENBERG, dans le tome I^{er} de ses *Epistolarum sacrorum M^o et Regestis Pontificum Romanorum* 1883), p. 520-530, d'après des copies faites par Pertz, combinées avec la publication de Papencordt-Holler. Nous avons mis plus d'une fois à contribution les analyses, généralement claires et exactes, de M. Rodenberg. Malheureusement l'édition qu'il a donnée de cette série de documents n'est pas complète, et ne comprend pas, notamment, les huit dernières pièces, qui, sauf une seule, se trouvent cependant dans Papencordt-Holler. M. Rodenberg, a rangé dans un ordre chronologique les documents qu'il a imprimés. — Constatant au plan constant suivi dans notre publication, nous conservons à toutes les pièces de ce petit Registre la place qu'elles occupent dans le manuscrit du Vatican, bien qu'elles y soient dans un assez grand désordre. Elles ont été copiées dans ce manuscrit par plusieurs mains, et peut-être à plusieurs dates différentes; un document de 1235 (cf. *infra*, n^o 3044) s'en trouve suivre un autre daté de 1241 (cf. *ibid.*, n^o 3045), et ne peut pas conséquemment avoir été inséré dans le Registre avant cette dernière date, c'est-à-dire avant les derniers mois du pontificat de Grégoire IX. On trouvera répartie en plusieurs endroits du manuscrit 1120 de la Collection Mazarin, qui sont assez complète de ce dossier, dont nous ne saurions dire avec certitude si elle a été tirée sur le Registre du Vatican ou, ce qui nous paraît cependant plus probable, sur les copies de Raynaldi.]

GRÉGOIRE IX, t. II.

[3018.]

Enumerantur injuria de quibus Romani Ecclesiae satisfacere debent. — (REG. 18, f. 121 r^o; ann. IX, c. 430; — MOREAU 1190, f. 263; — F. PAPENCORDT, *Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter, herausgegeben...* von C. HÖFLER, Paderborn (1857), p. 293, n^o 3, n^o 1; — RODENBERG 636, II, 1.)

« *Articuli qui debent exigi a Romanis.* Primus articulus est quod satisfaciant ad mandatum domini pape super quatuor articulis, qui a nuntiis sunt expressi : scilicet super facto edificii Montis Alti, obsidibus, juramentis, et terminis positis : et quia justitiam in Sabiniam et Tusciam iuverit ad exigenda iuramenta predicta et possessiones Ecclesie et fidelium suorum occupandas, Ecclesie satisfiat.

« Secundus, quia diffidaverunt cardinalem, scilicet dominum Ranerium, et magistrum Bartholomeum] notarium.

« Tertius, quia spoliaverunt sacrum palatium Lateranense et occupaverunt illud, et quasdam domus cardinalium spoliarunt.

« Quartus, quia senator fecit privilegium Ranucio et Romanis, pro eorum dampnis, super bonis ecclesiarum Ostiensis, Tusculanensis et Penestrini episcopatum, et aliarum ecclesiarum, et aliis possessionibus et terris fidelium Patrimonii beati Petri.

« Item, quia statuerunt quod Romanus Pontifex non regredietur ad Urbem, seu quod non faciant pacem cum eo, nisi prius restituat omnia dampna illata Romanis.

« Super predictis omnibus satisfieri debet ad mandatum domini pape. »

[3019.]

Enumerantur condiciones quibus Ecclesia parata est pacem inire. — (REG. 18, f. 121 r^o; ann. IX, c. 430 bis; — MOREAU 1190, f. 253; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 293, n^o 2; — RODENBERG 636, II, 2.)

« *Petitiones Ecclesie iste sunt.* Prima, quod omnes clerici et ecclesiastice persone qui sunt in Urbe et extra, et familie domini pape ac cardinalium conveniantur tantum sub iudice ecclesiastico, nec ad secularem trahantur, nec ad hoc cogantur per fossiones domorum aut alio compulsionis genere, nec aliqua occasione inquietentur.

« Item, nulli clerici vel religiosi vel laici, cuiuscumque conditionis vel ordinis, qui veniunt ad Apostolicam Sedem vel limina beati Petri, trahantur ad iudicium se-

cularem, nec aliquo modo cogantur, sed a senatore et senato potius defendantur.

« Item, quod nulla collecta vel exactio fiat ab aliquibus ecclesiis, clericis vel personis religiosis, tam in Urbe quam extra.

« Item, quod restituant veram et perpetuam pacem et perpetuo servandam Imperatori et suis, Anagninis, Signinis, Velletrensibus, Viterbiensibus, Campanis, Maritimanis, Sabinensibus, comiti Willelmo, et omnibus aliis hominibus de Patrimonio, et omnibus fautoribus et adiutoribus Ecclesie.

« [Item 1, quod illi de Patrimonio ad Capitolium ulterius non trahantur.

« Preter predicta, protestatur Ecclesia quod, si Romani molestaverint Patrimonium, non patietur, sed sine dubio illud defendet.] »

3020

Pérouse, 7 avril 1235.

[Romano,] episcopo Portuensi, Johanni, tituli Sanctae Praxedis, et Stephano, tituli Sanctae Mariae trans Tiberim presbyteris cardinalibus, mandat quatenus, si ea obtineri contigerit quae continent forma pacis, quam eis ipse per Gregorium Fuscon, Bertae [seu de Fusca de Berta], ipsius subdiaconum et capellanum, transmittit, ipsi quod factum fuerit, quateocius intiment, ut super cautionibus et securitatibus quae ad conservandam pacem et concordiam expedire videntur, plenius deliberare possit. — (REG. 18, f. 121 r^o; ann. IX, c. 431; — MOREAU 1190, f. 254; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 293, n^o 2^o; — RODENBERG 636, I, 1.)

« .. episcopo Portuensi, J., tituli Sancte Praxedis, et S., tituli Sancte Mariae Transtiberim presbyteris cardinalibus. Si obtineri contigerit —. Dat. Perusii. VII idus aprilis, anno nono. »

3021

Pérouse, 7 avril 1235.

Eisdem, de eadem re scribens, mandat quatenus juxta formam sub ipsius bulla eis transmissam, ad firmandam pacem inter Ecclesiam et Romanos procedant. — (REG. 18, f. 121 r^o; ann. IX, c. 432; — MOREAU 1190, f. 255; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 293, n^o 3; — RODENBERG 636, I, 2.)

« Eisdem. Recepto super pacis negotio Imperatoris

1. Les deux derniers articles, imprimés ici entre crochets, sont marqués, dans le *Registre*, du signe d'annulation Va-cat.

2. Dans PAPENCORDT-HÖFLER, cette pièce est réunie à la précédente, sous un même numéro.

responsio et collatione habita cum fratribus, ecce dilectum filium G. Fuscon. Berte, subdiaconum et capellanum nostrum, ad vos duximus remittendum. mandantes quatenus juxta formam quam sub bulla nostra vobis transmittimus per eundem, ad firmandam pacem inter Ecclesiam et Romanos procedatis in nomine Ihesu Christi, [instantes¹ solliciti, sicut alias vobis dixisse² meminimus viva voce, super obtinendo ultimo ejusdem forme capitulo, et ad hoc ipsum omni quo potestis studio, laborantes. Quod si forte nequiverit obtineri, ad pacis nichilominus procedi volumus firmamentum, protestatione premissa quod Patrimonium Ecclesia procul dubio indefensum non deseret, si Romani illud duxerint molestandum.] Dat. Perusii, VII idus aprilis, anno nono. »

3022

Rome, après le 12 avril 1235.

[Romanus], Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus, [Johannes], tituli Sanctae Praxedis, et [Stephanus], tituli Sanctae Mariae trans Tiberim presbyteri cardinales, Gregorio IX papae nuntiant se ejus litteras per Gregorium [Fuscon. Bertae seu de Fusca de Berta] sibi allatas recepisse, et die Jovis (= 12^a die aprilis) in Capitolio conditiones pacis senatori et populo Romano exposuisse, quas ibidem acceptaverint; et pacem fuisse hinc inde receptam; eam rogant ut captivis Romanis de liberatione provideat. — (REG. 18, f. 121 r^o; ann. IX, c. 433; — MOREAU 1190, f. 6; — PAPENBRODT-HÖFLER, p. 291, n° 4; — RODENBERG 636, III.)

« *Littere cardinalium super facto pacis.* Sanctissimo in Christo patri domino Gregorio, Dei gratia Summo Pontifici, R., misericordie divina Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus, J., tituli Sanctae Praxedis, S., tituli Sanctae Mariae Transtiberim presbyteri cardinalium, cum osculo pedum reverentiam tam debitam quam devotam. Quia nullus locus ita aptus inveniebatur, et videbatur fidelibus et devotis Ecclesie quod firmiter esset pax, si eam Dominus perduceret ad effectum, si licet in Capitolio quam in alio loco Urbis, licet non multum libenter, die Jovis, in mane, ascendimus illuc, Romanis die Mercurii precedenti per vexillum et bucinas, sicut moris est, ad audiendum que proponere volebamus, sollempniter convocatis, Ibidem autem presens illos populo et senatore, qui

» jam exiverat versus Maritimum, propter moram Gregorii, capellani vestri, mandato populi, qui propter » nimiam protractionem de die in diem a nobis se » conquerebatur deceptum, licet predictus Gregorius » in duobus diebus de Perusia ad nos perveniret : illa » que nobis per vestras litteras apportavit, plene et » plane exposuimus, Romani vero audierunt humiliter » et devote; et omnia que eis ex parte vestra et Ecclesie » fuerunt exposita, acceptaverunt; et nos, litteras vestras, per quas nobis data fuerat potestas firmandi » pacem cum eis, senatori et populo exhibentes, pacem secundum formam nobis a Vestra Sanctitate » transmissam, ex parte vestra et Ecclesie acceptavimus; et sic pax est per gratiam Dei hinc inde recepta. Nos autem universa et singula per ordinem, » sicut acta sunt, per Gregorium predictum in brevi » exponere et intimare curabimus. Quare, si placet, » omnes captivos Romanos, qui tam Viterbii quam » et apud Montem Cacozen. et Alatum, et ubique » alibi detinentur, per bonum et diligentem nuntium » recipi et duci ad presentiam vestram sine more dispendio faciatis; ita quod sine auctoris impimento » captivi Romani cito haberi possint, et ducti ad presentiam vestram, sine more dispendio valeant liberari, et nos in premissis veraces et fideles inveniamur. » Ego Gregorius, servus servorum Dei, acus inter Ferramenta, qui omnibus predictis interfui, in Sanctitali » Vestre recomendo. »

3023

Perusia, 21 avril 1235.

[Romanus], episcopus Portuensis, [Johannes], tituli Sanctae Praxedis, et [Stephanus], tituli Sanctae Mariae trans Tiberim presbyteri cardinales, de adventu Gregorii de Fusca de Berta, subdiaconi et capellani sui, certiores faciunt; ratum habet quod ipse de Perusia ad nos, visum cum illi quatenus conditiones juxta capitulum quod nobis transmissum, a Romanis recipiant. — (REG. 18, f. 121 v^o; ann. IX, c. 431; — MOREAU 1190, f. 7; — PAPENBRODT-HÖFLER, p. 291, n° 5; — RODENBERG 636, V.)

« ... episcopus Portuensis J., tituli Sanctae Praxedis, et S., tituli Sanctae Mariae Transtiberim presbyteri cardinales, » Dei et hominum dilecti Gregorio, summo pontifici et » hominum reverentissimi, esse nos quatenus quatenus » possimus, et illarum conditionum adhibere, sollicitissime » et procul dubio vestras adhibere debemus conditiones »

1. La partie du texte imprimée entre crochets [] est marquée, dans le *registre*, du signe d'annulation Va-est, et se rapporte aux articles de la pièce 3019 marqués du même signe.

2. Ms. : direxissio, la syllabe re exposuante.

1. Ms. : duci.

2. Cette phrase est écrite de deux autres mains après la première.

commendantes. quod, sicut ex tenore litterarum vestrarum et relatione dilecti filii G., subdiaconi et capellani nostri, nobis innotuit. Romani, per vestre diligentie studium, eo faciente qui actiones bonas aspirando prevenit et prosequitur adjuvando, ad sinum matris Ecclesie humiliter redeuntes, pacem secundum formam quam sub bulla nostra per eundem capellanum vobis transmisimus, unanimiter acceptarunt. Nos igitur, quod super reformatione pacis inter Ecclesiam et Romanos eodem per vos factum esse dinoscitur, ratum et gratum habentes, sinceritati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, super hiis que ad firmandam pacem pertinere noveritis, secundum datam vobis a Domino gratiam procedentes, cautiones ab eis recipere studentis iuxta formam quam vobis interclusam presentibus destinamus. Nos enim, cautionibus receptis eisdem, ad ea que idem G. ex parte vestra nobis exposuit et expedire viderimus, dante Domino, sine more dispendio procedemus. Dat. Perusii, VIII kalendas maii, anno nono. »

302-1

Pérouse, 24 avril 1235.

Ei-lem mandat quatenus, — cum, iuxta formam pacis inter Ecclesiam et Romanos initae, ecclesiae, clerici et aliae ecclesiasticae personae ab ipsis Romanis jurisdictioni Summi Pontificis libere essent dimissi, — viros discretos et probos locis competentibus constituent in Urbe, qui, omni personarum acceptione ac dilatione remotis, et nullo a partibus petito salario vel recepto, plenam a clericis et ecclesiis Urbis faciant auctoritate apostolica de ipsis conquirentibus coram se iustitiam exhiberi. — (REG. 18, f. 121 v°; ann. IX, c. 435; — MOREAU, 1190, f. 8; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 294, n° 6; — RODENBERG, 636, VI.)

« Eisdem. Cum 1, iuxta formam —. Dat. Perusii, VIII kalendas maii, anno nono. »

302-5

Pérouse, 22 avril 1235.

Episcopo Portuensi concedit ut incendiarios et alios qui propter violentiam in clericos vel religiosos manuum injectionem fuerant excommunicati, possit, dum tamen passis damna et injurias satisfaciant, in Urbe et in dioecesi Portuensi absolvere. — (REG. 18, f. 121 v°; ann. IX, c. 436.)

« .. episcopo Portuensi. Fratribus 2 nostris quorum —. Dat. Perusii, X kalendas maii, anno nono. »

1. Cette pièce paraît écrite d'une autre main que les précédentes.
2. Cette pièce, contrairement à celles qui précèdent et qui sui-

302-6

[Rome, 17-22 mai 1235.]

Cardinales in Urbe existentes, scilicet Romanus, episcopus Portuensis, et Stephanus, tituli Sanctae Mariae trans Tiberim presbyter cardinalis 1, Gregorio IX papae nuntiant die Mercurii proximo praeterito (= 16^a maii 1235) Laurentium Johannis Belli, senescalcum curiae senatus, nec non senatorem et quosdam officiales juramenta de pace servanda praestitisse, privilegium quoque de capitulis pacis sibi a senatore assignatum esse; cum rogant ut captivos Romanos quam citius ad propria remittat. — (REG. 18, f. 121 v°; ann. IX, c. 437; — MOREAU 1190, f. 9; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 294, n° 7; — RODENBERG 636, XI.)

« Littere cardinalium existentium in Urbe super reformatione pacis et liberatione prisonum de Urbe. Sanctissimo in Christo patri et domino Gregorio, Dei gratia Summo Pontifici, cardinales qui sunt in Urbe, commendationem et reverentiam tam debitam quam devotam. Licet ad scissuram pacis atque concordiae, hoste humani generis suggerente, aliqui, undecumque fuerit procuratum, zizaniam seminarint, tamen, die Martis primo praeterito, cum lucinis sollicitari fecimus populum universum; quo ad sonum campanae, die Mercurii proximo praeterito, summo mane in Capitolio publice congregato, ibidem ea que mandata pro pace complenda, proposuimus diligenter, prout nobis Altissimus ministravit: sic in propositione sermonum dictum populum inducentes, quod communiter clamaverunt ut, secundum mandatum vestrum, senator cum sua curia, et unus in anima totius populi, pro pace servanda petium facerent juramentum. Unde senator, qui super hiis plenam fidem adhibere curavit, de mandato et acclamatione populi, sua etiam voluntate plenissima intercedente, Laurentium Johannis Belli, senescalcum curiae senatus, super juramento in anima omnium faciendo elegit. Qui juravit publice in anima eorum compositam pacem fideliter observare et contra aliquatenus non venire. Eodem etiam die, senator, cum quibusdam officialibus, secundum formam a Vestra Sanctitate transmissam, juravit se dictam pacem fideliter servaturum. Et ad aliorum officialium juramenta recipienda procedimus, ita quod cuncta nobis prospere cedent pro vestre arbitrio voluntatis. Privilegium etiam super capitulis pacis confectum, nobis idem senator, iuxta

vent, ne se trouve ni dans Papencordt, ni dans Rodenberg, ni dans les copies de La Porte du Theil, conservées dans la Collection Moreau,

1. Un Jean de Colonna, peut-être le cardinal prêtre du titre de Sainte-Praxède, était alors à Rieti (voir la fin de cette pièce)

» formam a vobis transmissam, ilariter assignavit, receptis a nobis litteris vestris bullatis, quibus deditis nobis potestatem firmandi pacem cum Romanis. Quocirca Sanctitati Vestre modis omnibus supplicamus quatinus, ut omnis rancor a cordibus Romanorum penitus evellatur, et hii qui semper intendunt scandala suscitare, non habeant unde valeant impedire pacem et detrahendi materiam invenire, univervis et singulis faciatis artius inhiberi, ut de cetero ab omni molestatione desistant, nec audeant contra pacem compositam aliquid attemptare. Vos autem, juxta formam quam misistis, plenius procedentes ad alia que sunt pacis, captivos Urbis precipiatim ad propria quam citius remittit. Nam, si, quod absit, ex parte Ecclesie aliud in contrarium eveniret, et Ecclesie ad infamiam cederet, et personis nostris grande periculum posset ex impetu et furore populi de facili evenire. Prisiones etiam Signini et Campani ad mandatum nostrum tenentur. Unde, cum omnia sint completa ex parte Romanorum secundum mandatum vestrum, supplicamus quod ex parte vestra similiter, sine mora, que faciendâ sunt Romanis, ilariter compleantur. Ut autem a Romanis omnis cessaret materia suspicandi et plena fides de consummatione pacis posset haberi, dominus Johannes de Columpna personaliter accedit Reat[er], expectaturus ibidem mandatum vestrum de liberatione prisonum et eos secum ad Urbem modis omnibus reducturus. Et ut possint omnia executioni mandari, mittimus ad pedes Sanctitatis Vestre Romanum et Nicolaum, familiarem mei, Stephani cardinalis, qui hiis omnibus interfuerunt et omnia plene noverunt. Unde supplicamus Sanctitati Vestre quod, ipsos benigne audientes, expeditos super omnibus ad que mittuntur, ad nos citissime remittatis. »

3027

[Rome, après le 12 avril 1235.]

R[omanus], episcopus Portuensis, Johannes, tituli Sanctae Praxedis, et Stephanus, tituli Sanctae Mariae trans Tiberim presbyteri cardinales, Gregorio IX pape scribunt se Gregorium de Fusca de Berta, ipsius subdiaconum et capellanum, ad ipsum destinare, qui ei omnia quae ad pacem die Jovis post Pascham (= 12^a aprilis 1235) a Romanis acceptatam, spectent, plenius exponat; eum rogant ut Urbem appropinquet. — (REG. 18, f. 122 r^o; ann. IX, c. 438; — MOREAU 1190, f. 11; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 295, n^o 8; — RODENBERG 636, IV.)

« *Littere eorundem cardinalium super eodem* 1. Sanctis-

1. Cette lettre, chronologiquement et par son contenu même,

» simo etc., ut supra. Sicut per alias nostras litteras » Sanctitati Vestre nuper duximus exponendum, die » Jovis post Pascha. . . senatore ac universo Romano » populo congregato et eis forma pacis diligenter » posita, quia forma ipsa eis plenu[m] acceptata tunc » fuit; et a senatore, pro parte iudicis populi, et a » nobis, pro parte Ecclesie, pax extitit. Domino » faciente, recepta. Ut autem universa que ad pacem » spectant, Sanctitas Vestra scire valeat seriatim, ecce » dominum Gregorium de Fusca¹ de Berta, subdiaconum et capellanum vestrum, virum utique providum » et discretum, qui in hoc negotio laudabiliter et multiplicit[er] laboravit, elemente vestre duximus destinandum, suppliciter deprecamus quatinus, quod ad » commodum et pacis pertinent firmandum, absque » difficultate qualibet adimplentes, eundem subdiaconum vestrum ad nos cum perfectione omnium velociter transmittatis, captivos Romanorum sine mora, » si placet, venire ad vestram presentiam faciend[um]. » Ante omnia, quia honori Ecclesie satis credimus expedire, sicut olim viva voce, ita et nunc per litteras » supplicamus quatinus Urbem appropinquare velitis, si » placet; nichil enim utilius negotio credimus expedire. Quia difficile esset omnia singillatim scribere, » omnia posuimus in ore predicti G., et ei dedimus » memoriale, in quo ea que proponere vobis debet, expressius continentur. »

3028

[Rome, vers le 16 mai 1235.]

Instrumentum Angeli Malabrancae, senatoris Urbis, quo de injuriis Ecclesiae illatis, supra sub numero 3018 enumeratis, satisfactionem promittit, et petitiones Ecclesiae, supra sub numero 3019 enumeratas, acceptat. — (REG. 18, f. 122 v^o; ann. IX, [c. 439]; — MOREAU 1190, f. 12; *ibid.*, f. 117; — cf. PAPENCORDT-HÖFLER, p. 295, n^o 9, et RAYNALDI, ann. 1235, §§ 4, 5 et 6; — cf. RODENBERG 636, VIII.)

« *Statuta . . senatoris et populi Romani super reformatione pacis facta inter ipsos et Ecclesiam*. In nomine » Domini —. Ad honorem omnipotentis Dei — nos, » Angelus Malabrancae, Dei gratia alme Urbis » senator [etc., usque :] semper firmum perduret » »

fait suite à la pièce cotée plus haut 3022, et non à la précédente, 3026; elle est donc mal placée, et le libellé de la rubrique prête à l'équivoque.

1. Ms. : Fusco.

2. Sur la date, voyez RODENBERG, l. 502, note 2.

3. Cette pièce est, moins la date et avec une autre rubrique, celle que l'on trouvera imprimée plus loin sous le n^o 3002.

[3029]

Formula juramenti quo senator Urbis ad observationem pacis initae se obstringere debet. — (REG. 18, f. 122 v^o; ann. IX, [c. 410]; — MOREAU 1190, f. 14; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 295, n^o 10; — RODENBERG 636, VII, 1.)

« *Forma juramenti senatoris.* Ego . . senator, tactis sacrosanctis evangeliiis, juro quod pacem initam inter Ecclesiam et Romanos, tempore domini Gregorii pape noni et Angeli Malabrance, senatoris Urbis, servabo, faciam et procurabo, bona fide, quod inviolabiliter et perpetuo a Romanis servetur, et non ero in facto vel consilio, quod aliquo modo vel ingenio violeto.

» Item, quod successorum meum, unum vel plures, compellam ut prestet hujusmodi juramentum, et faciat quod vestararii, iudices palatii, justitiiarii, scriniarii et assectatores, et generaliter officiales omnes, quocumque nomine censebuntur, jurabunt secundum formam infrascriptam, secundum quam officiales mei jurabunt.

» Item, quod totam istam formam juramenti senatoris et officialium ponam in capitulari, juxta capitula de fide catholica defendenda, et quod nullo tempore, nulla fraude, nullo modo vel ingenio contra veniam, nec permittam quod per quoscunque alios, per consilium vel consilia, statuta vel statuenda, vel contionem vel populi acclamationem, vel privilegium, hoc juramentum vel statutum mutari, vel deleri, vel diminui possit de statuto vel capitulari senatoris vel senatoris. »

[3030]

Formula juramenti quo officiales Capitoli ad observationem pacis initae se obstringere debent. — (REG. 18, f. 123 r^o; ann. IX, [c. 411]; — MOREAU 1190, f. 15; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 295, n^o 11; — RODENBERG 636, VII, 2.)

« *Forma juramenti officialium Capitoli.* Ego . . officialis, tactis sacrosanctis evangeliiis, juro quod pacem initam inter Ecclesiam et Romanos, tempore domini Gregorii pape noni et Angeli Malabrance, senatoris Urbis, servabo, faciam et procurabo, bona fide, quod inviolabiliter et perpetuo a Romanis servetur, et non ero in facto vel consilio, quod aliquo modo vel ingenio violeto.

» Item, statuatur quod omnes senatores et officiales qui pro tempore fuerint, idem jurent et eodem modo.

» Item, presente populo et de ipsius mandato, plures vel unus de Romanis jurabit in anima omnium omnia supradicta servare et nullo modo contra venire.

» Item, protestatio fiat quod excommunicabuntur omnes illi qui contra pacem et concordiam venient supradictam. »

3031

[Rieti, fin mai-fin juillet 1234.]

Lucam [de Sabellis seu de Sabello], dictum senatorem, et omnes consiliarios Urbis quorum consilio turris in territorio castri Montis Alti aedificata fuerat, et quaedam alia fuerant perpetrata, Gregorius papa excommunicat. — (REG. 18, f. 123 r^o; ann. IX, c. 442; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 296, n^o 12; — RODENBERG 591.)

« *Super excommunicatione senatoris et consilii Urbis.* Excommunicamus et anathematizamus ¹ —. »

[3032] [Rome, 12 avril [donné vers le 16 mai] 1235 ?]

Instrumentum Angeli Malabrance, senatoris Urbis, quod de injuriis Ecclesiae illatis, supra sub numero 3018 enumeratis, satisfactionem promittit, et petitiones Ecclesiae, supra sub numero 3019 enumeratas, acceptat. — (REG. 18, f. 123 r^o; ann. IX, c. 443; — MOREAU 1190, f. 256; — cf. PAPENCORDT-HÖFLER, p. 296, n^o 13; — RODENBERG ² 636, VIII.)

« *Privilegium senatoris super pace inita inter Ecclesiam et Romanos* ³. In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Ad honorem omnipotentis Dei et beate Marie semper virginis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum, ad honorem quoque sacrosanctae Romanae Ecclesiae, matris nostrae, et sanctissimi patris nostri domini Gregorii, Dei gratia Summi Pontificis, nos, Angelus Malabrance. Dei gratia alme Urbis illustris senator, decreto et auctoritate sacri senatus, mandato quoque et instanti acclamatione incliti populi Romani, ad sonum campanae et bucinarum publice et plenissime in Capitolio congregati, ad propositionem venerabilium patrum domini minorum Romanorum, Portuensium et Sancte Rufinae episcopi, Johannis de Columna, tituli Sancte

1. La sentence d'excommunication insérée à cet endroit du dossier sur les négociations entre l'Église et les Romains, figure plus haut, dans le *Registre* de la huitième année, sous le n^o 167; cf. *supra*, n^o 101; cf. aussi RODENBERG, p. 523, note 1.

2. Sur la véritable date, voyez RODENBERG, p. 523, note 2.

3. Le texte donné par RODENBERG, sous le nom de RAYNALD, a été corrigé en plusieurs endroits.

4. On a vu plus haut (n^o 2028) que cette pièce figure deux fois dans le dossier, la première fois avec une autre rubrique et sans date.

» Praxedis, et Stephani, [tituli] Sancte Marie in Trans-
 » theria presbiterorum cardinalium, super discordia
 » inter sacrosanctam Romanam Ecclesiam, matrem
 » nostram, et eundem sanctissimum patrem nostrum
 » Summum Pontificem, et senatum populumque Roma-
 » num exorta : nomine senatus et populi, promittimus
 » nos satisfacturos ad mandatum ipsius domini pape
 » super facto edificiis et obsidibus Montis Alti, jura-
 » mentis exactis tempore senatus Luce de Sabello, et
 » terminis positus tempore senatus ejusdem in Patri-
 » monio et terris fidelium Ecclesie; et quia iustitiam
 » in Sabiniam et Tusciam, tempore ejusdem senatus,
 » iverunt ad exigenda juramenta predicta et posses-
 » siones Ecclesie et fidelium suorum occupandas; et
 » super diffidatione domini Rainerii, Sancte Marie in
 » Cosmidin venerabilis diaconi cardinalis, et magistri
 » Bartholomei notarii; et super spoliatione sacri Late-
 » rancensis palatii et occupatione illius; et super spo-
 » liatione quarumdam domorum cardinalium; et super
 » privilegiis factis Rainucio et aliis Romanis, pro eo-
 » rum dampnis, super bonis ecclesiarum Hostiensis et
 » Tusculani et Penestrini episcopatum, et aliarum
 » ecclesiarum, et aliis possessionibus et terris fidelium
 » in Patrimonio beati Petri; et super statuto facto vel
 » privilegiis, quod Romanus Pontifex non regrediatur
 » ad Urbem, seu non faceremus pacem cum ipso, nisi
 » prius restituerit quinque milia librarum, recepta
 » mutuo super Rocca de Papa, et omnes expensas et
 » dampna illata Romanis ejuseunque conditionis vel
 » ordinis. Quas diffidationes et privilegia supradicta
 » auctoritate sacri senatus et mandato populi evacua-
 » mus et in irritum penitus revocamus. Ut autem inter
 » nos et sanctam Romanam Ecclesiam et eundem
 » sanctissimum et reverentissimum patrem nostrum et
 » successores ipsius de cetero cesset materia questio-
 » nis, quem ob reverentiam Jhesu Christi, cujus vicem
 » gerit in terris, et beati Petri, Apostolorum principis,
 » cujus successor existit, intendimus tanquam devo-
 » tissimi filii venerari et totis viribus honorare, maxime
 » quia honori et fame hujus alme et inclite Urbis
 » expedire videmus; puerilitate sacri senatus, con-
 » sensu et mandato ipsius populi, ordinamus, sancimus,
 » statuimus et firmiter stabilimus quod omnes
 » clerici et ecclesiastice persone qui sunt in Urbe et
 » extra, et familie domini pape et cardinalium conve-
 » niantur tantum sub iudice ecclesiastico, nec ad se-
 » cularem trahantur, nec ad hoc cogantur per fossio-
 » nes domorum aut alio compulsionis genere, nec
 » aliqua occasione inquietentur. Quod autem dictum
 » est de familiis domini pape et cardinalium, non intel-

» ligimus de civibus Romanis laicis, qui habent domos
 » et familias in Urbe, licet familiares dicerentur vel
 » essent. Item, quod amodo nulli clerici vel religiosi
 » vel laici, ejuseunque conditionis vel ordinis, qui
 » veniunt ad Apostolicam Sedem vel limina beatorum
 » Petri et Pauli, in veniendo, morando et redeundo
 » trahantur ad iudicem secularem, nec aliquo modo
 » cogantur, sed a senatore et senatu potius defendan-
 » tur. Et quod nulla collecta vel exactio fiat ab aliqui-
 » bus ecclesiis, clericis vel personis religiosis, tam in
 » Urbe quam extra. Restituimus preterea perpetuum
 » pacem perpetuo servandam domino Imperatori et
 » suis; item Anagninis, Signinis, Velletransibus, Vi-
 » terbiensibus, Campanis, Maritimanis, Subtensibus,
 » comiti Willelmo, et omnibus aliis hominibus de Pa-
 » trimonio, et omnibus adiutoribus et factoribus Eccle-
 » sie. Precipimus itaque et presenti auctoritate
 » sancimus quod nullus senatorum, unus vel plures,
 » qui per tempore erunt, quolibet modo vel ingenio
 » contra hoc nostrum privilegium venire vel facere
 » presumat. Si quis vero contra hoc temptaverit,
 » iram senatus graviter incurrat et odium, et insuper
 » solveat teneatur senatui centum libras auri, pro mu-
 » ris Urbis; et, pena soluta, hoc privilegium semper
 » firmum perduret. Actum, per manum Romani, scribe
 » senatus, precepto et mandatis Angeli Malabrance
 » senatoris et populi Romani, publice, in Capitolio,
 » anno Domini M^oCC^oXXX^oV^o, indictione VIII, mense
 » aprilis, die XII. »

3033

[Rome, 16 mai 1235.]

Angelus Malabranca, senator Urbis, constituit ut omnes
 senatores, tempore quo juraverint guidamentum Urbis, etiam
 juramentum de observanda pace inter Ecclesiam et Romanos
 inita presentent. — [REG. 18, f. 123 v.; ann. IX, c. 44; —
 MOREAU, 1190, l. 258; — PAPENCORDT-HÜFLER, p. 296, n^o 14,
 non in integro; — RODENBERG 636, IX, 1, ex PAPENCORDT.]

« *Privilegium senatoris super eodem.* In nomine domini
 » nostri Jhesu Christi. Nos Angelus Malabranca, Dei
 » gratia alme Urbis illustris senator, decreto et aucto-
 » ritate sacri senatus, mandato quoque populi Romani
 » publice in Capitolio convocati, ad petitionem etiam
 » venerabilium patrum dominorum Rom[ani], Por-
 » tuensis et Sancte Rufine episcopi, Johannis de Co-

1. La date est inscrite non à la fin de ce acte, mais à la fin de
 la formule qui le suit immédiatement; voyez pièce 3031, col. 303,
 note 6.

» lumpna, tituli Sancte Praxedis, et S[te]phani, tituli
 » Sancte Marie in Transtiberim presbiterorum cardi-
 » naliū: constituimus et firmiter stabilimus ut omnes
 » senatores qui amodo erunt, tempore quo juraverint
 » guidamentum Urbis, jurent quod pacem initam¹ inter
 » Ecclesiam et Romanos, nunc, tempore domini Grego-
 » rii pape VIII et nostri, Angeli Malabrance, senato-
 » ris Urbis, servabunt, facient et procurabunt, bona
 » fide, quod inviolabiliter et perpetuo servetur, et non
 » erunt in facto vel consilio, quod aliquo modo vel in-
 » genio violeitur; et quilibet senator compellet succes-
 » sorem suum vel successores. si plures fuerint, tem-
 » pore quo juraverint guidamentum Urbis, ut prestat
 » hujusmodi juramentum, secundum quod in forma in
 » capitulari senatus per nos apposita, plenius contine-
 » tur, et facient quod vestararii, iudices palatii, justi-
 » tiarii, scriuarii et assectatores, et officiales sui
 » omnes², si alio nomine censentur, jurent secun-
 » dum formam infrascriptam³, secundum quam offi-
 » ciales nostri jurabunt. Precipimus itaque⁴ et presenti
 » sancimus auctoritate ut nullus senator[um], unus
 » vel plures, qui per tempora erunt, consilium vel
 » consilia faciendo, seu quilibet omnino alia persona,
 » contra hoc nostrum privilegium venire vel modo
 » quolibet facere presumat. Si quis vero contra facere
 » temptaverit, iram senatus graviter incurrat et odium,
 » et insuper solvere teneatur, nomine pene, quinqua-
 » ginta⁵ libras boni auri senatui, pro muris Urbis: et,
 » pena soluta, hoc privilegium firmum perduret. »

[3031]

[Rome, 16 mai 1235⁶.]

Formula juramenti quo officiales [senatus] ad observationem
 pacis inite se obstringere debent. — (REG. 18, f. 124 r^o;
 ANN. IX, c. 411 bis; — MOREAU 1190, f. 31; — cf. PAPENCORDT-
 HÖFLER, p. 296, n^o 15; — cf. RODENBERG 636, IX, 2.)

« *Forma juramenti officialium hec est*⁷. Ego talis,

1. Cf. *supra*, les formules imprimées sous les n^{os} 3029 et 3030.

2. Ms. : officiales suos omnes.

3. *Infra*, n^o 3034; cf. *supra*, n^o 2030.

4. Cf. *supra*, n^o 3032, *in fine*.

5. Dans la pièce précédente (n^o 3031, *in fine*), on lit : *centum libras auri*.

6. Comme il a été dit plus haut (col. 302, note 1), cette date, bien que se trouvant à la fin de la formule, se rapporte en réalité à l'acte qui précède (n^o 3033, et dont cette formule n'est en quelque sorte que le corollaire: dans le *registre*, les deux pièces sont considérées comme n'en faisant qu'une seule.

7. Cette formule est la reproduction textuelle de la première partie de la formule imprimée plus haut, sous le n^o 3030.

tactis sacrosanctis evangelii, juro quod pacem initam
 inter Ecclesiam et Romanos, tempore domini Gregorii
 VIII pape et Angeli Malabrance, senatoris Urbis,
 servabo, faciam et procurabo, bona fide, quod inviola-
 biliter et perpetuo a Romanis servetur, et non ero in
 facto vel consilio, quod aliquo modo vel ingenio viole-
 tur. Act[um] anno Domini M^oCC^oXXX^oV^o*, indictione
 VIII, mense madii die XVI, per manum Romani,
 scribe sen[at]us. »

[3035]

[Rome,] 16-28 mai 1235.

Instrumentum Matthæi Petri Judicis, Romane Ecclesie
 scriuarii, quo juramenta a senatore et officialibus Urbis de
 pace servanda præstita testatur. — (REG. 18, f. 124 r^o;
 ANN. IX, c. 415; — MOREAU 1190, f. 32; — PAPENCORDT-
 HÖFLER, p. 296, n^o 16, *non in integro*; — RODENBERG 636, X, ex
 PAPENCORDT.)

« *Instrumentum super juramentis prestitis a senatore et*
 » *officialibus suis super pace servanda*. In nomine Do-
 » mini. Anno Dominicæ Nativitatis M^oCC^oXXX^oV^o*,
 » pontificatus domini Gregorii pape noni anno nono,
 » indictione VIII, mense madii, die XVI. Quoniam,
 » longinquitate temporis, res certa preteritis, futuris
 » interdum venit in dubium, humane conditionis affec-
 » tui utiliter accessit autentice scripture suffragium.
 » per quam prorogatur ad posteros facti memoria et
 » presentibus clarius providetur. Inde est quod ego
 » Mathæus Petri Judicis, Sancte Romane Ecclesie scri-
 » niarius, attendens ea que coram me aguntur, posse
 » aliquando sinistra interpretatione confundi, nisi
 » fuerint actis publicis devoluta, ut super gestis rei
 » veritas plenius elucescat: ideoque juramenta a sub-
 » scriptis personis prestita super pace inita inter Ec-
 » clesiam et Romanos, tempore domini Gregorii pape
 » noni et domini Angeli Malabrance, senatoris Urbis,
 » servanda, rogatu venerabilium patrum domini Ro-
 » m[an]i, episcopi Portu[ensis], domini Johannis de Co-
 » lumpna, tituli Sancte Praxedis, et domini Stephani,
 » tituli Sancte Marie in Transtiberim presbiterorum
 » cardinalium, pro futura memoria et majori cautela
 » Ecclesie, publicis litteris mandare curavi.

« Vidi namque, et ad hoc specialiter vocatus, interfui
 » et audiui, quod prefati venerabiles cardinales petive-
 » runt a domino Angelo Malabrance, senatore Urbis,
 » et populo Romano ad sonum campane publice in Ca-
 » pitolio congregato, ut ipse senator cum officialibus
 » suis, et unus in anima omnium, juraret pacem initam

» inter Ecclesiam et Romanos servare et nullo modo
 » contra venire. Unde dominus senator, presente po-
 » pulo et acclamante, de mandato ipsius, elegit Lau-
 » rentium Johannis Belli, seulescalcum senatus, qui in
 » hunc modum juravit :

« Ego Laurentius, tactis sacrosanctis evangeliiis, de
 » mandato et acclamatione populi, in anima omnium,
 » juro pacem initam inter Ecclesiam et Romanos tem-
 » pore domini Gregorii pape VIII et Angeli Mala-
 » brance, senatoris Urbis, servare et nullo modo contra
 » venire. »

« Actum in Capitolio, XVI die Mercurii mensis
 » maii, in vigilia Ascensionis Domini, presente po-
 » pulo et de ipsius mandato.

« Item, eodem die, vidi, interfui et audivi, quod do-
 » minus Angelus Malabrance, senator Urbis, super
 » ipsa pace servanda in hac forma juravit :

« Ego Angelus Malabrance, senator Urbis, tactis sa-
 » crosanctis evangeliiis, juro [etc.], secundum formam
 » supra sub numero 3029 notatam, usque :] senatoris
 » vel senatus. »

« Actum est hoc apud Sanctum Stephanum in Celio
 » Monte, in presentia dominorum venerabilium, epis-
 » copi et cardinalium : hiis etiam presentibus, videli-
 » cet : domino Matheo Rubeo, Petro Sarracen[is] de
 » Andriotti[s], Andriotta de Andriotti[s], Octaviano,
 » nepote ejus, Johanne Cinthii de Molaria, Angelo
 » Romano de Spōsa, et pluribus aliis.

« Item, eodem die et loco, coram predictis testibus,
 » dominus Romanus Bonaventure, vestararius Urbis,
 » super dicta pace servanda juravit similiter in hac
 » forma :

« Ego Romanus Bonaventure, vestararius Urbis [etc.],
 » secundum formam supra sub numero 3034 notatam,
 » usque :] violetur. »

« Item, eodem die [et] loco, et coram predictis testi-
 » bus, dominus Paulus Laurentii, palatinus iudex,
 » juravit dictam pacem sub eadem forma, sicut predic-
 » tus vestararius.

« Item, Petrus Bartholomei, Petrus Obicionis Ma-
 » lermi, Johannes Petri Basilii, Matheus Johannis
 » Georgii, scriniarii palatini, juraverunt dictam pacem
 » servare eadem forma, sicut dominus Ro[manus] ves-
 » tararius. Actum in palatio Capitolii, XVIII[^o] die

» mensis maii, hiis presentibus : fratre Petro Pocca-
 » botta, Jacobo Ferentino, fratre Lazaro, Petro Rai-
 » naladi, Anato Sancti Johannis de Incarrico, et plu-
 » ribus aliis.

« Paulus Gofuli, Paulus Johannis de Matheo, Jaco-
 » bus Petri Maynardi, Nicolaus Judeus, Nicolaus
 » Johannis Romuli, Meliosus de Transiberia, assec-
 » tatores, juraverunt similiter dictam pacem servare,
 » sicut dominus Romanus. Actum in Capitolio, eodem
 » die, coram predictis testibus.

« Petrus Johannis Sambonis, scriniarius palatinus,
 » eodem modo et eadem forma juravit dictam pacem
 » servare. Actum in Capitolio, XVIII[^o] die ejusdem
 » mensis, hiis presentibus : domino Angelo senatore,
 » fratre Petro Boccahatta, Riccardo, serviente domini
 » Stephani cardinalis, fratre Lazaro, Rodolfo et Gab-
 » risio, familiaribus domini Romani episcopi.

« Egidius Nicolai Archion's, justitarius, eodem
 » modo et eadem forma juravit dictam pacem servare,
 » Actum in Capitolio, XX[^o] die ejusdem mensis, co-
 » ram predictis familiaribus dictorum episcopi et car-
 » dinalium].

« Cinthius Henrici de Papa, Romanus Johannis Ro-
 » manii, justitarius, eodem modo et eadem forma jura-
 » verunt dictam pacem servare. Actum in palatio
 » Capitolii, XXI[^o] die ejusdem mensis, presentibus :
 » domino Angelo senatore, fratre Lazaro, Henrico Bo-
 » naventure, et pluribus aliis.

« Andreas Roggerii Boccaanis, justitarius, eodem
 » modo juravit. Actum in Capitolio, hiis presen-
 » bus : domino Angelo senatore, fratre Lazaro, Dona-
 » deo scriniario, et pluribus aliis.

« Petrus de Curia, justitarius, eodem modo juravit.
 » Actum in palatio Capitolii, hiis presentibus : fratre
 » Lazaro, Nicolao Serragonis, Donadeo scriniario,
 » Gualterio mandatario, et pluribus aliis.

« Jacobus Henrici Lombardi, justitarius, eodem
 » modo juravit. Actum in palatio Capitolii, hiis pres-
 » sentibus : domino Angelo senatore, fratre Lazaro,
 » Petro Obicionis scriniario, et pluribus aliis.

« Johannes de Campanii, Theobaldus de Militeris,
 » justitarii, eodem modo juraverunt dictam pacem
 » servare. Actum in palatio Capitolii, hiis presen-
 » tibus : domino Angelo senatore, fratre Lazaro, et
 » pluribus aliis.

1. Cf. aussi n° 3030.

• bus : domino Angelo senatore, fratre Lazaro, Nicolao
• Serragonis, Donadeo scriniario, et pluribus aliis.

• Thomas Aldonis, Petrus Carbonarius, Johannes
• Romanucci, Matheus Deovosalvi, justitiiarii, eodem
• modo singuli juraverunt dictam pacem servare.
• Act[um] in palatio Capitolii, XXII^o die ejusdem mensis.
• hiis presentibus : domino Angelo senatore, fratre
• Lazaro, Nicolao Aldonis, et pluribus aliis.

• Bonifatius, Petrus Anfsi, justitiiarii de Porticu,
• eodem modo singuli juraverunt dictam pacem servare.
• Act[um] in palatio Capitolii, hiis presentibus :
• domino Angelo senatore, fratre Lazaro, Donadeo
• scriniario, et pluribus aliis.

• Johannes Benedicti de Transtiberim, Johannes Cavellutus
• et Paulus Johannis Nasi Grassi, justitiiarii, eodem
• modo singuli juraverunt dictam pacem servare.
• Act[um] in palatio Capitolii, XXIII^o die ejusdem
• mensis, hiis presentibus : domino Angelo senatore,
• fratre Lazaro, Paulo Laurentii, iudice palatino, et
• pluribus aliis.

• Jordanus de Ponte, Bartholomeus Stephani Capharelli,
• Johannes Cinthii Bovazani, Bartholomeus qui
• vocatur Bibulus, et Petrus Riccardi, justitiiarii, eodem
• modo singuli juraverunt dictam pacem servare.
• Act[um] in Capitolio, XXIII^o die ejusdem mensis,
• hiis presentibus : domino Angelo senatore, fratre
• Lazaro, fratre Petro Sancti Basilii, et pluribus aliis.

• Carleo, Stephanus de Pecta, justitiiarii, et Cinthius
• Mactii, Petrus Oddonis Rizuruli, justitiiarii de Laterano,
• eodem modo singuli juraverunt dictam pacem servare.
• Act[um] in palatio Capitolii, presentibus :
• domino Angelo senatore, fratre Lazaro et fratre Petro
• Sancti Basilii, et pluribus aliis.

• Petrus Oddonis Petri Gregorii, justitiiarius, eodem
• modo juravit dictam pacem servare. Act[um] in palatio
• Capitolii, presentibus : fratre Lazaro, fratre
• Gualterio Sancti Basilii, Nicolao Aldonis, Petro
• Bartholomei scriniario.

• Tostus Curtabrach[ii], justitiiarius, eodem modo
• juravit dictam pacem servare. Act[um] in palatio
• Capitolii, XXVIII^o die ejusdem mensis, presentibus :
• domino Gregorio, abbate Sancte Marie Capito-
• l[ine], et Romano vestuario.

• Et ego Matheus, Sancte Romane Ecclesie scrinia-
• rius, habens potestatem dandi tutores et curatores,
• emancipandi, alimenta decernendi, decreta interpo-
• nendi et dicta testium publicandi, quia hiis predictis
• interfui, rogat¹ predictorum dominorum episcopi
• et cardinalium, scripsi et in publicam formam re-
• degi. »

3036

[Rome, mai 1235.]

Instrumentum Nicolai, Romane Ecclesie scriniarii, quo
similiter nonnulla juramenta de pace servanda prestata
testatur. — (REG. 18, f. 125 r^o; ann. IX, c. 446; — cf. MOREAU
1190, f. 38.)

• Instrumentum super cisdem juramentis. In nomine
• Domini [etc., ut supra, in instrumento sub numero
• 3035 notato, usque :] Inde est quod ego Nicolaus,
• Sancte Romane Ecclesie scriniarius, attendens [etc.,
• ut supra, usque :] sicut predictus vestarius.

• Et ego Nicolaus, Sancte Romano Ecclesie scrinia-
• rius, quia predictis omnibus interfui, rogatu predi-
• torum dominorum episcopi et cardinalium, scripsi et
• in publicam formam redegi. »

3037

Pèrouse, 11 août 1235.

Romanis mandata mittit de non aedificando in castro vel
territorio Montis Atti, de obsidibus libertati restituendis nec
de novo recipiendis, et de pluribus aliis pacis condicionibus.
— (REG. 18, f. 125 v^o; ann. IX, c. 447; — MOREAU 1190,
f. 105; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 297, n^o 17.)

• Mandata facta Romanis. Quia, instigante humani
generis inimico, super quibusdam articulis mota fuit
controversia inter Sacrosanctam Romanam Ecclesiam,
matrem vestram, et vos, qui estis ipsius filii speciales,
actore pacis misericorditer operante, ad cor² humiliter
redeutes, super dictis articulis nostris juravistis stare
mandatis. Nos autem, diligenti deliberatione premissa,
de consilio fratrum nostrorum, que inferius continentur
mandata duximus faciendi. Precipimus, sub debito no-
bis prestiti juramenti, vobis, Angelo Malabrance, sena-

1. Ms : et rogatu — Cf. la pièce 3036, in fine.

2. PAPENCORDT-HÖFLER : ad eos. — Pour cette pièce et pour les suivantes, qui n'ont pas été reproduites par M. ROSENBERG, nous indiquons les principales corrections apportées ici au texte imprimé dans l'Histoire de Rome au moyen âge, de PAPENCORDT-HÖFLER.

tori Urbis¹, populoque Romano, quod de cetero non edificetis nec edificari faciatis in castro vel territorio Montis Alti; et obsides, si quos habetis, et pecuniam, si qua tempore senatus Luce² fuit recepta pro liberatione eorum, libero restituetis vel restitui faciatis; et omnem cautionem sive obligationem, si qua recepta est pro obsidibus jam restitutis, relaxetis et relaxari faciatis; nec recipiatis obsides de cetero, occasione edificii in dicto castro vel ejus territorio construendi, vel ipsum castrum quomodolibet occupandi; et ipsum castrum nobis et Ecclesie Romane absolutum et liberum relinquatis; et a fidelibus Ecclesie nullatenus exigatis talia juramenta, qualia de novo exacta fuerunt tempore senatus Luce a Montaltensibus et aliis fidelibus Ecclesie, videlicet quod starent precise mandatis senatoris populique Romani; nec terminos in Patrimonio beati Petri et terris fidelium Ecclesie de cetero, sine nostro vel successorum nostrorum assensu, ponatis vel poni faciatis; et si aliqui remanserunt, qui tempore senatus Luce positi fuerunt, removeatis vel removei faciatis; et ad exigenda hujusmodi juramenta, seu possessiones Ecclesie et fidelium suorum taliter occupandas, de cetero non mittatis. Hec quidem precipimus, salvo mandatis que super aliis excessibus nominatim³ in privilegio senatoris⁴ expressis, duxerimus facienda. Dat. Perusii, III idus augusti, pontificatus nostri anno nono⁵. »

3038

Pérouse, 8 août 1235.

[Romano,] Portuensi episcopo, [Johanni] tituli Sanctae Praxedis presbytero cardinali, et [Stephano], tituli Sanctae Mariae in Transtiberim presbytero cardinali, committit quatenus Romanis qui in excommunicationem inciderant, sub quibusdam condicionibus absolutionem impendant, et mandent ut apostolice conspectui se repraesentent. — (REG. 18, f. 125 v°; ann. IX, c. 448; — MOREAU 1190, f. 99; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 297, n° 18.)

« .. episcopo Portuensi, J., tituli Sancte Praxedis, et S., Sancte Marie in Transtiberim presbiteris cardinalibus, super absolutione Romanorum. Non claudit Ecclesia red-

1. PAPENCORDT-HÖFLER : Angelo M. S. Urbis.

2. Ici et plus loin, PAPENCORDT-HÖFLER : tempore Senatoris Luce.

3. Les derniers mots, depuis *nominatim*, et la date paraissent avoir été ajoutés après coup.

4. Le *privilegium senatoris* est la pièce publiée plus haut, sous le numéro 3032.

5. PAPENCORDT-HÖFLER : ann. 18.

euntibus gremium, que peccatoris querit reditum et neminem vult perire. Hinc est quod presentium vobis auctoritate¹ committimus quatenus illis Romanis qui per nos vel sententiam patris² felices memorie Honorii pape, predecessoris nostri, pro communitate libertatis ecclesiasticæ³ promissam, in excommunicationis laqueum incididerunt, recepta non solum juratoria, verum etiam fidejussoria, prout supra expeditis exegerit, cautione, absolutionis beneficium impendant, mandantes eis, sub debito prestiti juramenti et exhibite cautionis, ut in termino quem dixerimus prefigendum⁴, cum litteris vestris⁵ excessus conditionibus veritatem⁶, nostro se conspectui repraesentent, man latum apostolicum recepturi. Quod si non omnes, duo versum —. Dat. Perusii, VI idus augusti, anno nono⁷. »

3039

Pérouse, 8 août 1235.

C., subdiacono et capellano suo, rectori Sabinensi, mandat quatenus Redianis de mandato apostolico subtracta restitui faciat. — (REG. 18, f. 126 r°; ann. IX, c. 449; — MOREAU 1190, f. 100; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 297, n° 19.)

« C., subdiacono et capellano nostro, rectori Sabinensi. Cum Romani se nostris⁸ subjecerint precise mandatis, presentium tibi auctoritate mandamus quatenus illis de Urbe quibus mandavimus subtrahi que in Sabinia obtinebant, sine difficultatis obstaculo restitui facias que possidebant tempore mote guerre; per hoc tamen eis de novo jus aliquod non accrescat. Dat.⁹ Perusii, VI idus augusti, anno nono. »

3040

Pérouse, 8 août 1235.

« In eundem modum nobili viro D[ono]¹⁰, Campanie Maritimæ rectori. Dat. ut supra. »

1. PAPENCORDT-HÖFLER : auctoritati.

2. PAPENCORDT-HÖFLER : Canonice. — Le document visé ici est sans doute celui qui est également rappelé, un peu plus haut, dans une lettre du 15 février 1236, au roi de France n° 261, col. 264, note, et col. 267.

3. PAPENCORDT-HÖFLER : Ecclesiæ.

4. PAPENCORDT-HÖFLER : profingendo.

5. PAPENCORDT-HÖFLER : nostris.

6. PAPENCORDT-HÖFLER : veritatem.

7. PAPENCORDT-HÖFLER omis, anno nono.

8. PAPENCORDT-HÖFLER : nostris se.

9. PAPENCORDT-HÖFLER : Dat. ut supra.

10. Vraisemblablement celui qui figure, un peu plus haut, dans une lettre du 21 janvier 1236 (col. 235, n° 2019).

3041

Pérouse, 8 août 1235.

Archiepiscopus, episcopus et aliis ecclesiarum praelatis praesentes litteras inspecturis nuntiat se Romanis, ad eor reversis, poenas eis infictas relaxare. — (REG. 18. f. 126 r^o; ann. IX, c. 150; — MOREAU 1190, f. 101; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 297, n^o 20.)

Archiepiscopus et aliis ecclesiarum praelatis praesentes litteras inspecturis. Apostolicæ Sedis auctoritas in adversos manum rigoris exerceat et ejus² providentia in conversis manna utitur lenitatis, pro diversitate temporum et opportunitate curarum vinum infundens et oleum³ vulneribus sauciat. Sane, culpæ exigentibus Romanorum, mandasse meminimus ut caudis supersederetur eorum, debitorum solutionem interdiximus, et proventus prebendarum, pensionum aliorumque reddituum jussimus sequestrari, ut gratias saltem subtractione temporali cognoscerent, quas perceptione continua minime cognoscebant, et ad devotionem purgens pena reduceret, quos beneficiorum affluentia per insolentiam avertibat. Cum autem Domino factente, reversi ad cor, se mandatis nostris præse subjeperint, ne humilitatis ubera desint, cum elatis verbera non omnino defuerint, penas predictas duximus relaxandas, per apostolica scripta mandantes⁴ ut legitime procedatur in causis, solvantur debita, et restituantur redditus sequestrati. Dat. 5 Perusii, VI idus augusti, anno nono. »

3042

Rome, 4 mars 1241.

Anibaldis et Oddo de Columna, senatores Urbis, revocant, in statuto ipsis in principio ipsorum regiminis assignato, quaedam capitula quæ habebantur expressa contra formam pacis inter Ecclesiam et Romanos tempore Angeli Malabranca factæ, et contra ecclesiasticam libertatem. — (REG. 18. f. 126 r^o; ann. IX, c. 451; — MOREAU 1190, f. 234 et 236; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 297, n^o 21.)

Instrumentum Anibaldi et Oddonis de Columna, senatorum Urbis, super observatione pacis facte tempore Angeli Malabranca, tunc senatoris Urbis, et super revocatione⁶, irritatione et abrasione quorundam statutorum

» factorum contra formam predictæ pacis, tempore¹ predictæ
» torum senatorum A. et O.², et contra clericos ac³ eccle-
» siasticam libertatem. In nomine Domini⁴. Anno
» Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo qua-
» dragesimo primo, indictione quartadecima, mense⁵
» martii, die quarto. Nos Anibaldis et Oddo de Co-
» lupna, Dei gratia alme Urbis senatores illustres,
» per venerabiles patres dominos R[omanum], Dei gra-
» tia Portuensem, et R[aimundum], Ostiensem episco-
» pos, et J[ohannem], tituli Sancte Praxedis, S[tephani]-
» num], tituli Sancte Marie Transtiberim presbiteros⁶,
» R[ainerium], Sancte Marie in Cosmidin⁷, et R[icardum],
» Sancti Angeli diaconos cardinales, ex parte
» sanctissimi patris nostri domini pape Gregorii, et
» eorundem ac⁸ aliorum cardinalium, requisiti super
» eo quod in statuto nobis in principio nostri regiminis
» assignato, capitula⁹ quedam habebantur expressa
» contra formam pacis facte olim, tempore Angeli
» Malabranca, tunc senatoris Urbis, inter Ecclesiam¹⁰
» et Romanos, ac etiam contra ecclesiasticam¹¹ liberta-
» tem; consiliariis Urbis apud ecclesiam Sancte Marie
» in Capitolio¹² plenissime congregatis, que per predic-
» tos dominos cardinales super hiis nobis fuerit¹³ pro-
» posita, exposuimus diligenter; et, deliberatione ple-
» naria super¹⁴ premissis habita cum eisdem, de
» assensu et voluntate majoris et sanioris partis ipso-
» rum, decreto et auctoritate sacri senatus, statuimus,
» ordinamus et firmiter stabilimus quod forma dicte
» pacis perpetuis temporibus inviolabiliter observetur,
» prout in privilegio¹⁵ predicti Angeli, tunc senatoris,
» noscitur plenius contineri; et quod statutum est con-
» tra formam predictæ pacis, et contra clericos ac eccle-

1. PAPENCORDT-HÖFLER omis, tempore.

2. Il est à noter que l'incise de la rubrique : *tempore predictorum senatorum A. et O.*, ne ressort pas nécessairement du texte même de la pièce.

3. PAPENCORDT-HÖFLER : atque.

4. PAPENCORDT-HÖFLER : Domini. Amen.

5. PAPENCORDT-HÖFLER : medio Martii.

6. PAPENCORDT-HÖFLER : Presbyteros Cardinales.

7. PAPENCORDT-HÖFLER : Cosuelino.

8. PAPENCORDT-HÖFLER : Gregorii IX, et eorundem et.

9. PAPENCORDT-HÖFLER : capita.

10. PAPENCORDT-HÖFLER : inter E. et Romanos.

11. PAPENCORDT-HÖFLER : Ecclesiae.

12. PAPENCORDT-HÖFLER : Campitolio.

13. PAPENCORDT-HÖFLER : supra iis nobis fuerint.

14. PAPENCORDT-HÖFLER : supra.

15. PAPENCORDT-HÖFLER : privilegiis. — Il a déjà été rappelé (pièce 3037, in fine) que le *privilegium senatoris* est la pièce publiée plus haut, sous le numéro 3032.

1. PAPENCORDT-HÖFLER omis, et.

2. PAPENCORDT-HÖFLER : ejusdem.

3. Cf. LUC., X, 34.

4. PAPENCORDT-HÖFLER : mandata.

5. PAPENCORDT-HÖFLER : Dat. ut supra.

6. PAPENCORDT-HÖFLER : revolutione.

» siasticam¹ libertatem noseitur esse factum, revocamus et irritamus omnino et irritum nuntiamus; ac
 » ea de statuto Urbis facientes abradi, precipimus illa
 » de cetero non observari. Angelo de Insula, curie senatus publico scriniario, firmiter injungendo quod
 » de premissis omnibus ad perpetuum memoriam publicum² conficiat instrumentum. Acta sunt hec omnia in palatio Capitolii, presentibus: Petro Oddonis
 » de Insula, tunc iudice palatino; Romano magistri³
 » Amati; Petro, fratre ejus; Paulo de Gaudio; Pinzoco;
 » et Alebrandisco, serviente palatii Capitolii: testibus
 » ad hoc vocatis et rogatis.

« Ego Angelus de Insula, scriniarius, de mandato dietorum senatorum, omnia predicta pro futura memoria scripsi et in publicam formam redegi. »

[3043]

[Rome, août 1235 ?]

De inquisitione faciendi de factis Romanorum contra Ecclesiam. — (REG. 18, f. 126 v°; ann. IX, c. 452; — MOREAU 1190, f. 235; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 298, n° 21, suite¹.)

« Postquam⁵ fuerint⁶ recepta juramenta ab hiis qui fuerunt nominati excommunicati, fidejussoribus datis, queratur a Luca, qui fuit senator, ex debito juramenti, de verbis et forma verborum diffidationis domini Rainerii cardinalis et magistri Bartholomei notarii, et de verbis que dicta fuerunt de domino papa, quod non regrederetur ad Urbem, vel pacem non facerent cum eo, nisi restitueret omnia dampna et expensas. Hoc idem a vestariis et justitiariis queratur, sub debito prestiti juramenti. Et eorum responsio⁷ per manum publicam redigatur in scriptis, mittenda domino pape.

» Item, queratur de illis qui occupaverunt Lateranense palatium, et abstulerunt inventa in ipso, et qui inter eos principales fuerunt; et exprimentur nomina singulorum, et qui magis excesserunt.

» Item, queratur de spoliatoribus donorum cardinalium, et que inde asportata fuerunt.

» Item, queratur qui sunt illi qui⁸ habent privilegia

que sunt irritata, super restauratione dampnorum. Et moneatur senator quod precipiat illis, quod reddant ea in manibus suis, ut postea lacerentur. Et fiat illis comminatio excommunicationis, nisi restituant.

» Item, queratur a justitiariis qui ierunt in Tusciam, si quam, et quantam, pecuniam receperunt pro liberatione obsidum de Monte Alto.

» Provisio quod super premissis omnibus sub scriptura domino pape responsio remittatur. »

[3044]

[Rome, 25 août 1235.]

Responsio Angeli Malabrancae, senatoris Urbis, per Manerium, Romani Imperii scriniarium, scripta, mandatis apostolicis supra sub numero 3037 (ann. IX, c. 447) notatis. — (REG. 18, f. 126 v°; ann. IX, c. 453; — MOREAU 1190, f. 115; — PAPENCORDT-HÖFLER, p. 298, n° 21, suite et fin¹.)

« In² nomine Domini, anno a Nativitate³ ejusdem
 » M^oCC^oXXXV, indictione VIII⁴, iduse augusti⁵, die
 » XXV. Quia gesta hominum facile per-unt, nisi publicarum literarum fuerint presidio communita,
 » ideo ego Manerius⁶, scriniarius, ad hoc specialiter
 » vocatus, que vidi et audivi, curavi publicis litteris
 » exarare⁷. Interfui siquidem et vidi quod frater
 » Johannes de Penne⁸, prior fratrum Predicatorum
 » vocatus Sabine⁹ de Urbe, in presentia domni Gregorii,
 » abbatis venerabilis monasterii Sancti Pauli de Urbe,
 » et domini Gregorii Fusconis⁹ de Berta, subdiaconi
 » et capellani domini pape, et mei, scriniarii, et testium
 » subscriptorum, ex parte domini pape et dominorum
 » cardinalium Romanorum, assignavit Angelo Malabrancae, senatori Urbis¹⁰, litteras apostolicas subscriptum tenorem continentes¹¹ :

« Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis
 » filiis Angelo Malabrancae, senatori Urbis, et populo

1. Dans PAPENCORDT-HÖFLER, cette pièce est réunie aux deux précédentes, sous un même numéro.

2. Cette réponse aux mandements de Grégoire IX a été ajoutée après coup dans le Registre.

3. PAPENCORDT-HÖFLER : Domini A. Nativitatis.

4. PAPENCORDT-HÖFLER : medio m. Augusti.

5. PAPENCORDT-HÖFLER : Manicus.

6. PAPENCORDT-HÖFLER : exarari.

7. PAPENCORDT-HÖFLER : Perba.

8. PAPENCORDT-HÖFLER : fratrum predictae St. Sabine.

9. PAPENCORDT-HÖFLER : Tusconis.

10. PAPENCORDT-HÖFLER : assignabat Angelo Malabranca St. Urb.

11. PAPENCORDT-HÖFLER : habentes.

1. PAPENCORDT-HÖFLER : clericos et Ecclesiae.

2. PAPENCORDT-HÖFLER : publicam.

3. PAPENCORDT-HÖFLER : R. magistro.

4. Dans PAPENCORDT-HÖFLER, cette pièce est réunie à la précédente, sous un même numéro.

5. Cette pièce semble d'une autre main que la précédente.

6. PAPENCORDT-HÖFLER : fuerunt.

7. PAPENCORDT-HÖFLER : responsis.

8. Ms. : que.

« Romano, salutem et apostolicam benedictionem.
« Quia, instigante humani generis inimico¹ —. »

« Quas litteras supradictas idem senator recipiens
» humiliter² et devote, tradidit legendas et interpretan-
» das supradicto priori Sancte Sabine; et cum eas lec-
» tas³ et vulgariter⁴ interpretatas audidisset⁵, coram
» omnibus predictis personis respondit quod super
» edificio et obsidibus Montis Alti, et terminis positis
» in Patrimonio beati Petri et terris⁶ fidelium Eccle-
» sie, et juramentis exactis a fidelibus Ecclesie, tem-
» pore Luce de Sabello, promisit stare mandatis domini
» pape, sicut in privilegio continetur⁷, quod et servare

» juravit cum aliis capitulis pacis, et libenter observat;
» sed non intellexit nec juravit quod castrum Montis
» Alti liberum et absolutum deberet Ecclesie relin-
» quere, immo semper intellexerat quod salvum debe-
» ret esse Urbi totum ali[ud] jus suum, sicut habebat;
» tandem dixit quod habebit inde consilium, et faciet
» quod debebit. Testes : frater Geronimus¹; frater
» Rao et frater Petruciolus de Mannia. fratres Mino-
» res; et domini Romanus et Petrus magistri Amati,
» germani fratres², cum predictis abbate et subdiacono.
« Ego Manerius, Dei gratia Sacri Romani Imperii
» scriniarius³, quia interfui, ut supra legitur, scripsi
» et signum mei nominis subnotavi. »

1. Cf. *supra*, n° 3037. — PAPENCORDT-HÖFLER : Gregorius Angelo M. Guis...

1. PAPENCORDT-HÖFLER : frater Geronimus etc. Ego Manicius, Dei gra[tia] sacri.

2. Cf., vers la fin de la pièce 3042, qui est de six ans postérieure à celle-ci : « Romano magistri Amati; Petro, fratre ejus. »

3. Ici est le *signum manuale* du notaire, reproduit dans PAPENCORDT-HÖFLER, au bas de la page 258, et sommairement esquissé à la suite de la copie faite sous la direction de La Porte du Theil, Collection Moreau 1190, f. 116 v°.

2. PAPENCORDT-HÖFLER : humili.

3. PAPENCORDT-HÖFLER : literas.

4. Ms. : vulgatr.

5. PAPENCORDT-HÖFLER : audisset.

6. PAPENCORDT-HÖFLER : territorio.

7. Cf. *supra*, n° 3032.

STATUTA ORDINIS NIGRI

(1235 ET 1237)

[*Note préliminaire.* — Grégoire IX tenta, à deux reprises au moins, de réformer les Bénédictins de l'ancienne observance, ou *moines noirs*¹, tombés en décadence. Il promulgua, à cet effet, des *Statuts* ou *Constitutions*, dont deux rédactions ont été, à plus d'une année de distance, insérées dans ses *Registres*². Ce sont ces deux rédactions que nous imprimons ci-après, en regard l'une de l'autre : on en saisira mieux ainsi les différences, qui sont, d'ailleurs, pour la plupart, plus de forme que de fond. Le texte de gauche, ou texte A, qui se rencontre parmi les bulles de mai 1235 ann. IX, c. 56; Reg. 18. f. 21 r°; cf. *supra*, n° 2549, col. 53), est celui de la première rédaction : il a été, dans le *Registre*, annulé au moyen d'un *faciat*. Vers janvier 1237, une autre rédaction a été substituée à la première [ann. X, c. 312; Reg. 18. f. 216 r°; cf. *infra*, n° 3442] : c'est ce second texte, de 1237, ou texte B. — dans lequel, à la demande même des intéressés, quelques prescriptions ont été adoucies. — qui occupe la colonne de droite³.

Il était, croyons-nous, d'autant moins facile de faire ressortir ces différences, que la distinction entre ces deux textes ne paraît pas avoir encore été suffisamment établie. La rédaction B, qui sans doute devait être, dans la pensée du pape, la rédaction définitive, a été publiée, d'après un manuscrit de Saint-Ouen de Rouen, par Martène et Durand, dans leur *Thesaurus novus anecdotorum*, t. IV (1717), col. 1205-1211, sous le titre : *Antiqua statuta archimasterii Rotomagensis Sancti Audoeni*. Le texte donné par les deux Bénédictins ne présente avec celui du *Registre* que de légères variantes, mais il est incomplet de la fin⁴; néanmoins, pour plus de commodité, nous conservons la numérotation des chapitres adoptée dans cette publication.

Un texte en quelque sorte mixte, plus voisin de la rédaction A dans la première partie et de la rédaction B dans la seconde, et emprunté à une confirmation de ces Statuts donnée par Innocent IV, en 1253, figure dans les *Addimenta* de la grande Chronique de Matthieu de Paris, édition Luard, t. VI (1882), pages 235-247, avec ce titre : *Innovatio per Innocentium quartum statutorum Gregorii noni papae super reformatione Nigri ordinis*⁵.

Les *Statuta ordinis Nigri* ne sont donc pas inconnus : mais il ne semble pas que l'on ait remarqué qu'il en avait été donné, en 1235 et en 1237, à dix-huit ou vingt mois d'intervalle, comme deux éditions différentes, nettement distinguées par le titre *Statuta Ordinationes*, et par les premiers mots *In primis statuimus*, *in primis ordinamus*.

Grégoire IX fait plus d'une fois allusion, dans ses lettres, à la réforme qu'il avait entreprise de l'*Ordo Niger* et aux Statuts qu'il avait promulgués en vue de cette réforme. Qu'il nous suffise de renvoyer, pour les Constitutions de 1235, ou première rédaction, aux pièces 2548, 2552-2558, 2953, 2980 de nos *Registres*. Quant à la nécessité d'une pareille réforme, elle ressort clairement de plusieurs autres bulles du même pape [n° 1288, 1289, 1492, 2385, 2504, 2551, 2689, 2710, 2750, 2836, 2933 de nos *Registres*]. Des moines de l'abbaye de Hambye, au diocèse de Coutances, qui menaient une vie peu conforme à la règle de saint Benoît, il est dit, par manière de jeu de mots [n° 1959], qu'ils étaient « sic exterius, sic interius *deigrati* » : cette expression aurait pu alors s'appliquer aux religieux de beaucoup d'autres abbayes bénédictines.

On trouvera dans Potthast (n° 10287) une bulle d'expédition aux abbés de la province de Rouen, de la seconde rédaction des Statuts : cette bulle est datée du 13 janvier 1237. Parmi les lettres de la dixième année qui concernent cette seconde rédaction des Statuts, ou *Ordinations*, nous citerons les pièces 3087-3088, 3343, 3411-3416, 3431-3441.]

1. Ainsi appelés par opposition aux Cisterciens, ou *moines gris*.

2. Ces Statuts sont conservés dans un certain nombre de manuscrits, tant en France qu'à l'étranger; nous ne nous occuperons ici que des copies en quelque sorte officielles que Grégoire IX en fit faire dans ses *Registres*.

3. Les passages essentiellement différents ont été imprimés ci-après en capitales (§§ 1, 8, 11, 15, 20, 30, 31, 26, 37, 51, 53, 54); les différences peu importantes ou de pure forme ont été indiquées par des Italiques.

4. Du moins, à partir de la fin du chapitre 44, ce texte cesse d'avoir tout rapport avec celui que nous publions.

5. Les Statuts reproduits dans ces mêmes *Addimenta*, à la date 1249, t. VI, p. 175-185, sont complètement différents et de A et de B; nous nous bornerons à les signaler ici.

RÉDACTION A.

30-15. — « DE STATUTIS MONACHORUM ET MONIALIUM NIGRI ORDINIS. »

1. « In primis STATUIMUS quod omnes monachi constituti infra abbatiam, EXCEPTIS INFIRMIS ET CUSTODIBUS EORUNDEM, mox ut audierint signum, relictis agendis omnibus, cum nil sit divino operi preponendum, ad ecclesiam cum debita maturitate festinent, et cum timore et reverentia Domino in ecclesia serviant, secundum Regulam, principium, medium et finem horarum tenentes.

2. Et, ut in puritate conscientie et animi devotione Deo offerant sacrificium laudis fructum laborum suorum, singulis mensibus in monasteriis fiat omnium fratrum confessio *generalis*, ad quam omnes et singuli sine qualibet excusatione accedant.

3. Et in prima dominica mensis, corpori et sanguini Domini Nostri Ihesu Christi communicant. Quod si aliqua de causa duxerit aliquis abstinendum, causam abbati proprio, vel priori, abbate absente, non differat intimare, ut ejus judicio vel absteat, vel ad communionem accedat.

4. Rigor discipline servetur in capitulo, et silentium in ecclesia, claustro, refectorio et dormitorio teneatur, pena transgressoribus secundum statuta regularia imponenda.

5. Omnibus autem ad religionem ingredi volentibus exponantur sepius et specialius ista tria, scilicet: obedientia, continentia et sine proprio vivere,

6. ET QUOD AD HOC CONVERSI ET MONACHI SUNT ASTRICTI; ET EXPRESSE ET SPECIALITER DICATUR EIS AB ABBATE VEL PRIORE, QUOD PER HUNC INGRESSUM NEC IPSI OBLIGENTUR MONASTERIIS, NEC MONASTERIUM IPSIS; ET USQUE AD FINEM ANNI POTERUNT IPSI RECEDERE AB IPSO MONASTERIO LIBERI, ET MONASTERIUM AB IPSIS LIBERARI, SI MORES EORUM ABBATI ET CONVENTUI NON PLACERENT; et admittendis novitiis *dura predicentur* et aspera, et eisdem admissis legatur et exponatur Regula ter in anno probationis, terminis a beato Benedicto constitutis; et novitiis fidelis deputetur instructor; et nulla eis omnino, donec professi fuerint, administratio committatur.

7. Completo ergo probationis anno, novitij professionem statim faciant et benedictionem recipiant; quod si facere noluerint, mox recedant.

8. Nullus autem qui etatis sue annum QUINTUM decimum non attigerit, admittatur; nec de talibus admittendis promissio ulla fiat.

9. Prioratus, decanatus, prepositure et cetera omnes administrationes gratis et absque ulla venalitate et pactione, non nisi *bonis et industriis* monachis conferantur, et prioratus conventuales non nisi sacerdotibus committantur. Si quis autem monachus pro hujusmodi aliquid dedisse vel promississe *convinctus* fuerit, symoniacus habeatur; et nunquam de cetero in Ordine ipso dignitatem habeat vel *hanorem*; et si contra aliquid *super hoc apud diocesanum, sive visitatores vel diffinitores*

RÉDACTION B.

30-15 bis. — « ORDINATIONES MONACHORUM NIGRORUM. »

1. « In primis ORDINAMUS quod omnes monachi constituti infra abbatiam, SECUNDUM REGULAM BEATI BENEDICTI, mox ut audierint signum, relictis agendis omnibus, cum nil sit divino operi preponendum, ad ecclesiam cum debita maturitate festinent, et cum timore et reverentia Domino in ecclesia serviant, secundum Regulam, principium, medium et finem horarum tenentes,

2. et in puritate conscientie et animi devotione Deo offerant sacrificium laudis fructum laborum suorum. Singulis mensibus in monasteriis fiat omnium fratrum confessio, ad quam omnes et singuli sine qualibet excusatione accedant.

3. *Provideat autem abbas ut* in prima dominica mensis [etc., ut in A, usque:] accedat.

4. [Ut in A.]

5. [Ut in A.]

6. CIRCA INGRESSUM VERO ET EGRESSUM NOVITIORUM QUOD REGULA STATUIT, OBSERVETUR. Admittendis novitiis *predicentur dura* et aspera, et eisdem admissis [etc., ut in A, usque:] committatur.

7. [Ut in A.]

8. Nullus autem qui etatis sue annum OCTAVUM decimum non attigerit, admittatur; nec de talibus admittendis promissio ulla fiat.

9. Prioratus, decanatus, prepositure et cetera omnes administrationes gratis et absque ulla venalitate et pactione, non nisi *discretis et bonis* monachis conferantur, et prioratus conventuales non nisi sacerdotibus committantur, *vel talibus qui infra annum promoveantur. Quod si infra annum promoti non fuerint, prioratus ammittantur.* Si quis autem monachus pro hujusmodi aliquid dedisse vel promississe *inventus* fuerit, symoniacus habeatur, et a sic obtento removeatur; et nunquam

vehemens habeatur proscriptio, ipsius remaneat a prioratu vel administratione qualibet sic obvenia. Abbas vero qui vendiderit, tanquam symoniacus puniatur.

10. Si quis autem per interventum secularium personarum committi sibi obedientiam vel prioratum *exposeat*, nunquam illum obtineat, sed nec alium infra annum.

11. *Conventuales* quoque priores non destituantur sine *causa rationabili*: PUA SI DOMORUM LAPIDATORES, SI INOBEDIENTES ET REBELLES, SI INCONTINENTES EXITERINT VEL INFAMES, VEL SI AD MAJOREM DIGNITATEM FUERINT PROMOVENDI, VEL EX ALIA MANIFESTE UTILITATIS CAUSA; QUOD ET DE MINORIBUS PRIORIBUS VOLUMUS OBSERVARI. Nec ullus prior litteras confirmationis habeat, quod de suo prioratu vel obedientia non debeat amoveri.

12. Illud quoque districtius inhibemus, ne quis monachus plures habeat abbatias vel prioratus, vel abbatiam et prioratum, nec in pluribus monasteriis monachatus; et qui administrationem habet in abbatia, exterius *procurator* nullam habeat, nisi forte interiori administratio sit annexa; nec in aliquo prioratu *sive grangia* unus solus monachus commoretur; sed illi qui solus est, socius monachus adiungatur, aut socii, si ipsius loci suppetant facultates; alioquin revocetur ad claustrum; proviso tamen quod in eodem loco divina officia celebrentur honeste.

13. Cum autem abbas balivam, seu preposituram, vel curam aliquorum reddituum alicui de fratribus committere voluerit, firmam cum ipso non faciat, nec plegios ab ipso recipiat vel requirat; et abbas districte precipiat hiis qui in administratione constituti fuerint, quod neminem concutiant vel calumpniam faciant, nec iniuriis aut exactionibus indebitis opprimant, nec carius vendant ad terminum, nec contractus faciant inhonestos.

14. De prioribus, obedientiariis et monachis temporalem administrationem habentibus, balivis seu prepositis in infirmitate gravi decubantibus, statuimus ut administrationes suas, et universa que *de ipsis habent*, facta ratione sine mora, confessione premissa, resignent et assignent abbati.

15. Circa qualitatem ciborum et habitus precipimus observari, ut omnes monachi habeant vestes de uno vestiario, et, comestionibus que per cameras fieri solent, penitus interdictis, in uno refectorio, de una coquina, de uno pane et uno potu regulariter reficiantur, salva pitantia que ad majorem mensam ex certa causa *consequitur deferri*, nisi forte *scorsum*, sive in *infirmatorio* comedant cum abbate; ABBAS TAMEN IN REFECTORIO COMEDAT CUM FRATRIBUS, NISI PROPTER HONESTOS HOSPITES MUTET LOCUM.

16. Ab idibus septembris usque ad caput Quadragesime, secundum Regulam beati Benedicti *reficiantur* ad nonam, et in aliis temporibus, secundum eandem Regulam, et eo moderamine ciborum quod describit Regula; et ordinatis pitantiis, si quando eas fieri contigerit, sicut contenti; nec aliquis sibi in cibo *et potu* delicatiora parari vel extra deferri faciat, aut recipiat presentata; sed quicquid presentatum fuerit, coram illo qui tunc *preest conventui*, deferatur; et ipse taliter provideat sive de hiis, sive de aliis pitantiis, quod

in Ordine ipse dignitate habeat vel administrationem. Abbas vero qui vendiderit, tanquam symoniacus puniatur.

10. Si quis autem per interventum secularium personarum committi sibi obedientiam vel prioratum *exposeat*, nunquam illum obtineat, sed nec alium infra annum.

11. *Prioratum conventuales* quoque priores non destituantur sine *rationabili causa*. Ne ullus prior litteras confirmationis habeat, quod de suo prioratu vel obedientia non debeat amoveri.

12. Illud quoque districtius inhibemus, ne quis monachus plures habeat abbatias vel prioratus, vel abbatiam et prioratum, nec in pluribus monasteriis monachatus; et qui administrationem habet in abbatia, exterius *procurator* nullam habeat, nisi forte interiori administratio sit annexa; nec in aliquo prioratu unus solus monachus commoretur; sed illi qui solus est, socius monachus adiungatur, aut socii, si ipsius loci suppetant facultates; alioquin revocetur ad claustrum; proviso tamen de facultatibus ecclesie a cui *sacerdoti, non d'bitis obsequiis defraudetur*.

13. [Ut in 4.]

14. De prioribus, obedientiariis et monachis temporalem administrationem habentibus, balivis seu prepositis in infirmitate gravi decubantibus, statuimus ut administrationes suas, et universa que *habent de ipsis*, facta ratione sine mora, confessione premissa, resignent et assignent abbati.

15. Circa qualitatem ciborum et habitus precipimus observari, ut omnes monachi habeant vestes de uno vestiario, et, comestionibus que per cameras fieri solent, penitus interdictis, in uno refectorio, de una coquina, de uno pane et uno potu regulariter reficiantur, salva pitantia que ad majorem mensam ex certa causa *deferri potest*, nisi forte, *sive in infirmitario*, vel *in oratorio* comedant cum abbate.

16. Ab idibus septembris usque ad caput Quadragesime, secundum Regulam beati Benedicti *reficiantur* ad nonam, et in aliis temporibus, secundum eandem Regulam, et eo moderamine ciborum quod describit Regula; et ordinatis pitantiis, si quando eas fieri contigerit, sicut contenti; nec aliquis sibi in cibo et potu delicatiora parari vel extra deferri faciat, aut recipiat presentata; sed quicquid presentatum fuerit, coram illo qui tunc *conventui preest*, deferatur; et ipse taliter provideat sive de hiis, sive de aliis pitantiis, quod illorum confor-

illorum confortet naturam, qui, delicati vel debiles, *comode* communibus cibis uti non possunt.

17. In infirmitorio vel refectorio sciphis argenteis vel aureis, seu etiam pedem seu circulum argenteum vel aureum habentibus, non utantur; nec zonam vel cultellum eum ornatum auri vel argenti deferre *alicui sit licitum* vel habere.

18. In infirmitorio autem nullus carnes comedat, nisi monachus vel conversus qui infirmus fuerit, aut propter debilitatem corporis ad infirmitorium missus.

19. *Secundum Regulam quoque beati Benedicti*, nullus monachus, in quocumque loco, sive in domo sit Ordinis, sive extra, carnes comedat, nisi in infirmitorio, *secundum quod superius est notatum*. Illas autem carnum refectiones, que sanis in quibusdam monasteriis certis temporibus consueverit haecenus exhiberi, penitus inhibemus; et, sicut interdictionem usum carnum, ita farsaturas de tritis carnis denegamus. *Sane abbas vel monachus in itinere constitutus, si debilitatis vel infirmitatis necessitas compellat ipsum ad esum carnum, dixerit ad domum religiosam, si vicinam invenerit; alioquin sic sue infirmitati consulat, quod in cibo suo non offendatur vel scandalizet proximus, pro quo mortuus est Dominus Iesus Christus.*

20. Si quis in esu carnum contra hunc ordinem facere presumpserit, si claustralis fuerit, gravi culpe subiaceat; si dignitatem vel administrationem habeat, eandem amittat.

21. Infirmis autem fratribus in cibariis, in lectis, in servitoribus et aliis necessariis, secundum quod eorum requirit infirmitas et continetur in Regula, precipimus provideri; et in hiis omnibus *infirmarius, si inventus fuerit in defectu*, per proprium abbatem vel priorem, abbas vero vel [prior] per suum episcopum diocesano vel per visitatores, cum ad locum accesserint, pena puniatur condigna.

22. Illud etiam observari precipimus, ut de vestimentis et calciamentis ordinatis tempore congruo provideatur tam monachis quam conversis; et ne propter hoc detur alicui pecunia, districtius inhibemus.

23. Monachi, communibus indumentis et religiosis induti, sicut in claustro, ita foris exeuntes, honeste se habeant, nec incedant sine enucilla et habitu regulari, nec *habeant capam* coloratam, sed vilem. Nec cum sella minus regulari, sumptuosa vel clavorum ornata decorata superfluo, aliquis equitare presumat. Calcaria deaurata vel deargentata non habeant, ferratura ad ornatum in frenis prorsus anota, nec cirothecis, nec ocreis, *sed calceis corrigiatis, et eisdem rotundis, non acutis, equitans* quis utatur.

24. Nullus in quocumque loco utatur tunicis vel coopertoriis de bruneto, vel alio panno colorato, vel pellibus silvaticis, vel lineis caniseis, vel lintaminibus, sed vestiti dormiant et cineti, sicut in Regula continetur, nec vestes scissas habeant ante vel retro.

tel naturam, qui, delicati vel debiles, *comode* communibus cibis uti non possunt.

17. In infirmitorio et refectorio sciphis argenteis vel aureis, seu etiam pedem seu circulum argenteum vel aureum habentibus, non utantur; nec zonam vel cultellum cum ornatum auri vel argenti deferre *licitum sit alicui* vel habere.

18. [Ut in A.]

19. Nullus monachus, in quocumque loco, sive in domo sit Ordinis, sive extra, carnes comedat, nisi *secundum quod in Regula continetur*. Illas autem [etc., ut in A, usque :] denegamus.

20. Si quis comedere carnes contra predicta presumpserit, SEMEL VEL ETIAM SECUNDO, REGULARI SUBJACEAT DISCIPLINE; SI TERTIO, QUARTA ET SEXTA FERIA PROXIMIS IN PANE ET AQUA JEJUNET; QUOD SI IN CONSUETUDINEM DUXERIT, SUBJACEAT GRAVI CULPE. ABBAS VERO, SI IN HOC DELIQUERIT, SECUNDA, QUARTA ET SEXTA FERIA SIT PANE ET AQUA CONTENTUS; SI AUTEM IN CONSUETUDINEM DUXERIT, NEC, MORTUUS A DIOCESANO VEL VISITATORIBUS, CORRIGERE SE VOLUERIT, ADMINISTRATIONE SIT PRIVATUS.

21. Infirmis autem fratribus in cibariis, in lectis, in servitoribus et aliis necessariis, secundum quod eorum requirit infirmitas et continetur in Regula, precipimus provideri; et in hiis omnibus *si infirmarius inventus fuerit in defectu*, per proprium abbatem vel priorem, abbas vero vel *prior* per visitatores, cum ad locum accesserint, pena puniatur condigna.

22. [Ut in A.]

23. Monachi, communibus indumentis et religiosis induti, sicut in claustro, ita foris exeuntes, honeste se habeant, nec incedant sine enucilla et habitu regulari, nec *capam habeant* coloratam, sed vilem. Nec cum sella [etc., ut in A, usque :] nec cirothecis *per digilos distinctis*, nec ocreis *rostratis* quis utatur.

24. [Ut in A.]

25. Nullus prior claustralis cameram, equos, familiam, capram pascualem vel aliam armenium sibi appropriet, vel de ejus usu contendat; sed, si ex necessitate et utilitate oportet eum exire, per illum qui preest, in necessariis provideatur eidem.

26. Precipimus insuper ut omnes abbates et priores, consilio fratrum quibus preesunt, et familie, cum testibus aibanorum viorum qui ad eundem locum pertinent, cum faciendum est mutuum vel innovandum, hoc ita faciant, quod omnibus liquet quanta summa, quibus creditoribus, quibus conditionibus et quibus terminis debeatur, et in quos usus contractum mutuum sit conversum. Et, ut domerum status certior habeatur, singulis tribus mensibus, coram abbate, sive priore, si sibi non est abbas, et senioribus, reddant officiales de suis officiis rationem, computationem de omnibus expensis et receiptis fideliter facientes.

27. Abbates et priores bis in anno, videlicet in kalendis octobris, collectis anni fructibus, et in kalendis aprilis, statum domus sue in capitulo, vel coram senioribus, et etiam coram visitatoribus, cum venerint, plenarie manifestent. Abbas autem, vel prior, sive prepositus, qui in predictis rationibus debita suppresserit, ab administratione quam obtinet, penitus repellatur.

28. Si vero abbas vel prior sine consensu conventus contraxerit mutuum, non teneatur monasterium, nisi quatenus probatum fuerit in utilitatem ecclesie fuisse conversum; et per instrumentum super contracto confectum mutuo non compellatur monasterium, si capituli sigillo non fuerit communitum.

29. Nullus quoque abbas vel prior prioratum aut grangiam, pensionem aut prebendam monachalem personis secularibus donare audeat; possessionem vero nullam vendat, vel alienet, nec commutet, nisi in casibus a jure concessis, nec etiam donet; sed sciat alienationem sibi penitus interdictam.

30. Monachi quoque proprietarii ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Qui autem contraxerint, vel quasi contraxerint cum monachis vel conversis, vel nomine depositi aliquid ab eis acceperint, vel eis quocumque modo fuerint obligati, non ipsis monachis vel conversis, sed potius eorum monasterii respondeant, et restituant universa; et ad hoc per diocesanum vel per visitatores, per censuram ecclesiasticam compellantur. Si quis autem proprietatem usque ad ultimam infirmitatem detinuerit, et si ad penitentiam admittatur, non tamen sicut unus de fratribus, sed sicut unus sepeliatur de vulgo. Qui vero in morte non penituerit, et post mortem inventus fuerit proprietarius, extrahatur corpus ejus de tumulo, et prohiatur in campo. Nulli autem profusus, nisi pro officio sibi commisso, arcam cum clave habere permittimus; et, si habuerit, eo ipso proprietarius reputatur.

31. Hanc autem excommunicationis sententiam in proprietarios abbas ter in anno, scilicet in Nativitate Domini, Pascha Resurrectionis et Pentecostes, sollempniter in capitulo publicetur; et, si post aliquis in vita fuerit habere proprium, balivam, si quam habet, amittat; nec infra annum sibi alia committatur, nec tunc, nisi in prioris testibus et peracta penitentia competentis; abbas qui scienter proprium commiserit, moribus, vel poenite eorum sit, suspendatur ad tempus.

25. Nullus prior claustralis vel alius monachus cameram, equos, familiam, hirsutiam sibi appropriet, vel de ejus usu contendat; sed, si ex necessitate et utilitate oportet eum exire, per illum qui preest, in necessariis provideatur eidem.

26. Precipimus insuper ut omnes abbates et priores, consilio omnium fratrum quibus preesunt, vel majoris et sanioris partis ipsorum, cum facienda est mutuum [etc., ut in A, usque:] conversum. Et, ut domerum status certior habeatur, singulis tribus mensibus, coram abbate, sive priore [etc., ut in A, usque:] facientes.

27. Abbates et priores bis in anno, in kalendis octobris [etc., ut in A, usque:] manifestent. Abbas autem, vel prior, sive prepositus, qui in predictis rationibus debita suppresserit fraudulenter, ab administratione quam obtinet, penitus repellatur.

28. Si vero abbas vel prior sine consensu conventus sui contraxerit mutuum, non teneatur monasterium, nisi quatenus probatum fuerit in utilitatem ecclesie fuisse conversum.

29. Nullus quoque abbas vel prior prioratum aut grangiam, pensionem aut prebendam monachalem personis secularibus donare audeat; possessionem vero nullam vendat, vel commutet, nec alienet, nisi in casibus a jure concessis, nec etiam donet; sed sciat alienationem sibi penitus interdictam.

30. Monachi proprietarii excommunicentur ab abbatibus suis, et, si in morte proprietarius inventus fuerit, ecclesiastica careat sepultura. Nullus autem profusus, nisi pro officio sibi commisso, arcam cum clave sine licentia abbatis habeat; et quotienscumque abbas petierit, ei vis eidem traclatur; et, si aliter habet, eo ipso proprietarius reputatur.

31. Excommunicationis sententiam semel in anno, scilicet in Ramis Palmarem, sollempniter in capitulo publicetur; et, si post aliquis in vita fuerit habere proprium, balivam, si quam habet, amittat; nec infra annum sibi alia committatur, nec tunc, nisi in prioris testibus et peracta penitentia competentis; abbas qui scienter proprium commiserit, moribus, vel poenite eorum sit, suspendatur ad tempus.

32. Proprium autem intelligimus *quicquid illud sit, sive parvum, sive magnum, sive vile, sive carum, secundum quod dicit beatus Benedictus in Regula*. Sed neque *mutuum, neque commo- datum, neque depositum, neque locatum aliquid* omnino monachus vel conversus nomine suo recipiat, nec etiam monasterii nomine, nisi de abbatis vel conventus licentia speciali, et *in casibus a jure concessis*.

33. Ipse autem abbas det singulis, prout cuique opus erit, ut non sit personarum acceptio, sed infirmitatum consideratio habeatur.

34. Illud quoque *districtius inhibemus*, ne quis abbas consanguineo suo, egenti vel non egenti, immobilia ecclesie sue concedat, nec etiam donet, nisi forte, *si pauper fuerit; et tunc sicut alii pauperi aliquid modicum nomine elemosine largiatur; et qui contra presumpserit, ab eadem amoveatur ecclesia; prioribus et officialibus, si eos talia commississe constiterit, a locis suis et officiis prorsus amotis, et alias, prout culpe qualitas exegerit, graviter puniendis*.

35. Claustrum, refectorium, dormitorium, et infirmitatum et chori custodia certis committatur personis, et nulla mulier omnino permittatur intrare, nisi forte in consecrationibus ecclesiarum et exequiis mortuorum aliquas mulieres per claustrum vel chorum transire contingat; exceptis nobilibus que patrone sunt monasterii, vel aliis nobilibus quibus sine gravi scandalo non possit introitus denegari; et eisdem certis horis et temporibus poterit ingressus ab abbate vel priore concedi. Quod si contra hoc presumptum fuerit, officialis per cuius ostium mulier intraverit, abbas quoque vel prior, si hoc fieri mandaverit, SEPTEM DIEBUS pro qualibet vice in pane et aqua jejunet.

36. Abbates vel priores, si servientes seculares secum equitantes habeant, non habeant adolescentes, non nobiles, non consanguineos, nec indutos vestibus virgatis, aut argenteis nodulis ornatis, vel partitis, vel viridibus aut rubeis, sed maturos et honestos, et nulla dissolutione notabiles; qui nec habeant capellum de floribus vel foliis in domibus religiosis, vel in presentia religiosorum, neque canes, neque aves venalicias, neque scacos, aleas vel luzzillos.

37. Volumus quoque et mandamus ut in quolibet monasterio vel prioratu, abbas, prior, seu loci diocesanus, in negligentia predictorum, aut, ipsis cessantibus, visitatores qui pro tempore fuerint, secundum possibilitatem locorum hospitalitatem ordinent et elemosinas faciendas, certo hospitio ad recipiendos pauperes et alios hospites, et ministro idoneo, qui eis deserviat, deputatis; et, si alicui religiose persone hospitium negatum fuerit, qui hospitio deputatus tunc fuerit, SEPTEM diebus jejunet in pane et aqua.

38. Inhibemus vero, sub interminatione dampnationis eterne, ne possessiones aut redditus ad elemosinam, sive hospitalitatem vel infirmaryam deputati vel collati, ab eisdem usibus abstrahantur; si vero hoc presumptum fuerit, non

32. Proprium autem intelligimus secundum *beati Benedicti Regulam*. Sed neque *comodatum, neque locatum, neque depositum aliquid* omnino monachus vel conversus nomine suo recipiat, nec etiam monasterii nomine, nisi de abbatis vel conventus licentia speciali, *sed neque mutuum ultra illam quantitatem, quam moderatam taxari volumus per capitulum et abbatem*.

33. [Ut in A.]

34. Illud quoque *districte precipimus*, ne quis abbas consanguineo suo, egenti vel non egenti, immobilia ecclesie sue concedat, nec etiam mobilia donet, nisi aliquid modicum nomine elemosine largiatur; et qui de *immobilibus* contra presumpserit, ab eadem amoveatur ecclesia; prioribus et officialibus, si eos talia commississe constiterit, *ab amministrationibus* prorsus amotis, et alias, prout culpe qualitas exegerit, graviter puniendis.

35. Claustrum, refectorium, dormitorium et chori, *quando cantatur officium, custodia certis committatur personis, et nulla mulier permittatur intrare predicta loca, neque chorum, quando cantatur ibidem, nisi forte in consecrationibus et indulgentiis ecclesiarum, et festo principali ecclesie, et exequiis mortuorum aliquas mulierum* per claustrum vel chorum transire contingat; exceptis nobilibus que patrone sunt monasterii, vel aliis nobilibus quibus sine gravi scandalo non possit introitus denegari; et eisdem certis horis et temporibus poterit ingressus ab abbate vel priore concedi; et *salvo indulgentiis super hoc certis personis a Sede Apostolica concessis, vel etiam concedendis*. Quod si contra hoc presumptum fuerit, officialis per cuius ostium mulier intraverit, abbas quoque vel prior, si hoc fieri mandaverit, pro qualibet vice in pane et aqua *UNA* DIE jejunet.

36. Abbates vel priores, si servientes seculares secum *haberint equitantes de propria vel continua familia, non nisi maturos honestos, et in habitu non lascivo*.

37. Volumus quoque et mandamus ut in quolibet monasterio vel prioratu, abbas vel prior, aut, ipsis cessantibus, visitatores qui pro tempore fuerint, secundum possibilitatem locorum hospitalitatem ordinent ad elemosinas faciendas, certo hospitio ad recipiendos pauperes et alios hospites, et ministro idoneo, qui eis deserviat, deputatis; et, si alicui *persone religiose* hospitium negatum fuerit, qui hospitio deputatus tunc fuerit, *tribus* diebus jejunet in pane et aqua.

38. Inhibemus *etiam*, sub interminatione dampnationis eterne, ne possessiones aut redditus ad elemosinam, sive ad hospitalitatem vel infirmaryam deputati vel collati, ab eisdem usibus abstrahantur; si vero hoc presumptum fuerit, non

neat, sed ad usus revocentur predictos; et qui contra venire presumpserit, ab administratione noverit se suspensionem.

39 Et quia non est defraudanda pauperum elemosina, nullus de cibis qui sibi administrantur in mensa, nullus de veteribus regiments vel calciamentis, cum recipit nova, defraudet elemosinam; sed hec omnia ad manus elemosinarii perveniant, qui eadem pauperibus largiatur; nec alicui dentur nova, qui vetera non resignet.

40. Inhibemus quoque districtius ne libere detur monachis evagandi potestas, nec detur claustralibus licentia *revidendi* secularia, nisi forte rarissime, et ex causa rationabili, et ad tempus modicum, matura quoque societate eisdem ad custodiam deputata; et ipsi horas dicant in via, et de libris providetur eisdem, et cuilibet monacho loquendi eum muliere sine honestis testibus duobus vel tribus, licentia denegetur.

41. Monachus quoque qui in abbacia sive prioratu moram fecerit, si sine licentia superioris clausuras domus exire presumpserit, FUGITIVUS HABEATUR.

42. Illud quoque districte precipimus, quod monachi qui in prioratibus exterioribus commorantur, in divinis servitiis, in honestate habitus et ciborum abstinentia suis abbatibus respondeant, et jaceant vestiti et cineti, sicut monachi in dormitorio abbacie; quod etiam ab omnibus qui jacent extra dormitorium, volumus observari. Nullus quoque abbas, prior nec monachus infra abbatiam vel extra consanguineum secularem commorantem secum retinere presumat; nec mulieres in aliquo loco ad monachorum servitium presentialiter admittantur.

43. Denique, cum abbates vel priores discurrere vel vagari non debeant, volumus ut in claustro cum fratribus sedcant, et divinis intersint, maxime vigiliis, capitulo et collationi, et aliis divinis cum eisdem, nisi causa necessaria fuerint prepediti.

44 Nullus abbas vel monachus prope monasterium suum vel cellam monasterii sui ad leucam unam in domo seculari comedat vel pernoctet.

45. Ceterum, quia in multis monasteriis a paucis intelligitur Regula, cum legitur, precipimus ut lectio Regule, que legitur in capitulo, propter minores statim exponatur in vulgari ab illo qui capitulum tenet, vel ab alio cui ipse duxerit iungendum.

46. Circa equitaturas abbatum hoc moderamen volumus et precipimus observari, ut nullus abbas ultra decem equitaturas habeat, et suos quilibet monachus *portet pannos*; minores autem abbates secundum facultates domorum equitaturarum minori numero sint contenti.

47. Omnes autem redditus abbacie, tam capituli quam membrorum, redigantur in scriptis, et obventiones que certe non sunt, fideliter extimentur, et unum scriptum inde habeat abbas penes se, et prior aliud pro conventu.

teneat, sed ad usus revocentur predictos; et, si abbates contra venire presumpserit, ab administratione per visitatores, monachi per abbates suspendantur, et suspensi maneat quoadvis secundum qualitatem delicti *viderint exp. dire.*

39. Et quia non est defraudanda pauperum elemosina, nullus de cibis qui sibi ministrantur in mensa, nullus de vestimentis veteribus vel calciamentis, cum recipit nova, defraudet elemosinam; sed hec omnia ad manus [etc., ut in A, usque :] non resignet.

40. Inhibemus quoque districtius ne libere detur monachis evagandi potestas, nec detur claustralibus licentia *revidendi* secularia, nisi forte rarissime [etc., ut in A, usque :] licentia denegetur.

41. Monachus quoque qui in abbacia sive qui in prioratu moram fecerit, si sine licentia superioris clausuras domus exire presumpserit, REGULARI PENE SUBDATUR.

42. Illud quoque districte precipimus, quod monachi qui in prioratibus exterioribus commorantur, in divinis servitiis, in honestate habitus et ciborum abstinentia suis abbatibus se conformant, et jaceant vestiti et cineti, sicut monachi in dormitorio abbacie; quod etiam ab omnibus qui jacent extra dormitorium, precipimus observari; nec mulieres in aliquo loco ad monachorum servitium presentialiter admittantur.

43. Denique, cum abbates et priores discurrere vel vagari non debeant, volumus ut in claustro cum fratribus sedcant, et divinis intersint, maxime vigiliis, capitulo et collationi, et aliis divinis cum eisdem, nisi causa necessaria, *vel utili et honesta*, fuerint prepediti.

44. [Ut in A.]

45. [Ut in A.]

46. Circa equitaturas abbatum hoc moderamen volumus et precipimus observari, ut nullus abbas *de familia sua continua* ultra decem habeat equitantes, et de suis quilibet monachus *aliquem pannum portet*; minores tamen abbates secundum facultates domorum equitantium minori numero sint contenti.

47. Omnes autem redditus abbacie, tam capituli quam membrorum, redigantur in scriptis, et obventiones que certe non sunt, fideliter extimentur, et unum scriptum inde habeat abbas penes se, et prior aliud pro conventu. ET UTRUMQUE SECRETO APCD SE HABEANT.

1. A la fin de ce paragraphe s'arrête la conformité entre la rédaction B et le texte publié dans le *Thesaurus novus anecdotorum*; ce qui fait suite, dans ce recueil, est complètement différent.

48. Decernimus etiam quod, si paupertas loci, vel defectus Ordinis, seu pena delicti hoc *exigit*, ut de sedibus propriis monachi aliqui emittantur, abbates ad quos misse fuerint persone hujusmodi, eas recipere non recusent, quamdiu visitatoribus visum fuerit expedire; quod si eas recipere noluerint, cum possint, *eos esse decernimus auctoritate nostra suspensos; quorum absolutionem, cum satisfecerint, ipsis visitatoribus committimus in presenti.*

49. Qualiter autem circa premissas personas procedi debeat, in constitutione nostra super hoc nuper a nobis edita, continetur; quam ad cautelam *duximus presentibus* inserendam; cujus tenor talis est : « Ne religiosi vagandi... humiliter revertantur ¹. »

50. Predicta omnia volumus *et districte precipimus* quod abbates, et priores qui in suis ecclesiis proprium abbatem non habent, faciant in suis monasteriis, cellis, obedientiis et aliis locis sibi subditis, inviolabiliter observari; alioquin *ab amministrazionebus se noverint amovendos*: salva nichilominus et servata *cum predictis* in omnibus beati Benedicti Regula, quam sciunt, precipue ad correctionem et reformationem Ordinis, se habere magistram.

51. Precipimus autem, in virtute obedientie, quod abbas, vel prior, si absens fuerit abbas, legi faciat et exponi diligenter *supradictas constitutiones* in capitulo, ter in anno, *congregatis fratribus*, in CRASTINO videlicet Nativitatis Domini, Pasche Resurrectionis, et Assumptionis beate Virginis. Abbas vero hec omnia diligenter observet et ab aliis faciat observari; alioquin, si super hiis negligens *inventus* fuerit, secundum transgressionis sue vel negligentie qualitatem taliter puniatur, quod pena illius sit aliis in exemplum. Et, si forsitan, culpis suis exigentibus, abbatem ab administratione sua contigerit amoveri, nulla ei aliquorum reddituum fiat provisio, sed in hoc potius ipsius anime provideatur, ut salubrem agat penitentiam de commissis.

52. Precipimus autem, sub interminatione divini iudicii, ut abbates qui capitulo provinciali pro tempore preferunt, viros prudentes, providos, et timentes Deum, in ipso capitulo provinciali visitatores instituunt, qui omnes abbatias, et prioratus abbates proprios non habentes, ejusdem provincie, visitent infra annum, et secundum hanc ordinationem nostram in correctione et reformatione procedant, et ea que emendari preceperint, sub sigillis suis in singulis dimittant monasteriis, et eadem reportent ad sequentis anni capitulum, tradenda substituendis visitatoribus, ut sic omnium monasteriorum obedientia vel transgressio *comprobetur*.

53. [Deest in A.]

54. DE MONIALIBUS AUTEM PREDICTA OMNIA PRECIPIMUS OBSERVARI SECUNDUM QUOD EORUM SEXU POTERIT ADAPTARI. »

48. Decernimus etiam quod, si paupertas loci, vel defectus ordinis, seu pena delicti hoc *exegerit*, ut de sedibus propriis monachi aliqui emittantur, abbates ad quos misse fuerint persone hujusmodi, eas recipere non recusent, quamdiu visitatoribus visum fuerit expedire, *nisi tales fuerint, quod eorum conversatio non possit sine gravi scandalo tolerari*; quod si eas recipere noluerint, cum possint, *per visitatores compellantur*.

49. Qualiter autem circa premissas personas procedi debeat, in constitutione nostra super hoc nuper a nobis edita, continetur; quam ad cautelam *presentibus duximus* inserendam; cujus tenor [etc., ut in A, usque :] « revertantur. »

50. Predicta omnia volumus quod abbates, et priores qui in suis ecclesiis proprium abbatem non habent, faciant in suis monasteriis, cellis, obedientiis et aliis locis sibi subditis, inviolabiliter observari; alioquin *visitatores transgressores regularint, puniant* ², et *predicta faciant observari*; salva nichilominus et servata *in predictis* omnibus beati Benedicti Regula, quam sciunt, precipue ad correctionem et reformationem Ordinis, se habere magistram.

51. Precipimus autem, in virtute obedientie, quod abbas, vel prior, si absens fuerit abbas, legi faciat et exponi diligenter *supradicta omnia* in capitulo, ter in anno, videlicet *INFRA OCTAVAS FESTIVITATUM Nativitatis Domini, Pasche Resurrectionis, et Assumptionis beate Virginis*. Abbas vero hec omnia diligenter observet et ab aliis *diligenter* faciat observari; alioquin, si super hiis negligens fuerit, secundum transgressionis sue [etc., ut in A, usque :] de commissis.

52. Precipimus autem, sub interminatione divini iudicii, ut abbates qui capitulo provinciali pro tempore preferunt, viros prudentes, et providos, et timentes Deum [etc., ut in A, usque :] obedientia vel transgressio *appareat*.

53. CUJUSLIBET AUTEM PROVINCE VISITATORES DE QUINQUENIO IN QUINQUENNIO NOBIS RESCRIBANT EA QUE CORREXERINT ET STATUERINT OBSERVANDA. »

54. [Deest in B.]

1. Cet article, que nous croyons inutile d'imprimer ainsi, est la reproduction textuelle de *Decret*, lib. III, tit. XXXI, c. 24; cf. POTHAST 9651, et MATTHIEU DE PARIS, *Chron. maj.*, t. VI, *Addimenta*, p. 245.

2. Il faut certainement restituer : « *regulariter puniant.* »

INCIPIT REGESTUM DECIMI ANNI

DOMINI GREGORII PAPE VIII

3016

Viterbe, 21 mars 1236.

Friderico, Romanorum imperatori, nuntiat ambassatores Lombardorum paulo post recessum [Hermann], magistri hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum, ad Sedem Apostolicam accessisse, seque ipsum, cum illi se ad compromittendum praevis paratos offerrent, compromissum super negotio Lombardiae recepisse; unde rogat eum quatenus praefatum magistrum, ad ipsius imperatoris praesentiam reversum, cum pleno mandato de compromittendo in manibus Ecclesiae ad Sedem Apostolicam sine mora remittat; contra Lombardos nullatenus procedat, ne impediatur negotium. — (REG. 18, f. 135 r^o; ann. X, c. 1; — MOREAU 1191, f. 1; — POTTHAST 10121; — RODENBERG 678.)

« *F., Romanorum imperatori semper Augusto, Jerusalem etc.* Olim nobis imperialis —. Dat. Viterbii, XII kalendas aprilis. pontificatus nostri anno decimo. »

3017

Viterbe, 21 mars 1236.

« In eundem fere modum scriptum est .. *magistro hospitalis Sanctae Mariae Teutonicorum*, usque : valeant procurare. Quocirca mandamus quatenus dictum imperatorem ad id efficaciter moneas et inducas. Dat. Viterbii, ut supra. »

3018. — In eundem modum .. *episcopo Ratisponensi, imperialis aule cancellario.*

3019. — In eundem modum .. *Magantino et .. Treverensi archiepiscopis.*

3050. — In eundem modum .. *episcopo Hildesimensi.*

3051

Viterbe, 21 mars 1236.

Melfiensi, Melfitensi et Venusino episcopis, supplicantibus clero et populo Cornetanis, mandat quatenus de operibus et miraculis fratris Benevenuti [Eugubini, ordinis Minorum], inquirent. — (REG. 18, f. 135 v^o; ann. X, c. 2; — MOREAU 1191, f. 15; — POTTHAST 10129.)

« .. *Melfiensi, .. Melfitensi et .. Venusino episcopis.* Mirabilis Deus in —. Dat. Viterbii, VIII^{id} kalendas aprilis, anno decimo. »

3052

Viterbe, 22 mars 1236.

Episcopo Belvacensi significat se appellationem ad Sedem Apostolicam a Milone, ipsius episcopi Belvacensis praedecessore, interjectam, ne interdictum in Remensi provincia positum relaxaretur, legitimam decernere, et quidquid contra eam factum sit, penitus non valere. — (REG. 18, f. 135 v^o; ann. X, c. 3; — MOREAU 1191, f. 4.)

« .. *episcopo et capitulo Belvacensibus.* In gemitibus et ploratu, in suspiriis et lamento nobis olim bone memorie [Milone], Belvacensi episcopo, exponente tribulationes, angustias et pressuras, quas idem et ecclesia Belvacensis a karissimo in Christo filio nostro .. illustri rege Francie sustinebant, eis affectione debita con-

1. Cette date résulte d'une correction; WADDING et SBARALEA, cités par POTTHAST, donnent la date VIII kalendas.

dolumus, et amplius utique doleremus, nisi sciremus quod hoc amore justitiae paterentur, ac legeremus illos esse beatos, qui persecutionem propter justitiam patiuntur. Cum enim, sicut dictus episcopus proposuit coram nobis, ipse rex, occasione cujusdam maleficii a quibusdam civibus Belvacensibus commissi, ad civitatem ipsam cum multis armatis et communis accessisset, et prefatus episcopus offerret eidem quod faceret per balivos suos, juxta qualitatem culpe, hujusmodi maleficium emendari, suppliciter postulans ut, cum ipse ac predecessores ejus in eadem civitate in singulos civium et in omnes omnem prorsus jurisdictionem haberent, et ea fuissent per se ac balivos suos hactenus usi pacifice, ne ipsum et eandem ecclesiam justitia sua et jurisdictione hujusmodi spoliaret: predictus rex, precibus et supplicationibus ejusdem episcopi non admissis, ultra mille et quingentos ipsius civitatis homines capi fecit, quosdam vero, qui ad bannum ejus non venerant, exbannivit, et, quorundam domos circa viginti destrui faciens, quosdam suspendit in patibulis et ad redemptionem nonnullos compulsi ex eisdem; ipsum quoque episcopum, quia sibi octingentas libras, procurationis nomine, non exolvit, civitate ipsa, redditibus et proventus ab eum et ecclesiam suam spectantibus, exceptis paucis mobilibus, spoliavit. Cumque super tantis injuriis ad provinciale concilium lacrimabili questione delata, venerabilis frater noster .. archiepiscopus Remensis et suffraganei sui, tractatu super hiis habito diligenti, quamquam factum esset notorium, venerabiles fratres nostros .. Laudunensem .. Cathalaunensem et .. Suessionensem episcopos, ad inquirendum tam de jure quam injuriis predictorum episcopi et ecclesie, ad civitatem eandem, et ad denuntiandum regi quod illuc propter hoc accederent, duxerint destinandos: iidem episcopi, inunctum sibi mandatum fideliter exequentes, vocatis hiis qui erant ibi ex parte regis. et civibus, ac inquisita super hiis diligentissime veritate, inquisitionem ab eis factam sub sigillis propriis ad concilium reportarunt. Unde cum eis de premissis per inquisitionem habitam liquido constitisset, pluries per quosdam ex ipsis eundem regem monuerunt attentius ut jamdictos episcopum et ecclesiam restituere dignaretur. Sed cum apud memoratum regem ipsorum instantia nullatenus profecisset, iterum congregato concilio, ab universis et singulis, excepto predicto Laudunensi, qui tunc temporis absens erat, conductum extitit et promissum, quod, nisi dictus rex infra vindemias proximo tunc sequentes episcopum et ecclesiam restituisset eosdem, ex tunc Remensis provincia supponeretur ecclesiastico interdicto, et

ad jamdictum regem omnes insinual accedentes, apud ipsum ut premissa corrigeret, crebris exhortationibus institerunt; quo in priori voluntate, seu potius noluntate durante, idem archiepiscopus, auctoritate concilii sibi data et propria, elapsis vindemiis et octavis etiam Omnium Sanctorum, ad quas fuit postmodum terminus prorogatus, interdictum in sua, et singuli episcoporum, ad mandatum ipsius, in suis diocesisibus posuerunt, exceptis venerabilibus fratribus nostris .. Noviomensi episcopo, qui, mutata in contrarium voluntate, ipsum in sua diocesi ponere non curavit, et eodem Laudunensi, qui, ut dictum est superius, absens erat. Verum quia capitula cathedralium ecclesiarum Remensis provincie contra interdictum positum quibusdam causis expressis ad Sedem Apostolicam appellaverunt, iterum congregato concilio, cum speraretur de transgressorum animadversione tractandum, quibusdam instantibus ad relaxandum interdictum quod ipsi posuerant et servarant, supradictus episcopus Belvacensis coram ipso concilio ne interdictum ipsum, pro se et ecclesia sua positum et servatum ab ipsis, nulla sibi et ecclesie sue satisfactione impensa vel restitutione facta, relaxaretur ab eis, Sedem Apostolicam appellavit, se et eandem ecclesiam, et interdictum pro ecclesia ipsa latum, et statum in quo erat negotium protectioni apostolice supponendo. At iidem, ipsius appellatione contempta, prefatum interdictum, in ipsorum episcopi et ecclesie grave prejudicium, de facto, cum de jure nequiverint, relaxarunt: propter quod memoratus episcopus, in multis laboribus, doloribus et expensis personaliter ad Apostolicam Sedem accedens, nobis non absque multa cordis amaritudine supplicavit ut super tantis suis et ecclesie predictae periculis manum apponere dignaremur. Nos ergo, moti compassivum affectibus erga eos, cupientes tam sibi quam eidem ecclesie per viam pacis salubri remedio provideri, dilectum filium magistrum P[etrum] de Collemedio, capellanum nostrum, prepositum Sancti Audomari, mediatorem inter ipsos et sepedictum regem duximus deputandum, dantes sibi nostris litteris in mandatis, ut pacem inter eos, si posset, secundum datam ei a Deo prudentiam, reformaret; quod si a pacis tractatu infra tres menses non posset concordia provenire, tunc, vocatis evocandis et inquisita et cognita de interdicto et causis pro quibus positum extitit, nec non relaxatione ipsius, et supradicte ecclesie ac episcoporum et capitulorum appellationibus et aliis ipsum negotium contingentibus, diligentius veritate, que inveniret, nobis suis litteris fideliter intimaret. Sed antequam imponi finis negotio potuisset, memoratus episcopus, sicut

Domino placuit, in prosecutione juris ipsius ecclesie debitum nature persolvit. Idem vero propositus, cum pax provenire non posset, vocatis qui fuerant evocandi, post longos circuitus, quibusdam petentibus libellum in figura iudicii porrigi et alias juris angustias observari, assignata quoque certa die tam episcopis quam capitulorum procuratoribus, qui se vellent opponere vel defendere processum aliquem commissum sibi negotium contingentem, ad inquisitionem de premissis omnibus faciendam, ex officio suo, de communi omnium voluntate processit, quanquam ab eodem rege sibi fuisset inhibitum ne in inquisitione procederet memorata: et, testes super hiis hinc inde productos prudenter examinans, depositiones eorum sub sigillo inclusas, cum inquisitione auctoritate concilii prius facta et toto processu per eum habito, ad nos duxit fideliter transmittendas. Nos igitur, dicta testium et processum huiusmodi per venerabilem fratrem nostrum .. Sabinensem episcopum, cui negotium ipsum commisimus, facientes examinari, prout convenit, diligenter, per fidelem relationem ipsius sufficienter instructi, super hiis cum fratribus nostris deliberatione habita diligenti, de ipsorum consilio, cum plene de predictis injuriis illatis eidem episcopo et ecclesie nobis constet, premissam appellationem ab eodem Belvacensi episcopo interpositam decernimus legitimam existisse, et quicquid factum est contra ipsam, penitus non valere. Dat. Viterbii, XI kalendas aprilis, anno decimo. »

3053

Viterbe, 22 mars 1236.

In eundem fere modum .. *archiepiscopo Remensi et suffraganeis suis* mandat quatenus praedictum interdictum observent et observari in locis in regno constitutis a suis subditis faciant. Dat. ut supra. — (MOREAU 1191, f. 8.)

3051

Viterbe, 22 mars 1236.

In eundem fere modum .. *episcopo Suessionensi* mandat quatenus, si dicti archiepiscopus [Remensis] et ejus suffraganei praeceptum apostolicum de interdicto neglexerint adimplere, interdictum ipsum in praedictis locis faciat observari. Dat. ut supra. — (MOREAU 1191, f. 8 v°.)

3055

Viterbe, 22 mars 1236.

In eundem fere modum *capitulis ecclesiarum cathedralium Remensis provincie* mandat quatenus praedictum interdictum observent et observari in locis in regno constitutis a suis subditis faciant. Dat. ut supra. — (MOREAU 1191, f. 9 r°.)

GRÉGOIRE IX, t. II.

3056

Viterbe, 22 mars 1236.

Laudunensi et Noviomensi episcopis districtè mandat quatenus interdictum in suis diocesisibus ponant, et positum servent ac faciant a suis subditis irrefragabiliter observari. — (REG. 18, f. 137 r°; ann. X. c. 4; — MOREAU 1191, f. 10.)

« .. *Laudunensi et .. Noviomensi episcopis*. Meministi non debent a corpore discipulare, quia, si, patiente ipso, non ei debitum solacium compassionis imponerent et ejus doloribus condolerent, non esse membra ejusdem corporis argumento probabili se monstrarent. presertim cum turpis sit omnis pars que suo non congruit universo. Unde tu, frater Noviomensis, dolui. quasi non esses membrum de corpore. universitate videlicet episcoporum Remensis provincie, non attendens, prout convenit, diligenter quam graviter in lesione Belvacensis ecclesie tota Gallicana, immo universalis Ecclesia ledatur, nec considerato prudenter ejus erat causa, que ipsi ecclesie imminabat, cum non esset propria, sed communis, ad cujus prosecutionem tu ipse, velut interesse proprium prosequens, teneraris, maxime cum agi res nostra dicitur, paries cum proximus ardet: venerabili fratri nostro .. Remensi archiepiscopo et predictis episcopis in diocesisibus suis ponentibus interdictum, tu ipsam in diocesi tua ponere noluisti, quanquam de ponendo eodem interdicto consilium dederis, et te ipsum positurum promiseris et etiam servaturum: te quoque, frater Laudunensis, idem interdictum, pro eo quod absens eras tunc temporis, in tua diocesi non ponente. Cum igitur nuper, tam inquisitionem per te, frater Laudunensis, et venerabiles fratres nostros .. Suessionensem et .. Cathalaunensem episcopos factam, auctoritate provincialis concilii, quam illam que per dilectum filium magistrum [Petrum] de Collemedio, cappellanum nostrum, prepositum Sancti Audomari, auctoritate apostolica facta fuit, facientes examinare, prout convenit, diligenter, per eas sufficienter instructi, cum de ipsius ecclesie injuriis nobis constet, de fratrum nostrorum consilio, appellationem a bone memorie [Milone], Belvacensi episcopo, interpositam, decreverimus legitimam existisse, et quicquid factum est contra ipsam, penitus non valere, ac premissum interdictum mandaverimus irrevocabiliter observari: mandamus et districtè precipimus quatenus, ad eandem ecclesiam, immo potius ad vos ipsos affectum debitum compassionis habentes, ponatis in vestris diocesisibus interdictum, et positum vos ipsi servetis ac faciat a vestris subditis irrefragabiliter observari.

1. HORAT., *Épist.* I, XV, v. 84.

Alioquin prenominato Suessionensi episcopo nostris damus litteris in mandatis. ut vos ad id auctoritate nostra, sublato appellationis obstaculo, compellat. Dat. ut supra. »

3057. — In eundem fere modum scriptum est super hoc eodem Suessionensi episcopo.

3058

Viterbe, 22 mars 1236.

Regem Francie rogat, monet et obtestatur quatenus episcopum et ecclesiam Belvacenses ad jura et libertates suas plene restituat et eis de illatis damnis et irrogatis injuriis satisfactionem faciat exhiberi. — (REG. 18. f. 137 r°; ann. X, c. 5; — MOREAU 1191, f. 12.)

« .. *illustri regi Francie.* Utinam regalis prudentia intelligat plenius per se ipsam et a suis ei fidelibus fideliter exponatur quantum Romana Ecclesia tibi detulerit. in multis gravaminibus, injuriis et pressuris, que tam Rothomagensis pluries quam alie regni tui ecclesie, tempore tuo, contra progenitorum tuorum consuetudinem, qui omnes ecclesias et viros ecclesiasticos pio semper et prompto venerabantur affectu, in derogationem libertatis ecclesiastice sunt perpesse. et quam equanimiter Apostolica Sedes, diligenter attendens quod, adhuc in etate tenera constitutus, nondum firma radice stabilieras forsitan adolescentie tue pedes, hujusmodi gravamina, injurias et pressuras, non tamen absque multa cordis amaritudine et grandi turbatione animi, duxerit toleranda. quanquam apud ipsam esse non debeat acceptio personarum, ut aliter divitibus et potentibus, et aliter alijectis et humilibus debeat judicare. ne sit in manibus suis mensura iniqua et statera dolosa, si aliter illis et istis aliter metiatur; propter quod veremur ne contra nos possit illud propheticum adaptari: « manus mulierum misericordium suos filios » decoxerunt¹ ». cum, de regia salute solliciti. et ad consulendum tam fame quam honori ejus, in ipsius, sicut tenemur, dilectione ferventes, in talibus non debuerimus parcere, ut filium quem tenere diligimus, lucraremur, ne sibi essemus perditionis occasio. et nobis etiam causa mortis. Sane. quantum honoris et glorie, quantum laudis et fame apud omnes Christianos accrescat, qui te vere catholicum principem et Chris-

tianissimum regem predicant et extollunt, si ex te sumunt exemplar ecclesias et ecclesiarum ministros devotius et efficacius honorandi, regalis serenitas pendere poterit per se ipsam, et intelligere plenius, si contrarium feceris, quid ex divine majestatis offensa contingere tibi possit; et utinam non contingat! Quia vero qui multum diligit, multum timet, ac per hoc ex multe dilectionis affectu quem ad personam tuam et regnum gerimus, tibi non possumus non timere, attendentes quod circa Belvacensem ecclesiam celsitudo regia, quorundam. ut creditur, circumventa consiliis, se habuit nimis dure, manus suas ad ipsius injurias et gravamen extendens, de ejus gravaminibus et injuriis per inquisitiones, tam per venerabiles fratres nostros .. Laudunensem, .. Suessionensem et .. Cathalaunensem episcopos, auctoritate concilii, quam per dilectum filium magistrum P[etrum] de Collemedio, cappellanum nostrum, prepositum Sancti Audomari, auctoritate apostolica, factas, nobis constitit evidenter, nec valentes afflictionem illius ecclesie ac tuum quoque periculum, quod versatur in ipsa, salva conscientia et absque lesione fame, ulterius sub dissimulatione transire: excellentiam tuam rogamus, monemus et hortamur attente, obtestantes per Dominum Jhesum Christum, in cujus nomine flectitur omne genu, celestium, terrestrium et infernorum, quatenus, te sub potenti manu Dei humilians, qui exaltat humiles in salutem, venerabilem fratrem nostrum .. episcopum et ecclesiam Belvacenses ad jura et libertates suas plene restituas, et de illatis dampnis ac irrogatis injuriis eis satisfactionem facias debitam exhiberi, ne in offensa ipsorum episcopi et ecclesie divinam gravius incurrere te contingat. Alioquin, quantumcumque te tanquam specialem Ecclesie filium teneris diligamus, quia tamen ubi periculum vertitur, non est deferendum homini contra Deum, omittere de cetero non valemus quin in prosecutione justitie dictorum episcopi et ecclesie, quantum cum Deo et honestate poterimus, procedamus. Dat. ut supra. »

3059

Viterbe, 22 mars 1236.

Lamberto Deodati laico feudum quod fuerat quondam archipresbyteri de castro Lariani et Guidonis de Papia, in eodem castro, quoad vixerit, ac per ipsum liberis ipsis concedit. — (REG. 18, f. 137 v°; ann. X, c. 6.)

« *Lamberto Deodati laico.* Fidei tue ac —. Dat. Viterbi, XI kalendas aprilis, anno decimo. »

1. JEREM., *Thren.*, IV, 10. Le texte porte *coxerunt*; *decoxerunt* est mis ici pour le rythme.

3060

Viterbe, 1^{re} avril 1236.

Rectoribus societatis Lombardiae significat se ipsorum ambassatores benigno recepisse et audivisse, sed, cum [Hermannus], magister domus Theutonicorum, auntius Friderici imperatoris, ante ipsorum adventum jam recessisset, se ipsum ab imperatore petivisse ut iterum in ipsum papam compromitteret; ne autem huic negotio impedimentum vel difficultas inducatur, ad eorum partes [Marcellinum], episcopum Aesculanum, destinavit; unde eos monet et hortatur quatenus illum benigne recipiant, et, depositis emulationibus universis, illius salubribus monitis super pace regionis intendant. — (REG. 18, f. 137 v^o; ann. X, c. 7; — POTTHAST 10134; — RODENBERG 682.)

« *Rectoribus societatis Lombardie*. Solite benignitatis affectu. — Dat. Viterbii, kalendis aprilis, anno decimo. »

3061

Viterbe, 2 avril 1236.

Potestatibus, communitatibus, comitibus et aliis baronibus Lombardiae similiter scribens, eos monet et hortatur quatenus [Marcellinum], episcopum Aesculanum, ad ipsorum partes ab ipso papa destinatum, benigne recipiant, et illius salubribus monitis super pace regionis intendant. — (REG. 18, f. 138 r^o; ann. X, c. 8; — POTTHAST 26258 *; — RODENBERG 683.)

« *Potestatibus, communitatibus, comitibus ac aliis baronibus Lombardie*. Infallibilis experientie certitudo. — Dat. Viterbii, III nonas aprilis, anno decimo. »

3062. — In eundem modum *potestatibus, communitatibus, comitibus et aliis baronibus Marchie Tervisinae*.

3063. — In eundem modum *potestatibus, communitatibus, comitibus et aliis baronibus Romaniole*.

3064. — In eundem modum *potestati et populo Mediolanensibus*.

3065. — In eundem modum *potestati et populo Cremonensibus*.

3066. — « In eundem fere modum scriptum est *episcopo Aesculano*, usque in vias planas. — Ceterum, si qui forsitan obstinato animo tibi super hoc duxerint resistendum, cum merito proponamus eos, quos devotos invenieris et ad tua consilia et mandata paratos, in benedictionibus prosequi et paterna gratia confovere, in reliquis vero, velut causam Christi et populi Christiani turbantibus, talia nullatenus tolerare, nec apud nos pondus et pondus, etc., ut supra. »

3067

Viterbe, 21 mars 1236.

Militibus et populo Placentinis significat se ipsum [Mar-

cellino], episcopo Aesculano, ad ipsorum partes ab ipso papa pro pace totius provincie destinatum, specialiter inter alia injunxisse ut pro concordia inter ipsos libertas etiam omnium diligentiam et studium interponeret, ante auctoritate apostolica roborando; unde eos monet et hortatur quatenus, illum benigne recipiant, salubribus illius monitis, consiliis et mandatis intendant; alioquin ipse eisdem episcopo mandavit ut contra ejusdem pacis violatores procederet. — (REG. 18, f. 138 v^o; ann. X, c. 9; — RODENBERG 679.)

« *Militibus et populo Placentinis*. Exultamus in Domino. — Dat. Viterbii, VIII kalendas aprilis, anno decimo. »

3068. — In eundem fere modum scriptum est super hoc *eidem episcopo [Aesculano]*.

3069

Viterbe, 27 mars 1236.

Episcopo Aesculano praecipit quatenus, inter alia quae ei ipse papa injunxerit pro pace Lombardiae, specialiter pro concordia et pace Veronensium omnino diligentiam et studium interponat; licet enim contra violatores pacis quae auctoritate Romana Ecclesiae reformata fuerat inter ipsos, patriarchae Gradensis et episcopo Regino ipse papa scripsisset, mandat tamen ut et ipse Aesculanus contra illis procedat. — (REG. 18, f. 138 v^o; ann. X, c. 10; — RODENBERG 680.)

« *episcopo [Aesculano]*. Fraternitati tuae presertim. — Dat. Viterbii, VI kalendas aprilis, anno decimo. »

3070

Viterbe, 2 avril 1236.

Potestatem et populum Placentinos, qui super quibusdam excessibus qui in bulla enumerantur, de parando apostolicis mandatis perstitere iuramentum, monet quatenus mandata quae propter hoc eis ex parte ipsius papae fuerit [Marcellinus], Aesculanus episcopus, pro pace Lombardiae ad eorum partes destinatus, benigne recipiant et efficaciter adimpleant. — (REG. 18, f. 138 v^o; ann. X, c. 11; — POTTHAST 10135.)

« *potestati et populo Placentinis*. Cito super extirpanda. — Dat. Viterbii, III nonas aprilis, anno decimo. »

3071

Viterbe, 3 avril 1236.

Episcopo Aesculano praecipit quatenus, contra inobedientes

et rebelles prociheret. prohibet tamen ut sine speciali mandato apostolico communitates nullo modo excommunicationi vel interdictio supponat, prohibitione ea ad Veronenses seu Placentinos aut turbatores pacis eorum factae vel faciendae non proroganda. — (REG. 18, f. 138 v^o; ann. X, c. 12; — RODENBERG 681.)

« .. *episcopo Esculano*. Quamvis tibi per —. Dat. Viterbii, III nonas aprilis. anno decimo. »

3072

Viterbe, 5 avril 1236.

Militibus et populo Placentinis scribit se ipsum, cum quidam ipsorum pacem inter ipsos factam violassent, [Marcellino], Aesculano episcopo, ad ipsorum partes pro pace totius provinciae destinato, inter alia injunxisse ut, formam pacis inter ipsos factae sibi faciens exhiberi, si eam pro communi utilitate partium invenerit esse factam, ipsam faceret observari; alioquin vel corrigeret eam, si poterit, prout communi utilitati partium videret expedire, vel de novo inter ipsos pacem reformaret; unde eos monet et hortatur quatenus, illum benigne recipientes, illius salubribus monitis, consiliis et mandatis intendant. — (REG. 18, f. 139 r^o; ann. X, c. 13; — MOREAU 1191, f. 18; — POTTHAST 26259^o; — RODENBERG 685.)

« *Militibus et populo Placentinis*. Etsi libenter hiis —. Dat. Viterbii, nonis aprilis. anno decimo¹. »

3073

Viterbe, 8 avril 1236.

Episcopo Aesculano, quem R[ainaldus], Ostiensis episcopus, pronuntiaverat occasione occisionis cujusdam Membrocti, filii Michaelis, civis Aesculani, per familiares ipsius episcopi perpetratae, nota vel noxa aliqua non teneri, confirmat quod per eundem Ostiensem episcopum super hoc factum fuerat. — (REG. 18, f. 139 r^o; ann. X, c. 14.)

« .. *episcopo Esculano*. Accedentibus olim ad Apostolicam Sedem nobilibus viris Michaelae ac Jonatha Gregorii et quibusdam aliis civibus Esculanis. ac nobis graviter conquerentibus quod quondam Membroctus, filius dicti Michaelis, per familiares tuos, te mandante, fuerat interfectus, nos inquisitionem contra actores et fautores tanti sceleris per dilectum filium nostrum S[abinaldum], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiterum cardinale, Marchie Anconitane rectorem, ex officio nostro fieri mandavimus generalem. Inquisitione vero ab eodem cardinali super hoc habita diligenti, et que in-

venit, nobis et fratribus nostris fideliter recitatis, venerabilis frater noster R. Ostiensis episcopus, quia per ea que acta et probata fuerant coram cardinali predicto, non invenimus per que fama tua in aliquo deleteretur, de speciali mandato nostro, non obstante quod dies exitit feriatas, pronuntiavit te hujusmodi occasione nota vel noxa aliqua non teneri. Nos igitur, quod ab eodem episcopo super hoc factum est, ratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo nostre confirmationis etc. Si quis autem etc. Dat. Viterbii, VI idus aprilis, anno decimo. »

3074

Viterbe, 4 avril 1236.

Electo Bisuntino mandat quatenus non permittat ut Stephanus, comes Burgundiae, cruce signatus, quamdiu in prosecutione crucis exstiterit, molestetur, et specialiter ad iudices extraordinarios vel etiam a Sede Apostolica delegandos in causam trahatur. — (REG. 18, f. 139 v^o; ann. X, c. 15; — MOREAU 1191, f. 16; — POTTHAST 10136.)

« [...] *electo Bisuntino*. Cum nos personas et bona omnium cruce signatorum sub protectione susceperimus Apostolice Sedis et nostra, statuentes ut, donec de ipsorum reditu vel obitu certissime cognoscatur, ea omnia integra maneant et quieti consistent, et dilectus filius nobilis vir Stephanus, comes Burgundie, tue diocesis, signaculum crucis acceperit, in Terre Sancte subsidium profecturus, nonnulli, timorem Domini ante oculos non habentes, cruce signati ejusdem bona per violentiam rapere et personam ipsius injuriis afficere non verentur. Verum, cum indignum existat ut ejus pium et sanctum propositum aliquorum presumptionibus perturbetur, mandamus quatenus, cruce signatum eundem ab iniquorum presumptionibus protegens, non permittas ipsum ab aliquibus, contra nostre protectionis et constitutionis tenorem, indebite molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Ceterum, si cruce signatus ipse ad prestandas usuras juramento tenetur strictus, aut si quisquam creditorum eum ad solutionem coegerit usurarum, creditores ipsius ut ei remittant prestitum juramentum et ab usurarum exactione desistant ac restituant sic extorta, simili censura compellas, Judeos ad remittendas usuras per subtractionem communionis fidelium nichilominus compellendo. Si vero Judeis debita nequit solvere in presenti, usquequo de ipsius obitu vel reditu certissime cognoscatur, usurarum incommoda non incurrat, compulsis Judeis

1. Ms. : nono.

proventus pignorum quos interim ipsi percipient, in sortem, deductis expensis necessariis, computare. Ad hec volumus et mandamus ut eundem, quandiu in prosecutione crucis extiterit, ad iudices extraordinarios seu etiam in Sede Apostolica delegandos in causam trahi, quandiu coram te, qui ejus diocesanus existis, paratus fuerit de se conquerentibus exhibere justitiam, non permittas, nisi causa rationabilis quare id non deberet vel non posset fieri, appareret. Dat. Viterbii, II nonas aprilis, pontificatus nostri anno decimo. »

3075

Viterbe, 27 mars 1236.

Magistro domus hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum mandat quatenus, omni mora et excusatione cessantibus, pro tranquillitate pacis inter Ecclesiam et Imperium procuranda, ad Sedem Apostolicam venire non differat. — (REG. 18, f. 139 v°; ANN. X, c. 16; — POTTHAST 26257¹; — RODENBERG 681.)

« *Magistro domus hospitalis Sancte Marie Teutonicorum.* Quoniam ad religionem —. Dat. Viterbii, VI kalendas aprilis, anno decimo. »

3076

Viterbe, 1 avril 1236.

Magistro P[etro] Rosciniol[o], rectori ecclesie de Stokes, indulget ut in parochiali ecclesia de Stokes, quam obtinere canonice se proponebat, sed in qua residere personaliter non poterat, valeat per idoneum vicarium perpetuum deservire. — (REG. 18, f. 139 v°; ANN. X, c. 17; — cf. *supra*, n. 673 et 2657.)

« *Magistro P. Rosciniol[o], rectori ecclesie de Stokes, Wintoniensis diocesis.* Quos divina gratia —. Dat. Viterbii, II nonas aprilis, anno decimo. »

3077

Viterbe, 22 mars 1236.

Priori et conventui monasterii Columbensis, ordinis sancti Benedicti, Carnotensis diocesis, mandat quatenus infra mensem post receptionem mandati ipsius in abbatem sibi personam idoneam assumere procurent; alioquin episcopo et cancellario Carnotensibus, et abbati Bonae Vallis, Carnotensis diocesis, mandat ut ex tunc super hoc mandatum

1. Avec l'incipit : « Quum », d'après HULLARD-BRÉHOLLES, *Hist. diplom. Fridertici secundi*, IV, 808, note.

apostolicum exsequantur. — (REG. 18, f. 140 r°; ANN. X, c. 18; — MOREAU 1191, f. 14.)

« .. *priori et conventui monasterii Sancte [Marie] Columb[ensis], ordinis sancti Benedicti, Carnotensis diocesis* Presentium vobis auctoritate —. Dat. Viterbii, XI kalendas aprilis, anno decimo. »

3078. — In eundem fere modum scriptum est illis [..] *episcopo et .. cancellario Carnotensibus, et .. abbati Bone Vallis, Carnotensis diocesis*].

3079

Viterbe, 22 mars 1236.

[Guillelmo], episcopo quondam Mutinensi, paenitentiaro suo, Apostolice Sedis legato, mandat quatenus, — cum terra Estonie per industriam [Waldemari], regis Danorum, et [Andree], Lundensis archiepiscopi, ad cultum devenisset christianum, et idem archiepiscopus tres episcopatus, scilicet Lealensem, Wironensem et Revalensem creavisset ibidem, ipsos ecclesie Lundensis suffraganeos constituens, in singulis episcopos ordinando; cumque, postquam in eorum possessione pacifica eadem Lundensis ecclesia aliquandiu manserat, tandem, captivato rege praedicto, fratres militiae Christi in Livonia et quidam alii, violenter occupantes hanc terram, ejectis inde episcopis, non solum temporalia, sed etiam spiritualia suis usibus applicassent. — ad manus suas spiritualia ipsa recipiens, praedictum Lundensem archiepiscopum in eisdem Lealensi, Wironeusi et Revalensi episcopatibus restituit. — (REG. 18, f. 140 r°; ANN. X, c. 19; — POTTHAST 10125¹.)

« *G., episcopo quondam Mutinensi, penitentiario nostro, Apostolice Sedis legato.* Venerabilis fratris nostri —. Dat. Viterbii, XI kalendas aprilis, anno decimo. »

3080

Viterbe, 8 avril 1236.

Leodiensi episcopo mandat quatenus agat de matrimonio inter Aegidium, dominum de Rupe Forti, et H., ejus uxorem, contracto, et si viderit saluti animarum expedire, cum eis super hoc dispenset. — (REG. 18, f. 140 r°; ANN. X, c. 20.)

« .. *Leodiensi episcopo.* Dilecto filio nobili Egidio, domino de Rupe Forti, nobis innotuit exponente quod, cum quondam Egidius, dominus de Hyerge, qui tertio consanguinitatis gradu attingebat eundem, cum II., uxore sua, adhuc existente, infra annos nubes contraxisset,

1. Avec l'incipit erroné : « Venerabilis frater noster. »

et. ea traducta in domo sua, per quinque menses cohabitasset eidem, tandem ipsa incognita. idem consanguineus suus diem clausit extremum. Ceterum, cum inter suos et ejusdem uxoris sue consanguineos incendiorum malorum omnium gravium inimicitiarum parietes extruxisset, ut multarum animarum et corporum pericula vitarentur. in facie Ecclesie contraxit matrimonium cum eadem, cum qua per quindecim annos permanens, plures ex ea filios procreavit. Super quo idem nobilis per Sedem petiit Apostolicam provideri. Quia vero de facto et ejus circumstantiis. utpote loci diocesanus, habere potes notitiam pleniorum, de tua circumspicione plenam in Domino fiduciam obtinens, mandamus quatenus, consideratis diligenter que circa hoc fuerint attendenda, si rem inveneris ita esse. agas super hoc auctoritate apostolica, dispensando prout salutis animarum suarum videris expedire; proviso quod per triennium tertiam partem reddituum et provenituum suorum anni cujuscumque transmittant in subsidium Terre Sancte, quantitatem subsidii nobis per tuas litteras fideliter intimando. Dat. Viterbii, VI idus aprilis, anno decimo. »

3081

Viterbe, 8 avril 1236.

Priori Sanctae Radegundis Pictavenensis, nec non et decano et magistro Gaufrido de Sancto Valerico, canonico Bituricensibus, mandat quatenus causam quae inter abbatem conventumque Sancti Martialis Lemovicensis, ex parte una, et praepositum conventumque Sanctae Valerie Cambronensis, ex altera, super subjectione, obedientia, reverentia et quibusdam usibus, juribus et rebus aliis vertebatur, diutius agitata et nondum terminata, sicut procuratores utriusque partis, in praesentia Sabinensis episcopi constituti, proposuerant, terminent, aliquin ipsam sufficienter instructam ad examen apostolicum remittant. — (Reg. 18, f. 140 v°; ann. X, c. 21.)

« .. priori Sanctae Radegund[is] Pictavenensis. .. decano et magistro Gaufrido de Sancto Valerico, canonico Bituricensibus. Cum causa que —. Dat. Viterbii VI idus aprilis, anno decimo. »

3082

Viterbe, 7 avril 1236.

Nicosiensi et Nazareno archiepiscopis mandat quatenus Caesariensem archiepiscopum, a Ravennate archiepiscopo, tunc Apostolicis Sedis legato, excommunicatum et interdictum, quem autem ipse papa, post appellationem interpositam, per fratrem Rayn[aldum], ipsius papae capellanum et p[ro]curatorem,

tenarium, absolvi fecerat, ab hujusmodi excommunicationis et interdicti sententia absolutum nuntiet. — (Reg. 18, f. 140 v°; ann. X, c. 22; — POTHAST 10138.)

« [...] Nicosiensi et [...] Nazaren[o] archiepiscopis. Cum interdicti et —. Dat. Viterbii. VII idus aprilis, anno decimo. »

3083

Viterbe, 13 avril 1236.

Magistro Zachariae, scriptori suo, mandat quatenus Aretinis, qui graves contra Ecclesiam excessus commiserant, sed quos illorum paenitebat, gratiam absolutionis sub quibusdam condicionibus impendat. — (Reg. 18, f. 140 v°; ann. X, c. 23; — cf. supra, n. 1690 et 1693.)

« Magistro Zacharie, scriptori nostro. Olim potestas et populus Aretinus, ab inventore malorum omnium provocati. Deum et Aretinam ecclesiam. matrem suam, graviter offendentes. occupatis castris ipsius ecclesie, videlicet Albororo et Treguleto. cum pertinentiis eorundem, nec non et hominibus castrorum ipsorum in cives Aretinos admissis, bone memorie M[artinum], Aretinum episcopum, et ecclesias diocesis Aretine, ac Sancte Flore et Campi Leonis monasteria dampnis gravibus et injuriis non modicis affecerunt. ac ceciderunt statuta quedam. seu destitutions potius, contra ecclesiasticam libertatem; propter quod in .. potestatem et consiliarios excommunicationis et in civitatem interdicti sententiae fuerunt per eundem episcopum promulgatae. Nuper autem fuit ex parte ipsorum nobis humiliter supplicatum ut. cum eos penitentem de excessibus quos. non usi salubri consilio, commiserunt, durumque sit eis contra stimulum calcitrare. ac Ecclesia non consueverit pietatis gremium claudere penitenti, ipsis, qui sano. quamvis sero. ducti consilio. redire ad mandatum Ecclesie cupientes, restituere dicta castra et satisfacere de subtractis plenarie sunt parati, absolutio nis impendi beneficium et predictam relaxari interdicti sententiam mandavimus. Nos enim, qui doluimus de aversis, de reversis in Domino gratulantes, utpote qui civitatis Aretine tanquam filie specialis paterna desideramus affectione salutem. mandamus quatenus, recepta a potestate et consilio de parendo super predictis mandatis nostris, tam juratoria quam mille librarum fidejussoria cautione, et quod premissa statuta sine difficultate ac more dispendio de capitularibus suis radant, illis vel similibus de cetero non usuri, et solutis

trecentis libris pro satisfactione subtractorum prefatis episcopo et ecclesiis ejusdem diocesis, que, sicut canonici ecclesie Aretine asserunt, trecentarum librarum valentiam non excedunt, ac restitutos primitus dictis castris cum juribus et pertinentiis suis, et absolutis hominibus eorumdem castrorum, quos in cives suos receperant, ab habitatione seu ciuitadania ciuitatis, ac compulsis ab eis redire ad castra jamdicta, restitutusque ipsi ecclesie Aretine subtractis omnibus et ablatiis, nec non et satisfacto memoratis monasteriis de ablatiis omnibus, et promittentibus, sub debito prestiti iuramenti, quod libertatem ecclesiasticam de cetero inuolubiliter observant, iuxta formam Ecclesie gratiam eis absolutiis impendas et relaxes sententiam interdicti. Alioquin sententias ipsas, sicut rationabiliter sunt prolata, facias auctoritate nostra, submoto appellationis obstaculo, usque ad satisfactionem condignam firmiter observari. Dat. Viterbii, idibus aprilis, anno decimo. »

3084

Viterbe, 24 mars 1236.

De Lubes (= Leubus) et Sancti Vincentii, Cisterciensis et Praemonstratensis ordinum, abbatibus, Wratislaviensis diocesis, et archidiacono Wratislaviensi mandat quatenus Henricum, duce[m] Zlesiae, ejusque officiales moneant ut ab innumeris vexationibus quibus homines ecclesiae Wratislaviensis affligebant, conquiescant, et eandem ecclesiam plena libertate gaudere permittant; idem dux G., canonicum Wratislaviensem, in exsilium relegatum, ad patriam suam, sufficienti sibi securitate concessa, redire permittat. — (REG. 18, f. 141 r^o; ann. X. c. 24; — POTTHAST 10128*.)

« .. de Lubes et .. Sancti Vincentii, Cisterciensis et Praemonstratensis ordinum, abbatibus, Wratislaviensis diocesis, et .. archidiacono Wratislaviensi. Lesi et ledentis —. Sane ex venerabilis fratris nostri .. episcopi Wratislaviensis lamentabili conquestione collegimus ammirantes, quod nobilis vir Henricus, dux Zlesie, annullando Wratislaviensis ecclesie libertatem, ejus augmento eo deberet reddi propitius, quo majorem a Domino dinoscitur esse gratiam consecutus, nuntios ac concurrentium ad ipsum hospitium multitudinem numerosam, in eundo et redeundo, ab hominibus villarum ejusdem ecclesie a paupertatis sarcina non exclusis, recipi et in necessariis omnibus procurari, voluntatem preferendo justitie, indifferent[er] precipit et compellit; in penam adiciens ut sui venatores et falconarii, quorum magnus est numerus, tenui pascantur substantia pauperum predictorum, qui, si eis petita et non habita

denegarint, non solum verborum contumeliis ac verberibus affliguntur, sed alias bona diripiuntur eorum. et in certa pena eidem duci nichilominus condemnantur, pluribus ex villis eisdem ob hoc quasi ad solitudinem redactis. Dicti etiam homines, ab eodem duce in angariis que *prevod* et *pozoz* vulgariter appellantur, enormiter contra justitiam fatigati, agriculturam ac labores alios, quibus sibi et suis familiis vite necessaria providebant, relinquere compelluntur. Insuper ipsi ab officialibus ducis ejusdem pro construendis vel reparandis castris ligneis, nec non pro succisione silvarum, que quasi labor perpetuus esse proponitur, in remotis partibus multo tempore detinentur, punito graviter quicumque ipsorum ad hujus penalitatis opera non accesserit evocatus. Preterea iidem qui, propriis negotiis abdicatis, cum piscatoriis ducis ejusdem coguntur in captura piscium laborare, gravem in equis suis injuriam patiuntur: nam ipsius nuntii, illos suis usibus deputantes, in tantum, tanquam de constanti nichil habitos, fatigant eosdem, quod sepe pre labore deficiunt, et quandoque pereunt, loci negata notitia in quo ipsos ascensorum parvipensio dereliquit. Quid ultra? Dux idem et officiales sui tam liberos quam ascripticos ecclesie supradicte non solum pro voluntate judicant, et compellunt solvere judicatum, immo ipsos in sumptibus propriis, quantumcumque longe extra sue terre terminos suos procedat exercitus, sequi castra compellunt. Auri fodinas in fundo constitutas ecclesie sibi dux idem usurpare temere non veretur: et tam ipse quam sui clericos seculares et monachos ac conversos ad judicium protrahunt seculare; qui si compareant, judicantur a laicis et judicatum exigitur ab eisdem; si vero non compareant, ipsorum bona tanquam contumacium occupantur, ad hoc assumpta diversitate fraudium, per quas possit indirecte fieri, quod non directe conceditur adimpleri, canonicorum secularium seu regularium testimonio in ipsius ducis et suorum curia recusato. Canonicos etiam ecclesie sepedicte dux ipse, omni jure proscripito, proscribit et in exilium relegat, sicut patet in dilecto filio G., canonico Wratislaviensi, apud Sedem Apostolicam constituto, quem, sine causa rationabili, molliri precibus vel flecti pietate nequens, a sua patria profligavit —. Dat. Viterbii, VIII kalendas aprilis, anno decimo. »

3085

Viterbe, 20 mars 1236.

Archipresbytero, archidiacono et magistro Andreae, canonico Turonensibus, mandat quatenus causam exortam super damnis et injuriis thesaurarii, decano et capitulo Beati

Hilarii Pictavensis et ipsorum hominibus a domina Bellijoci, Bituricensis diocesis, irrogatis, — super qua diversis apostolicis litteris ad diversos iudices impetratis, et a quibusdam eorundem iudicum, videlicet Sancti Romani de Castro Airaudi et Sancti Justi de Calvigniac prioribus et eorum collegis, eadem domina provocante, a Sede Apostolica atque litterae ad magistrum Petrum de Monte Valerio et suos conjudices emanarant; qui, citatis semel partibus, Giloni Ravelli, canonico Sancti Austregisii Bituricensis, suisque collegis causas appellationum, non facta mentione de principali negotio, eis ignorantibus, commiserant; quae causa, quibusdam eorundem iudicum existentibus in locis in quibus erant ejusdem dominae et ejus filii consanguinei, valde ibi potentiores eisdem, et in terra illorum habentibus patrimonia et parentes, causa suspicionis implicata fuerat, — terminent; alioquin, si partes non consenserint, eandem causam, per viginti annos et amplius protractam, ad examen apostolicum remittant. — (REG. 18, f. 141 v^o; ann. X, c. 25.)

« .. archipresbitero, .. archidiacono et magistro Andree, canonico Turonensis. Sua nobis .. thesaurarius —. Dat. Viterbii. XIII kalendas aprilis. anno decimo 1. »

3086

Viterbe, 9 avril 1236.

Abbati Bellae Villae, priori Vallis Scholarium et decano Belnensi, visitoratorum monasteriorum exemptorum provinciae Lugdunensis, mandat quatenus monasterium Virziliacense visitent, facientes observari statuta salubria olim per Nivernensem episcopum et convisitatores ejus auctoritate apostolica edita, et ea quae ipsis sub bulla interclusa ab ipso papa missa sunt, non obstante privilegio vel indulgentia speciali, quibus dicitur esse cautum ut idem monasterium neminem teneatur ad visitationem recipere, nisi de mandato Sedis Apostolicae speciali, vel qui ad eos non fuerit de ipsius papae latere destinatus; ceterum, ejusdem monasterii monachos, scilicet Johannem de Edua, Guidonem dictum Notarium et Gaufridum de Avalon[e], qui ad Romanam Curiam accesserant, et quos ab excommunicationis sententia quam in eos abbas Virziliacensis tulerat, ipse papa remiserat, faciant in dicto monasterio pacifice remanere, ipsos nichilominus, si culpabiles invenerint, correctione debita castigantes. — (REG. 18, f. 142 r^o; ann. X, c. 26.)

« .. abbati Belle Ville, .. priori Vallis Scolarium et .. decano Belnensi, visitoratoribus monasteriorum exemptorum

1. La dixième année du pontificat de Grégoire IX n'ayant commencé que le 21 mars 1236, il y a certainement une erreur dans la date de cette pièce; ou bien *decimo* est pour *nono*; ou bien *aprilis* est pour *maii*; ou bien, enfin, l'erreur est dans *XIII*, qui est peut-être pour *VIII*.

provinciae Luglunensis. Presentium vobis auctoritate —. Dat. Viterbii, V idus aprilis. anno decimo. »

3087

Viterbe, 12 avril 1236.

Abbati Windocinensi, Carnotensis diocesis, mandat quatenus quaedam statuta pro reformatione ac statu monasteriorum ordinis sancti Benedicti seu ordinis Nigri 1 ipsi missa observet et faciat observari; specialiter canonem missae in libris monasterii adscribi faciat et a celebrantibus legi secundum Ecclesiae Romanae morem. — (REG. 18, f. 142 r^o; ann. X, c. 26 bis.)

« .. abbati 2 Windocinensi, Carnotensis diocesis. Cum quedam statuta pro reformatione ac statu monasteriorum ordinis sancti Benedicti et regulari observantia de fratrum nostrorum [consilio] ediderimus, que sub bulla nostra tibi mittimus interclusa, mandamus quatenus eadem et tu ipse observes et facias a tuis subditis inviolabiliter observari, dilectorum filiorum .. abbatibus Nuchariensis, Turonensis diocesis. .. archidiaconi Transvigenensis et .. cancellarii Turonensis. quibus super hoc scripta nostra dirigimus, usurus consilio in predictis. Canonem quoque misse et in libris monasterii tui, quod ad nos nullo medio spectare dinoscitur, scribi et a celebrantibus legi faciens secundum Ecclesiae Romanae morem, corrigas et reformes, si qua corrigenda vel reformanda in ipso monasterio [tuo] et membris ejus inveneris, que comprehensa non fuerint in articulis in hujusmodi ordinatione contentis. Dat. Viterbii, II idus aprilis, anno decimo. »

3088

Viterbe, 12 avril 1236.

« In eundem fere modum scriptum super hoc eisdem [.. abbati Nuchariensi, Turonensis diocesis, .. archidiacono Transvigenensi et .. cancellario Turonensi], usque : contentis. Ideoque mandamus quatenus eidem abbati [Windocinensi], cum ab eo fuerit requisiti, salubre consilium impendatis, qualiter id se habuerit in premissis, nobis fideliter rescripturi. Quod si non omnes etc. Dat. ut supra. »

1. Ce sont les *Statuta ordinis Nigri* de 1235, imprimés plus haut; cf. *supra*, n^o 3045.

2. Cette pièce, annulée par un *Vasat*, ainsi que l'in *eundem modum* qui suit, et cela pour les mêmes raisons que le texte des *Statuta* auquel elle se rapporte, n'est pas comptée dans la série des capitula de la X^e année (cf. plus loin, ann. X, c. 44, n^o 3107); cette lettre est d'ailleurs identique, *mutatis mutandis*, à la lettre 393 de la IX^e année (cf. plus haut, n^o 2980).

3089

Viterbe, 15 avril 1236.

Episcopo Lingonensi, = qui, ex eo quod in litteris apostolicis quibus ipse papa cantori Eduensi concesserat, ut decanatum capellae Ducis Divionensis cum cantoria Eduensi valeret retinere, habebatur : « eadem capella ad nos nullo pertinet mediante ¹ », timebat ne, occasione concessionis ejusdem capellae, quae, ut asserbat ejusdem episcopi procurator, eidem episcopo erat jure diocessano subjecta, juri suo et ecclesiae suae in posterum derogaretur, — significat se velle nullum per praefatas litteras super hoc ipsi episcopo aut ecclesiae Lingonensi praedictum in posterum generari, in omnibus semper Sedis Apostolicae jure salvo, et concessionem praedictam in suo robore duratam. — (REG. 18, f. 142 r^o; ann. X, c. 27; — MOREAU 1191, f. 28; — cf. *supra*, n^o 3000.)

« .. episcopo Lingonensi. Cum, sicut dilectus —. Dat. Viterbii, XVII kalendas maii, anno decimo. »

3090

Viterbe, 17 avril 1236.

Decano, praecentori et thesaurario Saesbir[ensibus] mandat quatenus causam abbatis et conventus monasterii Sancti Melanii Redonensis contra Londoniensem episcopum et comitem Oxoniae, super institutione prioris in prioratu Sanctae Mariae de Herfeld Regis (= Kingsbatfield, nunc Broad Oak), terminent. — (REG. 18, f. 142 v^o; ann. X, c. 28.)

« .. decano, .. praecentori et .. thesaurario Saesbir[ensibus]. Dilecti filii .. abbas et conventus monasterii Sancti Melanii Redonensis nobis graviter sunt conquesti quod, cum institutio prioris in prioratu suo Sanctae Mariae de Herfeld Regis ad ipsum abbatem pertinere noscatur, nuper, eodem vacante, venerabilis frater noster .. Londoniensis episcopus, in cuius diocesi prioratus ipse consistit, secutus voluntatem nobilis viri .. comitis Oxoniae, qui jus patronatus habet in eo, quendam monachum forinsecum in priorem recipi mandavit ibidem, in monachos ipsius loci, nolentes hujusmodi parere mandato, sicut nec etiam tenebantur, denegata ipsi audientia, super eo quod jus instituendi priorem in eodem prioratu ad dictum abbatem pertinere dicebant, excommunicationis sententiam profere[n]do; propter quod idem abbas, non sine magnis laboribus et expensis ad presentiam ejus accedens, retraxit sententiam ipsam et amoveri exinde praefatum intrusum humiliter postulavit, praesertim cum in bonis

prioratus ejusdem copisset graviter debarbari. ea temere distrahendo. Et quia dictus episcopus hoc facere denegavit, ac procedere super eo quod praefatus comes quosdam laicos armatos ejusdem prioratus custodie deputarat, qui nec ipsum illic accedere nec ad eum exire monachos permittebat, ad nostram duxit audientiam appellandum. Sed episcopus et comes praefati, appellatione contempta, in prioratum eundem W. monachum monasterii Sancti Johannis Colocestrie, intruserunt: propter quod ex parte conventus ipsius loci fuit iterum ad Sedem Apostolicam appellatum. Sed episcopus eos denno et communicantes eisdem vinculo excommunicationis astrinxit, et idem monachos paulatim necessaria universa subtraxit eisdem, et, thesauro ad libris ecclesiae asportatis exinde violenter, sic firmari fecit eandem, quod ad eam conventus ingredi non valebat: quibus licet per aliquot dies, ad preces cujusdam archidiaconi victus, necessaria prebuisset, de mandato tamen episcopi, ut dicebat, precepti ministris suis ut [ea] ipsis non sicut monachis, sed tanquam porcorum custodibus, ministrarent, sub debito juramento cois inhibito ne ignem vel aquam exhiberent eisdem, et extorto a fratribus laicis et servitibus juramento, ut cum eis participationem aliquam non haberent, et preter dormitorium claudi fecit omnes monasterii officinas: propter quod monachi, prioratum relinquentes eundem, ad dictum monasterium Sancti Melanii, unde illuc missi fuerant, redierunt. Quare dicti abbas et conventus bonis humiliter supplicarunt ut providere ipsis super tanto gravamine paterna sollicitudine dignaremur. — Mandamus quatenus — audiat causam —. alioquin ipsam ad nos remittatis sufficienter instructam. — Dat. Viterbii, XV kalendas maii, anno decimo. »

3091

Viterbe, 18 avril 1236.

Abbati Arroasiensi mandat quatenus, — cum, ordine Arroasiensi tanto contempti commissio, quod apud illos qui eum profitebantur, quasi nulla religionis vestigia remansissent, ipsi abbati et universis coabbatibus ipsius ordinis papa ipse mandavisset ut, secundum ejusdem ordinis antiquam consuetudinem, facientes generale capitulum celebrari, quae pro reformatione ordinis et observantia regulari staterentur ibidem, ipsi observarent et facerent observari, injuncto Sancti Jacobi, ordinis Praedicatorum, et Sanctae Catalinae seu Catherinae, ordinis de Valle Scholarium, prioribus, et fratri Johanni, canonico Sancti Victoris Parisien[sibus], ut, ad primum capitulum personaliter accedentes, ibidem corrigent et reformarent corrigenda et reformanda: cum vero sta-

1. On lit, en effet, dans la lettre dont l'analyse se trouve plus haut, sous le numéro 3000 : « ... decanatum capelle Ducis Divionensis, ad nos immediate spectantis ... », ce qui est bien le même sens, si ce ne sont les mêmes termes.

tuta ab eisdem visitatoribus, generali capitulo celebrato, super reformatione ordinis et ejus observantia edita, adeo in singulis ejusdem ordinis monasteriis negligenter, quod ex statutis ipsis nulla videretur utilis provenisse. — cum duobus diffinitoribus sacpedietii ordinis, quos ad hoc magis oportunos noverit, ad monasteria et domos sibi subjectas accedens, praefata statuta a singulis faciat observari. — (REG. 18, f. 143 r^o; ann. X, c. 29.)

« .. *abbati Arroasiensi*. Ad omnia in —. Dat. Viterbii, XIII kalendas maii. pontificatus nostri anno decimo. »

3092

Viterbe, 10 avril 1236.

Willelmo, episcopo quondam Mutinensi, paenitentiaro suo, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus, — cum [Waldemarus], rex Danorum, personaliter eum exercitu et magnis laboribus et expensis in Estoniam proficiscens, ad fidem Christi multo transisset, occupando et firmando inter alia castrum de Revalia; cum vero, eodem rege postmodum captivato, fratres militiae Christi in Livonia, mandante magistro Johanne, ipsius episcopi Mutinensis capellano, castrum praefatum obsedissent, et sic custodes ab ipso rege inibi deputati illud magistro et fratribus dietae militiae, ipsum recipientibus Ecclesiae Romanae nomine, reddidissent, — memoratum castrum ad manus Ecclesiae recipiat. et, postquam illius possessionem habuerit corporalem, praedicto regi castrum cum pertinentiis suis restituat, proviso ut inter praefatum regem, ex una parte, et supradictos fratres et alios qui castrum detinebant memoratum, ex altera, firma pax et amicabilem compositio intercedat. — (REG. 18, f. 143 r^o; ann. X, c. 30; — MOREAU 1191, f. 24; — POTTHAST 10111; — cf. *supra*, n^o 3079.)

« W. *episcopo quondam Mutinensi, penitentiaro nostro, Apostolicae Sedis legato*. Ex parte karissimis —. Dat. Viterbii, III idus aprilis. anno decimo. »

3093

Viterbe, 11 avril 1236.

Guillelmo, procuratori ecclesiae Terraconensis, regimen Terraconensis ecclesiae resignanti, de archiepiscopali mensa castrum et villam de Constantino, cum terminis, decimis, molendinis et ceteris juribus ad castrum spectantibus memoratum, mensatam quoque mensis julii in ecclesia Gerundensi, quam electionis suae tempore possidebat, concedit; ei quoque confirmat, tempore vitae suae, castrum et insulam de Eviza et [insulam] de Frumentaria, cum dominis et juribus universis in mari et in terra ad ea pertinentibus, quae nomine Terraconensis ecclesiae se ipsum assererat acquisisse; ita tamen quod, si Terraconensis archiepiscopus qui pro tempore

fuerit, recreationis vel alia justa causa ad castrum et villam de Constantino divertere sive hospitari, seu bona sua conservare ibi voluerit, hoc in expensis suis ei, sine alicujus difficultatis obstaculo, permittatur; cui etiam archiepiscopo Terraconensi quod ex praedictorum castrum et villae de Constantino preventibus ultra valorem centum marcarum annuatim supererit, assignetur, et post ipsius Guillelmi obitum castra, insulae et villa praedicta libere ad Terraconensem ecclesiam revertantur; insuper inhibet papa ne quis in eundem Guillelmm excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias promulget. — (REG. 18, f. 143 v^o; ann. X, c. 31.)

« *Guillelmo, procuratori ecclesiae Terraconensis*. Cum de persona —. Dat. Viterbii, III idus aprilis, anno decimo. »

3094

Viterbe, 12 avril 1236.

Episcopo Vicicensi, de eadem re scribens, mandat quatenus eundem procuratorem super praedictis non patiatur molestari. — (REG. 18, f. 143 v^o; ann. X, c. 32.)

« .. *episcopo Vicicensi*. Cum de persona —. Dat. Viterbii, II idus aprilis, anno decimo. »

3095

Viterbe, 12 avril 1236.

Guillelmo, procuratori Terraconensis ecclesiae, per quem Terraconensis ecclesia infra brevissimi temporis spatium evidens in temporalibus susceperat incrementum, de conscientia et consilio personarum ecclesiae suae solutis, de praesentis et futuri anni archiepiscopalis mensae preventibus, debitis ab ipso Guillelmo contractis, mandat quatenus quod ex ipsis preventibus superfuerit, successori suo studeat integre resignare. — (REG. 18, f. 143 v^o; ann. X, c. 33.)

« *Guillelmo, procuratori Terraconensis ecclesiae*. Cum propter impedimenta —. Dat. ut supra. »

3096

Viterbe, 12 avril 1236.

Episcopo Gerundensi praecipit quatenus, si Willelmo, sacrista Gerundensi, sicut ipsum per Vicensem episcopum moneri papa mandaverat, sacristiam Gerundensem resignaverit, ei, — cui papa mandat restitui sacristiam ecclesiae Sancti Felicis, quam prius idem Willelmo habuerat, et quam Gaufridus de Terracia, ejusdem ecclesiae Sancti Felicis sacrista, in ipsius papae manibus resignaverat. — in redditibus aequivalentibus prioribus quos habebat, cum sacristiam Gerundensem assecutus fuerat, nec non et praedicto

sacristae Sancti Felicis in quatuordecim marcaturum argenti reddito, de vacantibus vel primo vacaturis beneficiis studeat providere. — (REG. 18, f. 111 r°; ann. X, c. 34.)

« .. *episcopo Gerundensi*. Fraternitati tue presentium —. Dat. ut supra. »

3097. — In eundem fere modum scriptum est super hoc *idem Vicensi episcopo*.

3098

Viterbe, 12 avril 1236.

Willelmo, sacristae Gerundensi, mandat quatenus mouitis Vicensis episcopi super resignatione sacristiae Gerundensis acquiescat; ei notum facit litteras ad Vicensem episcopum se direxisse. [supra sub numero 3097 notatas], ut idem episcopus ipsi Willelmo sacristiam Sancti Felicis restituat, et Guillelmo], procuratorem Terraconensis ecclesiae, compellat ut ipsi Willelmo et Gaufrido de Terracia, donec redditus promissos fuerint assecuti, in tantum annuatim provideat. — (REG. 18, f. 144 r°; ann. X, c. 35.)

« *Willelmo, sacristae Gerundensi*. Devotioni tue presentium —. Dat. ut supra. »

3099

Viterbe, 12 avril 1236.

Episcopo Vicensi, de eadem re scribens, mandat quatenus Willelmo, sacristam Gerundensem, ad resignationem sacristiae moneat et inducat. — (REG. 18, f. 144 r°; ann. X, c. 36.)

« .. *episcopo Vicensi*. Fraternitati tue presentium —. Dat. Viterbii, ut supra. »

3100

Viterbe, 12 avril 1236.

Benedicto de Rocebertin[a], Terraconensi camerario, dignitatem camerariae Terraconensis concedit retinendam. — (REG. 18, f. 144 r°; ann. X, c. 37; — cf. *supra*, n° 869.)

« *Benedicto de Rocebertin[a], Terraconensi camerario, ordinis sancti Augustini*. Licet dilectus filius —. Dat. ut supra. »

3101

Viterbe, 19 avril 1236.

Abbatii et conventui Majoris Monasterii Turonensis indulget ut, quando coram Majoris Ecclesiae et Sancti Germani Autisiodorensis decanis et magistro Odone de Guerland[a],

archidiacono Parisiensis, parati fuerint creditoribus ecclesiae suae, onere debitorum oppressae, exhibere iustitiae complementum, non teneantur coram aliis iudicibus respondere. — (REG. 18, f. 144 r°; ann. X, c. 38.)

« .. *abbati et conventui Majoris Monasterii Turonensis*. Cum, sicut tu —. Dat. Viterbii, XIII kalendas maii, anno decimo. »

3102

Viterbe, 15 avril 1236.

Episcopo et capitulo Belvacensis scribit : « Inquisitionem tam auctoritate concilii Remensis provincie, quam per dilectum filium magistrum Petrum de Collemedio, capellanum nostrum, prepositum Sancti Aulomari, auctoritate nostra factam, super iuribus ecclesie Belvacensis et injuriis illatis eidem, ad perpetuam memoriam super bulla nostra includi fecimus et in basilica Lateranensi deponi, » ut, si quando super premissis dubitari contingerit, ad eam securus recurratur. — (REG. 18, f. 144 v°; ann. X, c. 39; — MOREAU 1191, f. 29; — cf. *supra*, n. 2025 et 3052-3058.)

« .. *episcopo et capitulo Belvacensis*. Quia labentium temporum —. Dat. Viterbii, XVII kalendas maii, anno decimo. »

3103

Viterbe, 12 avril 1236.

Episcopo de Sancto Asaph, abbati de Drobo (= Dore). Cisterciensis ordinis, Menevensis diocesis, et penitentiario Herfordensi mandat quatenus litem inter Gualterum de Lasey et Margaritam, uxorem ejus, fundatores monasterii de Cornebur[ur], ex una parte, et fratres Hierosolimitani Hospitalis, ex altera, super eisdem monasterii regula exortam et per quadriennium et ultra protractam, cujus occasione fidem Gualterus et Margarita ultra sexcentas marcas expenderant, ad Sedem Apostolicam remittant, non obsecant indulgentiam quam fides fratres habere dicebantur, ut ultra duas dietas a domo eorum Fontis Clericorum Londoniensis (= Clerkenwell) non possint ad iudicium evocari. — (REG. 18, f. 144 v°; ann. X, c. 40; — POTTHAST 10142; — J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général de l'ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jerusalem*, t. II, p. 498, n° 2138; — cf. *supra*, n° 2038.)

« .. *episcopo de Sancto Asaph, et .. abbati de Drobo, Cisterciensis ordinis, Menevensis diocesis, et .. penitentiario Herfordensi*. Ex parte nobilis viri Gualteri de Lasey et Margarite, uxoris ejus, fuit propositum coram nobis quod, cum super eo quod fratres Hierosolimitani Hospitalis sororibus monasterii de Cornebur[ur], Hereford-

denis diocesis, cujus fuerunt predicti vir et mulier fundatores. habitum tribuerant Hospitalis, per bone memorie . Hierfordensem episcopum mandaverimus taliter ordinari, ut eodem sorores secundum beati Augustini regulam ibi viverent, deposito habitu memorato: dicti fratres per . priorem Sancti Albani suosque collegas, ad quos prius contra malefactores suos, sub forma illa: *Quoniam nimis dispendiosum*, conservatorias a nobis litteras impetrarant, cum misisse manum ad spiritualia ipsius monasterii, pro priorissa inibi se gendo, et ex hoc malefactorum esse dicentes, ipsam ad loca remota citari fecerunt. Propter quod eadem mulier quasdam ad venerabilem fratrem nostrum . Coventrensem episcopum, ut procederet in negotio dicto Hierfordensi commisso, quasdam vero ad venerabilem fratrem nostrum . Wigornensem episcopum et collegas ejusdem, ut, Coventrensi eodem in mandati nostri executione cessante, iidem illud exequi procurarent, a nobis litteras impetravit; per aliud quoque rescriptum apostolicum dicti vir et uxor eidem Wigorniensis et suis judiciis obtinere mandari, ut prohibere curarent ne procederetur per conservatorias litteras contra illam; quam prohibitionem cum iudices ipsi fecissent, iidem fratres a . priore Westmonasterii et consiliis suis, consimilium litterarum auctoritate, eodem quasi tempore obtenturam, ipsam, quam dicebant se predicto modo immiscuisse spiritualibus jamdicti monasterii, quasdam sorores exinde amovendo, procurarunt iterum tanquam malefactorum ad iudicium evocari; a quibus, exceptionem ejus non admittentibus, super eo quod per eundem Wigornensem et collegam suum, tertio excusato, proponebat inhibendum ne contra eam per hujusmodi conservatorias litteras procedi deberet, et quod sine viro suo, tunc absente, quem cum eadem principaliter causa tangebatur, non poterat conveniri, nostram audientiam appellavit. Sed illi, appellatione contempta, induci partem adversam in possessionem bonorum temporalium prefati monasterii de facto, cum de jure nequiverint, mandarunt. Postmodum vero, cum antedictus Wigorniensis et alter collegarum suorum, excusato tertio, similiter in negotio, pro Coventrensi defectu, aliquandiu processissent, dicti fratres, fingentes Coventrensem, qui solus fuerat, habuisse conjudices, et se ab eis ex causa legitima provocasse, super appellatione sua ad . priorem Roffensem suosque socios nostras litteras reportarunt. Sed quia iidem ultra duas dietas extra suam diocesis trahabant eandem, quod ex litterarum ipsarum beneficio non habebant, ad nos duxit eadem per appellationis remedium recurrendum. Quare vir predictus et ipsa nobis humiliter

supplicarunt ut, cum hujusmodi negotium fere per quadriennium sit protractum, cujus occasione ultra sexcentas marcas seasserunt expendisse, nec unquam speretur finem habiturum, nisi ad examen apostolicum reduceretur, illud ad nos remitti, cum omnibus tam iudicum quam conservatorum processibus, mandaremus. Volentes igitur ut finis litibus imponatur, firmiter precipiendo mandamus quatenus, si est ita, revocato in irritum quicquid ab ipsis inveneritis esse attemptatum, et relaxata excommunicationis sententia, si quam jamdicti conservatores hac occasione protulerunt in ipsam, omnes litteras obtentas hinc inde, cum earum processibus, vobis exhiberi facientes, negotium ipsum ad nos sufficienter instructum cum dictis processibus remittatis, prefigentes partibus peremptorium terminum competentem, quo per se vel procuratorem idoneum nostro se conspectui representent, justam, auctore Domino, sententiam recepture; non obstante indulgentia quam iidem fratres habere dicuntur, ut ultra duas dietas a domo eorum Fontis Clericorum Londoniensi non possint ad iudicium evocari — Dat. Viterbii, II idus aprilis, anno decimo. »

3101

Viterbe, 15 aprilis 1236.

Cum decano Trajectensi dispensat ut plura beneficia retinere valeat. — (Reg. 18, f. 145 r°; ann. X, c. 41.)

« . . *decano Trajectensi*. Etsi ne plures — Dat. Viterbii, XVII kalendas maii, anno decimo. »

3105

Viterbe, 20 aprilis 1236.

Decano et archidiacono Parisiensibus concedit ut electum et priorem ac sex vel octo de potioribus monachis monasterii Sancti Petri Garulensis, Tornacensis diocesis, quorum nec non et aliorum malitia inquisito eidem decano et archidiacono in eodem monasterio commissa, ad effectum pervenire nequiverat, ad civitatem Cameracensem infra terminum peremptorium accedere compellant, quos viderint amovendo ad remota monasteria ejusdem ordinis transferentes; praterca, si prefatum electum ab administratione contigerit amoveri, ipsi monasterio faciant providi de persona idonea per canonicam electionem in abbatem. — (Reg. 18, f. 145 r°; ann. X, c. 42.)

« . . *decano et . . archidiacono Parisiensibus*. Reformationi monasterii Sancti — Dat. Viterbii, XII kalendas maii, anno decimo. »

3106

Viterbe, 10 avril 1236.

Episcopo Aurelianensi, in archiepiscopum Bituricensem electo, priori ordinis fratrum Praedicatorum in Francia et archidiacono de Castro Radulfi causam Petronillae, matris Evrardi de Caritate clerici, et Landrici, ejusdem Petronillae generi, de haereseos labe suspectorum, informandam committit. — (REG. 18, f. 145 r^o; ann. X, c. 43; — MOREAU 1191, f. 25; — cf. supra, n. 1145 et 1233.)

« .. episcopo Aurelianensi, Bituricensi electo, et .. priori ordinis fratrum Praedicatorum in Francia, et .. archidiacono de Castro Radulfi, Bituricensis diocesis. Constitutus in presentia nostra Evra[r]dus de Caritate clericus sui nobis petitione monstravit quod, cum dudum fratri Roberto, ordinis fratrum Praedicatorum, inquisitionem hereticorum in Francia duxerimus committendam, idem frater, sinistra de Petronilla, ipsius matre, suspicans, quam bone memorie .. archiepiscopus Bituricensis et .. episcopus Autisiodorensis, super inquirendo heretice pravitatis vitio in villa Caritatensium inquisitores deputati a nobis, non invenerant, sicut asserit, super hoc culpabilem vel suspectam, sed puritati catholice desudantem, eidem purificationem cum quarta manu¹ faciendam indicit. Cumque postmodum eadem Petronilla, statuti sibi loco et termino cum suis compurgatoribus coram dicto fratre comparens, ab eo ut indictam sibi purificationem reciperet, humiliter postulasset, idem, quibusdam emulis sibi falso suggerentibus quod eum dictus clericus apud Sedem Apostolicam diffamaret, eam, quam assererat in purificatione hujusmodi defecisse, arcto carceri statuit perperam mancipari, idem sine causa rationabili nichilominus faciens de Landrico, genero ipsius Petronille, quanquam purificationem ab ipso super prefato crimine recepisset: qui, simplicitate ducti, a tanto respirare gravamine neglexerunt. Quare dictus clericus, juris dictorum Petronille et Landrici prosecutionem assumens, nobis humiliter supplicavit ut, cum paratus sit convicci penam incurere, si prefatum crimen probatum fuit vel deinceps fuerit contra eos, ipsis dignaremur in hac parte paterna providentia subvenire. Quocirca discretioni vestre, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus quatenus, inquisita super premissis eorumque fama et puritate fidei, diligentius veritate, quod inveneritis vestris nobis litteris fideliter intimetis, ut, vestra relatione instructi, super hoc quod statuendum fuerit, securius statuamus. Interim autem,

si contra ipsos nichil occurrerit fidei Christiane contrarium, eos, prout expellere videritis, sub leviore teneri custodia, de qua tamen effugere nequeant, faciatis —. Dat. Viterbii, IIII idus aprilis, anno decimo. »

3107

Viterbe, 21 avril 1236.

Abbatii Vindocinensi, Carnotensis dioecesis, mandat quatenus, non obstantibus litteris ad generales visitatores a Sede Apostolica destinatis, quaedam statuta, quae pro reformatione ac statu monasteriorum ordinis sancti Benedicti et regulari observantia ipse papa ediderat et III miserat, observet et faciat observari, abbatii Nuchariensis, Turonensis dioecesis, archidiaconi Transvigenensis et cancellarii Turonensis usus consilio in praedictis; canonem quoque missae et in libris monasterii sui adseribi et a celebrantibus legi faciens secundum Ecclesiae Romanae morem, corrigat et reformet quae corrigenda et reformanda in monasterio suo et membris ejus invenerit, etsi comprehensa non fuerint in articulis in hujusmodi ordinatione contentis¹. — (REG. 18, f. 145 v^o; ann. X, c. 44.)

« .. abbati Vindocinensi, Carnotensis diocesis. Cum inter monasteria —. Dat. Viterbii, VIII kalendas maii, anno decimo. »

3108

Viterbe, 24 avril 1236.

« In eundem fere modum scriptum est super hoc eidem [.. abbati Nuchariensi, Turonensis diocesis, .. archidiacono Transvigenensi et .. cancellario Turonensi], usque : compescendo. Ideoque mandamus quatenus eidem abbati, cum ab eo fuerit requisiti, super hiis salubre consilium impendatis, qualiter idem se habuerit in praedictis, nobis fideliter rescripturi —. Dat. ut supra. » — (Cf. supra, n^o 3088.)

3109

Viterbe, 13 avril 1236.

Wintoniensi episcopo significat se confirmare venditionem, ab episcopo Cenomanensi ipsi Wintoniensi episcopo proquadringentis libris sterlinguorum factam, de quibusdam bonis quae in Saresberienensi dioecesi ecclesia Cenomanensis habebat. — (REG. 18, f. 145 v^o; ann. X, c. 45; — MOREAU 1191, f. 27.)

« .. Winton[ien]si episcopo. Cum possessionis et red-

1. Cette pièce n'est que la répétition, — mais avec cette addition : « non obstantibus litteris ad generales visitatores ... destinatis », — de la lettre qui figure déjà plus haut sous le numéro 3087, et qui, dans cette première rédaction, avait été annulée.

1. Cf. dans DU CANGE l'article *Purgatio*, et, à l'article *Manus*, les expressions *Jurare tertia manu*, *Jurare sua quarta manu*, etc.

ditus de Dewrelquinston[ia], que in Saresberiensis diocesi ecclesia Cenomanensis habebat, ad opus quorundam religiosorum intendere comparare, demum dilectus filius Stephanus de Arenis, Cenomanensis canonicus, ad Apostolicam Sedem accedens, venerabilis fratris nostri .. episcopi et capituli Cenomanensium attulit litteras continentes quod potestatem sibi super hoc plenariam et liberam tribuerunt, asserentes quod ideo volebant vendere supradicta, ut ex eorum pretio utiliores possessiones et redditus acquirerent ecclesie memorate. Et tandem in presentia dilecti filii nostri E[gidii], Sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, cujus providentie negotium duximus committendum, memoratus canonicus, procuratorio nomine dictorum episcopi et capituli, possessiones cum omnibus pertinentiis suis et redditibus supradictis, tibi pro quadringentis libris vendidit sterlinguorum, sicut in litteris cardinalis ipsius plenus continetur —. Dat. Viterbii, idibus aprilis, anno decimo. »

3110

Viterbe, 26 avril 1236.

Archiepiscopo Turonensi, de eadem re scribens, mandat quatenus provideat quod de tota illa pecunia possessiones per eodem episcopum et capitulum Cenomanenses, de ipsius archiepiscopi consilio, ad opus ecclesie Cenomanensis emanant. — (REG. 18, f. 146 r^o; ann. X, c. 46; — MOREAU 1191, f. 39.)

« .. *archiepiscopo Turonensi*. Cum venerabilis frater —. Dat. Viterbii, VI kalendas maii, anno decimo. »

3111

Viterbe, 26 avril 1236.

In eundem fere modum scriptum est .. *episcopo et capitulo Cenomanensibus*, ut provideant de eodem. Dat. ut supra.

3112

Viterbe, 28 avril 1236.

Potestati, consilio et communi Sutrinis concedit ut, ad reparationem pontis ante portam civitatis et viae publicae, quaedam pedagia usque ad triennium exigere possint. — (REG. 18, f. 146 r^o; ann. X, c. 47; — POTTHAST 10153.)

« [...] *potestati, consilio et communi Sutrinis*. Cum non possit —. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, ponte ante portam civitatis [vestre]

destructo, propter frequentes inundationes aquarum, transire nequeant exinde peregrini, et tam idem pons quam strata publica reparatione indigere noscatur, ad quam proprie vobis non suppetunt facultates, utpote magnis debitis oneratis, nobis humiliter supplicastis ut, cum parati sitis relinquere duos denarios, qui hactenus ab hospitibus in burgo vestro pro stallatico conseruerunt exolvi, et stratum per districtum vestrum vestro periculo custodire, recipiendi unum denarium senatus a singulis equitibus, et senensem unum a pedibus transeuntibus inde, pro reparatione predictorum pontis et strate ac ipsius strate custodia, per quam transeuntis pro conductu oportebat solvere non modicam pecunie quantitatem, licentiam vobis concedere dignaremur. Vestris itaque supplicationibus inclinati, vobis premissa facientibus licentiam usque ad triennium concedimus postulata; ita dumtaxat quod a familiaribus nostris et fratrum ac officialium nostrorum, Romanis quoque ac religiosis, et universis de Patrimonio nichil penitus exigatur. Nulli ergo —. Si quis autem —. Dat. Viterbii, IIII kalendas maii, anno decimo. »

3113

Viterbe, 28 avril 1236.

S[tephano], in episcopum Ulixbonensem electo, significat se providisse ut in omnibus quibus per regem Portugaliae aut officiales ejus fuerat spoliatus, ei per restitutionis beneficium succurratur, et decrevisse inquirendum de omnibus pertinentibus ad processum inter ipsum electum et decanum Ulixbonensem super ipsius electione exortum. — (REG. 18, f. 146 r^o; ann. X, c. 48; — cf. *supra*, n. 2157, 2171 et 2476.)

« S[tephano], in episcopum Ulixbonensem [em] per venerabilem fratrem nostrum .. *archiepiscopum Compostellanum electo*. Accedens ad Sedem Apostolicam in nostra proposuisti presentia constitutus quod, cum, J. Falberti, olim Ulixbonensi electo, electioni de se facte in manibus venerabilis fratris nostri .. Compostellani archiepiscopi, loci metropolitani, ecedente, capitulum Ulixbonensis ecclesie potestatem providendi eidem de persona idonea, que esset de gremio ipsius ecclesie, in dictum archiepiscopum transtulissent, idem archiepiscopus, inquisita prius de tua scientia, vita et moribus plenus veritate, in episcopum te Ulixbonensem elegit et electionem de te factam nichilominus confirmavit. Cumque tu, ad ecclesiam ipsam veniens, idem episcopaliu[m] rerum possessionem adeptus, ibidem recepis obedientiam subditorum, postmodum ad karissimum

in Christo filium nostrum .. Portugalsensem regem illustrem cum litteris ejusdem archiepiscopi accessisti : a quo tibi ad predictam ecclesiam interdicto regressu, per eum et officiales suos in ecclesia Sancti Petri de Sul¹ extitisti cum tuis violenter detentus, et predictis bonis ac rebus aliis mundanis et ecclesiasticis spoliatus ; quare a nobis humiliter postulabas instantia, ut te ex officio nostro restitui faceremus. Decanus vero Ulixbonensis ex adverso proposuit quod, vacante predicta ecclesia, ad nos, ne in ea electio nisi canonica fieret, fuit appellatio interjecta ; et quancito de electione tua ad notitiam procuratoris ipsius decani pervenit, ab ipso et sibi contra te adherentibus, ne prefate preficereris ecclesie, in absentia tua, et postmodum, antequam Ulixbonensem ingredereris diocesim , in Colimbriensi civitate et iterum in Ulixbonensi capitulo, te presente, ex hiis causis extitit appellatum, videlicet quod tu, litterature insufficientis existens, et plura beneficia regimen animarum habentia detinens sine dispensatione apostolica, excommunicationis sententiam quam venerabilis frater noster .. Salinensis episcopus, tunc in partibus illis Apostolicæ Sedis legatus, in omnes plura beneficia hujusmodi, a nobis non obtenta licentia, detinentes promulgaverat, incurristi ; propter quod, et quia, sicut idem decanus coram nobis asseruit, interdictum pro libertate ipsius ecclesie in locis ad que idem rex deveniret, Apostolicæ Sedis auctoritate prolatum, temere violaras, in ipsius ecclesie pastorem eligi nequivisti, et, si esses electus, deberes ab ejus regimine amoveri ; quia, cum nullus prefici mereatur ecclesie, nisi qui bene sue domui noscitur prefuisse, non debet episcopium tuo, qui, contra Lateranense concilium plura beneficia detinens, predo et raptor existis, aut ejus libertatem fregisti, committi regimini ; in cuius bonis insania simili debachari, et eam tanto fortius ledere crederis, quanto tibi, qui ab illa, quam hactenus impugnasti, premium indigne reportas, facultas potius indulgetur. Proponebat insuper coram nobis decanus predictus quod, cum venerabilis frater noster magister Vincentius, tunc electus, nunc episcopus Egitaniensis, fuisset in Ulixbonensem episcopum postulatus, et prefatum capitulum bone memorie magistrum Pelagium, priorem Vimaransensem, non expectato responso Apostolicæ Sedis, nec hujusmodi postulatione repulsa, a qua jam nobis presentata, recedere non poterant, elegissent, et ob hoc ipso jure fuisse videantur eligendi potestate privati, prefatam potestatem eidem archiepiscopo concedere nequiverunt. Ceterum,

cum a morte prefati Prelati usque ad tempus electionis J. predicti spatium octo mensium effluxisset, et ideo fuisset ad nos jus providendi de pastore ipsi ecclesie devolutum, nec dictum capitulum te eligere, nec eligendi potestatem, qua ipsi etiam ex sua negligentia privati fuerant, transferre in alium potuerunt ; et cum, eo tempore quo translato potestatis hujusmodi in dictum archiepiscopum facta fuerat, idem J. nondum electioni de se facte cessisset, ac ob hoc tunc Ulixbonensis ecclesia non vacaret, eligendi potestas in alium nullo potui modo transferri ; et ob id, quod ex eo secutum est, cum, adhuc vivente seu non cedente prelate, vel eo etiam nondum tradito sepulture, non sit de futuri pontificis electione tractandum, debet penitus irritari. Quare, cum predictus archiepiscopus nec te eligere, nec electum potuerit confirmare, et juris equitas in repetitione rei deposite predoni dominum¹ preferat, dictus decanus postulabat a nobis ut, tui, cum tibi, per ostium non intranti, esset restituito deneganda, petitione repulsa, omnia in eum statum in quo tempore appellationis interposite fuerant, presertim cum sit premissa probare paratus, reducere, et eidem ecclesie, ne per diutinam vacationem irreparabile detrimentum incurrat, de persona dignaremur idonea providere. Verum tu, e contra proponens in jure cavere ut, cum de vi et possessione vel violenta ejectione contenditur, prius de vi quam proprietate, et spoliatione quam institutione canonica doceatur, et spoliato episcopo, qui, non habens² privilegium quo valeat jam nudatus exui, nec nudus contendere nec in heremis potest hostiliter repugnare, nihil debeat antequam plena restitutione honorum episcopalium gaudeat, obici, [et] nullius valeat oppositione criminis sua restituito impediri : asseruisti premissa nec eidem suffragari decano, nec tuo posse desiderio refragari, et, licet in repetitione rei deposite predoni dominus preferatur, quia tamen ex facto regis ipsius, qui te taliter spoliavit, contra ipsum erat tibi actio, que alii minime competeat, super restitutione petenda personaliter acquisita, ea privati non poteras ; et quin possessio tibi restitueretur ablata, crimen vel ingressus minus canonicus, seu quod potestas eligendi ante cessionem predicti J. in dictum archiepiscopum, ipsa ecclesia non vacante, translata dicitur, non obstabat, presertim cum idem capitulum procuratoribus mandavisset ut in dictum archiepiscopum post cessionem ejusdem J. sua vota transferrent, et venientes ad Sedem Apostolicam mandatum plerumque recipiant.

1. Ms. : dominium.

2. Ms. : habet.

1. Dans la lettre suivante, on lit : *de Sur*.

ut, si contingat electionem cassari, potestatem habeant de alio providendi, nec minus suffragio quam scripto jus constituatur secundum legitimas sanctiones. Sed decanus ipse, respondens canones de pontificum restitutione loquentes in eo debere casu intelligi, cum bonis sunt omnibus spoliati, et quod, quando in carnali conjugio, a quo spirituale matrimonium non discordat, gradus in divina lege prohibitus incontinenti probandus obicitur, propter periculum animarum carnalium commercii restitutio denegatur, asserebat a simili te restitutionem petitam, prohibente animarum dissidio, quarum pastor non eras, non posse penitus impetrare; quod autem dicitur, quod non minus suffragio quam scripto jus constitui videatur, locum habet in Romano Pontifice, qui plenitudinem obtinet potestatis. Nos igitur, auditis et intellectis hiis et aliis que fuere proposita coram nobis, attendentes quod tu fuisti in presentia nostra confessus quod, existens in quasi possessione omnium jurium episcopaliurn et quorumdum temporalium Ulixbonensis ecclesie, que erant in potestate regine Tarasie, per regem et officiales predictos quibusdam bonis temporalibus fueras spoliatus, et indignum est ut nulli respondere in iudicio teneatur etiam episcopus consecratus, qui parte sit rerum episcopaliurn destitutus: ex officio nostro sic duximus providendum, ut in omnibus supradictis quibus per regem aut officiales prefatos te constiterit spoliatus, aut si bona illa vel alia, quorum possessionem te habuisse constiterit, ad manus Romane Ecclesie per inquisitores datos a nobis vel alios devenerunt, tibi per restitutionis beneficium succurratur, et prefatus decanus et pars ipsius ad prosecutionem appellationis apud Sedem Apostolicam admittantur. Verum, cum idem decanus et pars sua parati essent predictam appellationis causam prosequi coram nobis, quibusdam ex parte tua objectis et parte altera replicare parata, ne lites ex litibus orientur, et causam ipsam in non modicum periculum animarum contingeret prorogari, de omnibus que ad negotium faciunt memoratum, ex officio nostro de fratrum nostrorum consilio decrevimus inquirendum. Dat. Viterbii, IIII kalendas maii, anno decimo. »

3114

Viterbe, 28 avril 1236.

Archiepiscopo Bracharensi, de eadem re scribens, mandat quatenus ad possessionem omnium quibus per regem aut ejus officiales electum Ulixbonensem et suos constiterit spoliatus, aut si illa vel alia, quorum possessionem ipsos habuisse constiterit, ad manus Romane Ecclesie per abbatem de Palatiolo et ejus collegas, inquisitores a Sede Apostolica

datos, vel alios devenerint, eos plene restitui faciat. — (REG. 18, f. 147 r^o; ann. X, c. 49.)

« .. *archiepiscopo Bracharensi*. Cum olim accedens —. Dat. ut supra. »

3115

Viterbe, 18 avril 1236.

Conventum Coventrensem, pro interdicti et excommunicationis sententiis a Coventrensi episcopo latis contra eos, duorum spatio mensium a divinarum celebratione suspendit, remittens « quod forte deberetur ultra rigori ». — (REG. 18, f. 147 v^o; ann. X, c. 50.)

« *Conventui Coventrensi*. Providi cantela rectoris —. Dat. Viterbii, XIII kalendas maii, anno decimo. »

3116

Viterbe, 22 avril 1236.

Magistris, preceptoribus et fratribus militiae Templi et Hospitalis Hierosolymitanis per Burdegalensem et Turo-nensem provincias constitutis inhihet ne privilegiiis ipsis a Sede Apostolica concessis, in multorum gravamen, per malitiosos et inhonestos procedendi modos, abutantur. — (REG. 18, f. 147 v^o; ann. X, c. 51; — MOREAU 1191, f. 37; — J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II, p. 499, n^o 2139.)

« *Magistris, preceptoribus et fratribus militiae Templi et Hospitalis Hierosolymitan[is] per Burdegalensem et Turo-nensem provincias constitutis*. Pulsati sumus et turbati non modicum assiduis multorum clamoribus et querelis, super eo quod in Xanctonensi et circumpositis diocesisibus grave scandalum est subortum, quia vos, ut proponitur, privilegia et indulgentias, nec non alias litteras ad defensionem vestram vobis ab Apostolica Sede concessas, in gravamen et injuriam convertitis aliorum, malitiose inter alia procurantes a conservatoribus et iudicibus vestris generales constituit citatores, per quos, quotiens quis dicto vel facto vobis vel vestris hominibus in aliquo adversatur, ipsum ad diversa et remota loca, ad que accedere sine periculo persone non potest, facitis ad iudicium evocari; et, si quem gravare velitis, vel vos vel aliquis amicus vester habeatis aliquid contra eum, tam per vos quam per fratres vestros aliarum domorum ad varios iudices et loca diversa ipsum compellitis laborare. Receptis quoque sub protectione vestra quibusdam clericis et laicis, qui se vobis propter hoc constituunt censuales, omnes illos quos

ipsi adversarios suos dicunt, per litteras nostras, quasi malefactores vestros reputantes eosdem, gravibus sumptibus et laboribus fatigatis. Auctoritate insuper talium litterarum, ad iudices juris ignaros, valde remotos volisque propitios, contra vestros adversarios obtenturam, aliquo amico vestro citatore, ut dictum est, impetrato, quoscumque vultis, citari facitis ab eodem, assignato eis quandoque tam brevi termino, quo nunquam valeant comparere, ut sic contra illos velut contra contumaces, si non compareant, procedatur. Si qui vero, quibus committitur citationis edictum, de sigillis iudicum dubitantes, vel quia citatorum sine sigillis eis ostenditis, quod incontinenti vobis reddi precipitis, ad citationes procedere pretermittant, ad septem vel octo dietas propter hoc trahitis eosdem in causam, et graves subire labores ac onera compellitis expensarum, cessiones actionum, quas contra honestatem vestram recipitis, per litteras apostolicas prosequentes. Quia vero nonnulli clerici et laici, sicut audivimus, hoc exemplo corrupti, per litteras nostras presumunt similia perpetrare, et ex hiis, sicut accepimus, Apostolice Sedi detrahitur, proponentibus pluribus hec accidere pro nimio favore quem vobis impendere non cessamus, ac apud multos vestra religio redditur odiosa, nos, ea, sicut nec debemus, cum tam gravi scandalo tolerare nolentes, districte vobis precipiendo mandamus quatenus hec et similia taliter emendare curetis, quod clamor huiusmodi ad nos de cetero non ascendat, nec contra vos procedere durus compellamur; scientes nos venerabili fratri nostro .. episcopo et dilectis filiis .. decano Pictavensibus et .. archidiacono Alniensi, Xanctonensis diocesis, nostris litteris injunxisse, ut vos ad id moneant et inducant, quod super hiis invenerint, nobis fideliter suis litteris referentes. Dat. Viterbii, X kalendas maii, anno decimo.»

3117. — In eundem fere modum scriptum est super hoc illis [.. episcopo et .. decano Pictavensibus, et .. archidiacono Alniensi, Xanctonensis diocesis].

3118

Viterbo, 18 avril 1236.

Barensi et Tranensi archiepiscopis et episcopo Melfitensi mandat quatenus, inquisitione facta de nefandis actibus Gregorii, abbatis monasterii Sanctae Trinitatis Venusini, abbatem eundem ab ejusdem monasterii administratione amoveant, et ea quae per illum de bonis ejusdem alienata invenerint illicite vel distracta, ad jus et proprietatem ipsius monasterii revocent, facientes eidem monasterio de per-

sona idonea pro electionem canonicam provideri. — (REG. 18, f. 148 r^o; ann. X, c. 52.)

« .. Barensi et .. Tranensi archiepiscopis et .. episcopo Melfitensi. Abusionum gravissima senis —. Sane relatu majoris et sanioris partis fratrum monasterii Sancte Trinitatis Venusini[1], ordinis sancti Benedicti, quod ad nos nullo medio dicitur pertinere, mirantes accepimus quod Gregorius, abbas ejus, ethimologiam sui nominis non attendens, nec aliquid de operibus honestatis assumens, que tam beatus Gregorius quam gloriosus prefati ordinis institutor docuisse ac egisse continue dinoscuntur, in monasterio residere despicit, et nedum, quod ipsius intendat, conservandis bonis aut possessionibus ampliandis, immo, ipsa luxuriose, quod potissime de claustrali cum rubore dicitur, consumendo, ejusdem oratorio, officinis et domibus reparandis curam aliquam non impendit; quare fit quod multotiens in eodem, plurimo concursu pluviarum, vix divina celebrari valeant, aut in officinis ejusdem a monachis haberi commodum mansionis; quibus, olim multis numero, nunc vero paucissimis, paupertas prodivitiis, pro ubertate penuria, et odibilis redditur et sepe sepius devitatur, presertim cum dictus abbas, Deo preferendo denarium, nullum ibi recipiat nisi per pecunie interventum; quin immo —, inimicam sibi constituens caritatem, infirmis monachis necessaria non impendit, sed eos immanitate tanta perturbat, quod ipsi, relicto monasterio, ad notos et proximos [recurrere] pro vite remediis compelluntur, et si quando eorum aliquis in tali calamitate moritur, quasi peregrinus et advena ad sepulturam ejusdem monasterii reportatur. Preterea, ne idem sit de sue carnis despectu notabilis, cuidam nepoti suo molendinum contulit, quondam infirmorum commodis deputatum, pauperibus, quorum ibi centum per dies singulos pasciebantur, et infirmis subtracto solatio quod in ipso liberaliter obtinebant. Quid plura? Quia delinquit ab eo creditur, si neglecto paupere, ibi dives aliquis honoretur, loco qui ad usum magnatum et potentum habebatur ibidem, ruine relicto, bona quondam eis deputari solita, per ipsius abbatibus incuriam sunt consumpta; cujus camera personis vanitate plenis et honestate vacuis, quin immo pro labe lascivie sollicitudine continua devitandis, patens et amica redditur, eo quod ibi fratrum adamanda presen-

1. Ms. : quod cum locus ipse.

clita reprobetur; quorum unum, quasi credat peccantibus aliquid misericordie non deberi, habens de furto pro voluntate suspectum, non solum fecit affligi verbibus, sed successi flammeo liquore sagiminis cruciari; quendam alium, eo quod a patre ipsius equum obtinere nequiverat postulatum, faciendo per totum diem immersum profundo puteo detineri; et ne aliquid spectetur in ipso exercitium pietatis, nullus pauper in sua mensa reficitur, prout in beati Benedicti regula continetur; cujus patrocinium demereri non extimans per opera tenebrarum, quinque monasterii casalia cum quampluribus obedientis alienare presumpsit, contra canonicas sanctiones; presumens, in sue confusionis augmentum, cum fere visu careat et lumen ammisserit rationis, se divinis celebrandis ingerere, et, quantum in sua possibilitate consistit, sancta Domini profanare. Hiis etiam pejora committit; que, cum nobisurbationem inferant et indigna relatiu videantur, silentio committentes —, mandamus quatenus —, abbatem eundem a monasterii memorati regimine amoventes, ea que per ipsum de bonis ejusdem alienata inveneritis illicite vel distracta, ad jus et proprietatem ipsius legitime revocetis —. Dat. Viterbii, XIII kalendas maii, anno decimo. »

3119

Viterbe, 29 avril 1236.

Archiepiscopo Cusentino. — qui Guillelmum de Fillin., quondam canonicum Cusentinum, et Gualterium ac Rogerium, clericos Cusentinos, quia ipsum lapidibus aggredi praesumpserant et contra ipsum falsas litteras fabricaverant, beneficiis quae a Cusentina ecclesia obtinebant, privaverant, — significat se ipsius archiepiscopi contra eosdem processum confirmare. — (REG. 18, f. 148 v°; ann. X, c. 53.)

« .. *archiepiscopo Cusentino*. Ut sapientia vincat —. Sane lecte coram nobis tue ac dilectorum filiorum capituli Cusentini littere, quas devotione plenas et dolore non vacuas benigne recepimus, continebant quod Guillelmus de Fillin., quondam canonicus, et Gualterius ac Rogerius, clerici Cusentini, fratres, quos sperabas inter alios domesticos tuos fideliter adherere, facti tibi non solummodo proditores, sed etiam, quantum in eis extitit, parricide, cum Symone laico, fratre ipsorum, in festo Purificationis beate Virginis, te, ad matutinas euntem, reverentia divina calcata, aggredi presumpserunt, lapidibus ut te obruerent, immaniter impetendo. Sed, cum conatui eorum illa in mulieribus benedicta, cujus properabas imminere obsequiis, misericorditer et mirabiliter obstitisset, excogitaverunt

contra te isto gravius aliud genus mortis, falsas sub nomine tuo litteras fabricantes, que majestatis lese te reum criminis arguebant. Cum autem, veritate diligitissime inquisita, de falsitate hujusmodi constitisset, tu —, de venerabilis fratris nostri .. Marturani episcopi, suffraganei tui, et predicti [Cusentini] capituli concordii consilio et assensu, preatos canonicum et clericos beneficiis que ab eadem obtinebant ecclesia, perpetuo privavisti, et — statuisti ut nullus unquam eorum nec aliquis de ipsorum progenie ex virili sexu descendens, usque ad tertiam generationem, possit in eadem ecclesia vel ejus diocesi beneficium ecclesiasticum obtinere —. [Quod] confirmamus —, hoc adhibito moderamine, ut nullus de progenie predictorum in civitate vel diocesi Cusentina, absque Sedis Apostolice licentia speciali, ad ecclesiasticum beneficium admittatur —. Dat. Viterbii, III kalendas maii, anno decimo. »

3120

Viterbe, 22 avril 1236.

Priori fratrum Praedicatorum in Romana provincia mandat quatenus ad Antibarensis provinciam, in qua nonnulli excessus commissi fuerant, sine mora aliquot fratres destinet, qui archiepiscopum Antibarensis, quem ipse papa propter ejus senectutem nolebat ad Sedem Apostolicam personaliter laborare, ad tempus, et episcopos dictae provinciae, quosque coram ipso papa comparerint, ab executione pontificalis officii suspendant. — (REG. 18, f. 149 r°; ann. X, c. 54; — POTHAST 10145.)

« *Priori fratrum Praedicatorum in Romana provincia*. Lecta coram nobis —. Dat. Viterbii, X kalendas maii, anno decimo. »

3121

Viterbe, 27 avril 1236.

Eichstetensi episcopo mandat quatenus excommunicationis sententiam quam in comitem de Tollest. (= Dollnstein), nulla competenti monitione praemissa, sine causa rationabili promulgaverat, infra octo dies post susceptionem praesentium relaxet; alioquin ipse papa de Brunebach (= Bronnbach), de Eberach (= Ebrach) et de Keisheim (= Kaisheim) abbatibus, Cisterciensis ordinis, Herbipolensis et Augustensis dioecesium, mandat ut ipsi, ex tunc, sufficienti ab ipso comite super his pro quibus excommunicatus fuerit, cautione recepta, juxta formam Ecclesiae sententiam relaxantes eandem, et injungentes eidem comiti quod de jure fuerit injungendum, quaestionem audiant et debito fine decident. — (REG. 18,

f. 149 v°; ann. X, c. 55; — POTTHAST 10147; — RODENBERG 687.)

« [...] *Eistelensi* ¹ *episcopo*. Transmissa nobis nobilis —. Dat. Viterbii, V kalendas maii, pontificatus nostri anno decimo. »

3122. — Scriptum est super hoc illis [.. de Brunebach, .. de Eberach et .. de Keishem abbatibus].

3123

Viterbe, 28 avril 1236.

Episcopo de Sancto Asaph, abbati de Dora (= Dore), Cisterciensis ordinis, Menevensis diocesis, et penitentiario Herefordensi causam monialium de Cornebur[i], Herefordensis diocesis, contra fratres Hierosolymitani Hospitalis, idem monasterium de Cornebur[i] sibi subdere molientes et priorissam eisdem monialibus invitantes imponentes, terminandam committit, alioquin ad apostolicum examen remittendam. — (REG. 18, f. 149 v°; ann. X, c. 56; — POTTHAST 10155 *; — J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général de l'ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jerusalem*, t. II, p. 500, n° 2140; — cf. *supra*, n° 3103.)

« .. *episcopo de Sancto Asaph*, .. *abbati de Dora*, *Cisterciensis ordinis*, *Menevensis diocesis*, *et penitentiario Herefordensi*. Dilecte in Christo filie .. *suppriorissa* et *sorores* monasterii de Cornebur[i] sua nobis insinuatione monstrant quod, eodem monasterio priorissa vacante, ac eis volentibus ad electionem procedere, prout sibi de communi jure et apostolica indulgentia competebat, fratres Hierosolimitani Hospitalis in Anglia, monasterium ipsum sibi subdere molientes, earum impedito processu, diu conati sunt quandam ex ipsis, ad eorum desiderium accedentem, in priorissam proficere monasterio memorato; propter quod sex annis et amplius jam vacavit. Et cum quendam eorum fratrem presbiterum ibidem, quem eodem ad miserunt, instituerint, ut earum audiret penitentias et sacramenta sibi ecclesiastica ministraret, ipso se nimis inhoneste gerente, earundem fuit opinio plurimum aggravata. Iidem quoque fratres eas quodam annuo reddito contra iustitiam spoliaverunt². Preterea Donisia de Leche et quedam alie monasterii predicti sorores, de favore fratrum ipsorum sibi ab eis promisso plus debito presumentes, obediencie jugo deposito, eidem suppriorisse, sicut debent, intendere contradicunt. Quare monaste-

rium graviter in spiritualibus et temporalibus deformatur; super quo provideri humiliter petierunt. Quocirca mandamus quatenus — causam — terminetis —. Alioquin, cum vobis sub certa forma scribamur super negotio ejusdem monasterii, quod est inter fratres eisdem, ex parte una, et nobilem virum Gual[erum] de Lascy et M[argaritum], uxorem ejus, ex altera, ad Sedem Apostolicam remittendo, cum illud ad nos remitti contigerit, causam ipsam ad nostram presentiam remittatis sufficienter instructam, prefigentes partibus etc., usque : recepture; non obstante indulgentia quam iidem fratres habere dicuntur, ut ultra duas dietas a domo eorum Fontis Clericorum Londonien[sis] non possint ad iudicium evocari —. Dat. Viterbii, III kalendas maii, anno decimo. »

3124

Viterbe, 2 mai 1236.

Episcopo et capitulo Pataviensibus mandat quatenus quibusdam mercatoribus, a quibus, pro ipsorum ecclesie debitis, Ul[ricus], Pataviensis canonicus, et [Albertus], plebanus ecclesie Viennensis in carcere apud Senas detinebantur, de pecunia eis debita satisfaciant, vel apostolice conspectui presentent, facturi eisdem mercatoribus super his, quod poposcerit ordo rationis. — (REG. 18, f. 150 r°; ann. X, c. 57; — cf. *supra*, n° 2990.)

« .. *episcopo et capitulo Pataviensibus*. Erubescere satis potestis quod, ex eo quod, pro ecclesie vestre debitis, dilecti filii Ul[ricus], Pataviensis canonicus, et .. plebanus ecclesie Viennensis apud Senas a quibusdam mercatoribus in carcere tanto tempore detinentur, nec ad liberationem ipsorum, prout decuerat et tenemini, efficaciter hactenus laborastis; quin potius, cum, post multas litteras apostolicas super hoc ab eisdem mercatoribus impetratas, venerabili fratri nostro .. Mutinensi episcopo mandaverimus quod vel satisfaceretis de prefata pecunia, vel ad nostram veniretis presentiam, exhibitori eis justitie complementum, et hoc vobis memoratus episcopus injunxisset, vos, preter alia que in subterfugium pretendistis, asserentes nuntios ad nostram presentiam vos misisse, ne procederet, ad nos, sicut intelleximus, appellastis. Nolentes igitur sustinere, sicuti etiam non debemus, ut predicti canonicus et plebanus hac occasione diutius squalore carceris macerentur, cum indignum sit ut que non rapuerunt, exolvant, firmiter precipiendo mandamus quatenus usque ad festum beati Michaelis proximo nunc futurum, quod vobis terminum preemptorium assignamus, vel predictis mercatoribus de pecunia eis debita,

1. En manchette : *Eistelensi*; dans la rubrique : *Eistelensi*.

2. Ms. : spoliavit.

cum justis et moderatis expensis et debita satisfactione dampnorum, usur[*a*] omnino cessante, ut tenemini, satisfacere procuratis, vel tu, frater episcopo, personam, filii capitulum, per procuratorem idoneum nostro [vos] conspectui presentetis, facturi super hiis eisdem mercatoribus, quod ordo poposcerit rationis. Nos enim eidem episcopo damus nostris litteris in mandatis ut vos ad alterum premissorum compellat. Dat. Viterbii, VI nonas maii, anno decimo. »

3125. — Scriptum est super hoc eidem episcopo [*Mutinesi*].

3126

Viterbe, 28 avril 1236.

[Raymundum VII], comitem Tholosanum, vehementer inerepat quod pacem inter Ecclesiam et Ludovicum [IX], regem Francorum, ex una parte, et ipsum, ex altera, inibat, et statuta contra haereticos edita violaverit, eique mandat quatenus haec corrigat et proximo mense martio in subsidium Terrae Sanctae transfretet, ibidem per quinquennium moraturus; alioquin ipse papa Viennensi archiepiscopo, Apostolicae Sedis legato, mandat ut excommunicationis sententiam in eum innovet. — (REG. 18, f. 150 r^o; ann. X, c. 58; — MOREAU 1191, f. 41; — POTTHAST 10150 et 10151¹; — RODENBERG 688; — cf. Marcel FOURNIER, *Les Statuts et Privilèges des Universités françaises...*, t. I, p. 443.)

« Nobili viro .. comiti Tolosano, spiritum consilii sanioris. Olim ad Apostolice Sedis perlato notitiam quod in partibus Albigensibus vineam Domini tribulus et urtica repleverant, et, in terram Juda rex Babilonie veniens, templum Domini vasis aureis catholice fidei spoliaverat, illuc felicis recordationis Innocentius et Honorius, predecessores nostri, cultores qui ex ipsa herbas pestilentes vomere predicationis exciperent, clare memorie Ludovicum, regem Francie, et alios de regno suo crucis signaculo insignitos, qui mucrone justitie a templi sanctuario sordes contaminationis eraderent, destinarunt, sperantes quod ibi botrus catholice fidei in calicem Domini comprimendus erumperet, et Jerusalem expurgata, regem pauperem, sedentem super pullum asine subjugalis, cum palmis recipiens et floribus, exultaret. Cumque ad id dicti predecessores nostri plurimum laborantes non potuissent proficere, et laborem eorum nostrorum peccatorum crederentur merita

vacuasse, nos, attendentes quod omne quod est ab improbo labore devincitur¹, et Pharaon, ut liberet Israel, non nisi plagis contritus pluribus emollitur, humeros nostros hujus laboris fasci subjecimus, et venerabilem fratrem nostrum [...] Portuensem episcopum, tunc Sancti Angeli diaconum cardinalem², commisso sibi legationis officio, ad partes illas duximus destinandum; qui, eo faciente qui bonum opus aspirando prevenit et prosequitur adjuvando, maxillas eorum qui inconsutilem Christi tunicam lacerabant, in freno cohibuit, vulpeculas parvulas que dominicam demoliebantur vineam, intercepti, et, ut fides catholica statui antico plene posset restitui, in pace inter Ecclesiam et carissimum in Christo filium nostrum .. Francie regem illustrem, ex parte una, et te, ex altera, ipsius studio reformata, et concilio propter hoc Tolose habito, nonnulla statuta edidit, ac, ad heresim fortius confutandam, Tolose sacre pagine et aliarum artium studium ordinavit. Verum, quia immundus spiritus domum a qua ejectus fuerat, scopis mundatam, rursus ingredi nititur, et Pharaon liberatos Hebreos iterum sibi subjungere conatur, post ipsius recessum venerabilibus fratribus nostris, primo videlicet .. episcopo Tornacensi et postmodum .. archiepiscopo Viennensi, Apostolice Sedis legatis, ut, super catholicorum grege noctis vigiliis vigilantes, lupos a dominico coererent ovili, duximus legationis officium committendum. Sed ecce, quod verebamur, accidit, et timor quem timebamus, evenit. Nam, sicut ex insinuatione ipsius archiepiscopi et aliorum prelatorum sue legationis accepimus, fratrem Guillelmum Arnaldi, [ordinis] fratrum Predicatorum, qui auctoritate nostra et dicti archiepiscopi contra hereticos inquisitionis exercebat officium, et summo studio laborabat ut, educto obstetricante ipsius manu colubro tortuoso, prodirent in lucem opera tenebrarum, a civitate Tolosana .. vicarius tuus et consules civitatis ejusdem, qui ne contra hereticos procedatur, diversa difficultatum obstacula interponunt, post illatas sibi multas injurias, non sine turpi violentia ejecerunt, facientes in eadem civitate et ipsius suburbio voce preconia interdicti, ne quis venerabili fratri nostro .. episcopo et clericis Tolosanis aliquid dare vel vendere, seu ipsis in aliquo communicare commercio aut in eorum auderet servitio remanere, et ne quis fratribus Predicatoribus benefacere aut eis presumeret

1. Les numéros 10150 et 10151 de POTTHAST se rapportent à une seule et même lettre; le texte de DU BOULAY, *Hist. Univ. Paris.*, III, 156, analysé sous le numéro 10150, est tronqué, et ne diffère des textes indiqués sous le numéro 10151 que par d'assez nombreuses suppressions.

1. Cf. VIRGIL., *Georg.*, I, 145-146.

2. Sur la date des légations du cardinal Romain en France et des autres événements rappelés dans cette bulle, voir les notes de Rodenberg à cette pièce, p. 585.

elemosinas erogare. Iidem quoque consules, domum ipsius episcopi, eo ibidem infirmante teque presente in civitate predicta, per apparitores suos violenter invadere, equos et alia ex ea extrahere, quosdam canonicos et clericos Tolosanos in cathedrali ecclesia et ipsius claustro ac dicta domo graviter vulnerare, verberibus et aliis diversis afficere injuriis non verentes, et facientes ecclesiasticorum domos cum magna diligentia custodiri, ne per aliquos ad eos possent vite necessaria introduci, de civitate ipsa dictos episcopum et clericos suos compulerunt exire, et, prohibentes ibidem verbum Dei predicari publice vel audiri, de mandato tuo, ut asserbatur ab ipsis, .. priorem et conventum fratrum Predicatorum ex ea per violentiam expulerunt. Tu vero, qui juxta formam predictorum concilii et pacis, ecclesias et viros ecclesiasticos defendere, jura et libertates ipsorum integre conservare, ac ad confundendos hereticos efficax prebere consilium, et eos capientibus certam solvere pecunie quantitatem, nec non magistris Tolose regentibus, usque ad certum tempus, annis singulis exhibere salarium, ac cum pluribus burgensibus et militibus terre tue in Terre Sancte transfretare subsidium juramento prestito tenebaris, salarium ipsum predictis magistris, propter quod prefatum studium dicitur dissolutum, subtrahens, et formas iniquas, statutus nostris et juri contrarias, circa hereticorum inquisitionem ad eorum favorem postulans observari, inquisitionem hereticorum multipliciter impedis, et plures in terra tua hereticos condemnatos publice habitare permittis, et, eis aliunde ad terram ipsam confugientibus securum refugium exhibens, suspectos et difamatos de heresi consiliarios et familiares tecum habens, ipsos ad publica promovere officia [non dubitas, et] in premissis contra dicta statuta vel pacem ac prestitum juramentum venire; et, sicut ex consideratione factorum tuorum conicitur, hereticorum fautorem, receptatorem, defensorem, et eorum fautoribus non veritus te favorem exhibere, super hiis sepe monitus te corrigere non curasti; ex quo plures iniquitatis filii sumentes audaciam, nonnullos sacerdotes et alios viros catholicos, qui zelo fidei persequerentur hereticos, in injuriam divini nominis occiderunt, multi etiam perditionis filii, abnegata fide catholica, se constituerunt hereticos, nonnulli contumelias et dampna gravia ecclesiis, ecclesiasticis ceterisque catholicis viris negotium fidei prosequentibus multipliciter intulerunt; tuque pluries requisitus vindictam justitie noluit in malefactores hujusmodi exercere. Cumque, propter quosdam de predictis et aliis excessibus, in personam tuam et dictos consules, tanquam

hereticorum fautores, venerabiles fratres nostri .. archiepiscopus Narbonensis, .. Carcassonenensis et .. Tolosanus episcopi et dictus frater W[ilhelmus], auctoritate sua et nostra, diversas excommunicationis sententias protulissent, et idem frater sententiam excommunicationis in ipsos a se latam per capellanos ecclesiarum et fratres Minores Tolosanos mandasset diebus dominicis et festivis publice nuntiari, iidem consules, capellanis ipsis, quia firmiter proposuerant hujusmodi mandato parere, ex prefata civitate de nocte violenter expulsis, fratres ipsos, quia juxta formam ejusdem mandati predictas sententias nuntiarunt, exinde atrocibus minis expellere et quosdam ex ipsis verberare usque ad effusionem sanguinis presumpserunt. Quid plura? Tu et consules ipsi, ut divini nominis adversarios et fidei vos exhiberetis catholice inimicos, diversa banna et statuta, vel destitutions potius, edidisse, et ne quis coram inquisitore hereticorum compareret, de fide sua vel alterius responsurus, sub pena rerum et corporum publice inhibuisse et alia plura fecisse dicimini, quibus fidei et pacis status everitur et libertas ecclesiastica enervatur. Cum igitur, quo predicta in majorem attemptata sunt perniciem fidei, eo minus a nobis debent sub silentio preteriri, mandamus quatenus premissa omnia ad mandatum predicti legati per te corrigas et ab eisdem consulibus et aliis hominibus tuis potestate tibi tradita facias emendari, ac in dicte Terre Sancte subsidium cum eisdem burgensibus et militibus in proximo futuro martio non differas te transferre, ibi juxta formam pacis per quinquennium moraturus. Alioquin eidem legato nostris damus litteris in mandatis ut te ac alios predictos ad premissa per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellat, et prefatas sententias in singulis seu legationis ecclesiis, omnibus diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam faciat sollemniter innovari. Dat. Viterbii, IIII kalendas maii, anno decimo. »

3127

Viterbe, 28 avril 1236.

In eundem fere modum scriptum est *eidem legato*, [.. *archiepiscopo Viennensi*], ut praedictum comitem et alios ad praemissa per censuram ecclesiasticam compellat, et ut, dictum studium in ipsa civitate [Tholosana] reformans, confrarias et colligationes alias ubique in eadem legatione omnino dissolvens, statuta et banna fidem et ecclesiasticam enervantia libertatem, in irritum revocans, ac ea ab aliis revocari, et suspectos et difamatos de haeresi a consiliis et officiis

publicis faciendis removeri, contra haereticos, credentes, fautores, receptatores et defensores eorum, exceptis illis qui, culpam suam confessi, haeretica labe penitus abjurata, beneficium absolutionis fuerint canonice assecuti, procedat. Dat. ut supra. — (MOREAU 1191, f. 44 v°; — POTTHAST 10152; — Marcel FOURNIER, *Les Statuts et Privilèges des Universités françaises...*, t. I, p. 443, n° 510.)

3128

Viterbe, 28 avril 1236.

In eundem fere modum scriptum est .. *regi Francie*. Eum hortatur quatenus dictos comitem et consules compellat ut praemissa omnia ad mandatum ejusdem legati per se corrigant et ab aliis faciant emendari. Dat. ut supra. — (MOREAU 1191, f. 45; — cf. Marcel FOURNIER, *Les Statuts et Privilèges des Universités françaises...*, t. I, p. 443.)

3129

Viterbe, 28 avril 1236.

In eundem modum *consultibus Tolosanis*, ut praemissa omnia ad mandatum ejusdem legati per se corrigant et ab aliis faciant emendari; alioquin ipse papa eidem legato mandat ut eos et comitem ac alios praedictos etc., ut supra, in litteris comitis [cf. supra, n° 3126]. Dat. ut supra. — (MOREAU 1191, f. 45; — cf. Marcel FOURNIER, *Les Statuts et Privilèges des Universités françaises...*, t. I, p. 443.)

3130

Viterbe, 28 avril 1236.

In eundem modum *P[etro] de Collemedio, capellano nostro, preposito Sancti Audomari*. Ei mandat quatenus, adjunctis sibi aliquibus praelatis regni Franciae et aliis religiosis viris quos viderit expedire, personaliter ad regem Franciae accedens, eum inducat ad compellendum dictos comitem et consules ut praemissa omnia ad mandatum ejusdem legati per se corrigant et ab aliis faciant emendari. Dat. ut supra. — (MOREAU 1191, f. 45 v°; — cf. Marcel FOURNIER, *Les Statuts et Privilèges des Universités françaises...*, t. I, p. 443.)

3131

Viterbe, 3 mai 1236.

Episcopo Brixiensi indulget ut nullus, exceptis Ecclesiae Romanae legatis, in personam ejus excommunicationis sententiam, sine speciali mandato apostolico, promulget; praesentibus post triennium minime valituris. — (REG. 18, f. 151 v°; ann. X, c. 59.)

« .. *episcopo Brixiensi*. Quia nonnulli potestate —. Dat. Viterbii, V nonas maii. »

3132

Viterbe, 3 mai 1236.

Potestati et communi Tudertinis, — cum perditionis filium Hugolinum Hugolini, quondam ipsorum potestatem, ab officio potestariae juxta mandatum apostolicum ejeissent, et eorum magistro Johanne de Sancto Germano, ipsius papae capellano, qui de mandato apostolico ad ipsorum civitatem accesserat, firmassent propriis juramentis quod eundem Hugolinum in potestatem vel rectorem, seu ad aliquod officium vel administrationem civitatis Tudertinae vel ejus districtus, nunquam resumerent; cum eos insuper praedictus capellanus absolvisset a salario et aliis promissionibus quas eidem H. fecerant pro ejusdem regimine civitatis, ita ut non tenerentur illi satisfacere de damnis et injuriis quae illi, per amotionem a praedicto officio, intulerant, — significat se confirmare quod super his ab ipsis et ab eodem capellano factum fuerat. — (REG. 18, f. 151 v°; ann. X, c. 60.)

« .. *potestati et communi Tudertinis*. Gratum gerimus et —. Dat ut supra. »

3133

Viterbe, 27 avril 1236.

Regi Angliae libertates et immunitates capellis regis a rebus Angliae, ipsius progenitoribus, indultas confirmat. — (REG. 18, f. 152 r°; ann. X, c. 61.)

« .. *illustri regi Anglie*. Suscepti officii cura —. Dat. Viterbii, V kalendas maii, anno decimo. »

3134

Viterbe, 27 avril 1236.

Archiepiscopo et archidiacono Cantuariensibus mandat quatenus Lewelinum, dominum Walliae, qui, contra trenguas veniendo, quosdam nobiles Walenses et Anglicos adversus regem Angliae et regnum ejus commovere nitebatur, et eorum pacem perturbare, ad easdem trenguas observandas compellant; ipsum et omnes perturbatores alios pacis, quotiens opportunum fuerit, usque ad quadriennium, per quod tempus in toto orbe Christiano pro Terrae Sanctae negotio pacem vel firmas trenguas papa mandaverat observari, compescant. — (REG. 18, f. 152 r°; ann. X, c. 62.)

« .. *archiepiscopo et.. archidiacono Cantuariensibus*. Etsi mater Ecclesia —. Dat. ut supra. »

3135

Viterbe, 27 avril 1236.

Praeposito Beverlacensis, Eboracensis dioecesis, et magistris P[etro] de Columna, Carnotensi, et Hugoni, Pisano canonici, Parisius commorantibus, mandat quatenus matrimonium

inter Henricum, regem Anglorum, et Johannam, filiam comitis Pontivensis, contractum nullum esse nuntient. — (REG. 18, f. 152 r°; ann. X, c. 63; — POTTHAST 10149.)

« [...] *preposito Beverlacensi, Eboracensis diocesis, et magistris P. de Columpna, Carnotensi, et Hugoni, Pisano canonice, Parisius commorantibus.* Exultamus in Domino quod, ejus timorem, qui est initium sapientie, carissimus in Christo filius noster Henricus, rex Anglorum illustris, habens pre oculis, libenter, sicut intelleximus et gaudemus, declinat ab hiis que famam maculant et salutis pariunt detrimentum. Unde, cum dudum nobilem mulierem Johannam, natam nobilis viri .. comitis Pontivensis, juraverit ducere in uxorem, cum qua postmodum, destinatis ad ipsam sollempnibus nuntiis, matrimonium, quantum fuit in ipso, contraxit : experto tandem quod eadem ex utroque latere ipsum quarto consanguinitatis gradu contingit, propter quod cum ipsa non poterat sine lesione fame ac anime periculo matrimonium consummare, mutato, cum sapiente, consilio, carissimam in Christo filiam Alienoram, natam nobilis viri .. comitis Provincie, sibi matrimonialiter copulavit. Nos igitur, ad supplicationem ipsius, fame sue in hac parte paterna sollicitudine providere volentes. cum jurisjurandi religio vinculum iniquitatis esse non debeat, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, si vobis constiterit de premissis, auctoritate nostra nuntietis primum matrimonium esse nullum et prefatum regem juramento hujusmodi non teneri —. Dat. ut supra. »

3136

Viterbe, 27 avril 1236.

Episcopo Lincolnensi, ad regis Angliae petitionem, mandat quatenus, — ne Hugo de Patasulle (= Patishall), clericus, thesaurarius regis Angliae, in tantum necessariis eidem regi, sicut idem rex assererat, quod ejus carere presentia sine gravi dispendio non posset, a regio obsequio recedere cogere, si cum oporteret in suis beneficiis personaliter deservire, — patiar beneficia quae idem Hugo in Lincolnensi diocesi obtinebat, dari in firmam; ita tamen quod ecclesiae debitis servitiis non fraudentur, et animarum curam negligi non contingat. — (REG. 18, f. 152 v°; ann. X, c. 64.)

« .. *episcopo Lincolnensi.* Karissimi in Christo —. Dat. ut supra. »

3137

Viterbe, 27 avril 1236.

Regem Scotiae reprehendit quod juramentum regi Angliae

de homagio factum, quo se principaliter adstrinxerat quod in ipsius detrimentum nihil attentaret, non servaverit, eumque hortatur ut praefato regi ea in quibus eidem teneatur, plenius observet. — (REG. 18, f. 152 v°; ann. X, c. 65; — MOREAU 1191, f. 47, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10148.)

« .. *illustri regi Scotie.* Regalis celsitudo requirit —. Dat. ut supra. »

3138

Viterbe, 7 mai 1236.

Regi Franciae scribit non esse unde indignetur, si praecipitur a Sede Apostolica interdictum pro facto ecclesiae Belvacensis a Remensi archiepiscopo prolatum servari, eumque rogat quatenus comitem Tholosanum compellat ut proximo martio in Terrae Sanctae subsidium accedat, et Alfonsum, ipsius regis fratrem, ad regimen terrae praedicti comitis transmittat. — (REG. 18, f. 152 v°; ann. X, c. 66; — MOREAU 1191, f. 49; — cf. *supra*, n° 3058.)

« .. *illustri regi Francie.* A memoria nostra non excidit quantum per incite recordationis reges Francie, predecessores tuos, Ecclesie ac catholice fidei profectus advenerit, quam magnifice Francie regnum, benedictum a Domino, illas, ubicumque potuit, exaltavit. Nam eorum ministerio quandoque Terram Sanctam divina dispositio de manibus Paganorum eripuit, et, Constantinopolitanum Imperium ad obedientiam Ecclesie Romanae reducens. Ecclesiam ipsam illorum studio a multis periculis liberavit; per ipsos etiam pravitatem hereticam fuisse in partibus Albigensibus impugnatam, et alias multa bona, que brevi non possumus elocutione referre, universali Ecclesie, ipsis procurantibus, novimus provenisse; propter quod ut regnum ipsum salutaris status et pacis incrementa suscipiat, et ut excelsior excellentia tua fiat, ferventi desiderio cupimus, et ad id opem et operam, sicut tu ipse in tuis necessitatibus potuisti percipere, quatenus se ipsa offerunt opportuna, prestamus, credentes quod celsitudo tua sinistre de nobis nolit suspicionis argumenta pravorum suggestionem colligere, que in credulitatem sane mentis vis rationis non patitur advenire. Sane, si interdictum pro facto ecclesie Belvacensis a venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Remensi prolatum, servari inter personas nostre jurisdictioni subjectas ab Apostolica Sede praecipitur, non est unde tua serenitas indignetur, quia, cum ob id contra prelatos Remensis provincie, ne illud presumerent violare, a bone memorie .. episcopo Belvacensi ad nos fuerit appellatio interjecta, appellationem ipsam justam invenimus, et ob

hoc irritari quod contra eam attemptatum extitit, cogente justitia, sine tui juris injuria, demandamus. Apostolicis autem litteris per venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Turonensem super libertate ecclesiarum sue provincie impetratis, nec tuam personam ledi nec juri regio credimus in aliquo derogari, quia nequaquam de tuo dispendio, sed honore ac salute potius, agitur, si libertas ecclesiarum per tuos predecessores, a tempore cujus memoria non extat, indulta, nobis precipientibus, observatur. Ceterum, pro certo credentes quod ad exaltationem fidei, pro qua clare memorie L[udovicus], rex Francie, pater tuus, usque ad obitum laboravit, aspires, et de regno tuo hereticos omnino confutari desideres, circa negotium fidei in partibus Albigenisibus illud duximus disponendum, per quod ibidem statum roborari fidei et pravitatem speramus hereticam extirpari. Verum, cum olim, ad instantiam tuam et illustris regine Francie B[lanche], matris tue, nobili viro .. comiti Tolosano duxerimus concedendum ut in terra sua posset aliquanto tempore remanere, et jam negotio pacis et fidei plurimum expedire credatur ut, sicut in pace in illis partibus reformata extitit ordinatum, de cetero se transferat in subsidium Terre Sancte, serenitatem regiam rogandam duximus attentius et hortandam quatenus, dictum comitem quod, omni occasione remota, in proximo martio in predictae Terre succursum accedat, tradita tibi celitus potestate compellens, nobilem virum Ildefonsum, germanum tuum, ad regimen terre, ubi per illum multa Deo placita, multa Ecclesie et fidei utilia credimus proventura, transmittas, ita quod ex hoc propitiationem divinam uberius mercaris, et nos celsitudinem tuam possimus exinde merito commendare. Dat. Viterbii, nonis maii, anno decimo. »

3139

Viterbe, 19 avril 1236.

Majoris Ecclesie Parisiensis et Sancti Germani Autisiodorensis Parisius decanis, nec non et magistro O[doni] de Guerland[a], archidiacono Parisiensi, mandat quatenus causam abbatis conventusque Majoris Monasterii Turonensis et ejusdem monasterii creditorum audiant. — (REG. 18, f. 153 r^o; ann. X, c. 67; — cf. *supra*, n^o 3101.)

« .. Majoris Ecclesie et .. Sancti Germani Autisiodorensis decanis, et magistro O. de Guerland[a], archidiacono Parisiensis[ibus]. Exponente nobis dilecto filio .. abbate Majoris Monasterii Turonensis, in nostra presentia constituto, quod monasterium ipsum gravi premitur onere debitorum, quorum modica in utilitatem ejusdem mo-

nasterii sunt conversa, et diversi creditores, diversas contra eundem abbatem et conventum suum ad diversos iudices litteras apostolicas impetrantes, simul ac semel interdum a diversis eos faciunt malitiose citari, ut, fatigati laboribus et expensis, vel indebita solvere, vel dampnosas pactiones subire cogantur : nos, eis et dicto monasterio paterno compatientes affectu, eisdem usque ad quinquennium duximus indulgendum ut, quamdiu coram vobis, quos de certa scientia deputavimus, parati fuerint jamdictis creditoribus exhibere justitios complementum, non teneantur coram aliis iudicibus respondere, nisi aliquid rationabile ostendatur, propter quod debeant alibi conveniri; nullis litteris obstantibus contra prefatos abbatem et conventum ab ipsis creditoribus a Sede Apostolica impetratis, nisi per eas in commisso negotio sit processum. Ideoque mandamus quatenus, cum super hoc fueritis requisiti, partibus convocatis, audiat causam etc., facientes etc. Testes etc. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, XIII kalendas maii, anno decimo. »

3140

Viterbe, 18 avril 1236.

Abbati et conventui monasterii Casae Dei confirmat litteras a Coelestino [III] papa ad ipsos directas¹ in questione inter ipsos et clerum populunque Montis Pilosi exorta, quibus idem Coelestinus papa statuerat ut ecclesia Montis Pilosi ipsorum monasterio subiceretur ac super repetitione dignitatis pontificalis silentium observaret; inserto sub sua bulla ejusdem epistolae praedicti Coelestini papae tenore. — (REG. 18, f. 153 v^o; ann. X, c. 68.)

« .. abbati et conventui Casae Dei. Cum a nobis —. Dat. Viterbii, XIII kalendas maii, anno decimo. »

3141

Viterbe, 5 mai 1236.

Archiepiscopo Maguntino, petenti an ad consecrationem Warmaciensis electi procedere debeat, mandat quatenus, — cum, ad instantiam Friderici imperatoris, ipse papa Hildehemensi et Ratisponensi episcopis inquisitionem super quibusdam de praefato electo commisisset, nec fuisset in ipsa processum, et idem electus, bonis episcopalibus interim spoliatus, personaliter ad Sedem Apostolicam laborasset, — ne Warmaciensis ecclesia taliter maneat destituta pastore, assumptis duobus vel tribus ecclesiae Maguntinae suffraganeis, eidem electo, si quid canonicum non obstat, munus conse-

1. JAFFÉ-LOEWENFELD 17046 (13 décembre 1193).

crationis impendat. — (REG. 18, f. 151 r^o; ann. X, c. 69; — POTTHAST 10157; — RODENBERG 689.)

« [...] *archiepiscopo Maguntino*. Per litteras tuas —. Dat. Viterbii, III nonas maii, anno decimo. »

3142

Viterbe, 5 mai 1236.

Archiepiscopo Tarantasiensi mandat quatenus, Sedunensis episcopi, ipsius suffraganei, laboribus et aetate contracti et effecti ad exsequendum officium pastoralis impotentis, cessionem recipiens, ei de redditibus episcopalis provideant, unde valeat sustentari. — (REG. 18, f. 154 r^o; ann. X, c. 70; — J. BERNOLLI, *Acta Pontificum helvetica*, t. I, p. 124, n^o 184.)

« .. *archiepiscopo Tarantasiensi*. Presentate nobis littere —. Dat. ut supra. »

3143

Viterbe, 6 mai 1236.

Episcopo Parisiensi mandat quatenus (Guillelmi Burelli, episcopi Abruciensis, ad senium jam deducti et propter incurabilem morbum impotentis effecti ad curam prosequendam pastorem, resignationem recipiat et ei provisionem congruam faciat assignari. — (REG. 18, f. 151 v^o; ann. X, c. 71; — MOREAU 1191, f. 48; — POTTHAST 10158.)

« [...] *episcopo Parisiensi*. Venerabilis frater noster —. Dat. Viterbii, II nonas maii, anno decimo. »

3144

Viterbe, 5 mai 1236.

Nivelloni et Anselmo, quondam Judaeis, nunc vero Christianis, notum facit se eorum personas, et domum quam in civitate Strigoniensi, ad opus suum vel aliorum Judaeorum qui fidem catholicam vel receperant vel sperabantur recepturi, emerant, sub beati Petri et sua protectione suscipere, et statueret ut possessiones quas in iudaismo habuerint, ex licito acquisitas, possint post susceptionem fidei catholicae retinere. — (REG. 18, f. 154 v^o; ann. X, c. 72.)

« *Nivelloni et Anselmo, quondam Judaeis, nunc vero discipulis Ihesu Christi*. Etsi universis que —. Dat. Viterbii, III nonas maii, pontificatus nostri anno decimo. »

3145

[Viterbe?], 6 mai 1236.

S[inibaldo], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbytero

I. Le Registre porte : *Dat. Perusii*; mais c'est là très vraisemblablement une erreur de copie. Le pape Grégoire IX ne pouvait pas avoir quitté des premiers jours de son pontificat (1227) ou même le mai 1236.

cardinali, Marchiae Anagninanae rectori, mandat quatenus provisionem Firmano episcopo ab ipso papa factam, super quibusdam castris et eorum pertinentiis, eidem episcopo student conservare. — (REG. 18, f. 154 v^o; ann. X, c. 73.)

« *Sinibaldo*, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali, Marchie Anagninae rectori. Cum venerabilis frater noster .. Firmanus episcopus vicariis dilecti filii nostri Johannis, tituli Sancte Praxedis presbyteri cardinalis, tunc Marchie Anconitane rectoris, proventus quorundam castrorum, etc. juxta provisionem nostram dilecto filio Rolando, subdiacono et capellano nostro, directam tenere deberet, ac aliorum que, salvis in hiis, proequam in castris Montis Ulmi et Macerate, ipsi episcopo fructibus, proventus in nostris manibus retinenda, usque ad certum terminum duxerit concedendos, et terminus si elapsus : nos, in eum statum quo tempore dictae concessionis fuerat, ipsum episcopo reducentes, devotioni tue mandamus quatenus, amotis inde talibus per te ac nuntios tuos institutis ibidem, provisionem predictam studios inviolabiliter memorato episcopo conservare; jure Romane Ecclesie in omnibus semper salvo. Dat. Perusii, II nonas maii, anno decimo. »

3146

[Viterbe?], 6 mai 1236.

Rectoribus et populis Montis Sancti, Ripae Transonis, Montis Sancti Petri (= Monte San Pietrangeli?), Cructae Azulinae (= Grottazzolina) et Monturani, de eadem re scribens, mandat quatenus de praedictis proventus eurent, sicut antea, eidem episcopo Firmano integrè respondere. — (REG. 18, f. 154 v^o; ann. X, c. 74.)

« *Rectoribus et populis Montis Sancti, Ripae Transonis, Montis Sancti Petri, Cructae Azulinae et Monturani*. Cum venerabilis frater —. Dat. ut supra. »

3147

Viterbe, 28 avril 1236.

Petro dieo Cachepere, rectori ecclesiae de Borleia, Londoniensis diocesis, et nobilibus natalibus oris, qui de parochiali ecclesia de Borleia, obis parochialis, juxta communem aestimationem, centum solidorum sterlingorum valentiam annis singulis non excedant, habere non valent sustentari, in-

blement une erreur de copie. Le pape Grégoire IX ne pouvait pas avoir quitté des premiers jours de son pontificat (1227) ou même le mai 1236.

lulget ut affundat beneficium, etiam curam habens animarum, resistere valeat. — (REG. 18. f. 155 r^o; ann. X. c. 75.)

« *Petro dicto Cachepore, rectori ecclesie de Borteia, Londoniensis diocesis.* Qui sanguine generosi — Dat. Viterbii. IIII kalendas maii. anno decimo. »

3148

Viterbe, 7 mai 1236.

Burgensi, Segobiensi et Salamantino episcopis mandat quatenus, cum lis apud Sedem Apostolicam contestata fuisset super causa primatiæ inter archiepiscopum capitulumque Toletanos, ex parte una. et archiepiscopum capitulumque Compostellanos, ex altera, non obstantibus litteris nuper ad ipsos super eodem negotio impetratis, secundum priorum litterarum contentiam, ipsis Segobiensi et Salamantino episcopis et bonæ memoriæ Legionensi tunc electo directarum, procedant in negotio memorato, ac instructum negotium ad Apostolicam Sedem remittant. — (REG. 18. f. 155 r^o; ann. X. c. 76; — cf. *supra*, n^o 2908.)

« .. *Burgensi. . . Segobiensi et .. Salamantino episcopis.* Cum super causa —. Dat. Viterbii, nonis maii, pontificatus nostri anno decimo. »

3149

Viterbe, 26 avril 1236.

Archiepiscopo Magantino præcipit ut Juvenali Manetti, civi Romano, — qui olim Coloniensi archiepiscopo quandam mutuaverat pecuniæ quantitatem, pro cuius recuperatione diu laboraverat. — redditibus et proventibus mensæ archiepiscopalis Coloniensis collectis, et eidem archiepiscopo competenti provisione taxata, exinde satisfaciat, sicut eidem Magantino ipse papa duxerit injungendum; nonnulla insuper alia mandata de eadem re addit. — (REG. 18. f. 155 r^o; ann. X. c. 77; — *POTHAST* 10146.)

« [...] *archiepiscopo Magantino.* Dilectus filius nobilis —. Dat. Viterbii. VI kalendas maii, anno decimo. »

3150

Viterbe, 7 mai 1236.

Episcopo Pictavensi, abbati Frigidi Montis, Cisterciensis ordinis, Belvacensis diocesis, et priori provinciali ordinis fratrum Predicatorum in Francia mandat quatenus, ad instantiam quorundam de fratribus Grandis Montis, super criminibus contra Heliam Arnaudi, priorem Grandimontensem, propositis, inquirent. — (REG. 18. f. 155 v^o; ann. X. c. 78; — *MOREAU* 1191, f. 51; — *POTHAST* 10159.)

« [...] *episcopo Pictavensi, . . abbati Frigidi Montis. Cisterciensis ordinis, Belvacensis diocesis, et priori provinciali ordinis fratrum Predicatorum in Francia.*

1. Cf. *Gallia christiana*, t. II (1720), col. 652.

terciensis ordinis, Belvacensis diocesis, et [...] priori provinciali ordinis fratrum Predicatorum in Francia. Recententes qualiter Grandimontenses ordo, quasi plantatio dextere Dei excelsi, vitis fructifera et vinea gratiosa, sub primis patribus ordinis pullulavit, et, palmites longe lateque diffundens, suavitatis flores et fructus profuluit honestatis, non condolere ipsi ordini non valeamus. Sicut enim ad nos, fama, immo infamia, referente, pervenit, et dilecti filii Helias Iterii, Matheus, Hugo, Geraldus et Helias de Podio, presbiteri, fratres Grandimontenses, pro se ac sociis suis nobis exponere curaverunt, pro magna parte sancta institutione ordinis destituta, talia in eodem ordine per Helie Arnaldi, prioris eorum, incuriam, seu malitiam potius, committuntur, per que graviter Deus offenditur et fama dicti ordinis apud homines denigratur, quia dictus prior — clericus qui aliquando a Sede Apostolica revertuntur, priusquam eos recipiat, jurare compellit ut contra ipsum aliquid non attemptent et ad eam de cetero non accedant, positus insidiis ad eam accedentibus et revertentibus ab eadem: et, si qui eorum ab excommunicatione aliqua sint per Sedem Apostolicam absoluti, ipse pro excommunicationis nichilominus habet eos, et, absolutionem suam absoluti Sedis Apostolicæ superaddens, illam penitentiam injungit eisdem, que, secundum statuta ordinis, injungi fugitivis et vagantibus in seculo consuevit; ac in generali capitulo, auctoritate, immo temeritate propria, excommunicat omnes venientes ad Sedem Apostolicam et fautores eorum, confingens eos propter hoc fugitivos et fures, qui aliqua de bonis domorum suarum in via sibi necessaria secum portant, cum ipsi, utpote proprium non habentes, alias venire non possent, non absque nostra et Apostolicæ Sedis injuria et contemptu; aliasque adeo gravat multipliciter fratres suos, quod septuaginta et plures clerici ab ordine, suo tempore, recesserunt; et, quamvis super reformanda pace in ordine quidam discreti et providi ejusdem ordinis, de prioris et omnium aliorum assensu, fuerint deputati, de stando ordinationi priore et aliis prestantibus juramentum, ipse ne pax fieret, impedivit, quin potius, turbationis modos excogitans et turbatores in malitia sua fovens, infames et perverse vite homines honestis et Deum timentibus in officiis et administrationibus anteponit; et, non permittens conventum habere sigillum, tot debitis aggravat et obligat monasterium Grandis Montis, quod, suo tempore, totus ordo extitit pluries talliatus et reductus ad nimiam paupertatem; et, si quando domus, propter paupertatem, provisionem impositam sibi solvere nequeunt, altaris ornamenta facit pignori obligari, pos-

sessiones, redditus, et alia que in ultimis decedentium voluntatibus ordini relinquuntur, ac alia bona ordinis nepotibus suis et consanguineis ac aliis illicite conferendo; aliaque multa committit enormia, per que Deum et homines graviter scandalizat. Cum igitur hec relinquere non debeant indiscussa, volentes descendere ac videre utrum premissa sepedictis prior impleverit actione, ac predictos fratres per dilectum filium fratrem R[ainerium], penitentiarium nostrum, absolvi ab excommunicationis sententia juxta formam Ecclesie facientes, mandamus quatenus, ad locum ipsum personaliter accedentes et habentes pre oculis solum Deum, relaxatis excommunicationum sententiis latis a jamdicto priore in clericos ad cautelam, recepta prius ab ipsis sufficienti et idonea cautione, quod, si constiterit eas esse rationabiliter promulgatas, Ecclesie mandato parebunt, restitutisque ipsis ad loca sua a quibus amoti fuerant vel ejecti, ac revocato in statum debitum quicquid post iter arreptum ad Sedem Apostolicam veniendi, inveneritis in eorum prejudicium attemptatum, inquiratis simpliciter et de plano, sine jurgiorum strepitu, super premissis et aliis sollicitè veritatem, et quod canonicum fuerit, salvis privilegiis et statutis Apostolicæ Sedis, appellatione postposita, statuatis, facientes quod statueritis, pro censuram ecclesiasticam, appellatione remota, inviolabiliter observari; ceterum, duobus vel tribus de prefatis clericis, cum non habeant proprium, faciatis expensas ad prosecutionem negotii necessarias de bonis supradicti monasterii ministrari. Contradictores etc. Non obstante si vobis vel vestrum alicui sit indullum, ut inviti non teneamini cognoscere de causis que a Sede Apostolica committuntur. Quod si non omnes — Dat. Viterbii, nonis maii, anno decimo. »

3151

Viterbe, 7 mai 1236.

Priorem et conventum monasterii Sanctæ Mariæ de Waldo, ordinis sancti Benedicti, Beneventanæ diocesis, et bona ejusdem monasterii sub beati Petri et sua protectione suscipit; specialiter ecclesiam Sancti Matthæi, cum hospitaliposito juxta ipsam, quod propriis sumptibus construxerant, et tenimentum quoddam situm in pertinentiis civitatis Dragonariæ (= Dragonara), quod comes Robertus Lorotelli ipso monasterio donaverat, nec non possessiones, vineas, oliveta ac alia bona eorum eis confirmat; ad iudicium autem hujus protectionis, pro predictis ecclesia et hospitali quatuor taren[os] auri Camere apostolicæ annis singulis exsolvent. — (REG. 18, f. 156 r.; ann. X, c. 79.)

« .. priori et conventui monasterii Sancte Marie de

Waldo, ordinis sancti Benedicti, Beneventanæ diocesis. Cum a nobis — Dat. Viterbii, nonis maii, anno decimo. »

3152

Viterbe, 26 avril 1236.

Trecensi episcopo, et Dervensi et Sosmensi abbatibus mandatur quatenus, ad ecclesiam Sancti Lupi Trecensis, in qua, referente ipsius ecclesie abbate, multa committebantur reprehendenda, quæ ipse abbas non poterat per se ipsum corrigere, accedentes, ibidem corrigant et reformati reformanda et corrigenda, ita quod, remotis quos merito viderint amovendos, alios loco eorum institui faciant ibidem, qui velint et valeant in eadem ecclesia devotum impendere famulatum. — (REG. 18, f. 156 r.; ann. X, c. 80; — MOREAU 1191, f. 40.)

« .. Trecensi episcopo, et .. Dervensi et .. Sosmensi abbatibus, Cathalaunensis et Suessionensis diocesium. Ad nostram audientiam — Dat. Viterbii, VI kalendas maii, pontificatus nostri anno decimo. »

3153

Viterbe, 7 mai 1236.

Magistro Trasuundo, canonico Ferrinatini, in Anglia commoranti, mandat quatenus, — cum ipse papa G[ottfridum] de Praefectis, subdiaconum et capellanum suum, in persona Deodati, ejusdem G[ottfridi] nepotis, disciplinis scholasticis iusudantis, gratia speciali prosequi vellet, — eidem D[eodato] in aliquo competenti loco regni Angliæ de beneficio saltem viginti quatuor marcarum argenti provideat, indulgentia quam Anglicis super beneficiis Italicorum papa concesserat, non obstante. — (REG. 18, f. 156 r.; ann. X, c. 81.)

« Magistro Trasuundo, canonico Ferrinat[is], in Anglia commoranti. Dignum arbitramur et — Dat. Viterbii, nonis maii, anno decimo. »

3154

Terni, 23 mai 1236.

Magistrum et fratres hospitalis Sanctæ Mariæ de Davoria, Cantuariensis diocesis, sub beati Petri et sua protectione suscipit, eorum bona, specialiter autem redditus, libertates et immunitates quas Henricus, rex Anglorum, eis concesserat, eis confirmat, eisque significat se inhibere ne locus in quo divino erant mancipati officio, ad usum aliorum quam debillum, infirmorum et pauperum deputetur, vel ad alium statum transferatur. — (REG. 18, f. 156 v.; ann. X, c. 82.)

« .. magistro et fratribus hospitalis Sancte Marie de Davoria, Cantuariensis diocesis. Cum a nobis — Dat. Inte-

ramne. X kalendas junii, pontificatus nostri anno decimo. »

3155

Terni, 23 mai 1236.

Archidiacono Cantuariensi, abbati de Boxleia et magistro Roberto de Sumercot[es], subdiacono suo, de eadem re scribens, mandat quatenus predictos magistrum et fratres non permittant ab aliquibus molestari. — (REG. 18, f. 156 v°; ann. X, c. 83.)

« .. archidiacono Cantuariensi, .. abbati de Boxleia, Cisterciensis ordinis, et magistro Roberto de Sum[er]cot[es], subdiacono nostro. Roffensis et Lincolnensis diocesium. Cum dilectos filios —. Dat. ut supra. »

3156

Terni, 24 mai 1236.

Strigoniensi et Colocensi archiepiscopis et eorum suffraganeis mandat quatenus, — si [Johannes] Assanus, [rex Bulgariae], quem papa monuerat ut, a societate [Johannis] Vatacii, [imperatoris Graecorum Niceni], omnino recedens, ab infestatione Latinorum desisteret, apostolicis mandatis acquiescere non euraerit, — ipsum et omnes in hoc adjuutores et fautores ipsius excommunicent. — (REG. 18, f. 156 v°; ann. X, c. 84; — POTTHAST 10165; — cf. supra, n. 2872-2873.)

« [...] Strigoniensi et [...] Colocensi archiepiscopis et eorum suffraganeis. Cum nobilem virum —. Dat. Inter ramne, VIII kalendas junii, anno decimo. »

3157

Terni, 22 mai 1236.

Sancti Geronis et Sancti Georgii, Coloniensis diocesis, et Pinguensi, Maguntinae diocesis, praepositis mandat quatenus Conrado, canonico Coloniensi, ipsius papae subdiacono, post praeposituram Sanctae Mariae ad Gradus Coloniensis, praeposituram Coloniensem non vacantem concupiscenti, et litibus Conradum, Coloniensem praepositum, fatiganti, kalendas mensis septembris proximo futuri terminum peremptorium praefigant, quo coram papa compareat; diversis mandatis super fructibus ejusdem praepositurae et eodem negotio adjectis. — (REG. 18, f. 156 v°; ann. X, c. 85.)

« .. Sancti Geronis et .. Sancti Georgii, Coloniensis, et .. Pinguensi, Maguntine diocesium, praepositis. Dilectus filius Conradus, praepositus Coloniensis, sua nobis petitione monstravit quod, cum Conradus, subdiaconus noster, canonicus Coloniensis, ad .. decanum, .. cantorem et W., canonicum Limpurgenses, nostras

impetrasset litteras, continentes ut aliquem honorabilem personatum, si quis tunc in civitate vel diocesi Coloniensi vacaret, alioquin quam cito vacare contingeret, sibi auctoritate nostra conferret, contradictores etc., usque : compescendo, et idem subdiaconus postmodum praeposituram ecclesiae Sanctae Mariae ad Gradus, civitatis ejusdem, per electionem canonicorum ejusdem ecclesiae, precedente monitione executorum ipsorum, fuisset adeptus : demum, eadem praepositura et canonicatus Coloniensis ecclesiae non contentus, praeposituram Coloniensem dampnabiliter concupiscens, ab eisdem executoribus, quorum jurisdictio per obtentam gratiam penitus expirarat, Bernero. Majoris Ecclesiae, et C. de Witerk, Sanctae Mariae de Gradibus Coloniensium canonicis, obtinuit demandari ut ei de hujusmodi dignitate, juxta litterarum ipsarum continentiam, provideret. Qui eandem praeposituram Coloniensem, nec de facto nec de jure vacantem, quanquam decanus Coloniensis, nullam super hoc jurisdictionem habens, post appellationem ab ipso praeposito ad Sedem Apostolicam interjectam, denunciasset eam vacare motu propriae voluntatis, pro eo quod dicebat ipsum praepositum minus sufficienter administrare stipendia sibi et aliis canonicis Coloniensis ecclesiae, super quo coram delegatis a nobis iudicibus idem decanus sibi moverat questionem, eodem praeposito nec monito nec citato, pro sua voluntatis arbitrio memorato subdiacono contulerunt, ac postmodum in eundem praepositum, nolentem ad monitionem ipsorum dimittere domum praepositurae jamdicte, de facto excommunicationis sententiam promulgarunt, et [eum] excommunicatum fecerunt publice nuntiari. Idemque subdiaconus, ad impugnandum eundem, quasdam a nobis contra ipsum super eadem praepositura in communi forma litteras impetravit, in quibus se praepositum et eum simplicem clericum nominavit, de premissis non habita mentione. Quare nos postmodum, eidem praeposito, in nostra olim presentia constituto, super tanto gravamine providentes, dictam excommunicationis sententiam, et si qua alia postquam iter arripuit ad Sedem Apostolicam venienti, occasione habita ex premissis, in ipsum extitit promulgata, ab eodem juratoria cautione recepta, quod Ecclesiae mandato pareret, si constaret eam juste prolatam, relaxari fecimus ad cautelam; dantes .. cantori Treverensi nostris litteris in mandatis, ut in statum pristinum revocaret quicquid contra eum post iter arreptum super eadem praepositura ejusque pertinentiis inveniret attemptatum, et si, post dictam appellationem, eundem praepositum sibi spoliatum esse constaret, amoto ab ea quolibet detentore, ac ipso praeposito

restituto, postmodum quod superesset questionis audiret. Præterea nos nichilominus, per alias litteras declarantes quod intentionis nostre non erat eundem, post eandem preposituram Sanctæ Mariæ de Gradibus, preposituram aliam obtinere, mandavimus quod dictus cantor, cum faciens illa esse contentum, quicquid citra aliam pro ipso inveniret, litterarum ipsarum occasione, presumptum, decerneret irritum et inane. Sed dictus cantor, consanguineus partis alterius, per litteras nostras non ad justitiam, quin potius ad insaniam concitate, sibi et eidem preposito diversas inferentis ¹ injurias et jacturas, in ipso negotio procedere non potuit, sed illud ad nostri limam examinis destinavit. Quare nos, de spoliatione hujusmodi multorum fide dignorum litteris et assertionibus informati, pati nolentes quod idem prepositus, pro quo, multis mirantibus tam temere ac enormiter fatigato, apud nos et antiqua conversationis sue notitia et plurimum Teutonicæ principum laudabilia testimonia intercedunt, ejusdem canonici, super hiis, ut dicitur, de loricæ potius quam de justitiæ confidentis, consuetis angustis tribuitur, presertim cum idem canonicus, aliquibus ex capitulo Coloniensi sibi prestantibus in hac parte favorem, ad equitatis amplectum inflexibilis videatur, mandamus quatenus, nullis litteris obstantibus ab alterutra partium super hoc a Sede Apostolica impetratis, kalendas mensis septembris proximo futuri sibi ² terminum peremptorium prefigatis, in quo personaliter compareat, nobis facturus et recepturus quod ordo dictaverit rationis. Interim autem ejusdem prepositure fructus, quoad illam partem quam canonicus memoratus detinet, fideliter colligi et in sequestro servari, usque ad nostre voluntatis beneplacitum, faciatis, summa tamen quinquaginta marcarum excepta, quam venerabilis frater noster .. archiepiscopus Maguntinus sepedicto preposito pro expensis suis de jamdicta parte auctoritate nostra fecit, ut dicitur, assignari. Quod si contra hoc idem canonicus venire presumpserit, ipsum per suspensionis et excommunicationis sententias compellatis, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis; proviso ut capitulo Coloniensi prebende de partis ejusdem fructibus medio tempore ministrentur. Ceterum executoribus memoratis firmiter inhibere curetis, ut se de hujusmodi causa intrromittere ulterius non presumant, decernentes irritum et inane, si forte super hiis de cetero aliquid attemptabunt. Non ob-

stante constitutione de *Qualitas illius potius de concilio generali*. Quod autem super hiis duxeritis faciendum, nobis fideliter rescribatis. Quod si non omnes etc. Dat. Interamne. XI kalendas junii, anno decimo. »

3158

Terni, 27 mai 1236.

Alfonso, fratri Ludovici, regis Franciæ, cum quo Sedes Apostolica dispensaverat ut matrimonium cum Johanna, filia comitis Tholiani, quam tertia linea consanguinitatis attingebat, posset contrahere, et ad cuius tandem notitiam pervenerat quod ibidem, ex altera parte, in quarto gradu consanguinitatis attingebat, indulget quatenus cum ea, non obstante gradu prædicto, matrimonium contrahere valeat. — (Reg. 18, f. 157 v^o; ann. X, c. 86.)

« *Nobili viro Alfonso, fratri carissimi in Christo filii nostri L. Franciæ regis illustris*. Ex parte tua —. Dat. Interamne. VI kalendas junii, anno decimo. »

3159

Viterbe, 6 mai 1236.

Archiepiscopo Bracharensi, memorata epistola supra sub numero 3114 notata (ann. X, c. 49), mandat quatenus faciat fieri de Ulxbonensis ecclesiæ bonis episcopalibus, mobilibus et immobilibus, duo inventaria et reduci ea in publica instrumenta, quorum unum ipse retineat, reliquum Sedi Apostolicæ sub sigillo suo transmissurus. — (Reg. 18, f. 157 v^o; ann. X, c. 87.)

« .. archiepiscopo Bracharensi. Dilecto illi Stephano —. Dat. Viterbii, II nonas maii, anno decimo. »

3160

Terni, 30 mai 1236.

Episcopo quondam Mutinensi, paenitentiarîo suo, Apostolicæ Sedis legato. — Intellecto quod tantum de Prusiciæ partibus Christiano dominio esset subjugatum, ut ibidem possent limitari dioceses et episcopi institui, — concedit ut, de consilio et assensu præceptoris et fratrum hospitalis Sanctæ Mariæ Theutonicorum in partibus illis morantium, in eisdem partibus limitare dioceses et tres de fratribus ordinis Prædicatorum dumtaxat ibidem instituire valeat, ac eodem, adscito canonico episcoporum numero, consecrare. — (Reg. 18, f. 158 r^o; ann. X, c. 88; — MOREAU 1191, f. 59, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10173; — RODENBERG 690.)

« .. episcopo quondam Mutinensi, paenitentiarîo nostro, Apostolicæ Sedis legato. Cum exultatione spiritus —. Dat. Interamne, III kalendas junii, anno decimo. »

1. Ms. : inferentibus.

2. C'est-à-dire : eidem canonico, Sanctæ Mariæ ad Gradus præposito.

3161

Terni, 26 mai 1236.

Episcopo Parmensi mandat quatenus Manfredum Martini de Mazano, Fridericum et Florium, monachos monasterii Sanctae Euphemie Brixienensis, ordinis sancti Benedicti, in ipsorum abbatem rebelles, ab eodem monasterio amoveat et in alia monasteria ejusdem ordinis, ad paenitentiam ibidem agendam, transferat; ipsos ut bona ablata praefato monasterio restituant et de dampnis et injuriis abbati irrogatis eidem satisfaciant, compellat. — (REG. 18, f. 158 r°; ann. X. c. 89; — cf. *supra*, n° 2900.)

« .. *episcopo Parmensi*. Inaudita Manfredi Martini de Mazano, Frederici et Florii, monachorum monasterii Sanctae Euphemie Brixienensis, ordinis sancti Benedicti, insolentia nostrum graviter perturbavit auditum. Nam cum, sicut .. procurator .. abbas ejusdem monasterii sua nobis insinuatione monstravit, idem olim per venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Brixiensem, cui, monasterio predicto vacante, ejusdem loci conventus providendi eis de pastore contulerat potestatem, in abbatem ipsius monasterii canonicè institutus et tam spiritualium quam temporalium ejusdem extiterit administrationem adeptus: tandem, dictorum monachorum, qui, demoniaca pravitate repleti, ejus qui de celo cecidit, sequi vestigia, labi in primi parentis inobedientiam et contra ipsum abbatem erigere calcaneum minime timuerunt, malitia faciente, inibi abbas exercere officium vetitus et prefata fuit administratione privatus. Et, licet pro eo quod, dicto abbati obedire nolentes, non permittebant eundem in predicto monasterio pacifice ministrare, tam per dictum episcopum quam per venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Pergamensem et suos conjudices ac alios delegatos a nobis, pluries fuerint excommunicationis vinculo innodati, nondum tamen potuit eorum malitia aliquatenus emolliiri, sed, de malo in deterius cotidie corruentes, et maledictionem bibentes ut aquam, predictas excommunicationis sententias penitus vilipendunt. Ceterum iidem, pluries de mandato nostro citati, ut propter hoc apostolico se conspectui presentarent, quanquam eidem abbati per dictum episcopum Pergamensem et suos conjudices auctoritate nostra administratione ipsius monasterii reddita justitia fuerit mediante, id tamen facere contumaciter renuentes et in consuetas persistentes malitia, quorundam secularium suffulti potentia, bona ipsius monasterii dilapidant, ac, tenentes idem monasterium occupatum, diversos ibidem, non sine offensa Domini nominis, excessus committunt et scelera, per que praefatum monasterium gravem in spiritualibus et temporalibus dissolutionem

patitur. et grande aliorum ibidem habitantium scandalum generatur. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, praefatos monachos ab eodem monasterio amovens et inducens eos in aliis monasteriis ejusdem ordinis, ad penitentiam peragendam ibidem, ipsos ut bona ablata praefato monasterio restituant et de dampnis et injuriis abbati irrogatis eidem satisfaciant, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas, et dictum abbatem pacifica facias praefati monasterii possessione gaudere, invocato ad dictorum monachorum insolentiam compescendam, si necesse fuerit, auxilium brachii secularis. Contradictores esse. — Dat. Interamne, VII kalendas junii, anno decimo. »

3162

Terni, 28 mai 1236.

Archiepiscopo Narbonensi mandat quatenus senescallum Bellicadri et alios balivos regis Francorum, pedagium Sanctae Crucis, nec non quaedam castra et villas comitatus Melgorii et Montis Ferrandi, quem Sedes Apostolica episcopo Magalonensi sub annuo censu commiserat, occupantes, compellat ut ea restituant et de dampnis satisfaciant. — (REG. 18, f. 158 r°; ann. X. c. 90; — MOREAU 1191, f. 55.)

« .. *archiepiscopo Narbonensi*. Venerabilis frater noster .. Magalonensis episcopus per suas nobis litteras intimavit quod .. senescallus Bellicadri et alii balivi carissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Francie, iniquitatem ex preconcepta malitia parientes, pedagium Sancte Crucis, nec non castra quaedam et villas comitatus Melgorii et Montis Ferrandi, quem custodie ipsius episcopi sub annuo censu duximus committendum, per violentiam occupant eaque detinere presumunt, in injuriam Romane Ecclesie et Magalonensis ecclesie lesionem. Et licet a te ac venerabili fratre nostro .. Viennensi archiepiscopo, Apostolice Sedis legato, et nonnullis aliis ecclesiarum prelatibus super hoc moniti fuerint diligenter, nondum tamen potuerunt ad emendationem induci, sed, peccata peccatis addentes, bona comitatus ipsius destruere non desistunt. Quia vero nos, qui aliis volumus sua jura servari, propria negligere non debemus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus senescallum et balivos eosdem ut occupata cum integritate restituant et de dampnis satisfaciant competenter —, compellas. Dat. Interamne, V kalendas junii, anno decimo. »

3163

Terni, 30 mai 1236.

Hugoni, abbati Majoris Monasterii Turonensis, significat se, — licet praesentatam sibi postulationem, qua prior et conventus Cluniacenses de ipso H. unanimiter celebraverant, examinatam, sicut convenit, diligenter, non duxisset, prout contra canones attentatam, admittendam, quia tamen Cluniacensis ecclesiae, specialiter inter ceteras a Sede Apostolica dilectae, exaltatio per ipsius H. ministerium expectabatur, — ipsum H., a vinculo Majoris Monasterii absolutum, eisdem priori et conventui Cluniacensibus concessisse; ei mandat quatenus conventum Majoris Monasterii moneat ut sibi per electionem canonicam, infra terminum ab ipso H. eisdem praefigendum, provideant, cum ipsius H. consilio, de persona idonea in pastorem; alioquin ipse H. de persona ea illis provideat et faciat eisdem munus benedictionis impendi. — (REG. 18, f. 158 v°; ann. X, c. 91.)

« Hugoni, abbati Majoris Monasterii Turonensis. Boni patrisfamilias qui —. Dat. Interamne, III kalendas junii, anno decimo. »

3164

Terni, 2 juin 1236.

Perae, Transmannae, Florae de Lambre, Palmeriae, Aldebrandinae, Boncomandae, Gislae, Perae, Bellefanteae, Alloriteae, Audibeneae et matri ejus¹, mulieribus Perusinis, confirmat concessionem eis factam ab abbate et conventu monasterii Sancti Salvatoris de Monte Acuto, Cisterciensis ordinis, de ecclesia Sanctae Julianae, ad ipsos pleno jure spectanti, ad construendum ibi ejusdem ordinis coenobium. — (REG. 18, f. 158 v°; ann. X, c. 92; — POTTHAST 10174.)

« Pere, Transmanne², Flore de Lambre, Palmerie³, Aldebrandine, Boncomande⁴, Gisle, Pere, Bellefante⁵, Allorite, Audibene et matri ejus, mulieribus Perusinis. Gaudeamus in Domino —. Dat. Interamne, IIII nonas junii, anno decimo. »

1. POTTHAST imprime, d'après MARIQUE, *Annales Cisterciensium*, IV, 517 : « Perae Transmadae, Florae de Lambre, Palmerae Aldrovandinae, Boicomandae Gisae, Perae de Bellefonte, Allorite Andivenae et matri ejus... » — Il faut peut-être, pour les deux derniers mots, interpréter : *Alloriteae Audibene*, Audibene étant alors un nom de famille.

2. Sic dans la manchette ou rubricelle; dans la rubrique : *Transmande*. Il faut peut-être lire *Transmunde*.

3. Sic dans la manchette ou rubricelle; dans la rubrique : *Palmerae*.

4. Sic dans la manchette ou rubricelle; dans la rubrique : *Boncommande*.

5. La leçon *Pere de Bellefonte*, donnée par MARIQUE (cf. plus haut), semble préférable.

3165

Terni, 29 mai 1236.

Episcopo Parisiensi et abbati Sancti Victoris Parisiensis mandat quatenus de operibus et miraculis factis Johannis de Monte Mirabili, monachi monasterii Longi Pontis, inquirent, et depositiones testium fideliter conservent, donec super hoc Sedis Apostolicae beneplacitum receperint. — (REG. 18, f. 159 r°; ann. X, c. 93; — MOREAU 1191, f. 57; — POTTHAST 10171.)

« [...] episcopo et... abbati Sancti Victoris Parisien[sibus]. Mirabilis Deus in —. Sicut enim dicitur filii [...] abbas et conventus monasterii Longipontis, Cisterciensis ordinis. Suessionensis diocesis, suis nobis litteris intimarunt, Dominus tantum pie memorie fratri Johanni de Montemirabili, monacho ejusdem monasterii, contulit gloriam, quod sepulchrum ejus tot et tantis dat coruscare miraculis, ut inter alios sanctos — ipsi non invocari suffragia est indignum. Quare nobis humiliter supplicarunt ut super miraculis que per eum Dominus operatur, testimonia recipi faceremus. Verum, quia in tam sancto negotio non est nisi maturitate et gravitate previa procedendum, de circumspectione vestra plenam in Domino fiduciam obtinentes, discretionis vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, acitis vobis viris religiosiis et Deum timentibus, de virtute morum et veritate signorum, operibus videat et miraculis, diligentissime inquirentes, depositiones testium receptorum tamdiu sub sigillis vestris inclusas fideliter conservetis, quousque super hoc nostre receptoris beneplacitum voluntatis. Dat. Interamne, IIII kalendas junii, anno decimo. »

3166

Terni, 28 mai 1236.

De Hemme[n]rode (= Himmerod), Trevirensis diocesis, et de Villario (= Villers-Bettmach), Metensis dioecesis, abbatibus, Cisterciensis ordinis, — cum Trevirensis archiepiscopus a Sede Apostolica postulasset ut sibi, cuius dioecesis erat diffusa, concederetur facultas novum episcopatum creandi in monasterio de Prunia (= Prümia, = Prüm), ejusdem diocesis, et ibidem instituendi episcopum, — mandat quatenus inquirent si locus episcopali sedi aptus existat et ita sufficientes habeat facultates, quod nomen episcopale ibi videri non contingat; relationem eorum quae invenerint, ipsi papae transmittant. — (REG. 18, f. 159 r°; ann. X, c. 94; — POTTHAST 10170.)

« [...] de Hemmerod. et... de Villario abbatibus, Cisterciensis ordinis, Treverensis et Metensis dioecesium. Venerabilis frater noster —. Dat. Interamne, V kalendas junii, anno decimo. »

3167

Terni, 30 mai 1236.

Abbati monasterii Sancti Facundi, ordinis sancti Benedicti, Legionensis diocesis, indulget ut, — cum a Sede Apostolica esset concessum ut abbates ejusdem monasterii, ad Romanam Ecclesiam nullo pertinentis mediante, episcopaliibus uterentur insignibus, et tanquam episcopi sollempniter benedicerent, — ei et ejus successoribus liceat ejusdem monasterii indumenta sacerdotalia benedicere, ac monachos et clericos saeculares monasterio ipsi pleno jure subjectos, usque ad acolitatus ordinem promovere. — (Reg. 18, f. 159 v°; ann. X, c. 95.)

« .. abbati monasterii Sancti Facundi, ordinis sancti Benedicti, Legionensis diocesis. Apostolice Sedis benignitas. — Dat. Interamne, III kalendas junii, anno decimo. »

3168

Terni, 2 juin 1236.

Abbatissae et monialibus monasterii Sancti Johannis de Pipia Cremonensis, — cum frater Stephanus, prior fratrum Praedicatorum in Lombardia, cui ipse papa visitationem ejusdem monasterii, maxime in spiritualibus deformati, commiserat, ipsas abbatissam et moniales, prius in monasterio Boscelli, Cremonensis diocesis, loco nimis inepto, positas, et summae egestatis, ad illud monasterium Sancti Johannis, cum nulla spes superesset quod idem monasterium in suo posset ordine reformari, et moniales in eo degentes inde remotae fuissent, transtulisset, et ipsas ibidem substituisset prioribus monialibus, quarum plures ipsarum habitum et ordinem sumpserant, cumque inde factum fuisset quod, ubi prius octo moniales in paupertate et miseria vivere consueverant, nunc quinquaginta fere habitabant, — significat se quod ab eodem Stephano in hac parte factum fuerat, confirmare. — (Reg. 18, f. 159 v°; ann. X, c. 96.)

« .. abbatissae et monialibus monasterii Sancti Johannis de Pipia Cremon[ensis]. Quoniam scriptum est —. Dat. Interamne, III nonas junii, anno decimo. »

3169

Terni, 30 mai 1236.

Abbati Sancti Stephani Bononiensis, magistro Zuwen., archipresbytero Bononiensi, et Raymundo de Villaquesio, canonico Magalonensi, Bononiae commoranti, mandat quatenus, — cum, ecclesia Polensi pastore destituta, capitulum Polense archidiaconum Polensem, in minoribus constitutum ordinibus, in suum episcopum voto unanimi postulassent, et, patriarchae Aquilegensis, cui jure metropolitano ecclesia dicta suberat, postulationem suam praesentantes, ipsam admitti humiliter petissent, et denique, eodem patriarcha id

efficere non curante, eundem archidiaconum, tempore statuto in subdiaconum promotum, in patrem suum et episcopum elegisset; — cum vero praefatus patriarcha B., praepositum Concordiensem, in episcopum ejusdem ecclesiae Polensis elegisset; propter quod praefatum capitulum Polense, asserentes suam ecclesiam magnam sustinere in spiritualibus et temporalibus laesionem, litteras apostolicas ad episcopum Castellannum et suos conjudices impetrarant, continentes ut de modo electionum, studiis eligentium et electorum meritis inquirerent; — cumque, iisdem judicibus quamdam exceptionem procuratoris praedicti B. admittere denegantibus, idem B. audientiam apostolicam appellasset, et praefati judices idem negotium ad Sedem Apostolicam transmississent, — in causa procedant et eam sufficienter instruatam ad Sedem Apostolicam remittant. — (Reg. 18, f. 159 v°; ann. X, c. 97.)

« .. abbati Sancti Stephani et magistro Zuwen., archipresbytero Bononiens[ibus], et Raymundo de Villaquesio, canonico Magalonensi, Bononiae commoranti. Ex parte dilectorum —. Dat. Interamne, III kalendas junii, anno decimo. »

3170

Terni, 29 mai 1236.

Magistro Johanni de Benevento, decano Patracensi, significat se inhibere ne quis, praeter Romanum Pontificem aut legatum Sedis Apostolicae de latere papae destinatum, praesumat in eum, paratum coram papa vel alio competenti iudice stare juri, absque manifesta ac rationabili causa, suspensionis, interdieti vel excommunicationis sententiarum promulgare. — (Reg. 18, f. 160 r°; ann. X, c. 98.)

« Magistro Johanni de Benevento, decano Patracensi. Etsi libenter petentibus —. Dat. Interamne, III kalendas junii, anno decimo. »

3171

Terni, 23 mai 1236.

Magistro Roberto de Sumercoates, subdiacono suo, indulget ut nunc beneficium canonice sibi oblatum, et si curam habeat animarum, praeter ecclesiam parochialem de Castro, similem curam habentem, quam ex provisione ipsius papae receperat, et annuum pensionem, quam in ecclesia de Croindenn. (= Croydon) obtinebat, quae, maxime propter hospitalitatem secundum patriae morem servandam, ei non sufficiebant, possit recipere et cum prioribus recipere. — (Reg. 18, f. 160 r°; ann. X, c. 99; — cf. *supra*, n° 946.)

« Magistro Roberto de Sumercoates, subdiacono nostro. Licet statutum fuerit —. Dat. Interamne, X kalendas junii, anno decimo. »

3172

Terni, 1 juin 1236.

Ministro et fratribus ordinis Minorum significat se statuisse et ut positi in probatione novitii, ante susceptum religionis habitum qui dari profitentibus consuevit, seu ante professionem emissam, ad statum pristinum redire possint libere infra annum; et, ad omnem ambiguitatem penitus amovendam, cum in quibusdam locis religiosi novitiorum habitus non distinguatur ab habitu professorum, professionis tempore beneficentur vestes que profitentibus conceduntur, ut novitiorum ac professorum habitus discernatur; quocirca inhibet ne ad suspensionem ipsorum ordinis ante professionem aliquem obligent, vel infra probationis spatium quemquam facto vel verbo ad profitandum vel ad renuntiandum de necessitate sacculo inducant, nec constitutum in probatione novitium aliquatenus impediatur quominus infra tempus probationis ad aliam religionem quam maluerit, transeat. — (REG. 18, f. 160 v°; ann. X, c. 100.)

« .. ministro et fratribus ordinis Minorum. Non solum in —. Dat. Interamne, II nonas junii, anno decimo. »

3173. — In eundem fere modum .. magistro et fratribus ordinis fratrum Predicatorum.

3174

Terni, 5 juin 1236.

Episcopo Elnensi inhibet ne magistro et fratribus domus militie Templi in Provincia super nullis et roneis eis in testamento legatis injurietur. — (REG. 18, f. 160 v°; ann. X, c. 101; — MOREAU 1191, f. 62.)

« .. episcopo Elnensi. Dilecti filii .. magister et fratres domus militie Templi in Provincia sua nobis petitione monstrarunt quod, cum eis a Sede Apostolica sit indultum ut de armis et equis que ipsis a fidelibus in ultima voluntate legantur, nullus quicquam ab eis exigere vel extorquere presumat, tu super nullis et roneis qui eis in testamento legantur, injuriaris eisdem, presertim cum, sicut asseris, illos a longis retro temporibus sint percipere consueti. Quia igitur predictis fratribus, pro defensione Terre Sancte exercitio militari vacantibus, roneis et nulli pro ipsorum armis aliisque necessariis deferendis sunt plurimum opportuni, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus ab injuriis hujusmodi penitus conquescas. Alioquin venerabili fratri nostro .. episcopo Agathensi, et dilectis filiis .. abbati et .. priori Pontis Frigidii, Narbonensis diocesis, damus nostris litteris in mandatis ut te ab ipsorum injuriis super hoc, autoritate nostra, ap-

GRÉGOIRE IX, t. II.

pellatione tenentibus, compescant. Dat. Interamne, nonis junii, anno decimo. »

3175

Terni, 5 juin 1236.

« Scriptum est vobis (.. episcopo Agathensi, et .. abbati et .. priori Pontis Frigidii, Narbonensis diocesis), super hoc. Dat. ut supra. »

3176

Terni, 6 juin 1236.

Episcopo Hildesemensi concedit ut cum duobus vel tribus ex canonicis Hildesemensibus quos viderit digniores, dispenset quod plura beneficia, quorum redditus tenuos existebant, retinere valeant. — (REG. 18, f. 161 r°; ann. X, c. 102.)

« .. episcopo Hildesemensi. Lecta coram nobis tua petitio continet quod, cum in ecclesia Hildesemensi multa sint beneficia curam habentia animarum, quorum tamen redditus adeo tenues et exiles existunt, quod ex uno illorum unus canonicus vix valeat sustentari, bone memorie predecessores tui duo vel plura ex ipsis quandoque uni canonico contulerunt. Verum, cum, sicut asseris, hiis temporibus idem fieri necessitas multa compellat, presertim quia quidam ex canonicis Hildesemensibus, nolentes duo simul onera, videlicet animarum curam et paupertatis sarcinam, comportare, recusant sub talibus beneficiis deservire, nisi cum eis super illorum pluribus que tua vel predecessorum tuorum concessione obtinent, per Sedem Apostolicam dispensetur, presentium tibi auctoritate concedimus ut cum duobus vel tribus ex canonicis memoratis, quos tali gratia videris digniores, quod beneficia sic obtenta libere retinere valeant, dispenses, prout, secundum Deum, utilitati ipsius ecclesie videris expedire. Dat. Interamne, VIII idus junii, anno decimo. »

3177

Terni, 10 juin 1236.

Friderico imperatori nuntiat se, ad pacem promovendam in Lombardia, [Jacobum], Praenestinum episcopum, illic destinasse, ipsius vero imperatoris petitionem de dirigendo ad eandem partes [Alberto], patriarcha Antiocheno, exaudire non potuisse; cum monet quatenus [Hermannum], magistrum Theutonicorum, pro concordia reformanda sine dilatione ad Sedem Apostolicam transmittat. — (REG. 18, f. 161 r°; ann. X, c. 103; — MOREAU 1191, f. 64; *ibid.*, f. 70; — POTTHAST 10184; — RODENBERG 691.)

« Friderico, Romanorum imperatori semper auguste,

Jerusalem et Sicilia reg. Ulthari. Accedentem ad Sedem — Dat. Interamne. IIII idus junii, anno decimo.

3178

Terni, 10 juin 1236.

[Hermannus] magistro hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum, qui ipsi papae pluries in litteris suis suggesserat ne contra Fridericum imperatorem ipse papa procederet, scribit se mirari, et nescire unde talia suscipitur; eique eadem exponens quae imperatori in praecedenti epistola, mandat quatenus ad ipsius praesentiam venire non postponat. — (REG. 18, f. 161 v°; ann. X, c. 104; — POTTHAST, t. II, p. 2107, *Add. I*, 10181; — RODENBERG 692.)

« [...] *magistro hospitalis Sancte Marie Teutonicorum.* Ab arbore ficī —. Dat. ut supra. »

3179

Terni, 10 juin 1236.

Aquilegensis et Gradensem patriarchas, Mediolanensem, Ravennensem et Januensem archiepiscopos, eorumque suffraganeos, ac Papiensem, Placentinum et Ferrariensem episcopos, et abbates, priores, decanos, archidiaconos, archipresbyteros, praepositos et alios ecclesiarum praelatos per eorum civitates et dioceses constitutos rogat et hortatur quatenus [Jacobum], Praenestinum episcopum, Apostolicae Sedis legatum, ad eos pro incremento libertatis ecclesiasticae, statu Imperii, et praecipue Lombardiae, Marchiae Tervisinae et Romaniolae reformando, pravitate haeretica abolenda et negotio Terrae Sanctae procurando, missum, devote recipiant. — (REG. 18, f. 161 v°; ann. X, c. 105; — MOREAU 1191, f. 66; cf. *ibid.*, f. 71; — cf. POTTHAST, t. II, p. 2107, *Add. I*, 10181; — RODENBERG 693, I.)

« [...] *Aquilegensis et [...] Gradensis patriarchis, ... Mediolanensi. ... Raennal[is] et [...] Januensi archiepiscopis, eorumque suffraganeis, ac ... Papiensi, ... Placentino et ... Ferrariensi episcopis, et abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbiteris, prepositis et aliis ecclesiarum praelatis per eorum civitates et dioceses constitutis.* Nescit circa filios —. Dat. Interamne. IIII idus junii, anno decimo. »

3180

Terni, 10 juin 1236.

Comitibus, marchionibus, potestatibus, consiliis et com-

1. Avec la date *II nonas junii* (= 4 juin), d'après HULLIARD-BRÉHOLLES, *Hist. diplom. Frtd.* II, IV, II, 871, note.

unitatibus per Lombardiam, Marchiam Tervisinae et Romaniolam constitutis similiter scribit, mutatis mutandis. — (REG. 18, f. 162 v°; ann. X, c. 106; — MOREAU 1191, f. 69; — cf. POTTHAST, t. II, p. 2107, *Add. I*, 10181; — RODENBERG 693, II.)

« *Comitibus, marchionibus, potestatibus, consiliis et communitatibus per Lombardiam, Marchiam Tervisinae et Romaniolam constitutis.* Patris eterni filius —. Dat. ut supra. »

3181

Spire, 16 avril 1236.

Fridericus, Romanorum imperator, Gregorio IX papae ad ejus querelas respondet¹: si in regno Siciliae ab ecclesiis et personis ecclesiasticis debita curiae suae deponat, si demania sua ad fiscalia revocet, si cum locis venerabilibus permittet, si jus electionum progenitoribus suis debitum reservet, se nulli facere injuriam, sed jure suo uti; injurias in quas interdum officiales sui, nimio zelo accensi, prolabantur, sibi imputari non debere, et gratissimum sibi esse, quod per [Hermannum], magistrum Theutonicorum, apud Sedem Apostolicam existentem, iisdem injunctum sit; eo quod Sarraenos, e montibus Siciliae remotos, in media Christianorum planitie collocaverit², et huic insulae utilitatem se attulisse, et id effecisse ut jam tertia pars eorum ad fidem catholicam reducta sit; quod papa contra Veronenses ad excommunicationis sententiam procedere velit, se in hoc honorem Ecclesiae non videre, cum nonnulli sint qui ipsum papam hanc civitatem, sub praetextu petitionis obsidum, societati Lombardiae aggregare velle arbitrantur; denique, de negotio regni Cypri et [Geroldi], patriarchae Hierosolymitani, se responsurum promittit, cum in Italiam reversus sit. — (REG. 18, f. 162 v°; ann. X, c. 107; — MOREAU 1191, f. 31; — BÖHMNER-FICKER, *Regesta Imperii*, t. V (*Regesta Friderici II*), n° 2149; — cf. RODENBERG 686.)

« *Littere imperatoris ad papam.* Sanctissimo —. Preterita nostre sinceritatis —. Dat. apud Spiream, XVI april[is], VIII[us] ind[ictione]. »

3182

Terni, 9 juin 1236.

Abbatī Maceriarum, et Bituricensi Eluensique intendit mandat quatenus de nefandis actibus P., pro abbate monasterii Divionensis se gerentis, de nece [Arrengerii], quondam Ragusensis archiepiscopi, et familiae ejus infamati, nec non

1. Cf. *supra*, n° 2986 (ann. IX, c. 398).

2. Cf. *supra*, n° 978 (ann. VI, c. 184).

et falsorum privilegiorum fabricatoris, inquirent. — (REG. 18, f. 163 v°; ann. X, c. 108.)

« [...] *abbati Maceriarum, Cisterciensis ordinis, Cabilonensis diocesis. . . Bituricensis et . . . Eduensis decanis.* Desperatione videtur absortus P. qui pro monasterii Divionensis abbate se gerit, fedusque cum eterno interitu pepegisse. Ut enim relatum est auribus nostris, idem, impudicis factis et verbis totaliter diffuens, ausus est, ponendo in celum os suum¹, prophana ejus labia in Ecclesie Romane contumeliam relaxare, ac de consuetudine oris maledicti multa stulta proferre, que non immerito plurimos scandalizant. Insuper apud bonos et graves de nece quondam . . . Ragusensis archiepiscopi ac familie sue graviter est et publice diffamatus. Contigit siquidem, vacante monasterio supradicto, quod, facta electione de persona predicti abbatis, et quibusdam canonicis monasterii memorati et in quibusdam aliis² eorum canonicis illic eundem archiepiscopum adducuntibus, ut loco abbatis inibi remaneret, ipse ac ejus socii et familia subito quadam nocte de medio sunt sublatti, ita quod postmodum nullus comparuit eorundem, sed infra paucos dies in quodam gurgite fuit quidam mortuus et exoriatius inventus: super cuius sepulturam cum capella quedam constructa fuisset, ex tunc dixerunt homines regionis, quod ibi jacet archiepiscopus Ragusensis; pro quo maleficio dicitur albas ipse solvisse non modicam pecunie quantitatē. Quasdam etiam mulieres nisus est in eodem monasterio, ubi tutela est constituta refugii et mundo corde ac corpore debet Domino deserviri, opprimere violenter, et, cum conjugatis turpiter plerumque repertus, super crimine adulterii fama publica laboravit: propter quod quidam suas reliquerunt uxores, et idem, pluries reatum suum pecunia redimens, canonicam haetenus ultionem evasit. Bonis quoque ac discretis viris de monasterio ipso remotis, fatuos, pueros et alios inutiles, ut liberius posset vacare voluptatibus, retinuit in eodem. Preterea, cum super quibusdam negotiis suis ad quandam canonicum Cathalaunensem a nobis litteras impetrasset, ipse simili iudicis predicti sigillo, sub ejus nomine, in citando, excommunicando et absolvendo uti presumpsit; qua occasione iudex ipse apud Cathalaun[um], eadem ebdomada qua procurator abbatis Parisius, pro falsis privilegiis captus fuit, et eundem abbatem commississe crimen hujusmodi falsitatis est per Franciam publice ac Burgundiam divulga-

1. Cf. Ps. LXXII, 9.

2. Il faut, ou sous-entendre ici *monasteriis*, ou supprimer in,

tum. Nos entā, privilegia ipsa, ad postulat presentiam destinata, facientes inspicere diligenter, cum quod sub nomine patris memorie Eugenii pape, predecessoris nostri, fabricatum esset, totum falsum, et aliud a felicis memoratissimi Alexandri papa obituario comperimus esse falsatum. Quocirca mandavimus quatenus, non deferentes homini contra Deum, super premissis diligenter ac sollicite inquiretis, quatenus generis nobis fideliter rescribentes, prefigenda eidem terminum competentem, quo nostro se conspectui personaliter representet, penam pro meritis accepturus. Dat. Interamne, V idus junii, anno decimo.

3183

Terni, 3 juin 1236.

Rinaldo de Puzalia, subdiacono suo, praeposito de Francoforti, Maguntinae diocesis, mandat quatenus magistro Marino, subdiacono suo, clerico Johannis, tituli Sanctae Praxedis presbyteri cardinalis, in provincia Maguntina in aliqua praepositura vel alio beneficio competenti provideat. — (REG. 18, f. 164 r; ann. X, c. 109; — POTHAST 10177; — cf. J. BERNOLLI, *Acta Pontificum helvetica*, t. I, p. 125, n° 185.)

« *Rinaldo de Puzalia, subdiacono nostro, praeposito de Francoforti, Maguntinae diocesis.* Cum Apostolice Sedis —. Dat. Interamne, III nonas junii, anno decimo.

3184

Terni, 12 juin 1236.

Episcopo Brixiensi mandat quatenus, cum in multis monasteriis civitatis ac diocesis Brixiensis, propter paucitatem ac pauperatem monialium servitium in eisdem, regularis ordo minime observaretur, eas in uno loco competenti includat, earum possessiones ipsarum sustentationi deputet, ac in locis in quibus tunc permanebant, per sacerdotem ac clericos idoneos, quibus de bonis praedictis congrua sustentationem relinquat, faciat deserviri. — (REG. 18, f. 164 r; ann. X, c. 110.)

« . . *episcopo Brixiensi.* Cum, sicut ex —. Dat. Interamne, II idus junii, anno decimo.

3185

Terni, 4 juin 1236.

Episcopo Marsicano significat se confirmare sententiam ab Ottone, Sancti Nicolai in Capite Tulliano diacono cardinali, promulgatam in quaestione inter ipsum episcopum, ex una parte, et abbatem conventus in quo monasterii Casanarum, ex altera, super iuribus episcopalibus in ecclesiis Sancti Nicolai de Capellis et aliis, exorta: inserto sub sua bulla prae-

dieti cardinalis sententiæ tenore. — (REG. 18, f. 164 r^o; ann. X, c. 111; — POTTHAST 10180.)

« [...] episcopo Marsicano. Ea que iudicio —. Dat. Interamne. II nonas junii. anno decimo. »

3186

Viterbe, 5 mai 1236.

[Sic incipit et desinit sententia qua praedictus cardinalis procuratorem abbatis et conventus Casamarii, et per eum ipsos abbatem et conventum, ad praestanda jura episcopalia in ecclesiis Sancti Nicolai de Capellis, Sancti Rufini de Archipreta et Sancti Magni et Sancti Nicolai de Castulis, Raynaldo, procuratori Marsicani episcopi, et per eum ipsi episcopo, condemnat, et eundem Raynaldum, nomine praefati episcopi, et per eum ipsum episcopum, a petitionibus nomine praedictorum abbatis et conventus Casamarii sibi factis absolvit:]

« In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Amen.
 » Anno Incarnationis ejusdem M^oCC^oXXX^oVI^o. indictione IX^a. die lune, V^o die intrante maio, in presentia infrascriptorum testium, venerabilis pater Otto, miseracione divina Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis. a papa datus auditor in causa que vertebatur inter venerabilem patrem .. episcopum Marsicanum, ex una parte, et religiosos viros [...] abbatem et conventum Casemarii, ex altera, sententiam protulit in hunc modum. Cum questio verteretur —. Actum Viterbii, in palatio Sancte Marie Nove —. Ego Guillelmus de Mercorengo, sacri palatii notarius, huic sententiae interfui, et de mandato predicti venerabilis patris domini Ottonis cardinalis eam scripsi et in publicam formam redegi. Ad maiorem autem cautelam, nos supradictus cardinalis hanc sententiam fecimus nostro sigillo muniri. »

3187

Terni, 5 juin 1236.

Episcopo Furconensi, de eadem re scribens, mandat quatenus praedictam sententiam faciat observari. — (REG. 18, f. 165 r^o; ann. X, c. 112.)

« .. episcopo Furconensi. Inter venerabilem fratrem —. Dat. Interamne, nonis junii, anno decimo. »

3188

Terni, 14 juin 1236.

Archiepiscopo Viennensi, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus, juxta constitutionem [Romani], episcopi Portuensis, haereticos conversos ab eodem episcopo Portuensi cru-

esignatos compellat ut in martio proximo futuro partes transmarinas adeant; quod si transfretare noluerint, illos infames perpetuo ac haereticae pravitatis culpabiles denuntiet. — (REG. 18, f. 165 v^o; ann. X, c. 113; — MOREAU 1191, f. 72.)

« [...] archiepiscopo Viennensi, Apostolicae Sedis legato. Venerabilis frater noster .. Tholosanus episcopus sua nobis relatione monstravit quod, cum venerabilis frater noster .. episcopus Portuensis, tunc in partibus illis Apostolicae Sedis legatus, facta inquisitione in Tholosa contra hereticos et credentes eorum, ex quadam providentia ipsorum quampluribus dari fecerit signum crucis, ac, eisdem injuncta pro modo culpe penitentia competenti, eis, prout in litteris ipsius legati super hoc confectis plenius continetur, certum terminum ad maris transitum prefixisset, sperans quod illud studium conversationis assumerent, per quod et odorem boni nominis et tandem electorum gloriam impetrarent: ipsi, tanquam ex integro massam fermenti veteris retinentes, contrarius prosequuntur, solitis vacando versutiis, per quas obnubilent [puritatem] catholice veritatis. Quare, saluberrimum reputantes ut hujusmodi perversorum nequitiæ, tarditate postposita, resistatur, presertim cum vitando detrimento fidei mora non debeat indulgeri, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, non obstante si forte nobilis vir .. comes Tholosanus vel aliquis alius super prorogatione passagii predictorum a Sede Apostolica aliquam indulgentiam impetravit, cruce signatos eodem quod in martio proximo futuro partes adeant transmarinas, ibidem usque ad prefixum eis terminum per dictum Portuensem episcopum moraturi, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas; qua si forte contempta, transfretare noluerint, ipsos ex tunc, juxta ejusdem constitutionem episcopi, infames perpetuo ac hereticæ culpabiles denunties pravitatis. Proviso ne in universitatem Tholosanam etc., usque: speciale. Dat. Interamne, XVIII kalendas julii, anno decimo. »

3189

Terni, 14 juin 1236.

Regem Francorum monet et hortatur quatenus comitem Tholosanum compellat ut corrigat quod contra pacem inter Ecclesiam et eundem regem, ex parte una, et ipsum, ex altera, Parisius inibat, attentaverat, ac de terra sua haeretica pravitate debeat. — (REG. 18, f. 165 v^o; ann. X, c. 114; — MOREAU 1191, f. 74.)

« .. illustri regi Francorum. Aliquis inter mundi —.

Serenitatem tuam deprecimus et hortamur quatenus, a tua labi memoria non permittens quid pro exterminio pravitatis hereticæ in partibus Albigensibus sit laboris habitum et crucioris effusum, nobilem virum .. comitem Tholosanum, rebellem studio pietatis et in perversitatis operibus, sicut dolentes accepimus, non remissum, quod pacem inter Ecclesiam et te, ex una parte, et ipsum, ex altera, Parisius in vitam inviolabiliter observare studeat, et prompta mente corrigat quod attemptasse dinoscitur contra illam, ac de terra sua, quantum in eo fuerit, supradictam deleat pravitatem, tradita tibi desuper potestate compellas, memor quod, cum desideres et honore proficere et dierum longitudinem obtinere, nunquam super hiis ita de facili prosperari poteris, sicut quod in promotione catholice fidei ad honorem Dei et Ecclesie pervigil habearis. Dat. ut supra. »

3190

Terni, 11 juin 1236.

Archiepiscopo Viennensi, Apostolice Sedis legato, mandat quatenus, — cum mandatum Portuensis episcopi, olim in partibus Albigensium apostolice legati, videlicet ut quaedam domus civitatis et burgi Tholosani, in quibus conveniebant hæretici, funditus destruerentur, nondum aliqua subsecuta fuisset exsecutio, — mandat quatenus comitem et consules Tholosanos compellat ut domos easdem dirui faciant. — (REG. 18, f. 165 v°; ann. X, c. 115; — MOREAU 1191, f. 75.)

« .. archiepiscopo Viennensi, Apostolice Sedis legato. Omnem in se —. Dat. ut supra. »

3191

Terni, 14 juin 1236.

Eidem mandat quatenus comitem Tholosanum, qui dicebatur nequiter se opponere ne de terra sua pestis hæretica deleteretur, compellat ad solutionem decem millium marcarum argenti, quam summam pro recompensatione dampnorum et injuriarum Ecclesie illatarum solvere tenebatur. — (REG. 18, f. 166 r°; ann. X, c. 116; — MOREAU 1191, f. 76.)

« Eidem. Lecta coram nobis venerabilis fratris nostri .. episcopi Tholosani petitio continebat quod, cum nobilis vir .. comes Tholosanus, juxta formam pacis inter Ecclesiam et carissimum in Christo filium nostrum .. regem Francorum illustrem, ex parte una, et ipsum, ex altera, per venerabilem fratrem nostrum .. Portuensem episcopum, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legatum, Parisius inite, decem millia marcarum argenti, pro recompensatione dampnorum et injuria-

rum ecclesie et personis ecclesiasticis illorum juramento prestiti, solvere teneatur, illa, proterea, ejusdem indulgentie quam super prorogatione solutionis hujusmodi se proponit a Sede Apostolica impetrasse, solvere contradicit. Verum, cum idem comes ne de terra sua pestis heretica deleatur, nequiter, ut dicitur, se opponat, alias libertatem ecclesiasticam deprimeri non desistens, quare effectu ejusdem indulgentie prorsus constituit se indignum, mandamus quatenus, illa non obstante, ipsum ad predictarum marcarum solutionem plenariam, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas. Proviso ne in terram dicti comitis etc., sique fiat ut, eodem coacto que sunt virtutis, addiscere, in eisdem partibus tam incrementum fidei quam sibi salus anime valeat, auctore Domino, provenire. Dat. ut supra. »

3192

Terni, 17 juin 1236.

Abbati Sancti Petri ad Montes, magistro Johanni, archidiacono Cathalaunensi, nec non et cantori Cathalaunensi mandat quatenus causam abbatis conventusque de Gorzia contra nonnullos mercatores Senenses, qui proponebant Vivianum, canonicum Metensem, ipsorum abbatis et conventus nomine, ab eis pecuniam mutuo recepisse, sine debito terminet; alioquin ipsam sufficienter instructam, cum impressione sigilli ipsorum abbatis et conventus, propter falsitatem litterarum ab eodem Viviano, ipsorum nomine, confectarum, sub sigillis suis inclusa, ad examen apostolicum remittant, prafigentes partibus terminum preemptorium, quo apostolice conspectui se representent. — (REG. 18, f. 166 r°; ann. X, c. 117.)

« .. abbatu Sancti Petri ad Montes, magistro Johanni archidiacono et .. cantori Cathalaunensibus. Exhibita nobis dilectorum filiorum .. abbatis et conventus monasterii de Gorzia, ordinis sancti Benedicti, Metensis diocesis, petitio continebat quod, cum Vivianus, canonicus Metensis, per falsas litteras, eorum nomine confectas, a Rustiquino Rogerii, M. et eorum sociis, mercatoribus Senensibus, quandam recepisset mutuo pecunie quantitatem, ea statuto termino non soluta, mercatores ipsi eos super hoc coram .. abbate Sancte Columbe Senensis, auctoritate apostolica, convenerunt. Sed, cum ipsi, asserentes se ad ejus solutionem aliquatenus non teneri, sine ullo subterfugio litem fuerint contestati et prestari petierint calumpnie juramentum, et ad hoc idem abbas certum partibus terminum duxerit prefigendum, mercatores ipsi, in eo exhibendo difficultatem non modicam adhibentes, quia dictus abbas ad pre-

standum illud procuratorem non admisit eorum, sicut nec de jure debebat, in vocem appellationis frustratorie pruperunt; quam non sunt infra tempus legitimum prosecuti. Postmodum etiam quidam alii mercatores Senenses, videlicet Contadinus Rainaldi et ejus socii, coram . . . priore Sancti Aigulfi Pruviniensis convenerunt eosdem super quadam alia pecunie quantitate, quam similiter idem canonicus per falsas litteras mutuo receperat ab eisdem. Sed, eis per procuratorem idoneum coram eodem priore comparentibus, et legitime defendere se paratis, a prosecutione negotii cessaverunt, anno et amplius jam elapso. Preterea quidam alii mercatores Senenses, videlicet Bonicus Bonici ejusque socii, ad . . . decanum Sancti Stephani Trecensis impetrarunt litteras apostolicas contra ipsos, super quadam alia pecunie summa, similiter per falsas litteras prefato canonico mutuata. Quo, ad instantiam mercatorum ipsorum, cuidam simplici sacerdoti, juris ignaro, subdelegante, quotienscumque ipsum abesse contingeret et donec subdelegationem revocaret hujusmodi, vices suas, cum dicti abbas et conventus, de ipsius presbiteri simplicitate timentes, . . . officialem Trecensem ab eodem decano fecissent eidem presbitero associari collegam, mercatores ipsi supersederunt prosecutioni negotii jam per annum. Ceterum Contadinus et ejus socii supradicti, actionem suam adversus dictum canonicum dirigentes, traxerunt eundem in causam coram . . . decano Sancti Stephani Trecensis, tunc cantore Sancti Macuti de Barro super Albam, diocesis Lingonensis, a Sede Apostolica delegato, super eo quod proponunt ipsum, eorum nomine, per falsas litteras ab eis mutuo contraxisse. Quo mandante ipsis ut ei infra certum tempus impressionem sigilli sui transmittent, ut per eam discerni posset de hujusmodi falsitate, alioquin ex tunc se scirent excommunicationis vinculo innodatos, certis ad hoc executoribus deputatis, prefati abbas et conventus, ne in eorum periculum intervenire possent collusioni formidantes, petierunt ab eo ut mandatum eis et dictis executoribus super hoc factum penitus revocaret, presertim cum idem decanus ad id cogendi eos potestatem aliquam non haberet, quia nec judex datus fuerat contra ipsos, nec sibi erat testium coactio demandata. Et quia id efficere denegavit, sentientes indebite se gravari, Sedem Apostolicam appellarunt. Unde, cum predictorum quantitas debitorum mille quadringentas libras fortium etiam in sorte transcendat, ad quorum solutionem sine enormi dispendio non sufficeret monasterium memoratum, dicti abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt ut super hoc oportunitate adhibere remedium curaremus, ne sub

tanto fasce sine culpa sua intolerabiliter opprimatur. Ne igitur pro diversitate judiciorum et iudicum partes graventur laboribus et expensis, volentes in hoc tam mercatoribus ipsis quam monasterio congrue providere, mandamus quatenus . . . loco tuto partibus assignato, si est ita, facientes vobis universas litteras a nobis super hoc obtentas et processus per eas habitos exhiberi, detentores eorum ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellendo, et relaxantes ad cautelam excommunicationum sententias, si quas in dictos abbatem et conventum invenieritis promulgatas, auctoritate hujusmodi litterarum, sufficienti prius ab eis cautione recepta, quod Ecclesie mandato parebunt, si eas constiterit juste latas, vocatis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, causam, si de partium voluntate processerit, usura cessante, fine debito terminetis; facientes etc., usque : observari; alioquin ipsam sufficienter instructam, cum ejusdem impressione sigilli sub sigillis vestris inclusa, ut de hujusmodi possit falsitate constare, ad examen apostolicum remittatis, prefigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo nostro se conspectui representent, justam, auctore Domino, sententiam recepture. Testes autem etc. Quod si non omnes etc. Dat. Interamne, XV kalendas julii, anno decimo. »

3193

Terni, 13 junii 1236.

Episcopo Bisinlanensi mandat quatenus, cum causa priorum Sancti Vincentii, Sancti Michaelis et de Fossis, Cusentinae diocesis, eorumque conventus, contra archiepiscopum Cusentinum, — a cujus jurisdictione se subducere moliebantur, assertent se abbati de Josaphat, Hierosolymitanae diocesis, pleno jure subesse, et cui non solum obedire denegabant, verum etiam non permittebant ab hominibus suis de juribus episcopalibus responderi, — non posset in illis partibus terminari, partes coram Sede Apostolica citet. — (Reg. 18, f. 167 r^o; ann. X, c. 118.)

« .. episcopo Bisinlanensi. Venerabilis frater noster — Dat. Interamne, idibus junii, anno decimo. »

3194

Terni, 13 junii 1236.

Archiepiscopo Mediolanensi mandat quatenus electionem factam in ecclesia de Dextio, Mediolanensis diocesis, per Hugonem presbyterum et quosdam alios canonicos dictae ecclesiae, de Merergatio clerico et viginti aliis in canonicos, — nulla in eadem ecclesia, in qua certus canonicorum numerus

erat taxatus, vacante praebenda. — student irritare. — (REG. 18. f. 167 r; ann. X, c. 119.)

« .. archiepiscopo Mediolanensi. Dilectus filius .. prepositus de Dexio —. Dat. Interamne, idibus junii, anno decimo. »

3195

Terni, 18 juii 1236.

Regem Francorum rogat quatenus ab impugnatione regis Navarrae, comitis Campaniae, cruce signati et aliorum cruce signatorum desistat, et pacem in regno suo servet, ut negotio Terrae Sanctae subveniretur. — (REG. 18, f. 167 r; ann. X, c. 120; — MOREAU 1191, f. 79; — POTTHAST 10191, falso initio.)

« .. illustri regi Francie. Si, velut cypressus in monte Syon et in Libano cedrus extollitur, sic reges et regnum Francie a Domino pre ceteris regnis et principibus exaltantur, id ea ratione credimus fieri, ut ipsorum ministerio, per quos multa sine intermissione caritatis opera novimus exerceri, sicut hactenus, sic et perpetuo honoretur Ecclesia, et Terra Sancta, que illorum studio alia vice de manibus Paganorum extitit eruta, gaudeat iterum eorundem auxilio ab Agarenorum oppressionibus liberata. Hoc autem ostendit illa tui regni numerosa turba fidelium, que, divinitus inspirata, se, crucis assumpto signaculo, ad Terre Sancte succursum apparatus per cunctis accingit terre catholicis, sui vindicare desiderans injuriam Redemptoris. Igitur, fili karissime, gaudeas, et, cruce signatos favore regio protegens, in eodem regno quicquam moveri turbationis aut scandali non permittas, per quod bonum totius catholice fidei et Terre predictae liberatio valeat impediri, ne spes magna gaudii que per cruce signatos eodem ab orbe toto concipitur, eis ab hujusmodi proposito retardatis, in generalis doloris dissidium convertatur. Verum, cum, sicut dicitur, terram carissimi in Christo filii nostri .. regis Navarre, comitis Campanie, qui, crucis signaculo insignitus, in crucifixi servitium proficisci proponit, proposueris impugnare, nosque, de fratrum nostrorum et omnium prelatorum tunc apud Sedem Apostolicam existentium consilio, duxerimus statuendum, ut pax aut treuge per totum orbem terrarum saltem per quadriennium observentur, eis qui contraire presumpserint, ad id censura ecclesiastica compellendis : serenitatem regiam rogamus per aspersionem sanguinis Jhesu Christi, in remissionem tibi peccaminum injungentes quatenus, ne tanta Terre Sancte jactura, que propter hoc, quod absit! posset contingere, de tuis manibus requiratur.

a prefati regis et aliorum cruce signatorum impugnatione desistens, pacem in tuo regno procurare taliter fieri, quod et crucis negotio valeat promoveri, et tu ex hoc illum mereris habere populum, qui pro salute tua et totius humani generis in ligni patibulo proprii sustinuit corporis cruciatum. Dat. Interamne, XIII kalendas julii, anno decimo. »

3196. — In eundem fere modum .. regine Francie illustri, matri carissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Francie, usque : promoveri, verbis competenter mutatis. Eam hortatur quatenus filium suum ad id inducat.

3197. — In eundem fere modum .. Patriarchi .. Longonenti et .. Sitracensis episcopi, et .. abbati Clarevallensi, usque in finem, ut in prima, verbis mutatis. Eis mandat quatenus regem Francie ad pacem sub treugam cum rege Navarrae ineundas inducant, alioquin, hujusmodi natiarum scandali, et an idem rex Navarrae dicto regi Francie juxta regni consuetudinem satisfacere esset paratus, inquirentes, quod super hoc invenerint, ipsi papae rescribant. — (POTTHAST 10193.)

3198

Terni, 16 juii 1236.

Mauricio, justitiano Iiberniae, significat se confirmari amicabili compositione quae inter ipsum et quosdam vassallos regis Angliae, ex una parte, et G[ilbertum] Marescalcum, comitem Pembrochum, ejusque fratres, ex altera, intervenerat. — (REG. 18, f. 167 v; ann. X, c. 121; — cf. supra, n. 2599 et 2642.)

« Nobili viro Mauricio, justitiano Iberniae. Ea que judicio —. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum quondam R[icardus] Marescalcus, comes Pembrochus, guerram movisset carissimo in Christo filio nostro .. illustri regi Anglie, cujus vassallus existis, te, cum omnibus coadjutoribus tuis, vassallis regis ejusdem, dicto comiti opponente, post gravia dispendia que occasione hujusmodi acciderunt, idem comes occubuit in conflictu. Verum, cum inter te ac coadjutores eosdem, ex parte una, et nobiles viros G[ilbertum] Marescalcum, comitem Pembrochum, ac alios fratres illius, ex alia, propter hoc essent inimicitie capitales exorte, tandem, gratia cooperante divina et dictis fratribus se clementie regie submittentibus, dicto rege nec non quibusdam aliis episcopis ac nobilibus median-

1. Les mots : « abbati Clarevallensi .. prius a verbis » résultent d'une correction.

tibus, amicalibus inter partes compositio intervenit —. Dat. Interamne. XVI kalendas julii. anno decimo. »

3199

Terni, 23 juin 1236.

Archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato, mandat quatenus comitem Tholosanum moneat et inducat ut pacem inter ipsum, ex una parte, ac Ecclesiam et regem Francorum, ex altera, Parisius initam, observare student, ab omnibus quæ fidei sint catholicæ contraria, desistendo. — (REG. 18, f. 168 r^o; ann. X, c. 122; — MOREAU 1191, f. 80.)

« .. archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato. In forma pacis inter Ecclesiam et carissimum in Christo filium nostrum .. regem Francorum illustrem, ex parte una, et nobilem virum .. comitem Tholosanum, ex altera, per venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Portuensem, tunc in partibus illis Apostolicæ Sedis legatum, Parisius inite, referente venerabili fratre nostro .. episcopo Tholosano, accepimus contineri quod, si jamdictus comes in eandem pacem delinqueret, vel in partem, vassalli et homines sui a fidelitate, homagio et juramento, eo ipso, absoluti penitus redderentur, et Ecclesie ac regi predictis adhererent firmiter contra ipsum; preterea, si, monitus, delictum hujusmodi infra quadraginta dies corrigere non curaret, de hiis que spectant ad Ecclesiam coram ipsa, de aliis vero ad regem spectantibus coram eo, stare juri plenarie teneretur, ac tota ipsius terra, tunc sibi dimissa, in commissum memorati regis incideret, dicto comite in eundem statum in quo tunc erat, quoad regem et excommunicationem ac alia omnia que contra ipsum et quondam .. patrem suum in generali concilio vel postea statuta fuerant, reducendo. Verum, etsi contra prefatum comitem, predictæ pacis observantiam, sicut accepimus, dampnabiliter omittentem, et, quod est gravius, non cessantem statum debilitare fidei ac multa presumere ecclesiasticæ contraria libertati, spiritualiter et temporaliter procedendi nobis occasio sufficiens et causa legitima prebeat: tamen, in spe divine clementiæ, quod idem, in vicio relicto discriminis, spiritum assumat consilii sanioris, circa ipsum ad presens, quod est patris assumere misericorditer eligentes, precipiendo mandamus quatenus eundem, ut tam premissa quam alia que in supradictæ pacis serie continentur, adimplere student diligentia vigilantia, ab omnibus nichilominus que sint contraria catholice fidei, desistendo, sollemniter et efficaciter moneas et inducas, nuntiaturus eidem quod, si tardus vel difficilis super rei tam salubris et debite complemento, quod absit! habebitur, dolens ex-

periri poterit nos nichil graviori pena percellere, quam quod turbati percipimus legis divine glorie contraire. Ceterum, ut super hiis eo facilius, quo plenius informati fuerimus, providere possimus, nobis quod dictus comes super eisdem fecerit vel tibi responderit, fideliter rescribere non postponas. Dat. Interamne, VIII kalendas julii, anno decimo. »

3200

Terni, 23 juin 1236.

Fridericum, Romanorum imperatorem, rogat quatenus nepotem regis Tunici, ad Sedem Apostolicam pro recipiendo baptismi sacramento accedere volentem, sed injuste in regno detentum, dimitti faciat. — (REG. 18, f. 168 r^o; ann. X, c. 123; — MOREAU 1191, f. 84; — POTTHAST 10198 * 1; — RODENBERG 694; — cf. *supra*, n^o 2482, *in fine*.)

« [Friderico], Romanorum imperatori etc. Quidam nepos regis —. Dat. ut supra. »

3201

Terni, 23 juin 1236.

Archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato, mandat quatenus, — cum quidam ex hæreticis conversis ab episcopo Portuensi crucignatis post terminum ad maris transitum præfixum obissent, — hæredes illorum compellat ut, juxta facultates suas, de bonis suis tantum mittant in Terræ Sanctæ subsidium, quantum aestimari poterit ad hoc dietis eorum parentibus sufficere; alias autem ipsos infames perpetuo et culpabiles ipse papa faciet pravitatis hæreticæ nuntiarî. — (REG. 18, f. 168 v^o; ann. X, c. 124; — MOREAU 1191, f. 82.)

« .. archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato. Venerabilis frater noster [etc., ut supra, in epistola sub numero 3188 notata, usque:] præfixisset, quidam ex ipsis existentes in mora, post hujusmodi terminum obierunt. Verum, quia eorum bona ad ipsorum heredes pervenisse dicuntur, qui, parentum hereditate crimina, quasi meritum arbitantes, [italia] presumere non desinunt, per que status catholice fidei perturbetur, nos, pium et debitum extimantes ut super hoc illud provisionis studium assumamus, per quod, punitis reprobis, vitentur ab aliis opera pravitate, mandamus quatenus heredes eosdem ut, juxta facultates suas, ad

1. Avec la date VIII kalendas julii (= 21 juin), d'après HELLARD-BRÉGOLLES, *Hist. diplom. Frid. II*, IV, II, 872.

arbitrium tuum, de bonis suis tantum mittant in Terre Sancte subsidium, quantum ad hoc extimari poterit ad hoc dictis eorum parentibus suffecisse, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas; alias autem vereri poterunt quod ipsos infames perpetuo et culpabiles faciemus pravitatis heretice nuntiari. Dat. ut supra. »

3200

Terni, 27 juin 1236.

Cantori Treccensi mandat quatenus sententiam qua Aefgidius, Sanctorum Cosmae et Damiani diaconus cardinalis, Engilbertum, quondam Osnaburgensem electum, in septuaginta et quatuor marcis et undecim solidis sterlinguorum, solvendis quibusdam mercatoribus Senensium, condemnaverat, faciat observari. — (REG. 18, f. 168 v°; ann. X, c. 125.)

« .. cantori Treccensi. Tholomeo Ranucii, Spinelli, Leonardii, Jordani et Servidei, mercatorum Senensium, et Willelmo presbitero. Engilberti, quondam Osnaburgensis electi, procuratoribus, ad invicem contententibus eorum dilecto filio nostro E., Sanctorum Cosme et Damiani diacono cardinali, ipsis a nobis auditore concesso, super quadam summa pecunie, dampnis et expensis, in quibus procurator mercatorum ipsorum teneri prefatum Engilbertum¹ eidem mercatoribus assererat: dictus cardinalis, lite eorum eo legitime contestata et rationibus partium plenius intellectis, nec non taxatis, cum juramento a parte mercatorum prestito, expensis et dampnis, in septuaginta et quatuor marcis et undecim solidis sterlinguorum, pro sorte, dampnis et expensis, usque ad festum Sancti Andree proximo venturum solvendis mercatoribus ipsis, de speciali mandato nostro partem alteram sententialiter condemnavit, eodem Engilberto ab eorum petitione super aliis absoluto; verum, si in predicto festo de prefatis marcis satisfactum non fuerit mercatoribus memoratis, Engilbertus jaudictus teneatur eidem ad dampna et moderatas expensas. Ideoque mandamus quatenus ejusdem cardinalis sententiam, rationabiliter promulgatam, facias per censuram apostolicam, appellatione remota, inviolabiliter observari, proviso quod omnia instrumenta et alia scripta que ipsis mercatoribus sub suo sigillo dedit cardinalis predictus, eidem Engilberto vel ejus nuntio in solutione reddantur. Dat. Interam[m]pne, V kalendas julii, anno decimo. »

1. Plus haut, Engilberti; plus loin, Engilberto et Engilbertus; ici, Engel-ertum, évidemment par erreur.

3203

Terni, 19 juin 1236.

Varadiensi, de Thion et de Erte abbatibus, Quinqueecclesiensis et Vesprimiensis diocesium, mandat quatenus, — cum, inter Cenadiensem episcopum et [P.], abbatem monasterii Bistriensis, postquam causa fuerat inter eos agitata, pace demum reformata, in eundem abbatem, juxta formam pacis ejusdem ad monasterium restitutum et vix ibidem per unius mensis spatium existentem, quidam viri dicti episcopi irruissent et eum interfectum bestiali more concidissent in frusta, — praedictos sacrilegos faciant per Strigoniensem provinciam, pulsatis campanis et candelis accensis, singulis diebus dominicis et festivis excommunicatos nuntiari. — (REG. 18, f. 169 r°; ann. X, c. 126; — POTTHAST 10195; — cf. supra, n° 2681.)

« [...] Waradiensi, .. de Thion et .. de Erte abbatibus, Quinqueecclesiensis et Vesprimiensis diocesium. Turbata est anima —. Dat. Interamne. XIII kalendas julii, anno decimo. »

3204

Terni, 17 juin 1236.

Episcopo quondam Mutinensi, paenitentiaro suo, Apostolice Sedis legato, mandat quatenus Poloniae principes, qui homines cathedralium et aliarum ecclesiarum Poloniae, terras earumdem excolentes, angariis, perangariis et vectigalibus fatigabant et alias variis modis praegravabant, compellat ut ab hujusmodi praedictorum hominum molestiis de cetero conquiescat. — (REG. 18, f. 170 r°; ann. X, c. 127; — POTTHAST 10190.)

« .. episcopo quondam Mutinensi, penitentiario nostro, Apostolice Sedis legato. Principum eternorum aggregari —. Dat. Interamne, XV kalendas julii, anno decimo. »

3205

Terni, 17 juin 1236.

Eidem mandat quatenus ducem Zlesiae, qui, cum terram ducis Poloniae grandi comitatus exercitu pluries intravisset, Gneznensi ecclesiae nec non personis ecclesiasticis et habitatoribus villarum ejusdem damna gravia intulerat, compellat ut capitulo et clero Gneznensibus congruam satisfactionem impendat. — (REG. 18, f. 170 r°; ann. X, c. 128; — POTTHAST 10191.)

« Eidem. Dilecti filii capitulum —. Dat. Interamne, XV kalendas julii, anno decimo. »

3206. — In eundem modum, pro capitulo et clero Poznaniensibus, eidem episcopo [quondam Mutinensi].

3207

Terni, 26 juin 1236.

Abbat̄i et conventui monasterii Sancti Pauli de Urbe, — cum quidam praedecessores ipsius abbatis, quoniam dies mali erant, quaedam fenda personalia, in gravem ipsius monasterii laesionem, nonnullis advocatis de Urbe, a quibus patrocinia in causis monasterii praestari sperabant, sed quorum plurimi patrocinium praestare negaverant et quidam difficultatem adhiberant in eodem praestando, concessissent, — significat se statuere ut haec feuda, cedentibus vel decedentibus detentoribus eorundem, libere ad monasterium revertantur, et inhiere ne feuda ipsa vel similia ulli advocatorum de cetero conferantur. — (REG. 18, f. 170 v°; ann. X, c. 129.)

« .. abbat̄i et conventui monasterii Sancti Pauli de Urbe. Cum, sicut nostris —. Dat. Interamne, VI kalendas julii, anno decimo. »

3208

Terni, 26 juin 1236.

Episcopo Portuensi, vicario suo, mandat quatenus monasterii Sancti Pauli de Urbe, quod debitis gravabatur et cuius proventum pars maxima usuris consumebatur, abbat̄i, ab ipso papa potenti licentiam eastrum Sanctae Severae, sua possessionibus, et quicquid habebat idem monasterium in civitate Anagnina et castro Cave, nec nou et mobilia quaedam ipsius monasterii superflua vendendi, impendat auxilium, consilium et favorem, et providat ut ipsorum castrorum, possessionum et mobilium pretium in solutionem eorundem debitorum integre convertatur. — (REG. 18, f. 170 v°; ann. X, c. 130.)

« .. episcopo Portuensi, vicario nostro. Monasterio Sancti Pauli —. Dat. ut supra. »

3209Terni, 1^{er} juillet 1236.

Archiepiscopo Gneznensi indulget ne ultra duas dietas extra dioecesim Gneznensem per litteras a Sede Apostolica impetratas trahi possit in causam, nisi litterae ipsae de indulgentia praesenti fecerint mentionem. — (REG. 18, f. 170 v°; ann. X, c. 131; — POTTHAST 10192.)

« .. archiepiscopo Gneznensi. Elsi libenter petentibus —. Dat. Interamne, kalendis julii, anno decimo. »

3210

Viterbe, 15 avril 1236.

Archiepiscopo Toletano mandat quatenus monasterium

1. POTTHAST, d'après THEINER, *Vetera monumenta Poloniae*, I, 30, n° 66, donne la date XV kal. julii (= 17 juin).

Sancti Facundi adjuvans adversus perversos, non permittat abbatem et conventum ipsius monasterii ab aliquibus contra indulta privilegiorum Sedis Apostolicae molestari; praesentibus ultra triennium minime valituris. — (REG. 18, f. 171 r°; ann. X, c. 132.)

« .. archiepiscopo Toletano. Refrigescente caritate sic —. Dat. Viterbii, XVII kalendas maii, pontificatus nostri anno decimo. »

3211Terni, 1^{er} juillet 1236.

Abbat̄i monasterii Sanctorum Facundi et Primitivi significat se, ad exemplar Alexandri III^{is} et Coelestini III^{is}, Romanorum Pontificum, ejusdem monasterii privilegia et possessiones confirmare; ad indicium hujus perceptae a Sede Apostolica libertatis, duobus solidis monetae illius terrae Camerae Apostolicae annis singulis persolvendis. — (REG. 18, f. 171 r°; ann. X, c. 133; — JOS. PEREZ, *Historia del real monasterio de Sahagun, corregula y aumentada... por...* ROMALDO ESCALONA (Madrid, 1782), p. 587; — *omisi POTTHAST.*)

« .. abbat̄i monasterii^s Sanctorum Facundi et Primitivi, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus —. Dat. Interamne, per manum magistri Guillelmi, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, kalendis julii, indictione VIII. Incarnationis Dominice anno M^oCC^oXXXVI^o, pontificatus vero domni Gregorii pape VIII anno decimo. »

3212

Terni, 28 juin 1236.

Magistro P., subdiacono suo, magistro scholarum Zamorensi, nepoti Aelgidii, Sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, concedit ut abbatiam saecularem Sancti Quirici, Burgensis dioecesis, habentem curam animarum annexam, quae consueverat canonicis Burgensibus, quorum unus erat, assignari, a Burgensi episcopo ei concessam, cum magisterio scholarum Zamorensi valeat retinere. — (REG. 18, f. 171 v°; ann. X, c. 134.)

« Magistro P., subdiacono nostro, magistro scholarum Zamorensi, nepoti dilecti filii nostri E., Sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis. Dignum est ut —. Dat. Interamne, IIII kalendas julii, anno decimo. »

1. JAFFÉ-LOEWENFELD 10657 (26 février 1161).

2. JAFFÉ-LOEWENFELD 17135 (14 juillet 1131).

3. Le Registre porte bien *abbat̄i monasterii* en manchette; un rubricateur inattentif et ignorant a transcrit : *abbat̄isse onasterii*.

3213

Rieti, 7 juillet 1236.

Episcopo Moraviensi mandat quatenus (Simonem), episcopum Soderensem, — supplicante ut, cum olim episcopatum Lismorensem, qui propter malitiam temporis ad magnam lapertatem devenerat, Sedes Apostolica sibi duxisset commendandum, et ipse, propter frequentes infirmitates, curam gerere utriusque episcopatus non posset, ab imposito sibi onere exoneretur, — a cura et sollicitudine predictae ecclesiae Lismorensis absolvat, eidemque ecclesiae per electionem canonicam de persona idonea in episcopum provideri faciat. — (REG. 18, f. 171 v°; ann. X, c. 135; — POTTHAST 10200.)

« [...] episcopo Moraviensi. Venerabilis frater noster —. Datum Reate, nonis julii, anno decimo. »

3214

Terni, 27 juin 1236.

Episcopo Argolicensi, archidiacono Corinthiensi et Henrico, canonico Argolicensi, memorata epistola supra sub numero 2671 notata, mandat quatenus, — cum in causa inter abbatem conventumque monasterii de Dalphino (= Daphni), ex parte una, et Albertum Bokaron., militem, Nigripontensis dioecesis, ex altera, super casali de Lichonia, quod idem miles contra justitiam detinebat, exorta, et diutius coram diversis iudicibus agitata, non potisset haberi processus, — utramque partem citent, eisque praefigant terminum peremptorium competentem, quo apostolice conspectui se repraesentent. — (REG. 18, f. 172 r°; ann. X, c. 136.)

« ... episcopo Argolicensi, .. archidiacono Corinthiensi et Henrico, canonico Argolicensi. Sua nobis dilecti filii .. abbas et conventus monasterii de Dalphino, Cisterciensis ordinis, petitione monstrarunt quod, cum olim causa [orta] inter ipsos, ex parte una, et Albertum Bokaron., militem, Nigripontensis dioecesis, (tutorem filiarum quondam [...] Boc[aron.], fratris sui, nomine ipsarum, ex altera, super casali eorum de Lichonia et ejus pertinentiis, que idem miles contra justitiam detinebat, per Apostolice Sedis legatos diversis iudicibus commissa fuisset, et processus aliquandiu coram eis nec per eos potuerit terminari: venerabili fratri nostro .. archiepiscopo, tunc electo, Corinthiensi et collegis suis nostris dedimus litteris in mandatis, ut obtentas hinc inde litteras et processus per eas habitos sibi faceret exhiberi, ac illum quem approbandum viderent, reprobatis reliquis, approbantes, causam sine canonico terminarent. Et licet pars adversa, auctoritate litterarum ipsarum, ad iudicium fuerit evocata, quia tamen, propter frequentes guerrarum impulsus et vastationem civitatis Thebane, que a Grecis saepius est vastata, processus habitus ammissi, casu fortuito, extiterunt, et bulla

de litteris ipsis cecidit, nullus per easdem litteras habitus est processus. Cumque postmodum ad venerabilem fratrem nostrum .. Tholanum archiepiscopum et conjudices suos direxerimus scripta nostra, ut ea que de bonis ejusdem monasterii alienata inveniuntur illicite ac distracta, ad jus et proprietatem ipsius legitime revocaret, contradictores etc., usque: compescendo, et dictus A., super casali supradicto conventus, exciperet hujusmodi litteras non valere, utpote non facientes de prioribus mentionem, iidem iudices, post discussionem diutinam, dicentes se per easdem litteras procedere non debere, negotio supersederunt eidem: et sic de tot laboribus et expensis nullum fructum sunt haectenus assecuti. Unde nos venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Corinthiensi ejusque collegis scripta nostra direximus, ut, si res taliter se haberet, premissis litteris, processibus et actis que sunt ammissa, nequaquam obstantibus, vocatis qui essent evocandi, si dictum casale constaret juris prelati monasterii extitisse, ac ipsum alienatum illicite vel distractum, illud ad jus et proprietatem ipsius legitime revocarent: contradictores etc., usque: compescendo. Super fructibus autem perceptis ex casali jmdicto, quod iustum foret, appellatione remota, staterent, et facerent quod decernerent, per censuram eedem iustitiam firmiter observari. Cum autem dicti iudices partem adversam saepius citavissent, tandem, nobili viro M., tertie partis Nigripontis domino, partis obtentu alterius, miles et terris illis eis advocati subsidium subtrahente, in causa ipsa non potuit haberi processus, sicut iidem iudices suis nobis litteris intimarunt. Volentes igitur ut finis litibus imponatur, mandamus quatenus, utramque partem ex parte nostra citantes, praefigatis eis terminum peremptorium competentem, quo per se vel sufficientes et idoneos procuratores apostolice se conspectui representent, facture et recepture quod iustitia suadebit. Quod si non omnes etc., tu, frater episcopo, etc. Dat. Interamne, V kalendas julii, anno decimo. »

3215

Rieti, 13 juillet 1236.

Episcopo Coventrensi mandat quatenus, — cum T. abbas monasterii de Evesham, ad Sedem Apostolicam non medio pertinentis, vir magnae auctoritatis, fanae ac opinionis laudabilis, propter incommodum senectutis et valetudinis non posset resistere malefactoribus monasterium super libertatibus et bonis suis sine intermissione impugnantibus, — ejus recipiat cessionem, et si, ob hanc causam, grave esset ipsi cum aliis in eodem refectorio ac dormitorio commorari, alibi ei faciat assignari de bonis monasterii, unde necessaria vitae

possit habere, ita quod semper ipse sub obedientia consistat abbatibus, injungens nihilominus conventui ejusdem monasterii ut per electionem canonicam sibi provideant de persona idonea in pastorem. — (REG. 18, f. 172 r^o; ann. X. c. 137.)

« .. *episcopo Coventrensi*. Dilectus filius T. — Dat. Reate. III idus julii, anno decimo. »

3216

Terni, 1^{er} juillet 1236.

Archiepiscopo Trevirensi mandat quatenus abbatibus monasterii Willibrordi Epternacensis, dubitantis an canonicus fuisset in abbatem institutus, quoniam ante electionem de ipso factam, professionem non fecerat, cessionem recipiat, et, si postmodum utilitati dicti monasterii viderit expedire, eundem predicto monasterio preficiat in abbatem. — (REG. 18, f. 172 v^o; ann. X, c. 138.)

« .. *archiepiscopo Treverensi*. Ex parte dilecti filii .. abbatibus Sancti Willibrordi Epternacensis, ordinis sancti Benedicti, tue diocesis, nostris fuit auribus intimatum quod, olim eodem monasterio abbatibus regimine destitutum, eum conventus ejusdem, inter quos fuerat laudabiliter conversatus, in abbatem suum canonicum et concorditer elegerunt. Sed, antequam ejus super hoc confirmaretur electio, tibi fuit sponte confessus se professionem aliquam non fecisse; tu vero, hoc non obstante, eum interim faciens profiteri et electionem de ipso factam confirmans, sibi duxisti benedictionis munus postmodum impendendum, attendens quod congrue de ipsius persona statui ejusdem monasterii poterat provideri; sicque, pacifica ipsius monasterii per quatuor annos et amplius administratione perfunctus, tibi adhuc etiam administrat. Verum, quia dubitatur quod taliter non poterit institui in abbatem, saluti sue super hoc petit per Sedem Apostolicam provideri. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, cessionem ipsius recipiens vice nostra, si postmodum utilitati dicti monasterii expedire videris, eundem predicto monasterio preficias in pastorem. Dat. Interamne, kalendis julii, pontificatus nostri anno decimo. »

3217

Rieti, 15 juillet 1236.

Archiepiscopo Turonensi et magistro Stephano de Aren[is], canonico Cenomanensi, mandat quatenus, in causa quae inter Robertum, rectorem capellae Beatae Mariae de Feritate Bernardi, et episcopum Cenomanensem super eadem capella vertebatur, procedentes, si dictam capellam curam animarum non habere constiterit, eundem rectorem super illa

contra indulgentiam apostolicam non permittant molestari; alioquin beneficio quod post dictam capellam in Bajocensi dioecesi receperat, faciant eum esse contentum. — (REG. 18, f. 172 v^o; ann. X, c. 139; — MOREAU 1191, f. 89.)

« .. *archiepiscopo Turonensi et magistro Stephano¹ de Aren[is]*, canonico Cenomanensi. Dilecto filio Roberto, cruce signato, rectore capelle Beate Marie de Feritate Bernardi, Cenomanensis diocesis, nobis innotuit intimante, quod, cum ipse, obtenta dudum a Sede Apostolica indulgentia, ut cum capella ipsa, non habente curam animarum, posset unicum parrochiale beneficium retinere, si sibi canonicus conferretur, ita quod in eo residentiam faceret personalem, postmodum illud in Bajocensi assecutus esset dioecesi², quod diu cum ipsa sine lite possedit, venerabilis frater noster .. Cenomanensis episcopus, cruce signatus, dioecesanus ipsius, sibi movit, [super eo] quod prefata capella hujusmodi curam haberet, et per hoc esset ipsa privatus, in sua presentia questionem. Cumque, coram eo dicta questione pendente, nihilominus ad ordines, ad ipsius capelle titulum, citaret eundem, ipse tam ab eo quam ab Hamerico Odart et Laur[entio], canonicis Cenomanensibus, quibus ad rationes suas audiendas commiserat vices suas, humiliter postulavit ut, ex quo eum episcopus ratione capelle ad ordines compellebat, prefate questioni supersederet omnino, vel, donec appareret eam talem curam habere, quod ipse negabat, penitus ab hac coactione cessaret, presertim cum hec duo inter se contraria viderentur, quod capella eum privatum assereret, et ipsum ad ejus titulum ordinaret; nec idem ordinari recusaret ad illam, si eam posset cum alio beneficio retinere, prout sibi a Sede Apostolica est indultum. Sed, quia prefati auditores et idem episcopus eum super hiis audire contra iustitiam recusabant, nostram duxit audientiam appellandum; at idem episcopus, appellatione contempta, gravamen gravamini superaddens, ipsum, appellationem personaliter prosequentem, dicta capella, pretermisso juris ordine, spoliavit. Adjecit quoque clericus supradictus quod memoratam capellam, constitutam infra terminos cujusdam parrochialis ecclesie, ad cuius subsidium proponitur fuisse fundata, [et] nullam, foundationis tempore, animarum curam habentem, idem fuit per bone memorie .. predecessorem dicti episcopi et patronum ejusdem adeptus, de cura pre-

1. *Stephano* en manche; S. en rubrique.

2. Le texte du Registre est : « eo postmodum illud in Bajocensi assecuto dioecesi », ce qui laisse « ipse » sans verbe.

dicta, sicut nec debuit, minime investitus; sed, et si capella ipsa curam talem habeat, quod ipse penitus diffitetur, non immerito id potuit premissis rationibus ignorare, presertim cum benedictiones nubentium in parochialibus fiant ecclesia, decedentium corpora deferantur ad eam, ac eisdem sacerdos ipsius ecclesiastica exhibet sacramenta: per que et alia ad ipsam ecclesiam animarum curam asserit pertinere. Quare, cum adhuc capellam ipsam credat non habere curam hujusmodi, quam adeptus canonicus cum alia parochiali ecclesia ex dispensatione apostolica duxit hactenus retinendam, humiliter supplicavit ut, cum talis ignorantia eum reddere debeat excusatum, misericorditer provideremus eidem. Ideoque mandamus quatenus —, nisi dictam capellam curam animarum habere constiterit, eum super illa contra indulgentie nostre tenorem non permittatis indebite molestari; alioquin ea quam secundo recepisse dicitur, faciatis illum manere contentum —. Dat. Reate, idibus julii, anno decimo. »

3218

Rieti, 14 juillet 1236.

Episcopo Grossetano mandat quatenus, — eum in monasterio Sancti Cassiani in Carisio, Vulturne diocesis, ad Solum Apostolicam nullo medio pertinenti, olim habitantium in eodem malitia adeo in spiritibus et temporalibus deformato, ut de reformatione ipsius in suo ordine spes aliqua non superesset, abbas ac duo tantum monachi remaneant, ceteris, pravitate multiplici involutis, per delegatos a Sede Apostolica iudices inde amotis, — dictis duobus monachis, nisi velint in praefato monasterio habitum Cisterciensem assumere, in aliis monasteriis sui ordinis collocatis, monasterium ipsum, de cuius bonis praefato abbati congruum provisionem assignet, in Cisterciensem ordinem reformare studeat, ac ibidem de monachis monasterii Sancti Galgani, Vulturne diocesis, vel alterius monasterii ejusdem ordinis conventum instituat. — (REG. 18, f. 173 r°; ann. X, c. 140; — POTTHAST 10205.)

« .. *episcopo Grossetano* 1. Illud circa religiosa —. Dat. Reate, II idus julii, anno decimo. »

3219

Rieti, 13 juillet 1236.

Trojano et Melfensi episcopis, — [Thomasio], comite Acerarum, supplicante ut, cum abbas et conventus monasterii Sanctae Trinitatis Venusini, ipsius monasterii utilitate pensata, quoddam casale ad ipsorum monasterium pertinens,

1. Sic, tant en manchette qu'en rubrique. POTTHAST, d'après MANRIQUE, *Annales Cistercienses*, IV, 533, imprime Rosetano.

pene penitus dissipatum, reaedificandum ab ipso sibi et haeredibus suis usque ad tertiam generationem, locationis titulo, concessissent, quod ab eisdem abbate et conventu super hoc factum fuerat, a Sede Apostolica confirmetur. — mandat quatenus, cum idem monasterium ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertineret, de forma contractus, et an voluntarie, sine impressione vel metu, fuerit celebratus, et utrum in utilitatem vel laesionem dicti monasterii vergat, inquirent, et quod invenerint, Sedi Apostolicae intiment. — (REG. 18, f. 173 r°; ann. X, c. 141.)

« .. *Trojano et .. Melfensi episcopis*. Dilectus filius nobilis —. Dat. Reate, III idus julii, anno decimo. »

3220

Rieti, 9 juillet 1236.

Abbati Saxi Vivi, Fuliginat[is] diocesis, mandat quatenus, — eum, ejusdem monasterii monachis in ecclesiis monasterio ipsi subjectis solis morantibus, bona ipsarum ecclesiarum deperirent et idem monasterium notam detractionis incurreret, — tot de praedictis ecclesiis, quarum quaelibet quattuor ad minus monachos sustinere non valeat, insimul uniat, ita quod de earum facultatibus honesto et religioso conventui, quem de voluntate ipsius papae ipse abbas ibidem ordinet, possint necessaria ministrari. — (REG. 18, f. 173 r°; ann. X, c. 142.)

« .. *abbati Saxi Vivi, Fuliginat[is] diocesis*. Cum ex eo —. Dat. Reate, VII idus julii, anno decimo. »

3221Terni, 1^{re} juillet 1236.

Majoris Ecclesiae Monasteriensis praeposito et scholastico mandato quatenus Majoris Ecclesiae nec non et Sanctorum Apostolorum Petri et Andreae Padeburnensium praepositos et Padeburnensem scholasticum, qui in negotio Ludulf[is], praepositi de Repesholdt (= Reepsholt), vitio simoniae infamati, procedere renuerant, ad expensas eidem L. solvendas compellant et a jurisdictione, si quam habeant, quousque ipsis aequum visum fuerit, suspendant; ipsi in eodem negotio procedant. — (REG. 18, f. 173 v°; ann. X, c. 143; — cf. *supra*, n° 2021.)

« .. *Majoris Ecclesiae et .. Sancti Martini praepositis et .. scholastico Sancti Martini Monasteriensium*. Olim dilectus filius .. prior ordinis fratrum Praedicatorum Bremen[is], asserens se ac .. decanum et .. scholasticum Bremenses a dilecto filio nostro O[ttone] Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legato, visitatores in Bremensi diocesi constitutos, inserto in litteris cardinalis ejus-

dem, ut unus procederet, si omnes nequirent forsitan interesse, inquisitionis processum contra dilectum filium L., prepositum de Repesholt¹, super vitio symonie per eundem priorem habitum, post appellationem ad nos ex habundanti ab ipso preposito, prout asseruit, interjectam, ad apostolicum remisit examen. Cum autem examinatione ipsius dilecto filio nostro G[uifredo], tituli Sancti Marci presbitero cardinali, duxerimus committendam, quia, eo publicato, sub qua forma predictis priori et collegis suis data fuerit jurisdictione a legato, et an iidem college se legitime excusarent, seu de impotentia constitisset² eorum, utrumve secundum formam sibi traditam ac juris ordinem, eodem legato infra sue legationis terminos existente, processerit, vel saltem uti commissi sibi jurisdictione cepisset, nobis non potuit fieri plena fides: venerabili fratri nostro .. episcopo et dilecto filio .. scolastico Ildesemensis dedisse dicimur nostris litteris in preceptis ut, revocato in irritum quicquid post appellationem ad nos legitime interpositam, per iudicium priorem vel ejus auctoritate constaret contra ipsum prepositum temere attemptatum, et inquisita super premissis et toto processu prioris ejusdem diligentius veritate, quod invenirent, usque ad festum Omnium Sanctorum proximo tunc futurum nobis suis litteris intimarent: qui, propter absentiam dicti prepositi, ut dicebant, procedere non valentes, infectum ad nos negotium remiserunt; eodem preposito ibi apud Sedem Apostolicam insistente ut, cum nec de jurisdictione prioris ipsius nec de processu veritate constaret, revocato processu hujusmodi et aliis que ex eo secuta fuerant vel ob ipsum, eum a predicta inquisitione absolvere dignaremur. Nos enim, ad eodem episcopum et scolasticum negotium remittentes, nostris eis dedimus litteris in mandatis ut, revocato in irritum, si quid post iter ab eodem preposito ad presentiam nostram arreptum, contra ipsum invenirent indebite attemptatum, quia prepositus ipse non poterat sine periculo, ut dicebat, ad presentiam eorum accedere, sibi de loco tuto vel sufficienti securitate proviso, scriptis etiam, que sub bulla nostra interclusa transmisimus, diligenter inspectis, si super hiis que revocabantur in dubium, eis plena fieret certitudo, quod esset canonicum statuere procurarent; alioquin, si dictum priorem jurisdictionem non habuisse constaret vel de ipsius non posset processum veritate doceri, predictum processum, et si quid ex eo vel ob illum secutum est, revocantes, si invenirent eundem pre-

positum fuisse de hujusmodi vitio infamatum, veritate super hoc sollicitè inquisita, statuerent quod justitia suaderet. Sed memoratus episcopus, aliis occupatus, infectum negotium ad nos iterato remisit, quanquam idem prepositus apud ipsum et collegam suum multum institerit, ut in causa procederetur eadem, prout littere prefati episcopi nobis exhibite continebant. Ceterum prior, decanus et scolasticus supradicti, occasione cujusdam rescripti a Sede Apostolica, veritate tacita, impetrati, dictum prepositum, absentem et inscium, de facto prepositura sententialiter privaverunt, eam Alex[andro], Bremensi canonico, quantum in eis extitit, conferentes; quorum processum dilectus filius noster T[homas], tituli Sancte Sabine presbiter cardinalis, super hoc a nobis datus auditor, de mandato nostro, justitia exigente, cassavit. Verum, quia de premissis, excepta forma mandati dati a legato, de qua plene constitit, liquere nequit, .. Majoris Ecclesie et .. Sanctorum Apostolorum Petri et Andree prepositis ac .. scolastico Padeburnensibus per litteras nostras mandavimus ut, in supradicto negotio, ratione premissa, procedentes, juxta directarum ad eodem episcopum et scolasticum nostrarum continentium litterarum, ipsi preposito, qui longa protractione negotii multis dicebatur fatigatus laboribus et attenuatus expensis, de prepositure ac prebende sue proventibus, qui per eundem priorem sequestrati fuerunt, nec propter expansarum defectum deficere cogeretur, auctoritate nostra facere[re] provideri. Prefati vero iudices, ad Deum et Romanam Ecclesiam respectum debitum non habentes, nec attendentes quod inobediente, que ydolatrie comparatur, notam incurrit, qui adimplere contempnit apostolicas jussiones, quanquam fructus prebende sue sequestratos medio tempore dicto preposito fecerint exhiberi, tamen, Deum homini postponendo, in negotio ipso, ad preces Bremensis capituli, ultra procedere penitus renuerunt, prout littere sub eorumdem iudicum sigillis exhibite continebant. Ne igitur, si iudicum ipsorum malitiam, non solum in confusionem eorum, sed etiam in multorum detrimentum, duxerimus sustinendam, contra officii nostri debitum veniamus, mandamus quatenus prefatos iudices expensas necessarias quas eundem prepositum, a tempore quo procedere recusarunt, fecisse constiterit, eidem solvere compellatis; et quia dignum est ut in quo quis peccavit, in eo etiam puniatur, cum jurisdictione, negando justitiam ad quam tenebantur, reddiderint se indignos, ipsos a jurisdictione, si quam habent, quousque vobis equum visum fuerit, auctoritate apostolica suspendatis, in eodem negotio juxta traditam eis formam nichilominus proces-

1. Ms. : Reperholt.

2. Ms. : extitisset; on lit « constitisset » dans la pièce 2621.

suri; contradictores etc. Nullis litteris obstantibus, harum tenore tacito, a Sede Apostolica impetratis. Quod si non omnes etc. Dat. Interamne, kalendis julii, anno decimo. »

3222

Rieti, 16 juillet 1236.

Magistro P[etro] de Collemedio, capellano suo, praeposito Sancti Audomari, mandat quatenus, si rex Navarrae, comes Campaniae, preces et exhortationes apostolicas adimplere omittens, noluerit Petro et Angelo Johannis Ilperini, civibus Romanis, de quadam summa pecuniae, quam sibi ab eo deberi proponebant, nec non de expensis et damnis satisfacere, Pruvinum et Barrium castra interdicto subiciat. — (Reg. 18, f. 171 r°; ann. X, c. 144.)

« Magistro P. de Collemedio, capellano nostro, praeposito Sancti Audomari, Morinensis diocesis. Petrus et Angelus Johannis Ilperini fratres, cives Romani, sua nobis petitione monstrantur quod, inter karissimum in Christo filium nostrum .. illustrem regem Navarre, comitem Campanie, olim, ex parte una, et ipsos, ex altera, amicabilem compositione inita super quadam summa pecunie quam sibi ab eo deberi proponunt, et auctoritate apostolica roborata. demum, cum compositionem non servaret eandem, ipsi tam a bone memorie II[onorio] papa, predecessore nostro, quam a nobis super eadem pecunia et rebus aliis ad .. abbatem et .. priorem Sancte Genovefe Parisiensis contra eum litteras impetrarunt. Coram quibus cum tractus fuisset in causam, .. abbas Sancti Johannis in Vincis Suessionensis ejusque college, pre-textu quarundam litterarum nostrarum, quas postmodum impetrasse dicitur, super eo quod a nonnullis mercatoribus multas usuras et juramentum de non repetendis eisdem ab eo proponebat extorta, eisdem iudiciis ne procederent, veterunt: qui, cum eis postmodum delerimus in mandatis ut, eisdem litteris non obstantibus, mandatum nostrum exequi non differrent, in personam excommunicationis et in terram ejus interdicti sententias juxta formam traditam promulgarunt: quorum processum illi dicuntur, sicut asseritur, revocasse. Unde instantur petierunt a nobis ut, non obstante revocatione hujusmodi, quam nullam esse ipso jure dicebant, eandem sententias usque ad satisfactionem eandem faceremus sollempniter publicari. Quia vero regem eundem specialem Apostolice Sedis filium reputamus, et eo etiam affectu complectimur, quod libenter velimus honori suo, quantum possumus, cum honestate nostra deferre, illorum postulationes duximus suspendendas, firmiter sperantes ut, quo am-

plius sibi deferimus, eo devotius debeat monita nostra suscipere, et ad ea que consulimus, inclinari. Cum igitur pro temporali comodo non sit fama vel salus anime negligenda, dictum regem rogandum duximus et hortandum ut, si est ita, de predictis, cum justis et moderatis expensis ac debita restauratione dampnorum, usura omnino cessante, satisfaciat civibus memoratis, ita quod ipsi ad nos super hoc iterare querelam ulterius non cogantur. Ceterum, quia contra justitiam, quam diligit honor regis, et in qua sumus omnibus debitores, deferre alicui non debemus, gerentes Illius vices in terris, apud quem nulla est acceptio personarum, mandamus quatenus. si dictus rex preces et exhortationes nostras omiserit adimplere, revocatione hujusmodi non obstante, Pruvin[um] et Barr[ium] castra sententie subicias interdicti, submoto facias usque ad satisfactionem condignam, submoto appellationis obstaculo, inviolabiliter observari, districtius, si necesse fuerit, auctoritate nostra dictis iudiciis inhibendo. ne processum tuum debeant aliquatenus impedire. Non obstantibus indulgentia que prefato regi dicitur ab Apostolica Sede concessa, ut nullus ydelicet sine manifesta et rationabili causa in eum ac terram suam excommunicationis et interdicti sententias audeat promulgare, vel litteris conservatoris super ipsa ad .. abbatem Longipontis et suos collegas obtentis, vel constitutione de dualibus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam pars altera extra su[am] d[ioecesis] ad iudicium non tra[hatur], et prohibitione a nobis edita super debitis Romanorum. Dat. Reate, XVII kalendas augusti, anno decimo. »

3223

Rieti, 14 juillet 1236.

Gregorio de Monte Longo, subdiacono suo, mandat quatenus regem Navarrae, comitem Campaniae, moneat et inducat ut exhortationibus et consiliis apostolicis super satisfactione Petro et Angelo Johannis Ilperini, civibus Romanis, et B., eorum fratri, impendenda acquiescat. — (Reg. 18, f. 174 v°; ann. X, c. 145.)

« Gregorio de Monte Longo, subdiacono nostro. Significaverunt nobis olim dilecti filii nobiles viri Petrus et Angelus Johannis Ilperini fratres, cives Romani, quod B., frater ipsorum, in comitatu Campanie tunc existens, cum quodam clerico, qui se procuratorem venerabilis fratris nostri .. Laudunensis episcopi per contractus sub ejus nomine litteras ostendebat, contractum

inuit de mutuanda sibi pro ipso episcopo quadam pecunie quantitate, receptis ab eo litteris compositis, predicti episcopi nomine, de mutuo contrahendo, et quadam super ejus sigillo cedula vacua, detinenda donec sibi super recepto mutuo testimoniales litteras exhiberet. Et licet postmodum inter ipsum B. et quosdam nuntios dicti episcopi, falsum procuratorem eundem clericum asserentes, orta contentio, super eo quod ab ipso B. dictas litteras et cedulam repetebant, sopita per .. abbatem de Nigella, balivis karissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Navarre, comitis Campanie, presentibus, extitisset, iidem tamen balivi ab illo de comparendo coram eodem rege certo termino cautionem fidejussoriam extorserunt; quem tandem ad ejus presentiam accedentem, vinculis ferreis alligatum, carcerali fecit custodie mancipari, eidem insuper suspendium comminando; cujus metus occasione, mille pro se ac [pro] consilio suo ducentas libras denariorum fortium ei fuit exhibere coactus, et prestare preterea de non repetenda ipsa pecunia cautionem; propter quod ei direximus scripta nostra ut. pro reverentia nostra et honore suo, restitueret et restitui faceret pecuniam sic extortam, de expensis et dampnis que propter hoc sustinuerant, satisfactione congrua impendenda, et bone memorie .. Belyacensi episcopo sub certa forma litteris apostolicis destinatis; cujus officialis, cui super hoc commiserat idem episcopus totaliter vices suas. eodem rege ¹ in mille libris Proveniensium fortium per diffinitivam sententiam, exigente justitia, condemnato, in personam, cum diffinitivam servare non vellet, excommunicationis, et in terram suam interdicti sententias promulgavit. Cumque .. abbas Longipontis et conjudices sui, deputati conservatores a nobis super concessa ei, ut dicitur, a Sede Apostolica indulgentia, ut nullus videlicet sine manifesta et rationabili causa in ipsum ac terram ipsius excommunicationis et interdicti sententias audeat promulgare, nec non .. abbas Vallis Secrete ac ejus college, pretextu quarundam litterarum nostrarum, quas idem rex dicitur impetrasse super eo etc., ut supra, usque : proponebat extorta, processum officialis ipsius de facto, ut asserunt, revocassent, instanter petebant a nobis ut, non obstante revocatione hujusmodi, tanquam ipso jure nulla, faceremus easdem sententias usque ad satisfactionem condignam sollempniter publicari. Quia vero eundem regem etc., ut supra, usque : inclinari. Unde celsitudinem ² suam rogamus, hortamur atque consulimus

ut hac vice de pecunia, expensis ac dampnis predictis, secundum priorum litterarum nostrarum tenorem, cum id honori suo conveniat, propter quod et tibi expedit et nos volumus quod nostris acquiescat exhortationibus et consiliis totiens inculcatis, civibus satisfaciatur supradictis, ita quod et nos, qui gratum [hoc] habebimus plurimum et acceptum, esse ipsi debeamus propter hoc specialiter in suis oportunitatibus magis favorabiles et benigni, ac prefati Romani ad nos super eo iterare querimoniam non cogantur, quibus justitiam, in qua sumus omnibus debitores et contra quam deferre alicui non debemus, non possemus ulterius denegare. Quocirca mandamus quatenus dictum regem ad id attentius moneas et inducas. Dat. Reate, II idus julii, anno decimo. »

3224

Terni, 1^{er} juillet 1236.

Episcopo Praenestino, apostolico legato, memorata epistola supra sub numero 2900 notata (ann. IX, c. 333), mandat quatenus Vitestum et Izolinum de Ponte Carali, qui in episcopum Pergamensem, de mandato apostolico ad monasterium Sanctae Euphemie Brixienis accedentem, et in ejus condelegatos cum gladiis et lapidibus irruerant, et R. de Rodengo, quem sibi idem episcopus, ad idem mandatam apostolicum exsequendum, associaverat, vulnerarant, usque ad satisfactionem condignam excommunicatos nuntiet; F., praedictorum Vitesti et Izolini fratrem, rebellem in A., praedicti monasterii abbatem, ad praesentiam apostolicam transmittat; et potestatem Brixiensem compellat ut fidejussoriam cautionem quam a quibusdam militibus, qui praedicto episcopo Pergamensi auxilium praestiterant, extorserat, ut ipsius mandatis parerent, relaxet. — (Reg. 18, f. 175 r^o; ann. X, c. 146.)

« .. episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato. Venerabili fratre nostro .. Brixienis episcopo olim acceptimus intimante quod. vacante monasterio Sancte Eufemie Brixienis, sue jurisdictionis, quod, propter malitiam inhabitantium in eodem, nimium in spiritualibus et temporalibus est collapsum, monachi ejusdem potestatem sibi providendi de abbate in ipsum unanimiter contulerunt. Qui, diligenti deliberatione prehabita, de dilecto filio A., monacho Sancti Pauli, Cluniacensis ordinis, viro provido et honesto, per cuius industria monasterium creditur in statum debitum reformari, in pastorem providit eidem; quod omnes predicti monachi, preter quandam puerum, F. nomine, qui ad ipsius regimen prepropere aspirabat, voluntarie acceptarunt, obedientiam sibi et reverentiam impendentes. Sed idem F., per se ac quosdam

1. Ms. : eundem regem.

2. Ms. : celsitudinem.

potentes amicos suos corruptis quibusdam ex monachis memoratis, cum illis presumit ipsi abbati pertinaciter rebellare. Cumque predictus abbas contra dictos monachos, super eo quod obedientiam et reverentiam sibi exhibere renuerant, et iidem contra ipsum a nobis ad diversos iudices diversas litteras impetrassent, quia, utriusque iudicibus de jurisdictione contententibus, causa nequivit, ut debuit, habere processum, bona monasterii tam per ipsum F. et sequaces ejus quam per amicos eorum enormiter dissipantur. Verum, predicto episcopo nobis humiliter supplicante ut hujusmodi negotium revocare ad examen Sedis Apostolice dignaremur, nos, volentes indemnitati ejusdem monasterii preceverere, ex officio nostro dilecto filio .. abbati de Cerreto, Cisterciensis ordinis, et conjugibus suis negotium duximus committendum, dantes eis firmiter in mandatis ut, facientes sibi assignari litteras hinc inde obtentas et processus habitos per eandem, causam audirent, et, si de partium voluntate procederet, terminarent; alioquin remitterent ad nos ipsam sufficienter instructam, prefigendo partibus [etc., usque :] conspectui presentarent. Qui cum, nostrum mandatum fideliter exequentes, dictos monachos legitime citavissent, et ipsi coram eis per se vel idoneum responsalem se recusaverint presentare, assignaverint eis terminum peremptorium, in quo defensiones suas legitimas exhiberent; sed nec sibi comparere aliquatenus curaverunt. Quare ipsi, recepti dicti abbatis rationibus et processibus iudicum delegatorum sibi exhibitibus, prefixerunt partibus alium terminum peremptorium quo presentarent se nobis, justam, actore Deo, sententiam recepture. Verum, termino veniente, cum post ipsum etiam dictos monachos expectandos duxerimus, et nec per se nec alium comparere curassent, tandem, ad instantiam. Ar., procuratoris abbatibus ejusdem, venerabilem fratrem nostrum .. Ostiensem episcopum super hiis dedimus auditorem; quo, de mandato nostro, aperte acta iudicii transmissa nobis a iudicibus supradictis, de premissis omnibus, sicut per fidem relationem ejus accepimus, per publica sibi constitit instrumenta, et quod possessionem spiritualium et temporalium habuit idem abbas. Sed, cum venerabilis frater noster .. Antiochenus patriarcha, tunc Apostolice Sedis legatus, Henrico Golte, irrequisito abbate, curam temporalium ipsius monasterii propter scandalum commisisset, hac occasione fuit abbas ipse spiritualibus et temporalibus destitutus, et prelati monachi minus possunt, licet excommunicationibus pluribus ligati, a suo malo proposito revocari. Ideoque petebatur instantiter super hoc curaremus congruum remedium adhibere. Nos vero, volentes

GRÉGOIRE IX. t. II.

eorum malitiis obviare ac eidem monasterio providere, ne ex defectu pastoris grave dispendium pateretur, venerabili fratri nostro .. episcopo et dilectis filiis Rodulfo et Lanfranco de Cludin[o], canonicis Pergamensis, nostris dedimus litteris in mandatis ut, amoto quolibet detentore, in possessionem quam habuit spiritualium et temporalium, abbatem restituentes eundem et defendentes inductum, contraditores censura ecclesiastica compescere procurarent, invocato auxilio brachii secularis. Dicti vero episcopus et college sui, mandatum nostrum exequi cupientes, et nobilis viri .. potestatis Brixiensis, ut contra eos qui dictum dicebantur monasterium occupasse, secum personaliter iret aut aliquos destinaret, auxilium invocantes, eodem potestate id facere recusante, ad prefatum monasterium, ut¹ mandatum exequerentur apostolicum, associatis sibi quibusdam militibus Deum et Apostolicam Sedem reverentibus, accesserunt. Sed Vitestus et Izulinus de Ponte Carali, fratres dicti F. monachi, cum suis sequacibus, eo, sicut creditur, procurante, in dictum episcopum et condelegatos suos cum gladiis et lapidibus irruentes, et nobilem virum R. de Rodengo, qui illuc cum eisdem iudicibus ad ipsorum mandatum accesserat, vulnerare, ac predictis iudicibus multas inferre injurias non verentes, ipsos a prefato monasterio, in contemptum Dei et Sedis Apostolice, turpiter ejece- runt: propter quod iidem iudices in dict[os] Vitestum et Izulinum et sequaces eorum excommunicationis sententiam protulerunt. Ceterum dictus potestas, contemptui malitiam superaddens, dictos milites ut propter hoc quod cum eisdem iudicibus taliter accesserant, suo mandato parentem, prestare coegit fidejussorium cautionem. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, faciens dictos Vitestum et Izulinum² et eorum sequaces usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, excommunicatos publice nuntiari et ab omnibus, sicut justum fuerit, evitari, et dictum F. suspensum ad presentiam nostram transmittens, prefatum potestatem ut hujusmodi cautionem relaxet, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compellas. Proviso ne in comun[e] Brixien[s]e etc. Dat. Interamne, kalendis julii. pontificatus nostri anno decimo. »

❧❧❧

Rieti, 16 juillet 1236.

Episcopo Pictavensi, et magistris Aimerico Vinaldi, Sancti

1. Ms. : ne.

2. Plus haut, Izulinus, Izulinum; ici, Izotinum.

Petri Pictavensis, et J. Milonis, Sancti Hilarii Pictavensis canonici, causam quae inter [Margaritam], comitissam Britanniae, et vicecomitem Thoarcii super dote ejusdem comitissae vertebatur, de novo audiendam committit. — (REG. 18, f. 175 v°; ann. X, c. 147; — MOREAU 1191, f. 91; — cf. *supra*, n° 2819.)

« .. *episcopo, et magistris Americo¹ Vinaldi, Sancti Petri, et J. Milonis, Sancti Hilarii canonici Pictavensibus.* Cum olim in causa que inter nobilem mulierem .. comitissam Britannie et nobilem virum .. vicecomitem Thoarcii, Pictavensis diocesis, super quibusdam redditibus, possessionibus et rebus aliis ad dotem ipsius comitis, ut asserit, pertinentibus, diverse hinc inde ad diversos iudices littere apostolice emanassent, et diversi processus habitus fuerint per easdem, ea tandem per .. priorem de Ponte Uncti et suos [con]iudices ad Apostolicam Sedem remissa, et super ipsa in presentia venerabilis fratris nostri .. episcopi Ostiensis, quem super hoc procuratoribus utriusque partis concessimus auditorem, inter ipsos procuratores aliquandiu altercato : nos demum, intellectis per eundem episcopum que a procuratoribus ipsis proposita fuerant coram eo, totum negotium, et omnes litteras et processus habitos per easdem, salvo jure expensarum comitis prefate, ad examinem duximus apostolicum revocandum, .. abbati Lucion[i], Pictavensis diocesis, per nostras litteras injungentes ut partibus terminum preemptionum primam dominicam Quadragesime proximo preterite assignaret, quo per se vel procuratores idoneos sufficienter instructos, cum eisdem litteris et processibus, omnibus munimentis et rationibus suis, apostolice se consecuti presentarent. Procuratoribus igitur predictorum comitis ac vicecomitis eodem termino in nostra presentia constitutis, nos dilectum filium nostrum R[aynerium], Sancte Marie in Cosmedin diaconum cardinalem, eis concessimus auditorem; coram quo prefate comitis procuratore petente jamdictum vicecomitem ad restitutionem quorundam reddituum, qui *frumentagium* vulgariter nuncupantur, cum fructibus inde perceptis et qui poterunt percipi, coartari, supradicti vicecomitis procurator in modum exceptionis proposuit antedictam comitissam, tempore quo ad predictum abbatem Lucion[i] littere citatorie directe fuerunt, ex alia causa fuisse vinculo excommunicationis strictam; quod cum incontinenti probare non posset, litem sub ea conditione in ipsius cardinalis presentia contestatus, ut, si prefatam exceptionem in partibus

illis probaret termino competenti, predicta litem contestatio non valeret, post litem contestatam quibusdam respondit positionibus ab altera parte factis, prout idem cardinalis exposuit coram nobis. Finem itaque litibus imponere cupientes, processum in presentia cardinalis ejusdem inter prefatos procuratores super hiis habitum, sub sigillo ipsius, cum aliis processibus et rationibus omnibus, vobis duximus remittendum, discretioni vestre per apostolica scripta mandantes quatenus, si pars predicti vicecomitis infra duos menses a receptione presentium exceptionem legitime probaverit supradictam, vos negotio superseadeatis eidem; alioquin, recepto a partibus calumpnie juramento, et admissis positionibus et responsionibus a partibus faciendis, causam audiat eandem, et, si de partium voluntate processerit, ipsam iudicio vel concordia terminetis, facientes quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, inviolabiliter observari. Si vero id nequiverit provenire, vos eam ad nos infra sex menses a receptione presentium remittatis sufficienter instructam, prefigendo partibus terminum competentem, quo, cum omnibus actis et rationibus, compareant per se vel procuratores idoneos coram nobis, justam, dante Domino, sententiam recepture —. Dat. Reate, XVII kalendas augusti, pontificatus nostri anno decimo. »

3226

Rieti, 17 juillet 1236.

Episcopo Astoricensi scribit quomodo agere debeat cum magistro Alfonso, portionario Compostellano, de quo archiepiscopus Compostellanus Emeritensi ecclesie, non providendi reapse, sed ludendi animo, in episcopum providerat. — (REG. 18, f. 176 r°; ann. X, c. 148; — cf. *supra*, n° 2106.)

« .. *episcopo Astoricensi.* Olim dilecto filio magistro Alfonso, portionario Compostellane ecclesie, in nostra presentia proponente quod, cum, vacante Emeritensi ecclesia, eidem Compostellane ecclesie metropolitico jure subjecta, venerabilis frater noster .. archiepiscopus Compostellanus de ipso magistro providerit jamdicte Emeritensi ecclesie in episcopum et pastorem, ac postmodum idem archiepiscopus, asserens non providendi, sed ludendi animo, quod de ipso fecerat, se fecisse, id revocare pro sue voluntatis arbitrio niteretur, nos, volentes super hoc scire plenius veritatem, receptionem testium venerabili fratri nostro .. Lucensi episcopo duximus committendam. Cumque dictus episcopus depositiones testium receptorum ad examen apostolicum remisisset, nos eidem magistro et dilecto

1. En manchette : Americo; en rubrique : A.

filio D., Compostellano canonico, procuratori dicti archiepiscopi, propter hoc in nostra presentia constitutus, dilectum filium nostrum O[tonem], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, dedimus auditorem. Idem vero auditor, inspectis dictis testium predictorum et auditis que partes voluerunt proponere coram eo, nobisque ac fratribus nostris que intellexit, fideliter recitatis, de speciali mandato nostro quicquid de provisione huiusmodi per eundem archiepiscopum factum fuit, non persone sed processus vitio, iustitia exigente, cassavit, nobis provisione ipsius Emeritensis ecclesie reservata. Nos igitur, processum cardinalis ejusdem ratum habentes, et attendentes quod de spiritualibus nequaquam taliter est ludendum, nec prefato magistro debueraut sic illudi, mandamus quatenus, memoratum archiepiscopum et capitulum Compostellan[os] ut, ipsum recipientes in canonicum et in fratrem, sibi stallum in choro et locum in capitulo, cum plenitudine juris canonici, nichilominus assignando, prebendam ei, si qua vacat ibidem ad presens, alioquin quamcito se facultas obtulerit, conferant et assignent, et archiepiscopum supradictum ut in anno¹ quindecim marcarum sterlinguorum reddito in certo loco ei de bonis archiepiscopalibus studeat providere, moneas et inducas, ipsos ad hoc, si necesse fuerit, auctoritate nostra, submoto cujuslibet appellationis impedimento, compellens. Si vero eandem Compostellanam ecclesiam medio tempore vacare contigerit, tu, in receptione ipsius et assignatione prebende contra capitulum nichilominus, juxta premissam formam, procedens, super provisione predicta mandatum nostrum, sine dilatione ac difficultate qualibet, exequi non postonas; contradictores etc. Non obstante si eidem archiepiscopo et capitulo pro alio direximus scripta nostra, et constitutio de duabus dietis etc. Dat. Reate, XVI kalendas augusti, anno decimo. »

3227

Rieti, 14 juillet 1236.

Bruniatensi electo. — memorato privilegio quo Innocentius papa II^{us} statuerat ut ecclesie Bruniatensi, tunc monasterio infra Lunensium diocesim constituto et immediate Apostolicæ Sedis subjecto, ecclesie positæ circa ipsam, nec non castra et villæ jurisdictionis ipsius diocesano jure subessent, et Bruniatensis episcopus in ipsis decimas, oblationes et alia jura episcopalia tanquam diocesanus obtineret, nullam sibi aliam diocesim assignando, — cum episcopus Lunensis, occa-

sione procuratorum legatis et nuntiis apostolicis præstiturum, ab eis imperatis litteris super hoc onere inter exemptas et non exemptas ecclesias suæ diocesim dividendo, ecclesiam de Convento, in Lunensi diocesi positam, sed ad Bruniatensem episcopum pleno jure spectantem et sibi vicinam, super hoc multipliciter prægravaret et molestaret, — significat se inhibere ne, occasione prædicta, idem Lunensis episcopus ab eadem ecclesia de Convento, quæ cum ecclesiis Bruniatensis diocesim tenebat contribuere in procuracionibus memoratis, subsidium exigat vel extorqueat. — (REG. 18, f. 176 v^o; ann. X, c. 149; — cf. supra, n^o 2932.)

« .. Bruniatensi electo. Cum, sicut asseris —. Dat. Reate. II idus julii, anno decimo. »

3228

Rieti, 9 juillet 1236.

Episcopo et cantori Antisiodorensibus mandat quatenus abbati et conventui Virziliacensibus, — qui, cum dudum pauci monachi in ipsorum monasterio remansissent, aliis per diversa loca dispersis, propter onera debitorum quibus idem monasterium erat oppressum, deum ex ipsis tandem ad monasterium ipsum, cum alii ad servandum ei non sufficerent, revocantes, ad eorum sustentationem quandam partem reddituum ad elemosynam pertinentium, cum non haberent alias unde viverent, deputaverant, reliquis ejusdem monasterii redditibus pro solutione debitorum creditoribus obligatis, — concedant, non obstante statuto apostolico nuper edito, videlicet ne possessiones vel redditus alienius monasterii ad elemosynam deputati ab eisdem usibus abstrahantur, ut tales redditus in sustentationem dictorum monachorum usque ad triennium convertere valeant. — (REG. 18, f. 176 v^o; ann. X, c. 150; — MOREAU 1191, f. 87.)

« .. episcopo et .. cantori Antisiodorensibus. Ex parte dilectorum —. Dat. Reate, VII idus julii, anno decimo. »

3229

Rieti, 18 juillet 1236.

Magistro ordinis de Sempingham et Gaufrido, domino Eboracensi, committit terminandam causam Bartholomæi, rectoris ecclesie Sancti Keverani (= S. Keverne) in Cornubia contra abbatem et conventum Belli Locci, Wintoniensis diocesis, qui dolose obtinuerant quod prædictam ecclesiam in usus suos retinere possent. — (REG. 18, f. 176 v^o; ann. X, c. 151.)

« .. magistro ordinis de Sempingham et Gaufrido¹, de-

¹ Gaufrido en manchette; G. en rubrique.

1. Ms. : Archiepiscopus supradictus in anno.

2. JAFFE LAEWENFELD 7621 (27 mai 1133).

cano Eboracensi. Sua nobis Barth[olomeus], rector ecclesie Sancti Keveran[i] in Cornubia, petitione monstravit quod olim, Viviano, ejusdem ecclesie rectore, viam unverse carnis ingresso, et venerabili fratre nostro .. Exoniensi episcopo, loci diocesano, ad quem ipsius collatio pertinebat, eam alicui infra tempus canonicum negligente conferre, capitulum Exoniense, ad quod fuit ipsius ecclesie collatio, juxta Lateranense concilium, devoluta, eandem dicto B. duxerunt canonice conferendam. Sed [...] abbas et conventus Belli Loci, Cisterciensis ordinis, Wintoniensis diocesis, medio tempore ad Sedem Apostolicam procuratore transmissio, asserentes quod nobilis vir .. comes Cornubie jus patronatus quod habebat in ipsa, eis contulit, eodem episcopo transferente postmodum in ipsos quicquid ad eum in eadem ecclesia in temporalibus pertinebat, et quod idem, hostilis temporis malitia ingruente, in personis et rebus defectum non modicum sustinentes, caritatis et hospitalitatis opera in eodem monasterio non poterant exercere, et dolose tacentes quod fere mille libras sterlinguorum annuum redditum habeant et in loco deserto sint positi, ubi nulla vel modica caritatis opera exercentur, et eo tacito quod predictus episcopus, qui multa de bonis Exoniensis ecclesie illicite alienaverat, ut ei in posterum provideret, eidem capitulo, ante translationem et confirmationem hujusmodi, per litteras suas promisit, ordinavit et statuit quod de cetero de ecclesiis et terris, sine decani et predicti capituli Exoniensium consensu, religiosus vel aliis locis aut quibuscumque personis alienationem aliquam nullatenus faceret, alioquin factum suum eo ipso esset irritum et inane : obtinuerunt a nobis quod dictam ecclesiam, que parochialis existit, licet de hoc non fecerint mentionem, defectu capituli, quem de speciali gratia dicimur suppluisse, et ordinis Cisterciensis statutis non obstantibus, possent in usus proprios retinere. Qui, hujusmodi occasione, in bonis monasterii sui, qui multo pluribus monachis habundanter sufficerent, debachantes, et eandem ecclesiam converteres in grangiam, eam presumunt contra justitiam detinere; et licet in eadem multa consueverint caritatis opera exerceri, modo fere nullus ibi ad hospitalitatem admittitur, et eadem ecclesia debito servitio defraudatur. Quare idem nobis humiliter supplicavit ut, indemnitati sue et ejusdem ecclesie consulentes, dictam ecclesiam faceremus, ab ea prefatis abbatte et conventu remotis, sibi, cum perceptis ex ea fructibus, assignari. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, causam, si de par[tium]

voluntate] proces[erit], f[ine] de[bito] termi[netis], facientes etc.; alioquin, ipsam ad nos sufficienter remittentes instructam, prefatis etc., usque : recepture. Testes etc. Dat. Reate, XV kalendas augusti, anno decimo. »

3230

Rieti, 15 juillet 1236.

Lincolniensi episcopo, — audito quod quidam ejus diocesis clerici, justitiariatu et vicecomitatu, sicut ex officii sui debito tenebantur, fungendo, accusatos vel criminaliter diffamatos capi faciebant et carceri mancipari, ac, causa criminis usque ad calculum sententiae diffinitivae deducta, solam sententiam relinquebant aliis proferendam, a judicio recedentes; unde fiebat quod, cum ipsorum recessus manifestum erat judicium, accusati pro criminibus condemnabantur; audito etiam quod praedicti qui vicecomitatus gerebant officium, mandata regia exsequi armata manu tenebantur, et interesse duellis ac de causa sanguinis judicare, contra sacros canones; audito denique quod, licet tales plura in eadem dioecesi beneficia cum cura obtinerent animarum, frequenter tamen procurabant se ipsi episcopo ad alia similia praesentari, — mandat quatenus contra tales clericos saeviat. — (REG. 18, f. 177 r°; ann. X, c. 152.)

« .. *Lincolniensi episcopo*. Ad nostram audientiam — Dat. Reate, idibus julii, anno decimo. »

3231

Terni, 26 juin 1236.

Eidem mandat quatenus, — cum in quibusdam ipsius diocesis ecclesiis et locis sacris fieret mercatura, — hoc prohibeat. — (REG. 18, f. 177 r°; ann. X, c. 153.)

« *Eidem*. Quam sit reprehensibile — Dat. Interamne, VI kalendas julii, anno decimo. »

3232Terni, 1^{er} juillet 1236.

Priori et conventui ecclesiae Christi Cantuariensis confirmat et rescribit litteras Anselmi, Cantuariensis archiepiscopi, super ipsorum libertatibus et immunitatibus factas. — (REG. 18, f. 177 r°; ann. X, c. 154; — MOREAU 1191, f. 85.)

« .. *priori et conventui ecclesie Christi Cantuarien[sis]*. Devotionis vestre supplicationibus — Dat. Interamne, kalendis julii, anno decimo. »

[3233]

[Charta autem praedicti archiepiscopi haec est :]

« Anselmus, gratia Dei sancte Cantuariensis ecclesie archiepiscopus, omnibus ejusdem ecclesie filiis et fidelibus, salutem et benedictionem. Notum sit vobis » me concessisse et confirmasse monachis in ecclesia Cantuariensi, mihi commissa, Deo servientibus, omnes res et possessiones suas, sicut rex Willelmus » concessit eis et confirmavit, honorifice, libere et integre possidendas in perpetuum. Concedo insuper, » ad memoriam successorum meorum et illorum quietem et pacem perpetuam, ut ipsi libere disponent » et ordinent de rebus que ad eos pertinent, sicut eis » melius et utilius visum fuerit de communi consilio » capituli sui, quatenus, sicut easdem habemus in sessionibus nostris, secundum cartas regum, libertates, similem habeant in portionibus singulis potestatem. Salva mihi et successoribus meis regulari » disciplina. Quod si quis hec vi vel fraude violare » presumpserit, anathema sit. »

3234

Terni, 1^{er} juillet 1236.

Eisdem confirmat et rescribit litteras Willelmi [II], regis Angliae, super ipsorum libertatibus et immunitatibus factas. — (REG. 18, f. 177 v^o; ann. X, c. 155; — MOREAU 1191, f. 86.)

« Eisdem. Devotionis vestre supplicationibus. — Dat. Interamne, kalendis julii, anno decimo. »

[3235]

[Charta autem praedicti regis haec est :]

« Willelmus, rex Anglie, episcopis, comitibus, proceribus, vicecomitibus ceterisque fidelibus suis, Francie et Anglie, salutem. Sciatis me dedisse Anselmo, » archiepiscopo Cantuariensi ecclesie, saca et socne², » on strande et on strame, on woden et on velden, » toln. et theames, gribreche, hamsocn., forestalles » et infangenthieves et omnes alias libertates, in » terra et mari, super suos homines, infra burgos et » extra. et super tot themes quot ecclesie Christi con-

» cessit rex Eadwardus, cognatus meus. Volo etiam » ut monachi ecclesie Christi Cantuariensis similiter » habeant. in omnibus terris et tenementis suis, omnes » predictas libertates, in terra et mari, in aquis et viis, » et omnibus aliis locis et omnibus rebus que ad eos » pertinent, in tantum et tam pleniter, sicut proprii » ministri mei exquirere deberent. Portum etiam de » Sanwic, et omnes exitus et consuetudines ex utraque » parte aque, eis concedo et confirmo, sicut rex Cnud. » eis antea dedit et codicillo suo confirmavit. Domos » etiam et omnes consuetudines in villa de Sanwic. eis » concedo et confirmo, quas Oddo, Bajocensis episcopus et Cantie comes, eis concessit et carta sua confirmavit. Et nolo pati ut aliquis hominum se immittat de omnibus rebus que ad eos pertinent, nisi » ipsi et ministri eorum, quibus ipsi [eas] committere » voluerint, nec Francus nec Anglus. Testibus Willelmo, episcopo Dunelmensi, et Gund[ulfo], episcopo » Refensi, et Eud[one], dapifero. »

3236

Rieti, 14 juillet 1236.

Regi Navarrae, comiti Campaniae, qui, crucis assumpto signaculo, in Terrae Sanctae securum transfretare proposuerat, concedit ne quis in personam aut terram ejus excommunicationis vel interdicti sententias sine speciali Sedis Apostolicae mandato promulgare possit, donec de ipsius redivitu vel obitu certissime cognoscatur, dum tamen coram Sancti Dionysii in Francia et Clarevallensi abbatibus, vel eorum altero, per se vel per responsalem idoneum justitiam de ipso conquirentibus exhibere sit paratus. — (REG. 18, f. 177 v^o; ann. X, c. 156; — POTTHAST 10206¹.)

« .. illustri regi Navarre, comiti Campanie. Eis qui signo. — Dat. Reate, II idus julii, pontificatus nostri anno decimo. »

3237

Rieti, 14 juillet 1236.

De Cheziaco et Vallis Secretae abbatibus, de eadem rescribens, mandat quatenus sententias, si quas, contra concessionem praedictam factam regi Navarrae, in eum vel terram ejus contigerit promulgari, denuntient non tenere. — (REG. 18, f. 178 r^o; ann. X, c. 157.)

« .. de Cheziaco et .. Vallis Secretae abbatibus, Successionensis dioecesis. Cum karissimo in —. Dat. ut supra. »

1. Avec l'incipit erroné : « Eos qui signo. »

1. Je n'ai pas trouvé cette pièce dans les *S. Anselmi opera* de la *Patrologie latine* de Migne.

2. Ms. : socne. — Cf. les formules très analogues d'un acte de Guillaume le Conquerant, dans THOMAS OF ELMHALM, *Hist. monast. S. August. Cantuar.*, éd. C. HARDWICK, p. 347-348.

3238

Rieti, 13 juillet 1236.

Abbati et conventui monasterii Aquincintensis (= Anchin) significat se inhibere ne infra clausuras monasterii, prioratum seu aliorum locorum ipsorum, saeculares personae communia colloquia faciant, sive nuptias celebrent, et ne quis eos vel eorum aliquem trahat ad iudicium saeculare, praesertim super his quae saeculare iudicium non requirunt, nec aliqua mulier, prout erat obtentum hactenus, septa monasterii eorum, nisi dumtaxat in festo Dedicationis ipsius, introeat. — (REG. 18, f. 178 r^o; ann. X, c. 158.)

« .. abbati et conventui monasterii Aquincintensis, ordinis sancti Benedicti, Atrebatensis diocesis. Quanto studiosius divine —. Dat. Reate, III idus julii, anno decimo. »

3239

Rieti, 21 juillet 1236.

Episcopo Draconariensi, suppriori fratrum Praedicatorum Tranensi et archipresbytero Pennensi mandat quatenus, ad monasterium de Tremito, ordinis sancti Benedicti, Larinensis diocesis, ad Sedem Apostolicam nullo medio pertinens, propter malitiam habitantium in eodem collapsum, personaliter accedentes, si poterit in eodem ordine reformari, dent ad hoc opem et operam efficacem; alioquin in ipsum monasterium Cisterciensem ordinem inducant, personis ibi degentibus quae noluerint ipsum assumere, in locis aliis sui ordinis collocandis. — (REG. 18, f. 178 r^o; ann. X, c. 159; — cf. *supra*, n^o 1699.)

« .. episcopo Draconariensi, .. suppriori fratrum Predicatorum Tranensi et .. archipresbytero Pennensi. Cum monasterium de —. Dat. Reate, XII kalendas augusti, anno decimo. »

3240

Rieti, 21 juillet 1236.

Episcopo, archidiacono et cantori Trecentibus committit totaliter audiendam et terminandam causam quae inter decanum capitulumque capellae Ducis Divionensis, ex una parte, et episcopum capitulumque Lingonenses, ex altera, vertebatur, quae olim hinc ipsis, pro praefato capitulo Lingonensis, illic G., archidiacono Cathalaunensi, et ejus conjugibus, pro praefato episcopo Lingonensi, commissa fuerat. — (REG. 18, f. 178 r^o; ann. X, c. 160; — MOREAU, 1191, f. 95.)

« .. episcopo, .. archidiacono et .. cantori Trecentibus. Dilecti filii .. decanus et capitulum capellae Ducis Divionensis, ad Romanam Ecclesiam, ut dicitur, nullo medio pertinentis, sua nobis petitione monstrarunt quod venerabilis frater noster [...] episcopus et capitulum Lingonenses, asserentes quod indultis sibi privilegiis

abuntur, pulsatis campanis, apertis januis et alta voce divina celebrando, et interdictos ac excommunicatos recipiendo nichilominus ad divina, praefatum capitulum ad vos, episcopus vero ad G., archidiaconum Cathalaunensem, et suos conjuges, super eodem et exhibitione privilegiorum ipsorum, litteras apostolicas impetrarunt; et, ut eos fatigare valeant laboribus et expensis, ipsos fecerunt per utrasque litteras ad remota loca eodem tempore ad iudicium evocari. Quare nobis humiliter supplicarunt ut, cum durum sit eis simul super hiis coram diversis iudicibus litigare. [sibi] providere paterna sollicitudine curaremus. Quia igitur questiones praedictae una commissione possunt celerius terminari et cum minori dispendio, quam duabus, volentes vos, ad quos praefatum capitulum Lingonense suas litteras dicitur impetrasse, de utraque cognoscere questione, commissione facta Cathalaunensibus pro episcopo revocata, mandamus quatenus, si est ita, partibus convocatis, facientes vobis obtentas ad dictos Cathalaunenses litteras et processum per eas habitum exhiberi, causam audiat utramque juxta litterarum continentiam utrarumque, et, si de partium voluntate processerit, studeatis iudicio vel concordia terminare, ac faciatis quod staueritis, auctoritate nostra firmiter observari; alioquin ipsas sufficienter instructas ad nostrum remittatis examen, prefixo partibus peremptorio termino competenti, quo apostolico se conspectui representent. justam, actore Domino, sententiam recepturam. — Dat. Reate, XII kalendas augusti, anno decimo. »

3241

Rieti, 21 juillet 1236.

Amatoni de Ferentino, familiari suo, significat se, propter fidele obsequium quod sibi diu impenderat, domus, vineas, hortos et alia bona quae quondam Attinulfus de Ceperano in castro Ceperani ab Ecclesia Romana tenuerat, et quae Odo Bellus de Anagnia, quondam balivus castri ejusdem, de mandato apostolico in directum feudum eidem Amatoni assignaverat, ei et ejus haeredibus in perpetuum, sub annuo censu unius obuli aurei, concedere. — (REG. 18, f. 178 v^o; ann. X, c. 161; — POTTHAST 10212; — cf. *supra*, n^o 3017.)

« Amatoni de Ferentino, familiari nostro. Sedes Apostolica, pia —. Dat. Reate, XII kalendas augusti, anno decimo. »

3242

Rieti, 17 juillet 1236.

Montanino, devoto suo, Spiuello Cavalca, Caponer[o] Ra-

nerio Rolandi, Crescentio Bonacursi, Thomasino Ancon[i]-tan[o] ac eorum sociis, mercatoribus Scensibus, — quorum aliquos „pro recuperandis ipsorum debitis in regno Franciæ commorantes, ad loca diversa distrahi contingebat litibus, ad quæ accedere non poterant sine gravi rerum dispendio et periculo personarum, pro eo quod spoliabantur interdum, capiebantur ac etiam vulnerabantur, — indulget ut nullus eorum, in regno prædicto moram faciens, extra Parisiensem vel Belvacensem civitates per litteras possit apostolicas conveniri, quæ de præsentibus expressam non fecerint mentionem; præsentibus post quinquennium minime valituris. — (Reg. 18. f. 178 v°; ann. X, c. 162; — cf. *infra*, n° 3278.)

« *Montano, devoto nostro. Spinello Cavalca, Caponer[o], Ranerio Rolandi, Crescentio Bonacursi, Thomasino Ancon-tan[o] ac eorum sociis, mercatoribus Senensibus. Vestra nobis devotio. — Dat. Reate, XVI kalendas augusti, anno decimo. »*

3243

Rieti, 26 juillet 1236.

Abbati et conventui Aquicinctensibus (= Anchin) significat se inhibere ne pro curtibus vel grangiis quas in Cameracensi, Laudunensi et Tornacensi diocesis habebant, locorum ordinarii procuraciones ab ipsis exigant vel extorqueant, aut in ipsos et in ipsorum familiam vel loca, propter hoc, excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias promulgent, nec ab ipsorum ecclesiis et prioratibus, visitationis causa, procuraciones recipiant, nisi secundum Lateranensem concilii statuta moderatas. — (Reg. 18. f. 178 v°; ann. X, c. 163.)

« .. *abbati et conventui Aquicinctens[ibus], ordinis sancti Benedicti, Atrebatensis diocesis. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis quod, cum habeatis in Cameracensi, Laudunensi et Tornacensi diocibus quasdam curtes et grangias, in quibus proventus terrarum, possessionum et nutrimentorum vestrorum animalium congregatis, ex quibus monasterio et prioratibus vestris necessaria pro tempore ministrantur, [et] ad quarum custodiam interdum monachis, aliquando vero conversos aliquos deputatis: locorum ordinarii pro curtibus prædictis et grangiis procuraciones a vobis exigunt et extorquent, ex eo duntaxat occasione invalidam assumentes, quod aliquando, ex simplicitate, vobis ignorantibus interdum aut de gratia, exhibite et quandoque extorte per violentiam in quibusdam ex dictis curtibus seu grangiis extiterunt; et si eorum voluntati non fuerit satisfactum, in vos et familiam et loca vestra excommunicationis, suspensionis et interdicti ferunt sententias, quanquam non sint ibi ecclesie, nec visi-*

tatione indigeant, nec unquam consueverint etiam, nisi quatenus expressum est superius, nec debeant visitari, licet interdum in oratoris que in grangiis ipsis habetis, divina per vestrum aliquem celebrentur; et cum in ecclesiis et prioratibus vestris officium visitationis impendant, evectonum et personarum mediocritatem non servant in Lateranensi concilio diffinitam. Quare nobis humiliter supplicastis ut super hoc congruum remedium apponamus. Volentes igitur indempnitati vestre paterna sollicitudine precavere, auctoritate presentium districte inhibemus ne prefati ordinarii, veris existentibus supradictis, pro memoratis curtibus et grangiis procuraciones a vobis exigere vel extorquere presumant, aut in vos, familiam et loca vestra, propter hoc, hujusmodi sententias promulgare, nec ab ecclesiis et prioratibus ipsis, cum visitant, procuraciones recipiant, nisi secundum ejusdem statuta concilii moderatas. Nulli ergo nostre inhibitionis etc. Si quis autem etc. Dat. Reate, VII kalendas augusti, anno decimo. »

3244. — In eundem modum *existem*, in Ambianensi, Morinensi et Atrebatensi diocesis.

3245

Rieti, 25 juillet 1236.

Abbatissam et moniales monasterii Sancti Francisci in Clausis Cremonensibus sub sua protectione suscipit, earumque bona et possessiones, et donationes libertatesque eis ab Homobono, Cremonensi episcopo, concessas confirmat; una libra cereæ annuatim Camerae Apostolicæ persolvenda; inserto sub sua bulla prædicti episcopi privilegio. — (Reg. 18, f. 179 r°; ann. X, c. 164; — *POTTIUS* 10215.)

« .. *abbatisse monasterii Sancti Francisci in Clausis Cremonen[sibus], ejusque sororibus inclusis, tam presentibus quam futuris, religiosam vitam etc. Religiosam vitam eligentibus. — Amen. Amen. Amen. Dat. Reate, per manum magistri Guillelmi, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, III kalendas augusti, indictione VIII, Incarnationis Domini anno M CC XXXVI. — pontificatus vero domini Gregorii pape VIII anno decimo. »*

3246

Crémone, 19 mai 1233.

[Charta vero donationis Homoboni, Cremonensis episcopi, sic incipit et desinit:]

« Homobonus, miseratione divina episcopus Cremo-

» nensis, dilectis in Christo filiabus . abbatisse et sororibus pauperibus monialibus inclusis monasterii Sancti Francisci in Clausis Cremonensibus edificati, salutem in perpetuum. Cum, divina gratia —. Dat. Cremon[e], anno ab Incarnatione Domini Nostri Jhesu Christi M^oCC^oXXX^oIII^o, indictione VI^o, die XIII^a exeunte madio. Ego Homobonus, miseratione divina Cremonensis episcopus, hanc exemptionem sive privilegium feci et suscripsi —. Ego Homobonus de Pascharolo, Sacri Imperii legat[us] notarius, jussu supradicti domini Homoboni, Dei gratia episcopi Cremonensis, hoc privilegium scripsi, et me suscripsi. »

32-17

Rieti, 18 juillet 1236.

Abbati et conventui Aquicinetensis monasterii concedit licentiam quasdam decimas id ipsam monasterium pertinentes, a laicis occupatas, et quasdam alias concessas quibusdam in feudum, nec non et quasdam etiam aliis venditas, revocandi ad jus et proprietatem ipsius monasterii. — (REG. 18, f. 179 v^o; ann. X, c. 165.)

« .. abbati et conventui monasterii Aquicinetensis, ordinis sancti Benedicti, Atrebatensis diocesis. Ex parte vestra —. Dat. Reate, XV kalendas augusti, anno decimo. »

32-18

Rieti, 13 juillet 1236.

Eisdem, — cum nonnulli, de alieno prodigi et parci de suo, equos, canes, porcos et alia animalia in ipsorum monasterio, prioratibus et curtibus transmitterent, essentque ipsis, nisi illis ipsi necessaria ministrarent, infesti, — inhibet ne quis eorum eadem animalia recipiat vel illis necessaria subministret. — (REG. 18, f. 179 v^o; ann. X, c. 166.)

« Eisdem. Cum, sicut accepimus —. Dat. Reate, III idus julii, anno decimo. »

32-19

Terni, 26 juin 1236.

Eisdem significat se inhibere ne quis archiepiscopus, vel episcopus seu archidiaconus in eos, seu monasterium vel alia loca eorum, sine manifesta et rationabili causa et competenti monitione praemissa, excommunicationis, suspensionis vel interdictionis sententias promulget, nec quis infra clausuras monasterii et aliorum locorum eorum rapinam seu furtum faciat, ignem apponat, sanguinem fundat, hominem capiat vel in-

terficiat, seu violentiam aliquam exercent. — (REG. 18, f. 179 v^o; ann. X, c. 167.)

« Eisdem. Cum a nobis —. Dat. Interamne, VI kalendas julii, anno decimo. »

3250

Terni, 26 juin 1236.

Eisdem libertates et immunitates a praedecessoribus suis¹ eorum monasterio concessas, ac libertates et exemptiones saecularium exactioinum a regibus, principibus et aliis fidelibus eis indultas confirmat, et indulget ut eis licitum sit in causis ipsorum, sive civilem sive criminalem contineant questionem, fratrum suorum testimonis uti. — (REG. 18, f. 180 r^o; ann. X, c. 168.)

« Eisdem. Justis petentium etc. —. Dat. ut supra. »

3251

Terni, 26 juin 1236.

Abbatissam et moniales monasterii Sanctae Mariae inter Angulos² Spoletani sub sua protectione suscipit, et earum bona possessionesque, et exemptiones earum monasterio a Nicolao episcopo et capitulo Spoletanis concessas eis confirmat³; inserto sub sua bulla privilegio praedictorum episcopi et capituli Spoletanorum. — (REG. 18, f. 180 r^o; ann. X, c. 169; — POTTHAST 102194.)

« .. abbatisse monasterii Sancte Marie inter Angulos Spoletan[arum]. ejusque sororibus inclusis etc. Religiosam vitam eligentibus —. Dat. ut supra. »

[3252]

Spolète, 17 juillet 1232.

[Charta vero donationis praedictorum episcopi et capituli Spoletanorum sic incipit et desinit:]

« Nicolaus Dei gratia episcopus et capitulum Spoletani, dilectis sibi⁴ in Christo Annesse abbatisse et sororibus monialibus monasterii Sancte Marie inter

1. Ces prédécesseurs de Grégoire IX ne sont pas nommés dans la bulle.

2. POTTHAST : *Angulos*, d'après WADDING, *Annales Minorum*, II, 640, et SBARALEA, *Bullarium Franciscanum*, I, 202, n^o 207.

3. Il n'y a pas dans la bulle d'indication de cens à percevoir par le Saint-Siège.

4. Avec la date *Reate, IV nonas augusti* (= Rieti, 2 août), d'après WADDING et SBARALEA, l. c.; le *Dat. ut supra* peut fort bien être une erreur du compilateur de cette partie de Registre.

5. Peut-être faut-il lire *fiti[abus]*.

» Ang[el]os de Spoleto, salutem et benedictionem.
 » Cum sanctissimus in Christo pater noster dominus
 » Gregorius papa VIII — monasterium — in loco qui
 » dicitur Costa de Cizan., de pecunia sua construi fe-
 » cerit —. Dat. Spoleti, anno Domini M^oCC^oXXXII^o,
 » tempore domini Gregorii pape VIII et Frederici
 » imperatoris secundi, XVI kalendas augusti, indic-
 » tione V. Ego Nicolaus, episcopus Spoletanus, sus-
 » cripsi —. Jacobus, canonicus Spoletane ecclesie, sus-
 » cripsi. »

3253

Terni, 26 juin 1236.

Abbatissam et moniales Sanctae Mariae Vallis Gloriorum de Spello sub sua protectione suscepit, et earum bona ac possessiones, et exemptionem ab omni jure episcopali earum monasterio a Nicolao, episcopo Spoletano, concessam eis confirmavit; inserto sub sua bulla praedicti episcopi privilegio. — (REG. 18, f. 180 r^o; ann. X, c. 170; — POTHAST 10218².)

« .. abbatissae monasterii Sanctae Mariae Vallis Glorie de Spello, ejusque sororibus inclusis, tam presentibus quam futuris etc. Religiosam vitam eligentibus —. Dat. ut supra. »

[3254]

Spolète, 7 mars 1231.

[Charta vero donationis praedicti episcopi Spoletani sic incipit et desinit:]

« Nicolaus, Dei gratia Spoletane sedis episcopus, dilectis in Christo filiabus Balvine abbatissae et sororibus monialibus monasterii Sanctae Mariae Vallis Glorie de Spello, salutem et benedictionem. Cum vos divina —. Dat. Spoleti, apud ecclesiam Sancti Johannis, anno M^oCC^oXXXI^o, indictione IIII, die VII in trante maris. Ad hec magister Nicolaus, prior Majoris Ecclesie Spoletane —, et dominus Jannarius, canonicus Spoletani, consenserunt. »

3255

Rieti, 30 juillet 1236.

Episcopo et praeposito Quinqueecclesiensibus, et abbati de

1. Il n'y a pas dans la bulle d'indication de cens à percevoir par le Saint-Siège.

2. Avec la date Reate, IV nonas augusti (= Rieti, 2 août), d'après WANDING, *Annales Minorum*, II, 639, et SBARALEA, *Bullarium Franciscanum*, I, 201, n^o 206. Cf. la pièce 3251.

Cicador (= Czikador), Cisterciensis ordinis, Quinqueecclesiensis diocesis, mandat quatenus, si Colomannus, rex Ruthenorum et dux Slavoniae, fratris militiae Templi in Hungaria et Slavonia existentibus ablata universa ad preces Apostolicae Sedis non restituerit, loca ad quae ipse deveniret, supponant ecclesiastico interdicto. — (REG. 18, f. 180 v^o; ann. X, c. 171; — POTHAST 10216.)

« .. episcopo [et] .. preposito Quinqueecclesiensibus, et .. abbati de Cicador, Cisterciensis ordinis, Quinqueecclesiensis diocesis]. Etsi libenter ex —. Dat. Reate, III kalendas augusti, anno decimo. »

3256. — In eundem modum¹ pro .. magistro et fratribus Hospitalis Jerusalem in Ungaria. — (REG. 18, f. 181 r^o; — J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II, p. 503, n^o 2147.)

3257

Rieti, 29 juillet 1236.

Episcopo Coventrensi mandat quatenus T., abbas monasterii de Evesham, quod ad Sedem Apostolicam nullo medio pertineat, valetudinarii et impotentis ad supportandum onus hujusmodi et ad resistendum malefactoribus, qui monasterium super libertatibus et bonis suis non desinebant impugnare, conventu ejusdem monasterii et pluribus ecclesiarum praelatis pro eo super hoc supplicantibus, et testificantibus praedicta eundemque magnae auctoritatis virum, famae ac opinionis laudabilis existitisse, recipiat cessionem; et si, ob hanc causam, grave sit ipsi cum aliis in eodem refectorio et dormitorio commorari, alibi ei faciat assignari de bonis monasterii, unde necessaria vitae possit habere, ita quod semper ipse sub obedientia consistat abbas, injungens conventui ejusdem monasterii ut sibi provident de pastore, cujus electionem, si invenerit canonice de persona idonea celebratam, ipse episcopus confirmet. — (REG. 18, f. 181 r^o; ann. X, c. 172; — cf. supra, n^o 3215.)

« .. episcopo Coventrensi. Dilectus filius T. —. Dat. Reate, III kalendas augusti, anno decimo. »

3258

Rieti, 2 août 1236.

Episcopo Zamorensi mandavit ut, — cum, se unum antiquam consuetudinem, vacantia beneficia vulgariter portiones seu canonice appellata, non nisi per Zamorem episcopum et capitulum conferrentur, — tres canonicas cum prioribus suis, quae primo in ecclesia Zamorensi vacaverint, personis

1. Cet in eundem modum a etc ajouté dans la marge.

idoneis conferre valeat. — (REG. 18, f. 181 r°; ann. X, c. 173.)

« .. *episcopo Zamorensi*. Cum in Zamorensi —. Dat. Reate, IIII nonas augusti, anno decimo. »

3259

Terni, 19 juin 1236.

Vicensi et Barchinonensi episcopis mandat quatenus, — cum, ipso papa visitationem et correctionem monasterii Sanctae Mariae de Olivis, ordinis sancti Augustini, Gerundensis dioecesis, in capite et in membris deformati, G[uil]elmo, electo Terraconensi, et Gerundensi episcopo committente, idem electus abbati Sancti Petri Rodarum vices suas totaliter commisisset, et, eodem abbate, qui volebat et poterat commode interesse, irrequisito, dictus Gerundensis episcopus, ad monasterium praefatum accedens, priorem ipsius monasterii ab objectis sibi criminibus minus canonicè nuntiavisset immunem; propter quod Arnaldus presbyter, canonicus ejusdem monasterii, apostolicam audientiam appellaverat, — processu non obstante praedicto, super hoc procedant juxta priorem, ad praedictos electum et episcopum directarum, contentiaria litterarum. — (REG. 18, f. 181 r°; ann. X, c. 174.)

« .. *Vicensi et .. Barchinonensi episcopis*. Arnaldus presbyter, canonicus —. Dat. Interamne, XIII kalendas julii, anno decimo. »

3260

Rieti, 24 juillet 1236.

Eisdem, de eadem re scribens, mandat quatenus, — cum, postquam ipsis, ad petitionem Arnaldi presbyteri, canonici ecclesiae [Sanctae Mariae] de Olivis, ejusdem ecclesiae visitatio et reformatio a Sede Apostolica commissae fuerant, Gerundensis episcopus, loci dioecesanus, praedictum Arnaldum ab ipsa ecclesia, intuitu prioris loci ejusdem, pro suae libito voluntatis expulisset; propter quod, eodem negotio, jam elapso triennio, terminari nequente, idem Arnaldus exsilium et mendicantem cogebatur experiri, — eundem Arnaldum faciant in eadem ecclesia recipi, eique de bonis ejusdem, usque ad decisionem praefati reformationis negotii, expensas necessarias ministrari; ipsi in eodem negotio procedant. — (REG. 18, f. 181 v°; ann. X, c. 175.)

« *Eisdem*. Arnaldus presbyter, canonicus —. Dat. Reate, VIII kalendas augusti, anno decimo. »

3261

Rieti, 29 juillet 1236.

Abbatì Sancti Albani, priori de Merton[ia] et archidiacono

Sancti Albani committit terminandam infra quattuor menses causam electionis Riccardi de Wenden. (= Wendover?), rectoris ecclesiae de Bromleg. (= Bromley), in Roffensem episcopum; quam electionem archiepiscopus Cantuariensis confirmare denegabat. — (REG. 18, f. 181 v°; ann. X, c. 176; — cf. *supra*, n° 2731.)

« .. *abbati Sancti Albani, [...] priori de Merton. et .. archidiacono Sancti Albani, Lincolnienis et Wintonienis dioecesium*. Olim nobis ex parte dilectorum filiorum .. prioris et conventus Roffensium oblata petitio patefecit quod, cum, ipsorum ecclesia destituta pastore, a venerabili fratre nostro .. Cantuariensi archiepiscopo, qui ejusdem ecclesiae asserit se patronum, eligendi licentiam postulasset, nec eam possent, pluries ab eo petitam, aliquatenus obtinere: iidem, ne in eorum prejudicium tempus efflueret a canone de eligendis episcopis diffinitum, quibusdam de collegio providendi ecclesiae viduae potestatem unanimiter contulerunt; qui cum dilectum filium magistrum Ricc[ardum] de Wenden., rectorem ecclesiae de Bromleg., Roffensis dioecesis, in Roffensem episcopum elegissent, et universi et singuli, approbantes electionem eorum, ipsam ab eodem archiepiscopo peterint confirmari, eo id pro suo arbitrio denegante, ad nostram audientiam appellarunt, nobis humiliter supplicantes ut, cum episcopales proventus archiepiscopus sibi vindicet, ecclesia predicta vacante, vel electionem confirmaremus eandem, vel saltem, donec de pastore provisum esset ecclesiae, sequestrari proventus hujusmodi faceremus. Cumque nos .. abbati de Waleden. et ejus collegis negotium commiserimus, et ipsi, procedentes in ipso, illud ad presentiam nostram duxerint remittendum, quia litem non invenimus contestatam, processum eorum iustitia cassavimus exigente. Postmodum vero, cum procurator Roffensis capituli cum instantia peteret electionem quam fecerant, confirmari, et declarari nichilominus per sententiam an ad ipsos vel ad archiepiscopum electio pertineret, demum, quoad presentem electionem dumtaxat, quia dictus procurator super secundo petitionis articulo mandatum sufficiens non habebat, lis extitit apud Sedem Apostolicam contestata, factis aliquibus positionibus et responsionibus coram dilecto filio nostro S[tephano], Sancte Marie Transtiberim presbitero cardinali, quem super hoc deputavimus auditorem, et presentatis ei, ex parte procuratoris archiepiscopi memorati, quibusdam articulis, quos cum positionibus et responsionibus predictis sub bulla nostra vobis mittimus interclusos. Quocirca discretioni vestre, de utriusque partis procurator[um] assensu, per apostolica

scripta mandamus quatenus super presentis electionis, et, si capitulum ipsum voluerit, etiam super declarationis negotio, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, causam infra quatuor menses post susceptionem presentium, si de partium voluntate processerit, sine canonico terminetis; facientes etc. Alioquin ipsam sufficienter instructam ad examen apostolicum remittatis, prefixo partibus [etc., usque :] representent, quod justum [etc., usque :] recepture. Non obstantibus litteris quas prior et conventus Cantuarienses ad .. abbatem de Bello et collegas ipsius, super jure quod Cantuariensis archiepiscopus in ordinatione Roffensis ecclesie habere proponitur, dicuntur a Sede Apostolica impetrasse. Quod si non omnes etc. Dat. Reate, III kalendas augusti, anno decimo. »

3262

Rieti, 6 août 1236.

Archiepiscopo Thebano et suffraganeis ejus, — auditio quod ipsi ab abbate et conventu Sancti Mileti de Cheremefen. Atheniensis diocesis, qui, sub Græcorum dominio plena semper libertate gavis, non solum immunitatem omnimodam meruerant, verum etiam de imperiali camera percipiebant certum redditum annuatim, indebitè, sicut quidam de eorundem abbatis et conventus fratribus, ad Sedem Apostolicam destinati, conquesti erant, exigebant decimas, tam de possessionibus habitis ante concilium generale, quam de possessionibus ab eis post idem concilium acquisitis, quas iidem abbas et conventus in ipsorum archiepiscopi et ejus suffraganeorum diocesis obtinebant, — mandat quatenus de prædictis possessionibus ante memoratum concilium acquisitis, quas prædicti fratres Sancti Mileti propriis manibus aut sumptibus excolebant, nullas ab eis decimas exigant; super reliquis vero decimis component amicabiliter cum eisdem; quod si super eisdem decimis juris aliquid erodunt se habere, poterunt coram Sede Apostolica assequi justitiæ complementum. — (Reg. 18, f. 182 r°; ann. X, c. 177.)

« .. archiepiscopo Thebano et suffraganeis ejus. Dilecti filii .. abbas —. Dat. Reate, VIII idus augusti, anno decimo. »

3263. — In eundem modum, pro eisdem, .. archiepiscopo Athenensi et suffraganeis ejus.

3264. — In eundem modum, pro eisdem, .. archiepiscopo Corinthiensi.

3265

Rieti, 27 juillet 1236.

Abbati . sancti Albani, priori de Merton[ia] et archidiacono

Sancti Albani committit terminandam causam prioris et conventus Roffensium contra archiepiscopum Cantuariensem, qui quandam partem vidualium conventus ejusdem, *sancti Andree exenium* appellatam, sibi cum aliis ecclesie Roffensis, nuper pastoris regimine destitute, bonis episcopalibus usurpabat, et eosdem priorem conventuque multis damnis et injuriis afflicibat. — (Reg. 18, f. 182 r°; ann. X, c. 178; — cf. *supra*, n° 3261.)

« [...] abbati Sancti Albani, [...] priori de Merton. et .. archidiacono Sancti Albani, Lincolnien[s]is et Wintonien[s]is diocesis. Ex parte .. prioris et conventus Roffensis ecclesie, ordinis sancti Benedicti, fuit propositum coram nobis quod, cum bone memorie Gundulfus, Roffensis episcopus, capituli sui accedente consensu, deliberatione provida statuisset quod quedam pars vidualium conventus ejusdem, quam sancti Andree exenium appellavit, per episcopum qui pro tempore foret, vel, si eum abesse contingeret, per priorem et fratres, in refectionem pauperum et hospitium in festo ejusdem sancti ad ipsam ecclesiam confluentium, expendatur, et statutum hujusmodi auctoritate apostolica fuerit confirmatum: nuper ecclesia ipsa pastoris regimine destituta, quia venerabilis frater noster .. Cantuariensis archiepiscopus, loci metropolitanus, hujusmodi exenium, ac si specialiter ad episcopum pertineret, sibi cum aliis bonis episcopalibus usurpabat, asserens quosdam Roffenses episcopos illud in absentia percipisse, ac audire nolens eosdem, proponentes quod, secundum constitutionem dicti episcopi et confirmationem apostolicam, ad eos disponere de dicto exenio pertinebat, prout tempore bone memorie Stephani, predecessoris sui, fecisse noscuntur, ipsi nostram audientiam appellarunt. Sed dictus archiepiscopus, eorum appellatione contempta, quam pluries innovarunt, quasdam villas eorum fecit per violentiam spoliari bonis inventis ibidem, occidi quedam animalia, et alias eis dampna gravia et injurias irrogari. Et quamquam ei offerret quod parati erant stare juri coram quocumque ecclesiastico iudice competenti, idem tamen, pro sue voluntatis arbitrio, non acceptans, sed afflictionibus afflictiones accumulans, tantum depressit eosdem, quod super eodem exenio subire seculare iudicium sunt coacti; in quo dicti prior et conventus contrariam se querunt sententiam reportasse, nobis humiliter supplicantes ut, cum hujusmodi causa spectare ad forum ecclesiasticum dinoscatur, nullam denuntiari, tanquam a non competenti iudice latam, predictam sententiam, et eis satisfieri de illatis dampnis et irrogatis injuriis faceremus. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus — causam, si de partium voluntate proces-

serit, infra quatuor menses a receptione presentium fl[ne] de[bito] terminetis, facientes etc. Alioquin causam ipsam ad nos [etc., usque :] recepture. Jure regio in omnibus semper salvo. Testes etc. Quod si non omnes etc. Dat. Reate, VI kalendas augusti, anno decimo. »

3266

Rieti, 29 juillet 1236.

Archiepiscopo Cantuariensi, — audito quod ipse, monasterium Sancti Augustini Cantuariensis, ad Sedem Apostolicam nullo medio pertinens, sibi subicere moliens, contra concessas eidem monasterio a Romanis Pontificibus libertates, non videlicet Cantuariensis archiepiscopus, aut archidiaconi vel officiales ipsius abbatem vel monachos dicti monasterii aliqua gravare sententia, vel ipsorum ecclesias, clericos vel homines interdiceret sen excommunicare, sine mandato Sedis Apostolicæ speciali, praesumerent, de facto monachos, clericos et homines ejusdem monasterii excommunicabat et faciebat excommunicatos per Cantuariensem dioecesim nuntiari, supponendo eorum ecclesias interdicto; audito etiam quod census annuos ecclesiarum ejusdem monasterii, a tempore fundationis ipsis ecclesiis, in signum recognitionis juris patronatus quod praedicti abbas et monachi obtinebant in eisdem, impositos illis prohibebat exhiberi, clericos qui persolverent eosdem, a suis beneficiis suspendendo, — mandat quatenus ab his molestiis conquiescat; alioquin magistro ordinis de Sempingham, priori Sanctae Trinitatis Londoniensis et archidiacono Subir[ensi], Norwicensis dioecesis, ipse papa mandat ut eum citent coram Sede Apostolica, jamdictis abbati et monachis super praemissis responsurus. — (REG. 18, f. 182 v°; ann. X, c. 179.)

« .. archiepiscopo Cantuariensi. Quo amplius de —. Dat. Reate, VIII kalendas augusti, pontificatus nostri anno decimo. »

3267

Rieti, 1 août 1236.

Universis abbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis significat se inhibere ne fratres Minores ad Cisterciensem, vel ipsorum fratres ad Minorum ordinem transeuntes, post emissam ibi professionem denuo ad suos remittantur. — (REG. 18, f. 182 v°; ann. X, c. 180; — MOREAU 1191, f. 101; — POTTHAST 10220.)

« Universis abbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis. Licet olim, quibusdam ex fratribus vestris ad fratrum Minorum, et aliquibus ex eis ad vestrum ordinem transeuntibus, utrosque suo restitui ordini mandassemus; quia tamen temporis longi prolixitas et professionis vinculum repugnare videntur quominus

absque utriusque ordinis scandalo possit mandatum apostolicum adimpleri: nos, et animarum saluti providere volentes et dissidiis obviare, ita duximus providendum, ut jam professi in ordinibus memoratis, non obstante mandato predicto, in eis libere debeant remanere, auctoritate presentium, ne, hac occasione, inter vos et illos scandalum oriatur, id de cetero fieri districtius inhibentes —. Dat. Reate, II nonas augusti, anno decimo. »

3268. — In eundem modum .. ministro et fratribus ordinis Minorum.

3269. — In eundem modum .. ministro et fratribus ordinis Predicatorum.

3270

Rieti, 21 juillet 1236.

Episcopo et capitulo Tripolitanis indulget ut cantoria cum praebenda quam Barth[olomaeus] in ecclesia Tripolitana obtinuerat, et quam, post liberam ejus resignationem, ipse papa Gotifrido Praefecti [seu de Praefectis], subdiacono et capellano suo, concesserat, eodem Gotifrido cedente vel decedente, ad ipsorum donationem libere revertatur. — (REG. 18, f. 183 r°; ann. X, c. 181; — cf. supra, n° 3153.)

« .. episcopo et capitulo Tripolitanis. Cum cantoriam cum —. Dat. Reate, XII kalendas augusti, anno decimo. »

3271

Rieti, 10 août 1236.

Episcopo Palentino, — cum illi de civitate ac dioecesi Palentina, quos, condemnatos de haeretica pravitate, rex Castellae et Legionis fecerat ferri candentis appositione in facie signari, omnem haeresim abjuravissent et adhuc parati essent abjurare, ac ecclesiastica cuperent percipere sacramenta, sed non possent Sedem Apostolicam sine multo labore adire, praesertim cum per eosdem episcopum et regem ipsorum bona fuissent confiscata, — mandat quatenus, si ei, per debita signa, conjecturas probabiles et testimonia illorum, qui eorumdem vitam et conversationem sciebant, de praedictorum signatorum conversione constiterit evidenti, prius ab ipsis haeresi publice abnegata, et recepta cautione ne ulterius in haereticorum contagia relabantur, illis beneficium absolutiois impendat, paenitentia quadam injuncta; per hoc autem non intendit papa edicto praefati regis in aliquo derogare, qui tales haereticos perpetuo dicebatur exsulavisse. — (REG. 18, f. 183 r°; ann. X, c. 182.)

« .. episcopo Palentino. Ex parte illorum —. Dat. Reate, VIII idus augusti, anno decimo. »

3272

Rieti, 8 août 1236.

Zibisclaum, kenesium de Woscura (= Vsora), filium quondam Stephani, bani de Bosna, qui inter principes Bosnensis dioecesis, macula haereticae pravitatis infectos, exstiterat « quasi lilium inter spinas », ejusque terras cum omnibus bonis suis sub beati Petri et sua protectione suscipit, eique significat se inhibere ne quis eum praesumat molestare, jure regis Hungariae semper salvo. — (REG. 18, f. 183 r°; ANN. X, c. 183; — MOREAU 1191, f. 103; *ibid.*, f. 102, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10223.)

« Nobili viro Zibisclao, kenesimo de Woscura, nato quondam Stephani, bani de Bosna. Quos in medio —. Dat. Reate, VI idus augusti, anno decimo. »

3273

Rieti, 8 août 1236.

Archiepiscopo Strigoniensi, episcopo Quinqueecclesiensi et praeposito Strigoniensi, de eadem re scribens, significat se Zibisclaum, kenesium de Woscura, filium quondam Stephani, bani de Bosna, cum omnibus bonis sub beati Petri et sua protectione suscepisse, eisque mandat quatenus non permittant illum contra hujus protectionis tenorem molestari. — (REG. 18, f. 183 v°; ANN. X, c. 184; — POTTHAST 10225.)

« .. archiepiscopo Strigoniensi, .. episcopo Quinqueecclesiensi et .. preposito Strigoniensi. Cum dilectum filium —. Dat. ut supra. »

3274

Rieti, 8 août 1236.

Ancellam, relictam quondam Stephani, bani de Bosna, ejusque bona similiter sub beati Petri et sua protectione suscipit. — (REG. 18, f. 183 v°; ANN. X, c. 185; — POTTHAST 10224.)

« Ancille, relicte quondam Stephani, bani de Bosna. Quos in medio nationis perfide etc., ut supra, usque in finem. »

3275

Rieti, 8 août 1236.

Archiepiscopo Strigoniensi, episcopo Quinqueecclesiensi et praeposito Strigoniensi scribit pro Ancilla, relicta quondam Stephani, bani de Bosna, ut supra (n° 3273) pro Zibisclao,

1. Sic dans la manchette ou rubricelle; dans la rubrique on lit seulement : A., relicte quondam S.

kenesio de Woscora, ejusdem Stephani filio. — (REG. 18, f. 183 v°; ANN. X, c. 186; — POTTHAST 10225.)

« Eidem archiepiscopo [Strigoniensi] et ejus collegis. Cum dilectam in Christo filiam nobilium mulierem Ancillam, relictam quondam St[ephani], bani de Bosna, que, sicut letantes accepimus etc., ut supra, usque in finem. »

3276

Rieti, 11 août 1236.

Conventui Cantuariensi, — audito quod, licet prioris Cantuariensis electio ad ipsos tantummodo, sicut ipsi proponebant, de jure spectaret, Cantuariensis tamen archiepiscopus ipsorum ecclesiae, tunc priore destituta, quendam monachum, pro suae voluntatis arbitrio, praefecerat in priorem, et ipsi postmodum, pro bonitate ac religione personae, illius electioni consenserant, — significat se velle ut ex hoc ipsorum juri nullum in posterum praedictum generetur. — (REG. 18, f. 183 v°; ANN. X, c. 187.)

« Conventui Cantuariensi. Fervor religionis et —. Dat. Reate, III idus augusti, anno decimo. »

3277

Rieti, 11 août 1236.

Abbati et conventui Sancti Augustini Cantuariensis indulget ut ab ipsorum monasterio, quod ad Sedem Apostolicam nullo pertinebat mediante, ultra duas dietas, super his quae infra ipsas habebant, trahi non possint in causam per litteras apostolicas quae de praesenti indulgentia non fecerint mentionem. — (REG. 18, f. 183 v°; ANN. X, c. 188.)

« .. abbatu et conventui Sancti Augustini Cantuariensis. Apostolice Sedis clementia —. Dat ut supra. »

3278

Rieti, 15 août 1236.

Magistro Vernacio, canonico Tervisino, Parisius commoranti, — eum Montaninus, devotus papae, Ospinellus Cavalca, Contadinus Alebrandini, Hugo Clarmontese, Barth[olomaeus] Panti, Caponerius, Leo Lamberti et eorum socii, Senenses mercatores, olim procuratori regis Aragonum apud Sedem Apostolicam constituto, mandatam ab eodem rege habenti de mutuo contrahendo, quamdam mutuassent pecuniae quantitatem, in nudinis Campaniae certo sibi tempore persolvendam. praestito ab eodem procuratore de satisfactione ipsius in anima dicti regis, prout ei commissum fuerat, juramento; de qua pecunia, licet post elapsum solutionis terminum eidem regi ipse papa saepius super hoc direxisset scripta sua, et mercatores ipsi ad ipsum regem suos

propterea nuntios destinassent, nondum tamen eis fuerat satisfactum; cumque ipse papa dictum regem monuisset ut de pecunia ipsa, cum justis et moderatis expensis, ac debita restauratione damnorum quae, ad tam remotas partes tot litteras et nuntios destinando, passi fuerint, usura omnino cessante, eisdem mercatoribus satisfaceret, — mandat quatenus, si praedictus rex ipsius papae preces neglexerit adimplere, eum ad id per interdictum civitatis CaesarAugustanae compellat. — (REG. 18, f. 183 v^a; ann. X, c. 189; — cf. *supra*, n^o 3242.)

« *Magistro Vernacio, canonico Tervisino, Parisius comoranti.* Significaverunt nobis dilecti — Dat. Reate, XVIII kalendas septembris, anno decimo. »

3279

Rieti, 12 août 1236.

Abbati Dolensi mandat quatenus sententias excommunicationis in Robertum de Cortenaio et ejus balivos, nec non et interdicti in quaedam ejus castra ab officiali Bituricensi prolatas, propter injurias quas ecclesiae Bituricensi et monachis de Valenciacio intulerat, faciat observari. — (REG. 18, f. 184 v^a; ann. X, c. 190; — MOREAU 1191, f. 97.)

« .. *abbati Dolensi, Bituricensis diocesis.* Significantibus dilectis filiis .. decano et capitulo Bituricensibus nobis innotuit quod, cum nobili viro Roberto de Cortenaio, domino de Magduno, cruce signato, Bituricensis diocesis, cum uxore, familia et omnibus bonis suis sub apostolica protectione recepto, duxerimus indulgendum ut, eo parato coram venerabilibus fratribus nostris .. Senonensis et .. Bituricensi archiepiscopis, diocesanis suis, vel eorum altero, de se conquerentibus justitiam exhibere, nullus in personam excommunicationis et in terram suam interdicti sententias promulgare presumat absque mandato Sedis Apostolice specialis, .. abbati et .. priori Fontis Johannis, Cisterciensis ordinis, nostris dantes litteris in mandatis ut, si quas sententias in eum vel terram ipsius contra indulgentiam hujusmodi promulgari contingeret, eas auctoritate nostra denuntiarent penitus non tenere, ipsumque contra protectionis et constitutionis nostre tenorem non permitterent ab aliquibus temere molestari, molestatos hujusmodi per censuram ecclesiasticam compescendo : idem nobilis, quasi ex beneficio malefaciendi habeat libertatem, preter injurias et violentias quas ecclesie Bituricensi et Johanni de Bannis, canonico Sancti Aniani, diocesis Bituricensis, intulerat, bona eorum et hominum suorum nequiter capiendo, nec non et alia gravia que per se ac balivos suos dampnabiliter temeritate com-

misit, nuper, .. priorem et monachos de Valenciacio, Bituricensis diocesis, quibusdam ex ipsis graviter usque ad effusionem sanguinis verberatis, eici faciens exinde violenter, prioratum cum omnibus bonis suis temere occupavit; propter quod officialis Bituricensis, cum ab eo monitus super hiis satisfacere denegaret, in ipsum et balivos suos excommunicationis et in castra ejus de Magduno et de Cellis Sancti Eusitii, Bituricensis diocesis, interdicti sententias promulgavit; quas memorati conservatores temere revocantes, in ipsum officialem et eos qui suas sententias defenderent vel servarent, excommunicationis sententiam fulmurrunt; indeque accidit quod memoratus nobilis et ejus balivi, de tali defensione confisi, bona ecclesiarum, clericorum, cruce signatorum, pupillorum, viduarum, orphanorum et aliarum miserabilium personarum invadunt, distra[h]unt et predantur, alias violentias et maleficia plurima committendo; et, si super hiis coram ordinariis trahantur in causam, indebite subterfugunt, proponentes se non posse nisi coram predictis conservatoribus vel archiepiscopis conveniri; unde providi sibi super hiis misericorditer petierunt. Quia vero non debent jura unde nascuntur injurie, defendari, nec est intentionis nostre nec existit, ut per indulgentiam et litteras supradictas violentie ac maleficia penam debite animadversionis evadant, quin potius hujusmodi maleficia committentes non debeant indulgentia tali gaudere, mandamus quatenus, si est ita, talem processum conservatorum ipsorum nullum esse penitus nuntians, dictas officialis sententias facias, sicut rationabiliter sunt prolate, usque ad satisfactionem conditionem, sublato appellationis obstaculo, inviolabiliter observari; conservatoribus nichilominus inhibens ut similia de cetero non presumant, nec impediatur quominus iudices ordinarii in consimilibus jurisdictionem valeant ordinariam exercere. Dat. Reate, II idus augusti, anno decimo. »

3280

Rieti, 11 août 1236.

Episcopo, archidiacono et thesaurario CaesarAugustanis, rege Aragonum postulante, mandat quatenus illos ex Sarracenis in regni Aragonum frontaria existentibus, quos contigerit, coactos vel voluntarios, ejusdem regis dominio subjungi, molestari non permittant. — (REG. 18, f. 184 v^a; ann. X, c. 191.)

« .. *episcopo, .. archidiacono et .. thesaurario CesarAugustanis.* Exposito nobis devotionis — Dat. Reate, III idus augusti, pontificatus nostri anno decimo. »

3281

Rieti, 12 août 1236.

Capitulo Rothomagensi Petrum de Collemedio, praepositum Sancti Audomari et ipsius papae capellanum, in pastorem concedit; eis mandat quatenus illi obedientiam et reverentiam debitam exhibeant. — (REG. 18, f. 181 v^r; ann. X, e. 192; — MOREAU 1191, f. 101; — cf. *supra*, n° 2796.)

« *Capitulo Rothomagensi.* Ecclesia Rothomagensi vacante, et quibusdam ex vobis in magistrum Willelmum de Dunelmo, archidiaconum Caleti, dirigentibus vota sua, nos dilectis filiis .. abbati de Frigido Monte et collegis ipsius litteras nostras direximus ut, si ille, requisitus ab eis, electionis de se facte consentire non vellet, licentiam vobis concederent alium eligendi. Cumque, dicto magistro nolente super hoc suum accommodare consensum, eligendi facultas vobis fuerit restituta, vos, convocatis omnibus qui deberant et poterant convocari, die electioni prelixa convenientes in unum, sex de collegio vestro potestatem dedistis, sive de ipsius ecclesie gremio, sive aliunde, providendi viduate ecclesie de pastore, ita ut nichil valeret quod fieret, si unus etiam dissentiret: quibus pari voto et unanimi voluntate de dilecto filio magistro P[etro] de Collemedio, preposito Sancti Audomari, capellano nostro, providentibus ecclesie supradicte, et provisionem eorum vobis universis et singulis gratam habentibus et acceptam, per quosdam canonicos et nuntios vestros nobis humiliter supplicastis ut, cum videatur divina vocatio, ipsum vobis in archiepiscopum concedere deberemus. Super quo etiam charissimus in Christo filius noster .. illustris rex Francie et multi ecclesiarum prelati nobis depreatorias litteras destinarunt. Nos itaque, commendationi ejus non insistentes ad presens, de cuius habetis meritis notitiam plenioram, cum in multis et arduis sit probatus, et credentes firmiter ac sperantes quod eadem ecclesia sub regimine suo in spiritibus et temporalibus grata suscipere debeat incrementa, de fratrum nostrorum consilio eum vobis in pastorem duximus concedendum. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, eundem electum condigno suscipientes honore, sibi tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendatis et exhibeatis obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ita quod commisse sibi sollicitudini utilius valeat imminere, et nos id debeamus merito acceptare; alioquin sententiam quam rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, actore Deo, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Reate, II idus augusti, anno decimo. »

3282. — In eundem fere modum *clero civitatis et diocesis Rothomagensis.*

3283. — In eundem fere modum *suffraganeis ecclesie Rothomagensis.*

3284. — In eundem fere modum P[etro] de Collemedio, Rothomagensi electo, usque: in pastorem duximus concedendum. Mandat ei quatenus pro utilitate proximorum curam et regimen Rothomagensis ecclesiae suscipiat; in opportunitatibus Sedes Apostolica ei non deerit, sed ejus personam et Rothomagensi ecclesiam favore necessario prosequetur.

3285

Rieti, 12 août 1236.

In eundem fere modum .. *illustri regi Francie*, usque: litteras destinastis. Eum rogat et hortatur quatenus ejusdem electi personam, in qua non solum Rothomagensi ecclesiae, sed etiam ipsi regi et ejus regno utiliter credidit esse provissum, habeat commendatum. Dat. ut supra.

3286

Rieti, 16 août 1236.

Archipresbytero Aesulanano, nec non Presbytero¹ de Gisione Criscentii et Johanni Alexii, canonicis Aesulanis, eum Aesulanus episcopus in Aretinam diocesim translatus esset, procurationem bonorum Aesulanae ecclesiae committit. — (REG. 18, f. 185 r^r; ann. X, e. 193.)

« .. *archipresbytero, Presbytero de Gison[e] Criscentii et Johanni Alexii, canonicis Esculanis.* Cum teneamur ecclesiarum —. Dat. Reate, XVII kalendas septembris, anno decimo. »

3287

Rieti, 19 août 1236.

Archiepiscopo Mediolanensi et ejus suffraganeis enarrat quid pro pace Lombardiae et pro negotio Terrae Sanctae egerit, eosque monet et hortatur quatenus, cum in curia imperatoris fuerint, omnes unanimes, pari voto et voce concordii, haec ad ipsius papae et Ecclesiae excommunicationem exponant, et imperatorem moneant ne turbetur, si inter cives Placentinos pax exstiterit reformata, nec contra episcopum Praenestinum, apostolicum legatum, moveatur, quod hanc pacem reformaverit, sed, ab eodem legato omnem rancorem suspitionis avertens, eum tanquam honorabile membrum Apostolicae Sedis studeat honorare. — (REG. 18, f. 185 r^r; ann. X,

1. Que *presbitero* soit pris ici dans son sens ordinaire ou soit au contraire considéré comme un nom propre, le texte de la rubrique est peu satisfaisant, et il est permis d'y supposer une erreur ou une omission du copiste.

c. 194; — cf. MOREAU 1239, f. 269; — POTTHAST, t. II, p. 2107, *Add. I*, n° 10228 *; — RODENBERG 699.)

« .. *archiepiscopo Mediolanensi et suffraganeis suis*. Quam intentionem in —. Dat. Reate, XIII kalendas septembris, anno decimo. »

3288. — In eundem modum .. *archiepiscopo Ravennat[i] et suffraganeis suis*. — (POTTHAST 10228.)

3289

Rieti, 17 août 1236.

Episcopo Praenestino, Apostolicae Sedis legato, memoratis praecedentibus litteris, sub num. 3287 et 3288 notatis, mandat quatenus, si in curia imperatoris praesens fuerit, detractores Ecclesiae revincat, sin vero ibidem adesse non possit, ne Romana Ecclesia inexcusata remaneat, Brixiensi episcopo seu Gregorio, ipsius papae subdiacono et capellano, quibus super hoc ipse papa dirigit scripta sua, aliisque hujus laboris sollicitudinem imponat; ei mittit scripta¹ in quibus gravamina ecclesiarum regni Siciliae et quibusdam aliis illata continentur. — (REG. 18, f. 186 r°; ann. X, c. 195; — POTTHAST 26265 *; — RODENBERG 695.)

« [...] *episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato*. Qualiter super negotio —. Dat. Reate, XVI kalendas septembris, pontificatus nostri anno decimo. »

3290

Rieti, 17 août 1236.

Episcopo Brixiensi, de eadem re scribens, mandat quatenus, cum in curia imperatoris fuerit, detractores Ecclesiae revincat. — (REG. 18, f. 186 r°; ann. X, c. 196; — RODENBERG 696.)

« .. *episcopo Brixiensi*. Qualiter super negotio —. Dat. ut supra. »

3291

Rieti, 17 août 1236.

Archiepiscopo Mediolanensi et ejus suffraganeis, de eadem re scribens, mandat quatenus unum ex ipsis, quem ad hoc magis idoneum esse noverint, assumant, qui, cum in curia imperatoris fuerint, detractores Ecclesiae revincat, ita tamen quod omnia de consilio episcopi Praenestini, apostolici legati, disponantur. — (REG. 18, f. 186 r°; ann. X, c. 197; — RODENBERG 697.)

« .. *archiepiscopo Mediolanensi et suffraganeis suis*. Qualiter super negotio —. Dat. ut supra. »

1. Cf. *supra*, n° 2482.

3292. — In eundem modum .. *archiepiscopo Ravennat[i] et suffraganeis suis*.

3293

Rieti, 17 août 1236.

Gregorium, subdiaconum et capellanum suum, de praecedentibus litteris, sub num. 3291 et 3292 notatis, certiore facit, eique injungit ut, si archiepiscopi vel suffraganei praedicti in eodem negotio negligentes fuerint, ipse hunc laborem assumat. — (REG. 18, f. 186 v°; ann. X, c. 198; — RODENBERG 698.)

« *Gregorio, subdiacono et capellano nostro*. Qualiter super negotio —. Dat. ut supra. »

3294

Rieti, 20 août 1236.

Tyrensi archiepiscopo, ac Sidoniensi et Berytensi episcopis mandat quatenus magistrum et fratres militiae Templi compellant ut a defensione Asisinorum (= Assasinorum) contra principem Antiochenum desistant. — (REG. 18, f. 186 v°; ann. X, c. 199.)

« .. *Tyrensi archiepiscopo, .. Sidoniensi et .. Beritensi episcopis*. Si .. magister et fratres militiae Templi velent, ut convenit, prudenter attendere quod, sicut propheta regem Josaphat legitur redarguendo, dixisse : « is » qui impio prebet auxilium et odientibus Dominum » amicitia jungitur, iram Majestatis excelsae absque » dubio promeretur¹ », nequaquam catholice fidei hostibus contra Christiane fidei filios studerent auxilium impertiri. Sed ipsi, sicut nobilis vir .. princeps Antiochenus et comes Tripolis sua nobis insinuatione mo[nstravit], non considerantes quantum exinde ipsorum religio apud Deum et homines sibi pariat detrimentum, pro Asisinis, inimicis Dei et Christiani nominis, qui olim bone memorie Raimundum, fratrem et bajulum ipsius principis in Antiochia, et multos alios magnates et principes catholicos proditorialiter presumpserunt occidere, ac fidem nostram nituntur pro viribus expugnare, contra eundem principem, in ipsos movere prelia cupientem, [se] proposuerunt opponere, ac, in suarum animarum periculum, ab ipsius impugnationibus, cum dictis Asisinis expedit, defensant eodem; et, quod gravius est, predicti Asisini, propter hoc quod memorati magister et fratres ipsos manutenerunt, certam ipsis tenentur exolvere annis singulis pe

1. Cf. 2 PARALIP. XIX, 2.

cuné quantitatem. Unde ipsi nostris dedimus litteris in mandatis ut, ab ipsorum Asinorum defensione desistentes, omnino pro eis contra dictum principem nullatenus se opponant. Quocirca mandamus quatenus, si dicti magister et fratres mandatum nostrum neglexerint adimplere, vos ab hujusmodi defensione, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis eosdem. Quod si non omnes etc. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, ita tamen quod ultra tertiam vel quartam extra suam diocesim pars altera ad iudicium non trahatur. Dat. Reate, XIII kalendas septembris, anno decimo »

3205 — In eundem modum *eisdem*, contra .. magistrum et fratres Hospitalis Ierosolimitani. — (REG. 18, f. 187 r°; — J. DELAVILLE LE ROUX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II, p. 505, n° 2149.)

3206

Rieti, 12 août 1236.

Archiepiscopo Colocensi, ad preces regis Hungariae, mandat quatenus, — cum Mica Barbatas, Nicolaus filius Borch et Nicolaus Magister, prodoctores, de laesae majestatis crimine condemnati, fraudulenter multa de bonis coronae regiae auferentes, illa apud quaedam loca religiosa deposuissent, quae bona eorumdem locorum rectores detinebant et ipsi regi restituere denegabant; eumque de eisdem bonis idem rex vellet satisfacere quibusdam ecclesiis, pro debito quo eis tenebatur Andreas, rex Hungariae, ejus pater, juxta dispositionem Praenestini episcopi, dum in partibus illis legationis officio fungeretur, — dictos religiosos ad restitutionem praedictorum bonorum, in satisfactionem praedictam convertendorum, compellat. — (REG. 18, f. 187 r°; ann. X, c. 200; — MOREAU 1191, f. 108; — POTTHAST 10227.)

« .. *archiepiscopo Colocensi*. Karissimi in Christo —. Dat. Reate, II idus augusti, anno decimo. »

3207

Rieti, 20 août 1236.

Priori Sancti Jacobi de Eremitis de Ebulo, P., primicerio Beneventano, et magistro Johanni de Franco, canonico Capuano, mandat quatenus causam Barenensis archiepiscopi contra capitulum ecclesiae Sancti Nicolai Barenis audiant et ad Sedem Apostolicam remittant sufficienter instructam; alioquin partibus injungant ut coram S[tephano], tituli Sanctae Mariae Transiberim presbytero cardinali, compareant. — (REG. 18, f. 187 r°; ann. X, c. 201.)

nitane diocesis, P., primicerio Beneventano, et magistro Johanni de Franco, canonico Capuano. In causa que inter venerabilem fratrem nostrum .. Barensem archiepiscopum, ex parte una, et capitulum ecclesiae Sancti Nicolai Barenis, ex altera, vertitur, super obedientia, reverentia et rebus aliis, quas idem archiepiscopus a dicta ecclesia sibi debere proponit, dilecto filio nostro S[tephano], tituli Sanctae Mariae Transiberim presbytero cardinali, a nobis auditore concessio, idem partem capituli repertis contumacem, absente ipsa, depositiones testium receptorum per venerabilem fratrem nostrum .. Trojanum episcopum et ejus conjudices, delegatos a Sede Apostolica, publicavit. Coram quo postmodum pars capituli citata per procuratorem exposuit quod archiepiscopus, lito pendente, pulsatis campanis, excommunicaverat et excommunicabat, et publice inhibuerat et inhibebat, ac extorsit aliquando juramentum, ne quis, Barenis vel alius, ad ecclesiam ipsam accedat, divina ibi audiat, offerat, sepulturam eligat, mortuaria vel legata sibi relinquat, cum ejus processione vadat, oleum Sancti Nicolai recipiat, aut aliqua ibidem beneficia largiatur. Unde, cum propter hoc Barenis et multi alii cessent et se solutaant a premissis, eadem ecclesia hiis omnibus spoliatur et propter hoc dampnificata est ad valorem ducentorum unciarum et ultra; sique dicti capituli procurator dicebat ante restitutionem non esse in negotio procedendum. Asseruit quoque se testes distincte super certis articulis produxisse, nec deposuisse omnes super articulo libertatis: quare petebat ad supplendum super ipso articulo quadragenarium numerum, cum nondum ad eum pervenerit, nec testificata didicerit, vel de jure communi vel saltem per beneficium restitutionis in integrum se admitti; adiciens quod, cum ad probandam prescriptionem a septuaginta annis et citra testes produxerit, necessarias probationes super prescriptione libertatis centenaria, nonagenaria et octogenaria, quam probare poterat, omitendo, et timere se dicat ne archiepiscopus ipse interruptionem probaverit, super hoc etiam et usu privilegiorum, super quo probationes non dederat, subveniri sibi per dictum beneficium postulabat. Memoratus vero auditor, auditis et intellectis hinc inde propositis, interloquendo decrevit spoliationem hujusmodi non debere in modum exceptionis admitti, reservato predicto capitulo quod super predictis dampnis et spoliatione possit alio modo, cum voluerit, experiri. Et quia per relationem praedictorum iudicium constituit tes-

1. Dans la manchette ou rubricelle : *Johanni*; dans la rubrique : *J.*

« [...] *priori Sancti Jacobi de Eremitis de Ebulo, Salernitano*. — (REG. 18, f. 187 r°; ann. X, c. 201.)

tes indistincte fuisse productos, pronuntiavit petitionem de supplendo quadragenario numero nullatenus admitte-
tendam, sed quosdam testium, cum interrogati non fuerint de omnibus articulis super quibus fuere producti, esse denuo repetendos; quorum nomina sub sigillo ejusdem auditoris inclusa cum ipsis articulis diriguntur: addens quod postulatio restitutionis in integrum super centenaria, nonagenaria et octogenaria prescrip-
tione libertatis et privilegiorum usu probandis, quia prepropera¹ erat, cum nondum de ipsius ecclesie le-
sione constaret, admitti non debebat ad presens. Cum autem procurator capituli, spoliatioe in modum actionis proposita, porrexisset super ipsa libellum, procuratore archiepiscopi se mandatum ad hoc habere negante, de ipsorum assensu mandamus quatenus, infra quatuor menses post receptionem presentium, prefatos testes super eisdem articulis repetentes, et remittentes ad presentiam nostram sub sigillis vestris depositiones eorum, si partes coram vobis super predictis dampnis et spoliatioe elegerint litigare, audiat is causam et ipsam ad nos remittatis sufficienter instructam, pefligentes partibus terminum competentem, quo cum privilegiis et aliis munimentis et rationibus suis nostro se conspectui representent; alioquin, infra duos menses testes repetentes predictos, partibus injungatis ut infra terminum quem sibi peremptorie duxeritis pefligendum, per se vel responsales idoneos coram memorato compareant cardinali, recepture justitiam et facture. Quod si non omnes etc. Dat. Reate, XIII kalendas septembris, anno decimo. »

3298

Rieti, 21 août 1236.

Regi Angliae scribit se ejus petitionem super concessione legati distulisse exaudire, pro eo quod, cum, alia vice, idem ex parte ipsius regis cum instantia postulatum fuisset et ab ipso papa benigne concessum, statim ad Sedem Apostolicam revocatoriae litterae pervenerant; praeterea Ecclesiae Romanae hoc tempore de mittendis a latere suo personis opportunitatem non habet. — (REG. 18, f. 187 v°; ann. X, c. 202; — MOREAU 1191, f. 112; — POTTHAST 10231, *omisso initio*.)

« .. *illustri regi Anglie*. Ea te inter —. Sane, fili carissime, accedentibus nuper ad presentiam nostram dilecto filio magistro Symone de Estelant et nobili viro Petro Sarracen[i], cive Romano, nuntiis tuis, quibus nos cum fratribus nostris plenam audientiam prebuius et benignam, et intellectis diligentem causis

1. Ms. : propropera.

per ipsos expositis et que transmissae per eos litterae continebant, ad presens petitionem tuam super concessione legati distulimus exaudire, pro eo quod, cum, alia vice, hoc idem ex parte tua cum instantia postulatum fuerit et a nobis benigne concessum, statim ad nos revocatoriae litterae pervenerunt; propter quod ne, hac vice etiam, simile accideret, ab aliquibus extitit dubitatum. Praeterea Ecclesia Romana hoc tempore de mittendis a latere suo personis oportunitatem non habet, quam cito erit, actore Domino, habitura. Ideoque serenitatem tuam propensius exhortamur quatenus, de matris tue, Apostolice Sedis, favore securus, que predilecto filio negare non potest quicquid, secundum Deum, postulat ab eadem, in nullo ex dilacione hujusmodi movearis, pro certo tenens quod nos —, ad exaltationem et honorem tuum totis viribus aspirantes, parati sumus in hoc et aliis tua justa desideria, actore Domino, promovere. Dat. Reate, XII kalendas septembris, pontificatus nostri anno decimo. »

3299

Rieti, 21 août 1236.

Electo Valentin[o], cujus praesentia, magistro Simone de Estelant et P. Sarracen[i]¹, cive Romano, nuntiis regis Angliae, referentibus, praedicto regi dicebatur plurimum esse opportuna, mandat quatenus eidem regi tam fideliter quam prudenter, sicut laudabiliter inceperat, assistat. — (REG. 18, f. 187 v°; ann. X, c. 203.)

« .. *electo Valentin[o]*. Gratum gerimus et —. Dat. ut supra. »

3300

Rieti, 21 août 1236.

Episcopo Florentino, qui ecclesiae Lucae sollicitudinem, ab ipso papa sibi pro parte commissam, archidiacono Lucano duxerat committendam, mandat quatenus, hoc revocato, primicerio Lucano et Conrado, canonico Lucano, vices suas in hac parte committat; ceterum, ne, occasione jurisdictionis quam sibi praedictus archidiaconus vindicabat, illorum administratio possit impediri, donec Lucae ecclesiae Sedes Apostolica providerit de pastore, non permittat eundem archidiaconum, praeterquam in quibus ratione archidiaconatus jurisdictionem obtineat, exercere aliquam potestatem. — (REG. 18, f. 188 r°; ann. X, c. 204; — POTTHAST 10230.)

« .. *episcopo Florentino*. Licet occupatus cura —. Dat. Reate, XII kalendas septembris, anno decimo. »

1. Ms. : Sarraceno.

3301

Rieti, 21 août 1236.

Archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato, significat se ecclesiæ Valentinae, debitis quæ pro tuenda libertate ecclesiastica contraxerat, depressæ, decimam ecclesiasticorum proventuum, in Viennensi provincia per quinquennium, in Lugulanensi vero et in terra tunc legationi episcopi Toronænsis commissâ per anni spatium, ad illius subventionem mandavisse assignari, et postmodum, cum prædicta ecclesiâ nullum exinde fuisset commodum consecuta, ne omnino sub prædictorum debitorum sarcina deficiat, in provinciis et terra prædictis moderatum subsidium, scilicet decem milium librarum Turonensis monetae, infra biennium exhibendum, illi providisse faciendum; unde ei mandat quatenus, onus hujusmodi dividens per singulos juxta proprias facultates, eos ad idem subsidium solvendum compellat, et tam subsidium ipsum quam residuum reddituum episcopatum, prædictæ ecclesiæ procuratori ex ipsis provisione congrua reservata, in soluti nem prædictorum debitorum ipse archiepiscopus convertat; denique creditores usque ad quinquennium sola sorte, quam idem procurator probaverit in utilitatem sapientia ecclesiæ esse conversam, faciat manere contentos. — (REG. 18, f. 188 r; ann. X, c. 205; — MOREAU 1191, f. 110; — POTTHAST 10229; — cf. J. BERNOULLI, *Acta Pontificum helveticæ*, t. I, p. 125, n° 186.)

« .. archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato. Quia ecclesiâ Valentina —. Dat. Reate, XII kalendas septembris, anno decimo. »

3302

Rieti, 23 août 1236.

J. de Ferentino, camerario suo, archidiacono Norwicensi, qui ipsius papæ obsequiis assidue insistebat, et ejus præsentia dicto papæ grata plurimum erat et accepta, indulget ut in ecclesiis archidiaconatus sui Norwicensis, quas per se ipsum visitare tenebatur, ei liceat per officialem sive vicarium suum visitationis officium exercere, ac proventus ex ipsis percipere consuetos, ac si ipse eas personaliter visitaret. — (REG. 18, f. 188 r; ann. X, c. 206.)

« J. de Ferentino, camerario nostro, archidiacono Norwicensi. Quanto familiarius devotionem —. Dat. Reate, X kalendas septembris, anno decimo. »

3303

Rieti, 23 août 1236.

Sancti Augustini Cantuariensis et de Bello abbatibus, et priori ecclesiæ Christi Cantuariensis, de eadem re scribens, mandat quatenus prædictum camerarium super eodem non permittant molestari. — (REG. 18, f. 188 v; ann. X, c. 207.)

« .. Sancti Augustini, Cantuariensis, et .. de Bello, Ci-

cestrensis diocessum, abbatibus, et .. priori ecclesiæ Christi Cantuariensis. Quanto familiarius dilectum —. Dat. ut supra. »

3304

Rieti, 25 août 1236.

Episcopo Quinqueecclesiensi, abbati Waradiensi, Quinqueecclesiensis dioecesis, et præposito Vesprimiensi committit inquisitionem faciendam super electione facta de Primonigento, ipsius papæ subdiacono, ab aliquibus, et postea de Benedicto, lectore Strigonensi, ab aliis, in episcopum Waradiensem. — (REG. 18, f. 188 v; ann. X, c. 208; — POTTHAST 10232; — cf. *supra*, n° 1008.)

« .. episcopo Quinqueecclesiensi, .. abbati Waradiensi, Quinqueecclesiensis dioecesis, et .. preposito Vesprimiensi. Alexander et Johannes, canonici Waradiensis ecclesiæ —. Dat. Reate, VIII kalendas septembris, anno decimo. »

3305

Rieti, 21 août 1236.

Primicerio Lucano et Conrado, canonico Lucano, — quibus administrationem temporalium bonorum Lucanæ ecclesiæ, ipsi primicerio nec non et archidiacono Lucano ab ipso papa olim commissam, eodem archidiacono, quia tunc non expediebat ut administraret, ab hac occupatione subdacto, demum ipse papa commiserat, — mandat quatenus in hoc sollicitudinem exercent, sententia quam in rebelles tulerint, confirmata. — (REG. 18, f. 189 r; ann. X, c. 209; — cf. *supra*, n° 3300.)

« .. primicerio et Conrado, canonico Lucan[is]. Cum olim administrationem —. Dat. Reate, XII kalendas septembris, anno decimo. »

3306

Rieti, 22 août 1236.

Henrico de Welles, clerico Cantuariensis archiepiscopi, a nobilibus parentibus originem ducenti, — qui ex unico beneficio, quod curam habebat animarum annexam et decem tantum marcas valebat annuatim, non poterat sustentari, pro eo quod propter ipsius nobilitatem generis et propter regionis consuetudinem, qua eum oportebat frequenter suscipere hospites, magnos sumptus facere compellatur, — indulget ut aliud unicum beneficium ecclesiasticum, similem habens curam, recipere valeat et cum primo retinere. — (REG. 18, f. 189 v; ann. X, c. 210.)

« Henrico de Welles, clerico venerabilis fratris nostri .. Cantuariensis archiepiscopi. Licet olim in —. Dat.

Reate. XI kalendas septembris, pontificatus nostri anno decimo. »

3307

Rieti, 28 août 1236.

Episcopo Quinqueecclesiensi, abbati Waradiensi, Quinqueecclesiensis diocesis, et praeposito Wesprimiensi mandat quatenus, — cum Th[omas], tituli Sanctae Sabinae presbyter cardinalis, et Ae[gidius], Sanctorum Cosmae et Damiani diaconus cardinalis, in causa electionis quae inter Primogenitum, ipsius papae subdiaconum, et ejus electores ad Waradiensem ecclesiam, ex una parte, et B[enedictum], Waradiensem episcopum, ex altera, vertebatur, concessi auditores, praedicto Primogenito de speciali mandato apostolico dederunt licentiam debitum contrahendi usque ad centum quinquaginta marcas boni argenti super bonis episcopi et ecclesiae Waradiensium, et obligandi ea pro debito supradicto, — memorato Primogenito vel ejus creditoribus de praefata pecunia, infra certum tempus ab ipsis praefigendum, ex bonis ipsorum Waradiensium episcopi et ecclesiae satisfieri faciant. — (REG. 18, f. 189 v°; ann. X, c. 211; — POTTHAST 10234; — cf. *supra*, n° 3304.)

« .. episcopo Quinqueecclesiensi, .. abbati Waradiensi, Quinqueecclesiensis diocesis, et .. praeposito Vesprimiensi. Cum dilecti filii —. Dat. Reate, V kalendas septembris, anno decimo. »

3308

Rieti, 5 septembre 1236.

Archiepiscopo Burdegatensi, et Xanctonensi, Engolismensi et Pictavensi episcopis scribit de sacramabili Judaeorum statu in regno Franciae, eisque mandat quatenus cruce signatos suarum diocesium qui contra Judaeos enormia commiserint, cogant ad satisfactionem de perpetrata iniquitate ac de ablatis illis impendendam. — (REG. 18, f. 189 v°; ann. X, c. 212; — MOREAU, 1191, f. 115; *ibid.*, f. 119, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10243.)

« .. archiepiscopo Burdegatensi, et .. Xanctonensi, [...] Engolismensi et [...] Pictavensi episcopis. Lacrimabilem Judaeorum in regno Francie commorantium et miseratione dignam recepimus questionem quod, cum cruce signati vestrarum civitatum et diocesum debuerint corda et corpora preparasse ad prelium Domini preliandum, ac hereditatem Christi liberare de manibus Paganorum, qui, exigentibus culpis populi Christiani, detinent et coinquinant templum Dei, et, quanto hujus-

modi pretium specialius est ipsius, tanto timorem sui nominis et amorem humiliter amplexari, ne, quod absit, in suis noxiis desideriis ambulantes, divinam contra se patientiam provocarent: iidem, cum aliis cruce signatis adversus Judeos eisdem impia consilia cogitantes, nec attendentes quod quasi ex archibus ipsorum Christiane fidei testimonia prodierunt, et [quod]. propheta testante, si fuerint velut arena maris¹, ipsorum reliquie salve fient², quoniam non repellent in sempiternum Dominus plebem suam³, delere ipsos de terra facie penitus moliendo, ex inaudite ac insolite crudelitatis excessu, duo milia et quingentos ex ipsis, tam magnos quam parvos, mulieresque pregnantis hostili rabie trucidarunt, nonnullis letaliter vulneratis, et conculcatis aliis equorum pedibus sicut lutum; ac, libris eorum incendio devastatis, ad majus opprobrium et ignominiam eorundem, morticina taliter occisorum escas volatilibus celi et carnes eorum terre bestiis exponentes⁴, ac illos qui ex occisione hujusmodi remanserunt, viliter et ignominiose tractantes, bona ipsorum auferunt et consumunt; et, ut tam immane flagitium possint virtutis pallio fibulare ac justificare utcumque sue impietatis causam, fingunt se premissa fecisse, ac pejora facere comminantur, pro eo quod renuunt baptizari, non considerato prudenter quod — non sunt ad baptismi gratiam, nisi sponte voluerint, compellendi, quia, sicut homo propria voluntate arbitrii, suggestioni serpentis obediens, cecidit, sic, vocante se Dei gratia, liberum arbitrium⁵ debet apponere ut resurgat. Propter que, quasi nova egyptiaca servitute positi, suum exterminium metuentes, ad Apostolice Sedis clementiam duxerunt humiliter recurrendum. Ne igitur tante temeritatis audacia, si repressa non fuerit, transeat aliis in abusum, mandamus quatenus excedentes hujusmodi in vestris diocesis commorantes, ad satisfactionem de perpetrata iniquitate ac ablatis Judeis eisdem congruum impendendam, singuli vestrum, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis. Dat. Reate, nonis septembris, pontificatus nostri anno decimo. »

3309. — In eundem modum .. Sagiensi et .. Abrincensi episcopis, et .. electo Rothomagensi.

3310. — In eundem modum .. archiepiscopo Turonensi, et ..

1. I REG. XIII, 5, etc.

2. ROM. IX, 27.

3. PSALM. XCIII, 14.

4. Cf. PSALM. LXXVIII, 2.

5. Ms. : libero arbitrio.

1. A la date du 9 septembre, d'après RAYNALDI, *Annales*, 1236, § 48, qui a imprimé IX *septemb.*, au lieu de *nonis septembris*.

Cenomanensi, .. Andegavensi, .. Redonensi, .. Nannetensi et .. Corisipolitensi episcopis.

3311. — In eundem modum .. *electo Bituricensi.*

3312

Rieti, 5 septembre 1236.

Regi Francie de eadem re scribens, cum rogat et hortatur quatenus illos crucesignatorum contra Judacos excessus corrigat et castiget, et eisdem Judaeis ablata restitui faciat. — (REG. 18, f. 190 r^o; ann. X, c. 213; — MOREAU 1191, f. 117.)

« .. *illustri regi Francie. Lacrimabilem Judeorum in —. Dat. ut supra.* »

3313

Rieti, 4 septembre 1236.

Archiepiscopo Toletano et universis episcopis per regnum Castellae constitutis mandat quatenus omnibus subtilis suis qui proficiscantur cum rege Castellae et Legionis, proponenti, civitate Corduba jam acquisita, negotium contra Agarenos paganos consequi, illam indulgentiam tribuant, quo secundum statuta concilii generalis haberent proficiscentes in subsidium Terrae Sanctae. — (REG. 18, f. 190 r^o; ann. X, c. 214; — MOREAU 1191, f. 120, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10238.)

« .. *archiepiscopo Toletano et universis episcopis per regnum Castellae constitutis. Sicut olim in —. Dat. Reate, II nonas septembris, anno decimo.* »

3314. — In eundem modum .. *archiepiscopo Compostellano et universis episcopis per regnum Legionense constitutis.*

3315

Rieti, 3 septembre 1236.

Archiepiscopo Toletano, et Burgensi et Oxomensis episcopis mandat quatenus de preventibus ecclesiarum et monasteriorum regni Castellae subsidium viginti milium aureorum regi Castellae et Legionis, qui nuper civitatem Cordubam per sudores suos bellicos et sumptus multiplices cultui restituerat Christiano, et manus ad recuperationem aliarum terrarum a Paganis diu detentatarum extendebat, ad hoc opus faciant annuatim per triennium exhiberi. — (REG. 18, f. 190 v^o; ann. X, c. 215; — MOREAU 1191, f. 122, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10236.)

« .. *archiepiscopo Toletano, .. Burgensi et .. Oxomensis episcopis. Exposito nobis devotionis —. Dat. Reate, III nonas septembris, pontificatus nostri anno decimo.* »

3316. — In eundem modum¹ .. *archiepiscopo Compostellano, et .. Auriensi et .. Astoricensi episcopis.*

3317

Rieti, 3 septembre 1236.

Abbatibus de Wettes et de Zambo, Vesprimiensis diocesis, et praeposito Sancti Thomae Strigoniensis mandat quatenus praeposito et capitulo Cenadiensibus, qui homines monasterii Bistriensis in ipsorum parochiis constitutos indebitis exactionibus aggravabant, terminum praefigant, quo apostolico conspectui se per procuratorem representent. — (REG. 18, f. 191 r^o; ann. X, c. 216; — POTTHAST 10237; — cf. *supra*, n^o 3203.)

« .. *de Wettes et .. de Zambo abbatibus, Vesprimiensis diocesis, et .. praeposito Sancti Thomae Strigoniensis. Ex parte conventus —. Dat. ut supra.* »

3318

Rieti, 5 septembre 1236.

Sancti Georgii Veronensis, Camaldulensi et Sancti Leonardi, Veronensis diocesis, prioribus mandat quatenus Anselmum, canonicum Veronensem, qui episcopo Veronensi, mandatum apostolicum contra interfectores episcopi Mantuani exsequenti, se opposuisse frivola appellationis obstaculo dicebatur, si innocentem invenerint, absolutum super hoc denuntient; alioquin ei praefigant terminum peremptorium competentem, quo apostolico conspectui se repraesentent. — (REG. 18, f. 191 r^o; ann. X, c. 217.)

« .. *Sancti Georgii Veronensis, .. Camaldulen[sis] et .. Sancti Leonardi, Veronensis diocesis, prioribus. Dudum ad audientiam nostram noveritis pervenisse quod, cum venerabilis frater noster .. Veronensis episcopus fideliter exequeretur mandatum sibi directum a nobis contra interfectores bone memorie .. Mantuani episcopi et fautores eorum, Anselmus, canonicus Veronensis, qui eos pro viribus dicitur confovere, super hoc ipsi episcopo publice se opponens, frivole appellationis obstaculum interjecit, in qua continebatur quod, cum dictus episcopus, coadunato clero Veronensis civitatis, presentibus jurisperitis tam ejusdem civitatis quam etiam villarum ipsius, statuta omnia et precepta dudum a nobis edita contra advocatos civitatis Mantuane ac fautores ac receptatores eorum legi fecisset, ea precipiens observari, juxta nostrarum et venerabilis fratris nos-*

1. *Mutatis mutandis; aux termes « regni Castellae » de la pièce précédente, il faut, selon toute vraisemblance, substituer ici « regni Legionensis »; cf. d'ailleurs les pièces 3313 et 3314.*

tri .. Brixiensis episcopi continentiam litterarum, cui executionem statutorum ipsorum duximus committendam, dictus Anselmus et Episcopellus, canonicus ejus, nostram audientiam appellarunt. Verum, cum idem Anselmus, ob aliam causam quam nec tunc expressit, nec adhuc scire se asserit, ne dictus episcopus Veronensis civitatem Veronensem supponeret ecclesiastico interdicto, se astruat ad Sedem Apostolicam appellasse, nobis humiliter supplicavit ut super hoc providere sibi misericorditer dignemur, maxime cum sit probare paratus instrumentum hujusmodi esse falsum, et quod in ipsis loco et die in quibus idem conditum fuit, ipse consuluit dicto episcopo Veronensi, et induxit, ut potuit, quod. statuta predicta observans et faciens observari per Veronenses ecclesias publicanda, civitatem eandem supponeret, juxta dictarum litterarum continentiam, interdicto; quod ipse postmodum una cum aliis clericis, sicut asserit, observavit. Ideoque mandamus quatenus, ab hiis qui tunc interfuerunt, inquisita plene super predictis omnibus et cognita veritate, tam illos quam testes quos memoratus Anselmus super hoc duxerit producendos, si se gratia etc., usque: cogentes veritati testimonium perhibere, denuntietis ipsum ab impetitione hujusmodi absolutum, si eum inveneritis innocentem; alioquin prefigatis eidem terminum peremptorium competentem, quo. cum attestationibus interclusis sigillis vestris, nostro se conspiciat representet, pro meritis recepturus. Quod si non omnes etc. Dat. Reate, nonis septembris, anno decimo. »

3319

Rieti, 6 septembre 1236.

Glasguensi, Dumblanensi et Brechinensi episcopis mandat quatenus causam Galfridi canonici, defectum natalium patientis, in ecclesiae Dunkeldensis episcopum electi, examinent, et, si postulationem de illo factam, de persona idonea canonice celebratam invenerint, eandem admittant. — (REG. 18, f. 191 v°; ann. X, c. 218; — POTTHAST 10242.)

« .. Glasguensi, .. Du[m]blanensi et .. Brechinensi episcopis. Dilecti filii .. decanus —. Dat. Reate, VIII idus septembris, anno decimo. »

3320

Rieti, 18 septembre 1236.

Oxomensis, Segobiensis et Beatiensis episcopis, — audito per Martinum, Michaelem, Johannem Martini, Uterrium, J. Fernandi et Apparitium, clericos, et Guillelmum, F. Ordonii, M. Roderici, F. Johannis, Rodericum et P. Johannis, milites, et quosdam alios ordinis Calatravae, quod, cum apud Cala-

travam vigere conseruisset ab antiquo religionis ordo et observantia regularis, tunc, per incuriam vel malitiam potius illius qui pro magistro se gerebat, ibidem regimen, per violentiam occupantis locum, ad tantam dissolutionem devenerat, quod vix in eodem ordine religionis aliqua vestigia remanserint, — mandat quatenus eundem locum visitent, corrigentes et reformantes corrigenda et reformanda. — (REG. 18, f. 192 r°; ann. X, c. 219.)

« .. Oxomensis, .. Segobiensis et .. Beatiensis episcopis. Ad instar illius —. Dat. Reate, XIII kalendas octobris, anno decimo. »

3321

Rieti, 23 septembre 1236.

Regem Franciae rogat et hortatur ut episcopo et ecclesiae Belvacensibus super restitutione jurium et libertatum eis facienda, nec non de illatis damnis et de irrogatis injuriis satisfactionem debitam impendat. — (REG. 18, f. 192 r°; ann. X, c. 230; — MOREAU 1191, f. 131; — POTTHAST 10247; — cf. supra, n. 3052-3058, 3102, 3138.)

« [...] illustri regi Francie. Dum clare memorie progenitorum tuorum devotionis insignia, qui ex innata eis mansuetudine Apostolicam Sedem, ecclesias omnes et viros ecclesiasticos pio semper et prompto venerabantur affectu, mente revolvimus; dum fidei fervorem ipsorum, pro qua velut Christi athlete incliti decertarunt, proprio sanguini non parentes, ad memoriam revocamus; dum juvenutis tue primordia illorum imitari non deserenda vestigia cupimus, ut eis, sicut in regno, sic in timore Domini et Apostolice Sedis devotione succedas; dum credimus ut te etiam dignum reddas et tuis meritis tibi compares ut te prosequamur prerogativa gratie specialis: in eo firmamur proposito voluntatis, ut, tuis profectibus intendentes, quantum cum Deo possumus, supplicationibus tuis favorabiliter annuamus. Sed ² illud te nolumus ignorare, quod ex apostolice servitutis officio ad exhibendam justitiam ita sumus astricti, ut, quantumcumque te inter ceteros terre principes sinceritatis brachiis amplexemur, absque dampno conscientie ac fame periculo non possimus declinare ad dexteram vel sinistram, ne per incuriam vel negligentiam nostram, quod absit, Romana Ecclesia, de cujus honestate tenemur eo sollicitius cogitare, quo universalis Ecclesie sollicitudo principalius nobis imminet, notam alicu-

1. Avec la date VIII kalendas octobris (= 24 septembre), et l'incipit inexact: « Sane litteris quas », d'après SBALEA, *Bullarium franciscanum*, I, 203, not. f.

2. Ms.: Sed, et.

jus detractiois incurrat. Sane litteris quas nobis celsitudo regia destinavit, solita benignitate receptis, et tam ipsarum tenore quam hiis que dilectus filius frater Robertus, ecclesiarum Longi Pontis, nuntius tuus, ex parte tua nobis exposuit, intellectis, prout convenit, diligenter, licet olim, ad justitiam ecclesie Belvacensis, de qua nobis constitit evidenter, debitum respectum habentes, interdictum positum per venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Remensem et suffraganeos suos in Remensi provincia, quod, post appellationem ad nos legitime interjectam, fuerat relaxatum, necessitate juris, cui salva conscientia deesse nequimus, mandaverimus observari : quia tamen, sicut eodem littere continebant, nimis prepropere et etiam ex arrupto fuit hujusmodi repositum interdictum, presertim cum ad bonum pacis et concordie te satis benignum et facilem exhiberes, quibusdam viris discretis et Deum timentibus, ac circumspicis in pacis consiliis et concordie zelatoribus, de quibus non presumitur quod in eorum manibus jura deberent Ecclesie deperire, ad hoc specialiter convocatis, volentes adhuc regie sublimitati deferre, ac sperantes, immo probabilis presumptione tenentes, quod, factam tibi ab Apostolica Sede gratiam recognoscens, quid saluti, quid fame, quid honori tuo magis expediat, agnosces apertius per te ipsum, et intelliges plenus quod est in talibus longe magis vinciri quam vincere gloriosum, effectum sententie ipsius interdicti per venerabiles fratres nostros .. Silvanectensem et .. Meldensem episcopos motu proprio duximus suspendendum, ut, tractatu pacis prehabito, concordia valeat, auctore Domino, provenire. Quia vero, sicut dilexit te Dominus et usque in finem diligit, ut speramus, stabiliens regnum tuum, ita et tu, prout convenit, prudenter attendens quod iidem progenitores tui propter veritatem, mansuetudinem et justitiam Domino placuerunt, illi debes finaliter complacere, serenitatem tuam rogamus, movemus et hortamur in Domino, ac in remissionem injungimus peccatorum, obsecrantes per viscera misericordie Dei nostri ac pro dono speciali poscentes, quatenus sic super restitutione jurium et libertatum venerabili fratri nostro .. episcopo et Belvacensi ecclesie facienda, nec non et de illatis dampnis et irrogatis injuriis satisfactione debita impendenda eisdem, tam nostre quam tue fame consulas et saluti, quod solo virtutis amore que sunt debita, videaris adimplere, nosque facias de tua liberalitate, immo profectu, letari, qui parati sumus ad gratiam, ubi tamen non creditur jus Ecclesie deperire, ita quod ille qui dat virtutes et premia elargitur, bona temporalia tibi propter hoc retribuatur et eterna, et nos, qui ad pro-

fectum tuum secundum utrumque hominem aspiramus, sinceritati tue constituas exinde merito debitores. Dat. Reate, VIII kalendas octobris, anno decimo. »

3322

Rieti, 23 septembre 1236.

« In eundem modum .. *illustri regine Francie*, usque in finem. Ut igitur idem rex juxta desiderium nostrum et suum apud Deum et homines sapientia proficiat et etate, serenitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attentè quatenus eundem regem affectione materna moneas et inducas ut, assuefaciens semetipsum timori divini nominis et amori, et magnanimitatem suam Deo et Ecclesie prona devotione subterrens, prefatos episcopum et ecclesias ad jura et libertates suas plene restituat, et de illatis dampnis ac irrogatis injuriis talem satisfactionem studeat exhibere, quod Deum sibi propitium statuat exinde non offensum. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 192 v°; — MOREAU 1191, f. 133 v°.)

3323

Rieti, 23 septembre 1236.

« In eundem fere modum .. *Silvanectensi* et .. *Meldensi episcopis*, usque : merito debitores. Ideoque mandamus quatenus, usque ad predictum tempus¹ effectum hujusmodi suspendentes, ad reformationem pacis et concordie secundum datam vobis a Deo prudentiam, salva libertate Ecclesie, detis omnem quam potestis, operam et operam efficacem. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 192 v°; — MOREAU 1191, f. 134.)

3324

Rieti, 23 septembre 1236.

Episcopo et capitulo Belvacensibus similiter scribit de suspensione ad octo menses, pro fine pacis et concordie incunclae inter Ludovicum, regem Francie, et ipsos, interdicti per archiepiscopum Remensem et ejus suffraganeos in Remensi provincia positi, eosque monet quatenus, eandem suspensionem non aegre ferentes, ad reformationem dictae pacis et concordie animos inclinent. — (REG. 18, f. 192 v°; ann. X, c. 221; — MOREAU 1191, f. 134; — POTTHAST 10248.)

« .. *episcopo et capitulo Belvacensibus*. Dum clare memorie [etc., ut supra, in capit. 220], usque : effectum sententie ipsius interdicti per venerabiles fratres nostros .. Silvanectensem et .. Meldensem episcopos usque ad octo menses a receptione litterarum nostra-

1. Octo mensium a receptione litterarum suarum. Cf. la pièce suivante.

2. Avec la date VIII kalendas octobris (= 24 septembre), et sans indication d'incipit, d'après SBARALEA, l. c. (cf. supra, n° 3321.)

rum, pro bono pacis atque concordie providimus suspendendum, ut interim de concordia et pacis reformatione tractetur, quam, si, auctore pacis dante operam, infra premissum tempus provenire contigerit, acceptamus; alioquin ex tunc predictum interdictum pristinum habeat firmitatem. Cum itaque, pro bono pacis et utilitate ecclesie Belvacensis, id providerimus ordinandum, propter quod turbari non debetis aliquatenus nec moveri, devotionem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, ac per apostolica scripta mandamus quatenus, id non egre ferentes, ad reformationem pacis et concordie, si tamen salva libertate Ecclesie provenire poterit, animum inclinetis, securi quod, si pax, quod absit, non fuerit subsecuta, nos eandem ecclesiam in sua iustitia proponimus confovere. Dat. ut supra. »

3325

[Rieti, 23 septembre 1236.]

« In eundem fere modum .. *archiepiscopo Remensi et suffraganeis suis*, usque : provenire. Quia vero, sicut eundem regem dilexit Dominus et usque in finem diligit, ut speramus etc., ut supra, usque : debitores. Quocirca mandamus quatenus ad reformationem pacis et concordie inter regem, episcopum et ecclesiam supradictos, secundum datam vobis etc., ut supra, [prout continetur] in litteris directis .. *Silvanectensi et .. Meldensi [episcopis]*. » — (REG. 18, f. 193 r°; — MOREAU 1191, f. 135.)

3326

Rieti, 23 septembre 1236.

« In eundem fere modum .. *Suessoniensi et .. Cameracensi episcopis*, usque : acceptamus, prout continetur in litteris directis .. *episcopo et capitulo Belvacensibus*. Ideoque mandamus quatenus, si inter eundem regem et venerabilem fratrem nostrum .. *episcopum et ecclesiam Belvacenses*, infra premissum tempus, pax, quod absit, nequiverit provenire, vos ex tunc, denuntiantes ipsum interdictum firmitatem pristinam obtinere, faciatis illud inviolabiliter observari. Contradictores etc. Dat. ut supra. » — (REG. 18, fol. 193 r°; — MOREAU 1191, f. 135 v°.)

3327

Rieti, 23 septembre 1236.

Fratri Willelmo, de ordine fratrum Minorum, paenitentiaro suo, de eadem re scribens, mandat quatenus ad conciliandam pacem et concordiam inter regem Francie et ecclesiam Belvacensem opem et operam omnem adhibeat. —

(REG. 18, f. 193 r°; ANN. X, c. 222; — MOREAU 1191, f. 135 v°; — POTTHAST 10246.)

« *Fratri Willelmo, de ordine fratrum Minorum, penitentiario nostro*. Receptis affectione paterna litteris quas nobis super negotio Belvacensis ecclesie tua devotio destinavit, et que continebantur in eis, intellectis, prout convenit, diligenter, licet olim ad justitiam ecclesie Belvacensis, de qua nobis constitit evidenter etc., ut supra, prout continetur fere in litteris directis regi, usque : merito debitores. Quocirca mandamus quatenus, personaliter ad eundem regem accedens, ad reformationem pacis atque concordie, secundum datam tibi a Deo prudentiam, salva Ecclesie libertate, omnem quam potes, des opem et operam efficacem, eundem regem ad hoc sedulis monitionibus et crebris exhortationibus efficaciter inducendo. Ceterum, ille clericus uxoratus quem idem rex cum aliis nuntiis suis ad nostram presentiam destinavit, non satis habuit labia circumcisa, sed in asperitate verborum que protulit coram nobis, non consideravit prudenter quid mittenti et cui missus fuerat, conveniret, quanquam in excusationem pretenderet se ad ea que proposuit, proponenda, mandantis jussione coactum. Dat. ut supra. »

3328

Rieti, 19 septembre 1236.

Cum S., paupere presbytero, archidiacono de Bekis (= Békés), Waradiensis diocesis, dispensat ut, non obstante quod olim casualiter crimen homicidii incurrerat, cum clericis in choro psalmodias et responsoria cantare ac legere lectiones possit, ita quod ad altaris ministerium aliquatenus non accedat. — (REG. 18, f. 193 r°; ANN. X, c. 223; — POTTHAST 10244.)

« *S., pauperi presbytero, archidiacono de Bekis, Waradiensis diocesis*. Tuis precibus inclinati —. Dat. Reate, XIII kalendas octobris, anno decimo. »

3329

Rieti, 25 septembre 1236.

Episcopo Lincolnensi dispensandi cum duobus clericis suis habentibus singula beneficia, ut, generalis constitutione concilii non obstante, eorum uterque, praeter beneficium quod

1. Avec la date *VIII kalendas octobris* (= 24 septembre), d'après WADDING, *Annales Minorum*, II, 641, et SBARALEA, *Bullarium franciscanum*, I, 203, n° 209.

obtinebat, unicum alterum possit recipere, concedit facultatem. — (REG. 18, f. 193 r^o; ann. X, c. 224.)

« .. *episcopo Lincolnensi*. Ut Apostolice Sedis —. Dat. Reate, VII kalendas octobris, anno decimo. »

3330

Rieti, 26 septembre 1236.

Cantuariensi archiepiscopo et ejus suffraganeis, ad petitionem regis Angliæ, mandat quatenus festum sancti regis Eduardi in ipsorum ecclesiis devote celebrent et ab ipsorum subditis faciant celebrari. — (REG. 18, f. 193 r^o; ann. X, c. 225; — MOREAU 1191, f. 141, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10250.)

« .. *Cantuariensi archiepiscopo et suffraganis suis*. Cum recolende memorie —. Dat. Reate. VI kalendas octobris, anno decimo. »

3331

Rieti, 26 septembre 1236.

Cantuariensi archiepiscopo mandat quatenus regi Angliæ, qui, ex eo quod comiti Tholosano quamdam subministraverat pecunie quantitatē, excommunicationis sententiam in fautores ejusdem comitis latam se metuebat incurrisse, injuncta penitentia competenti, absolutionem impendat. — (REG. 18, f. 193 v^o; ann. X, c. 226.)

« .. *Cantuariensi archiepiscopo*. Cum karissimus noster in Christo .. illustris rex Anglorum specialis filius Apostolice Sedis existat, merito convenit ut, cujus statum prosperum obtamus in terris, anime sue salutē, cum expedit, diligenter intendere debeamus. Ipso siquidem accepimus intimante quod, cum olim contra nobilem virum .. comitem Tolosanum negotium fidei ageretur, idem, cum sanguineus sit ipsius, quamdam illi subministravit pecunie quantitatē; propter quod excommunicationis sententiam latam in fautores ejusdem se metuit incurrisse; super quo salutare a nobis consilium cum humilitate debita postulavit. Ideoque mandamus quatenus, debita ab ipso rege satisfactio recepta et injuncta ei penitentia competenti, sibi secundum formam Ecclesie beneficium absolutionis impendas. Dat. Reate, ut supra. »

3332

Rieti, 26 septembre 1236.

Regi Angliæ postulanti significat se indulgere ut per clausulam *Quidam alii*, ultra decimam, et per conservatorias litteras a Sede Apostolica quibusdam concessas, ultra tertiam

vel quartam dietam extra suam diocesim civibus Londonienses non valeant conveniri. — (REG. 18, f. 193 v^o; ann. X, c. 227.)

« .. *illustri regi Angliæ*. Regalis requirit devotio —. Ex parte siquidem tua fuit propositum coram nobis quod, cum plerumque contingat contra cives Londonienses, expressis quorundam nominibus, cum adjectione illius clausule : *Quidam alii*, a nobis litteras impetrari, tam per ipsas quam per conservatorias que aliquando quibusdam a Sede Apostolica conceduntur, pretextu predictæ clausule effrenata ipsorum civium multitudo quandoque longe ultra duas dietas extra suam diocesim, cum in eisdem conservatoriis constitutionis de duabus dietis remedium sit amotum, ad iudicium evocatur; quorum aliqui cum adversariis, licet in nullo teneantur eisdem, laborum et expensarum timore, coguntur compositiones inire dampnosas; super quo subveniri per nos dietis civibus postulasti. Nos igitur, tuis devotis precibus inclinati, auctoritate presentium indulgemus ut per dietam clausulam ultra decimam¹ et per iamdictas conservatorias ultra tertiam vel quartam dietam extra suam diocesim non valeant conveniri. Presentibus post triennium minime valituris. Dat. ut supra. »

3333

Rieti, 26 septembre 1236.

Eidem postulanti significat se inhibere ne clerici regni sui clericos et laicos per apostolicas litteras, cum adjectione clausule *Quidam alii*, non animo prosequendi justitiam, sed cupiditate potius aliquid extorquendi, faciant ad iudicium evocari. — (REG. 18, f. 193 v^o; ann. X, c. 228.)

« *Eidem*. Regalis requirit devotio etc., ut supra. usque : coram nobis, quod quidam clerici regni tui, ditari cum aliorum jactura querentes, apostolicis litteris contra clericos et laicos regni predicti, cum adjectione illius clausule : *Quidam alii*, impetratis, effrenatam multitudinem faciunt ad iudicium evocari, non animo prosequendi justitiam, cum nichil juris habeant contra ipsos, sed cupiditate potius aliquid extorquendi, dum molestiis illos afficiunt, quibus se redimere compelluntur; super quo provideri a nobis humiliter postulasti. Nos igitur, tuis devotis precibus inclinati, auctoritate presentium id districtius inhibemus, statuentes ut in expensis et dampnis transgressores parti alteri condempnentur. Dat. ut supra. »

1. Ms. : decem.

3331

Rieti, 26 septembre 1236.

Eidem presentanti significat se, — cum quidam clerici insulae de Olerone homines ejusdem loci auctoritate litterarum apostolicarum ad quinque vel sex dietas facerent ad iudicium evocari, qui non poterant ad assignata loca se presentare, quo factum fuerat totam insulam supponi interdicto, — inhibere ne quis pro tali alienj defectu praedictam insulam concludat interdicto. — (REG. 18, f. 193 v°; ann. X, c. 229.)

« *Eidem.* Regalis requirit devotio etc., ut supra, usque : coram nobis, quod quidam clerici insule de Oleron[e], quam ad te pertinere proponis, contra homines loci ejusdem apostolicis litteris impetratis, earum auctoritate illos ad quinque vel sex dietas faciunt ad iudicium evocari; qui cum tute ire ad assignata loca non possint, dum non nisi per terram inimicorum tuorum ipsis patet accessus, uno etiam pro suo facto convento, si se non presentaverit, tota praedicta insula, non absque tuo prejudicio, supponitur interdicto; super quo provideri a nobis humiliter postulasti. Nos igitur, serenitatis tue precibus inclinati, auctoritate presentium districtius inhibemus ne quis pro tali alienj defectu, dummodo communitas favorem suum contumacijs ipsis non prestiterit, presumat interdicto concludere insulam memoratam. Presentibus post triennium minime valituris. Dat. ut supra. »

3335

Rieti, 24 septembre 1236.

Abbat[i] Sancti Johannis de Pinna, Oscensis dioecesis, cujus personam olim usu mitrae honoraverat, significat se praefatum usum ad ejus successores de gratia speciali extendere, adjuncta licentia pallas altaris benedicendi¹. — (REG. 18, f. 194 r°; ann. X, c. 230; — MOREAU 1191, f. 137; — POTTHAST 10249, *falso initio*; — cf. *supra*, n° 1547.)

« .. *abbati Sancti Johannis de Pinna, Oscensis dioecesis.* Dum Aaron ad —. Dat. Reate, VIII kalendas octobris, anno decimo. »

3336

Rieti, 20 septembre 1236.

Electo Warmaciensi committit reformationem canonicarum regularium nimis dissolute viventium ecclesiae Sanctae Mariae (= Marien-, seu Nonnen-Münster), suburbii Warma-

1. La mention de cette faveur particulière : « benedicendi quoque pallas altaris — licentiam indulgemus », a été ajoutée en marge.

ciensis, eique concedit ut ibi ordinem Cisterciensem introducat. — (REG. 18, f. 194 r°; ann. X, c. 231; — POTTHAST 10245.)

« [...] *electo Warmaciensi.* Vigilis pastoris sicut —. Dat. Reate, XII kalendas octobris, anno decimo. »

3337

Rieti, 25 septembre 1236.

Episcopo, decano et cantori Ambianensibus mandat quatenus statuta ab ipsis edita pro reformatione ecclesiae Sancti Walfranni [seu Wulfranni] de Abbatis Villa faciant observari, et canonicos rebelles excommunicatos compellant ut in apostolicum conspectum veniant, pro meritis recepturi. — (REG. 18, f. 194 r°; ann. X, c. 232; — MOREAU 1191, f. 139.)

« .. *episcopo, .. decano et .. cantori Ambianensibus.* Olim venerabili fratre nostro .. Sabinensi episcopo referente quod, cum idem ecclesiae Sancti Walfranni de Abbatis Villa, Ambianensis dioecesis, canonicus esset, et ecclesia ipsa, refrigerante devotione canonicorum ejusdem, in divinis pateretur officiis non modicum detrimentum, fuit in ea provida deliberatione statutum, ut cotidiane distributiones exhiberentur hiis qui divinis officiis interessent, et certe pene indigerent canonicis qui assignata sibi officia per matriculam negligerent adimplere, et quod, distributionibus cessantibus antedictis, ac ad nova beneficia canonicis et capellanis, qui, sicut et antiqui, divinis non curabant officiis interesse, in ecclesia praefata creatis, ex jamdictis constitutionibus nec pena nec commodum sequeretur; propter quod divinus cultus pene deperibat ibidem, ita quod etiam de canonicis residentibus vix inveniebantur aliqui, qui divinis curarent officiis interesse; nec capellani predicti persolvebant ibi Deo servitia, ut debebant : nostras vobis direximus litteras, continentes ut, personaliter accedentes ad ecclesiam memoratam et habentes pre oculis solum Deum, corrigeretis et reformatis in ea, que circa defectum divinatorum officiorum correctionis et reformationis officio indigerent, nichilominus que ad augmentum divini cultus et honorem ipsius ecclesiae pertinerent, sublato cujuslibet appellacionis obstaculo, statuente ibidem, et facientes quod statueretis, auctoritate nostra firmiter observari; contradictores etc. Nuper autem fuit propositum coram nobis quod, cum vos, mandatum apostolicum exequentes, quedam in ipsa ecclesia duxeritis deliberatione provida statuenda, in eos qui ordinationi vestre contradictores

1. Aux éditions de cette pièce indiquées par POTTHAST, il faut ajouter : *Gallia christiana*, t. V (1731), col. 709, ex *Regest. Vallic.*

existerent vel rebelles, excommunicationis sententiam proferendo: quidam de canonicis ipsis, in appellationis vocem frustratorie prorumpentes, quam non sunt infra tempus legitimum prosecuti, literis nostris ammissis, non solum statuta eadem non observant, pro sue libito voluntatis, verum etiam excommunicatione predicta ligati divina celebrare presunt, vel potius prophane. Nolentes igitur talia sub dissimulatione transire, mandamus quatenus, si est ita, facientes statuta ipsa per censuram ecclesiasticam firmiter observari, excommunicatos ipsos ad nostram venire presentiam, censura simili appellatione postposita, compellatis, pro meritis recepturos. — Dat. Reate, VII kalendas octobris, anno decimo. »

3338

Rieti, 1^{er} octobre 1236.

Abbatissae et conventui monasterii Sanctae Mariae Fuliginatis significat se confirmare compositionem inter ipsarum monasterium et monasterium Sancti Pastoris de Greza, [Reatinae dioecesis], initam, secundum quam ab eodem monasterio Sancti Pastoris pro ipsarum sustentatione annuus viginti quinque saumarum frumenti et quinque [saumarum] fabarum redditus ipsis persolvendus erat; inserto sub sua bulla praedictae compositionis tenore. — (Reg. 18, f. 194 v^o; ann. X, c. 233; — POTHAST 10252.)

« .. abbatissae ac conventui monasterii Sanctae Mariae Fuliginatis [is]. Ut in temerata consistat. — Dat. Reate, kalendis octobris, anno decimo. »

[3339]

Terni, 12 juin 1236.

[Praedicta vero compositio sic incipit et desinit:]

« In nomine Domini Nostri Ihesu Christi. Anno » ejusdem M CC^o XXXVI^o, indictione IX^o, mense juni, die XII^o, pontificatus sanctissimi patris domini » Gregorii pape VIII anno decimo. In presentia mei, » Corradi, scriniarii et testium —. Act. Interamne, » presentibus hiis testibus —. Et ego Corradus, imperialis aule scriniarius, predictis omnibus interfui et » hoc instrumentum de utriusque partis consensu » scripsi et compleri rogatus. »

3340

Rieti, 13 septembre 1236.

Decano et capitulo Cameracensibus significat se confirmare

quaedam statuta ab ipsis super residentia canonicorum [ita]. — (Reg. 18, f. 195 v^o; ann. X, c. 231.)

« .. decano et capitulo Cameracensibus. Hiis que pro —. Significatis siquidem nobis quod, cum Cameracensis ecclesia nonnunquam, propter canonicorum absentiam, defectum in divinis obsequiis sustineret, vos, ejusdem utilitate pensata, cum assensu venerabilis fratris nostri .. Cameracensis episcopi, inter cetera statuitis quod quicumque canonicus voluerit de novo esse residens in ecclesia memorata, ut fructus prebende sue percipiat in augusto, per quadraginta dies continuos ante festum Nativitatis beati Johannis Baptiste residentiam suam incipiet, eo anno, et tam diebus predictis quam noctibus, curabit in civitate Cameracensi morari, ne interim ejusdem ecclesie servitio se subducatur. Si vero, post residentiam sic factam et per anni spatium modo debito consummatam, foraneus fuerit et residens esse voluerit, iterato quindecim diebus ante festum ipsum moram faciat in civitate jamdicta, secundum quod de quadraginta superius est expressum; exceptis prebendis sacerdotalibus et acolitorum cura, quas super inchoanda residentia providistis [secundum] antiquas ecclesie consuetudines observandas. Canonicus autem qui sacerdotalem prebendam obtinet, per triginta octo septimanas, alii vero per triginta, continue vel per intervalla, residentiam facere teneantur. Item, quicumque in alia ecclesia residentiam fecerit, interim in vestra foraneus reputetur; in hiis canonicis illis minime computandis, qui, causa peregrinationis vel studiorum, seu pro negotiis ejusdem ecclesie procurandis, absentes fuerint, petita tamen capituli licentia et obtenta. — Dat. Reate, idibus septembris, anno decimo. »

3341

Rieti, 26 septembre 1236.

Decano Wellensi, archidiacono Berkesiriae (= Berkshire) et magistro Clementi, canonico Saresberiensis, mandat quatenus abbatem et conventum de Monte Burgi, Constantiensis dioecesis, qui R. laicum, cui manerium suum de Wolvelee sub annuo censu concesserant, quoad viveret possidendum, ad jurandum induxerant quod uxorem non duceret, cogant ut hoc juramentum, cum juramentum caelibatus a legibus sit interdictum, relaxent. — (Reg. 18, f. 195 v^o; ann. X, c. 235.)

« .. decano Wellensi, Bathoniensis diocesis, .. archi-

1. Toute cette pièce est annulée, en marge, par la mention *Vacat*.

diacono Berkesirie et magistro Clementi, canonico Saresberiensis. Innotuit nobis R. — Dat. Reate, VI kalendas octobris, pontificatus nostri anno decimo. »

33-12

Rieti, 10 octobre 1236.

Abbatibus Fulcardi Montis, Sancti Bertini et Sancti Victoris, Rothomagensis, Morinensis et Parisiensis dioecesium, — electione a quibusdam de Christophoro, a quibusdam de Bernardo, monasterii Sancti Vedasti Atrebatensis monachis, in ejusdem monasterii abbatem celebrata, non personarum, sed processus vitio cassata, — mandat quatenus monasterio eidem de persona idonea provideant. — (REG. 18, f. 195 v^o; ann. X, c. 236; — POTTHAST 10251, *fragm.*)

« .. Fulcardi Montis, Cisterciensis ordinis, et .. Sancti Bertini et .. Sancti Victoris abbatibus, Rothomagensis, Parisiensis et Morinensis dioecesum. Vacante monasterio Sancti Vedasti Atrebatensis, quod ad nos nullo pertinet mediante, ac votis monachorum, cum habent de abbatibus futuri substitutione tractatum, in diversa divisio, quidam in Christoforum et quidam in Bernardum, ejusdem monasterii monachos, in scrutinio consenserunt. Cum autem, publicato scrutinio et electionibus de monachis ipsis factis, procuratores partium propter hoc ad Sedem Apostolicam accessissent, nos eis venerabilem fratrem nostrum .. Sabinensem episcopum concessimus auditorem; coram quo diligenter ipsorum examinato processu, nobisque ac fratribus nostris per eundem auditorem que invenit, fideliter recitatis, electionem utramque, non personarum, sed processus vitio, justitia cassavimus exigente, nobis provisione ipsius monasterii reservata. Quia vero de vestre circumspectionis prudentia plenam in Domino fiduciam obtinemus, mandamus quatenus, ad monasterium ipsum personaliter accedentes et habentes pre oculis solum Deum, monasterio provideatis eidem de persona idonea, vice nostra, et faciatis ei de quo providendum duxeritis, obedientiam et reverentiam exhiberi ac munus benedictionis impendi; contradictores etc., usque : compescendo; recepturi ab eo postmodum pro nobis et Romana Ecclesia fidelitatis solite juramentum, juxta formam quam vobis sub bulla nostra mittimus interclusam. Formam autem juramenti quod ipse prestabit, nobis de verbo ad verbum per ejusdem patentes litteras, suo sigillo signatas, per proprium nuntium quamtocius destinetis; talem in provisione hujusmodi diligentiam adhibentes, quod in die districti examinis exinde positus reddere rationem. Quod si non omnes etc. Dat. Reate, VI idus octobris, anno decimo. »

33-13

Rieti, 8 octobre 1236.

Decano Sanctae Walburgis Furnensis, petente abbate Sancti Bertini, mandat quatenus quamdam interdicti sententiam, quam abbas Sancti Dionysii Remensis et ejus collegae, occasione statutorum editorum a papa pro reformatione ordinis [Nigri] et observantia regulari, post appellationem legitimam ad Sedem Apostolicam, [in monasterium Sancti Bertini] protulerant, relaxet. — (REG. 18, f. 196 r^o; ann. X, c. 237.)

« .. decano Sancte Walbrug[is] Furnensis, Morinensis dioecesis. Cum, sicut ex —. Dat. Reate, VIII idus octobris, anno decimo. »

33-14

Rieti, 10 octobre 1236.

Regi Castellae et Legionis indulget ut nullus in personam ejus excommunicationis sententiam promulgare praesumat, absque licentia Sedis Apostolicae specialis. — (REG. 18, f. 196 r^o; ann. X, c. 238.)

« .. illustri regi Castellae et Legionis. Quia dignus es —. Dat. Reate, VI idus octobris, anno decimo. »

33-15

Rieti, 10 octobre 1236.

Reginae Castellae et Legionis similem indulgentiam mittit de excommunicatione in ipsam non promulganda. — (REG. 18, f. 196 r^o; ann. X, c. 239.)

« .. illustri regine Castellae et Legionis. Quia digna es —. Dat. ut supra. »

33-16

Rieti, 26 septembre 1236.

Coronensi et Helenensi electis mandat quatenus causam inter episcopum Olenensem, ex parte una, et magistrum et fratres hospitalis Andrevice, Olenensis dioecesis, ex altera, super juribus episcopalibus et aliis articulis exortam, decendant; alioquin ipsam sufficienter instructam ad examen apostolicum remittant. — (REG. 18, f. 196 r^o; ann. X, c. 240.)

« .. Coronensi et .. Helenensi electis. Inter venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Olenensem, ex parte una, et .. magistrum et fratres hospitalis Andrevice, Olenensis dioecesis, ex altera, super juribus episcopalibus et quibusdam aliis articulis orta materia questionis, procuratoribus partium propter hoc apud Sedem

1. Les parties entre crochets [] ont été restituées par conjecture.

Apostolicam constitutis dilectum filium nostrum R[ainerium], Sancte Marie in Cosmedin diaconum cardinalem, dedimus auditorem. Coram quo ex parte predictorum magistris et fratrum adversus eundem episcopum super hiis libello porrecto, et lite super eo legitime contestata, cum procurator ipsius episcopi contra eundem magistrum et fratres vellet, in modum reconventionis oblato libello, super quibusdam articulis experiri, partis alterius procurator excommunicationis in personam ejusdem episcopi et quasdam alias exceptiones, per quas ipsum a reconventionem sua repellere nitentur, objecit; quas licet idem episcopi procurator non crederet esse veras, tamen contra eas excommunicationis in personas iudicium et quasdam alias replicationes opposuit: quas idem cardinalis admisit, iustitia suadente. Ideoque, de utroque partis procuratorum assensu, mandamus quatenus, convenientes in unum in villa que villa Gort vulgariter appellatur, ibique partibus terminum prefidentes, testes quos utraque pars super articulis quos vobis dictus cardinalis sub sigillo suo mittit inclusos, duxerit producendos, infra spatium duorum mensium a receptione presentium, recipiatis fideliter et examinatis prudenter, causam, si partes consenserint, ex tunc infra alios duos menses concordia vel iudicio deciduri; alioquin ipsam sufficiens instructam, cum depositionibus testium, sub sigillis vestris fideliter interclusis, ad examen apostolicum remittatis, prefixo partibus termino peremptorio competenti, quo per se vel procuratores idoneos nostro se conspectui representent, justam, auctore Domino, sententiam recepturam; firmiter ex parte nostra partibus nichilominus inhibendo, ne, lite pendente, aliquid in alterutrum prejudicium audeant innovare; si fors inventerit ab aliqua partium, postquam causam revocavimus ad examen apostolicum, aliquid contra reliquam temere attemptatum, in statum debitum revocantes; contradicentes etc. Dat. Reate, VI kalendas octobris, anno decimo. »

3317

Rieti, 17 octobre 1236.

Archiepiscopo Cusentino mandat quatenus, — reprobatis tam electione a quadam parte capituli Neocastrensis de G., Neocastrensi canonico, quam postulatione ab altera ejusdem capituli parte de Ravellensi episcopo in Neocastrensem episcopum, celebratis, — eidem capitulo facultatem concedat sibi de persona idonea in pastorem providendi. — (REG. 18, f. 196 v°; ann. X, c. 241.)

« .. archiepiscopo Cusentino. Ex parte dilectorum fil-

liorum capituli Neocastrensis fuit propositum coram nobis quod, eorum ecclesia pastoris solacio destituta, et votis eorum, cum de futuri pontificis haberent substitutione tractatum, in diversa divisus, quinque in G., canonicum, et sex reliqui, quorum tres in G., duo in .. decanum, et unus in T., canonicos ipsorum, conveniant, in venerabilem fratrem nostrum .. Ravellensem episcopum, postulandum a nobis, in scrutinio consenserunt. Cumque, publicato scrutinio, et electione de dicto G. ac postulatione de prefato episcopo celebratis, nobis eas per nuntios suos dictum capitulum presentasset, ac ipsas per dilect[os] fili[os] nostr[os] G[uifredum], tituli Sancti Marci presbiterum, et O[ttone]m, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinales, examinari fecerimus, prout convenit, diligenter, attendentes quod, sicut ex premissis apparet, neutra ipsarum¹ fuit canonicè celebrata. et postulationes huiusmodi Apostolica Sedes non consueverit in tanta divisione ac contradictione admittere, cum etiam, quando celebrantur unanimiter, ad eas admittendas non tam ex iustitia quam ex gratia moveatur, mandamus quatenus, tam electionibus quam postulatione predictis penitus reprobatis, providendi sibi de persona idonea per electionem canonicam in pastorem concedas capitulo liberam facultatem. Dat. Reate, XVI kalendas novembris, anno decimo. »

3318

Rieti, 15 octobre 1236.

Praeposito et canonicis monasterii Sancti Ampellii [Ampellii], ordinis sancti Augustini, Vigintimiliensis diocesis, in quorum monasterio, quod beati Benedicti ordinis fuerat, — propter malitiam ibidem habitantium in spiritualibus et temporalibus adeo miserabiliter deformato, quod nullus nisi solus abbas remanserit in eodem, nec spes erat aliqua quod reformari in ordine suo posset, et ejus abbas in manibus Vigintimiliensis episcopi, cui dictum monasterium lege dioecisana suberat, cesserat, in alio loco sui ordinis collocatus, — idem episcopus, de mandato apostolico, sui capituli accedente consensu, beati Augustini ordinem introduxerat, ipsos instituens in eodem ordine, significat se quod ab eodem episcopo super hoc factum fuerat, confirmare. — (REG. 18, f. 196 v°; ann. X, c. 242.)

« .. praeposito et canonicis monasterii Sancti Ampellii, ordinis sancti Augustini, Vigintimiliensis [diocesis]. Ea que pro —. Dat. Reate, idibus octobris, anno decimo. »

1. Ms. : ipsorum.

3349

Rieti, 11 octobre 1236.

Archiepiscopo Pisan. et priori Sancti Fridiani Lucani mandat quatenus, — denuntiantes Ubaldum, judicem Gallurensem, et Adelasiam, dominam Turritanam, ejus uxorem, ad observantiam quarundam promissionum quas fecerant nonnullis civibus Januensibus et Pisanis ac hominibus villae Sazari (= Sassari), qui sibi opponebant, sine assensu Apostolicae Sedis, qui fuisset requirendus, non teneri, — non permittant eos super his ab aliquibus molestari. — (REG. 18, f. 197 r^o; ann. X, c. 243.)

« .. archiepiscopo Pisano et . . priori Sancti Fridiani Lucani. Dilecta in Christo filia nobilis mulier Adelasia, domina Turritan[a], transmissa nobis petitione monstravit quod, cum, quondam Parasono, fratre suo, a communi ville Sazari crudeliter intercepto, ipsa dominum ejusdem ville, prout jure successione pertinebat ad eam, vellet intrare, opponente se communi predicto et sibi per violentiam resistente, quibusdam quoque civibus Januensibus fere cum octingentis armatis in ejusdem communis subsidium advocatis, nobilis vir Ubaldus, judex Gallurensis, vir ejus, timens ne ipsius ville dominium sine spe recuperationis ad alios transferretur, multas promissiones fecit nonnullis civibus Januensibus et Pisanis, ac hominibus diete ville, que si fuerint observate, quasi solum nomen domini sue vide[re]tur eidem nobili reservatum, confectis inde pluribus instrumentis publicis sigillo plumbeo sigillatis, et de his observandis extortis a dicto iudice juramentis, adjecto quod ab eadem uxore sua hoc faceret observari. Unde, cum idem judex liberum non habuerit arbitrium in hujusmodi promissionibus faciendis, sed in eo tunc statu fuerit, quod nihil petentibus ausus fuerit denegare, et quicquid juris habet, ab Apostolica Sede teneat in provincia memorata, propter quod assensus noster in talibus fuerat requirendus, nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hoc providere paternam sollicitudine curaremus. Cum igitur promissiones hujusmodi extorsiones potius sint dicende, mandamus quatenus, si est ita, denuntiantes dictos judicem et dominam ad observationem earum¹ aliquatenus non teneri, non permittatis eos super his ab aliquibus indebitè molestari; molestatores hujusmodi etc. Dat. Reate, V idus octobris, anno decimo. »

3350

Rieti, 11 octobre 1236.

Eisdem mandat quatenus homines de Sazari qui Paraso-

1. Ms. : eorum.

num, filium Mariani, judicis Turritani, ipsis in ejusdem Mariani obitu commissum educandum, interfecerant et ejus carnes in frusta concisas brutis animalibus comedendas projecerant, compellant ut Adelasiae, dominae Turritanae, ejusdem Mariani filiae, debitam satisfactionem exhibeant. — (REG. 18, f. 197 r^o; ann. X, c. 244; — MOREAU 1191, f. 138.)

« Eisdem. Si vera sunt que de communi ville Sazari dicuntur, miramur quod sustinet eos terra et ipsos viuentes inferni non absorbit jam profundum¹. Significante siquidem nobili muliere Adelasia, domina Turritana, nos noveritis accipisse quod, cum quondam Marianus, judex Turritanus, pater ipsius, Parasonum, filium suum, in minori constitutum etate, cuidam suo fratri naturali ac hominibus terre sue in obitu suo dimiserit educandum, dictum commune, in eum hostiliter irruentes, crudeliter interfecerunt eundem, et aliqui ex eis carnes ejus concidentes in frusta², comedendas brutis animalibus projecerunt, inauditas de ipso immanitates alias exercendo, que referre non libet, cum abhominacioni referentibus et audientibus sint horrore. Regia quoque palatia et quasdam ecclesias funditus destruentes, de ipsorum lapidibus domos proprias construxerunt, in bonis ecclesiarum et nobilis memorate prodigaliter debachando, que adhuc etiam non timentur hostiliter devastare. Licet igitur ad puniendum facinus hujusmodi tam enorme, spiritualis gladius non sufficiat per se ipsum, nolentes tamen eidem nobili, quantum in nobis est, in suo jure deesse, cum simus omnibus in justitia debitores, mandamus quatenus, si est ita, prefatum commune ut, ab ecclesiarum devastatione ac bonorum predictorum penitus desistentes, eidem nobili debitam satisfactionem exhibeant de premissis, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis. Dat. ut supra. »

3351

Rieti, 11 octobre 1236.

Nobili mulieri Adelasiae, dominae Turritanae, — significanti quod quondam Parasonus, frater suus, rebelles homines communis Sazari, qui, semel et iterum sibi, ipsorum domino, fidelitatis juramentis praestitis, adversus ipsum cum quibusdam nobilibus provinciae Turritanae temere conspiraverant, et, auferre sibi non solum terram sed personam etiam molientes, ipsum de loco in locum fuerant persecuti, eisdem postmodum persecutoribus fugatis, sententialiter

1. Cf. PSALM. LXXVIII, 16.

2. Ms. : frustra.

privaverat omnibus possessionibus et beneficiis quae fuerant ab ipso et ab ipsius progenitoribus consecuti, privilegia et instrumenta inde confecta penitus irritando, — notum facit se quod ab eodem Parasono super his factum fuerat, confirmare. — (REG. 18, f. 197 r°; ann. X, c. 245.)

« *Nobili mulieri Adelasiae, domine Turritane.* Cum a nobis —. Dat. ut supra. »

3352

Rieti, 10 octobre 1236.

Eidem provinciam Turritanam, in qua jure haereditario, decedente fratre suo Parasono, crudeliter interfecto, et hominibus dictae provinciae ipsam in dominam suam eligentibus, legitime successerat, confirmat. — (REG. 18, f. 197 v°; ann. X, c. 246.)

« *Eidem.* Cum a nobis petitur etc., usque : effectum. Significasti siquidem nobis quod, cum bone memorie Marianus, pater tuus, filius quondam Comite, iudicis Turritani, eidem C. in dominio provincie Turritane jure hereditario successisset, idem Marianus, duabus filiabus suis, te videlicet et quadam alia, nuptui traditis et dotatis in pecunia competenter, quondam Parasonum, filium suum, heredem sibi reliquit provincie memorate, ab hominibus suis juramenta fidelitatis sibi faciens exhiberi, conditione adjecta quod, si absque liberis moreretur, altera sororum eidem in hereditate succederet, quam homines ejusdem provincie sibi ducerent eligendam; cumque idem Parasonus a quibusdam proditoribus crudeliter interfectus fuerit, nullo sibi filio legitimo remanente, homines dicte provincie, te in suam dominam eligentes, fidelitatis juramenta tibi semel et iterum prestiterunt. Nos igitur, tue devotionis precibus inclinati, dictam provinciam, cum omnibus pertinentiis suis, et alia omnia bona tua, sicut ea omnia juste possides et quiete, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, Romane Ecclesie in omnibus jure salvo —. Dat. Reate, VI idus octobris, anno decimo. »

3353

Rieti, 11 octobre 1236.

Eidem mandat quatenus nihil omnino nobili viro Radulfo de Capran. de pecunia quam Ubalduus, vir ipsius Adelasiae, eidem Radulfo solvere promiserat, absque apostolica licentia exsolvat. — (REG. 18, f. 197 v°; ann. X, c. 247.)

« *Eidem.* Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod, cum nobilis vir Radulphus de Capran., pro eo

quod Calaritanam provinciam olim invasserat contra Sedis Apostolice voluntatem, esset excommunicationis vinculo innodatus, et de ipsa postmodum ejectus, se in Turritanum provinciam recepisset. Ubalduus, vir tuus, eo in auxilium suum ascito, tuo etiam interveniente consensu, duo milia librarum januensibus monete usque ad certum tempus solvere promisit eidem, adjecto quod, si statuto termino sibi non foret de ipsa pecunia satisfactum, uterque vestrum in solidum teneretur in quantitate predicta, et singulis hebdomadis exhibere quindecim libras ejusdem monete, confectis exinde publicis instrumentis, et tam juratoria quam fidjussoria a dicto Ubaldo prestita cautione, nec non Turritana et Gallurensi provincie propter hoc illi de facto specialiter obligatis. Unde, cum non debeat illi esse sua iniquitas fructuosa, quam, in prejudicium et contemptum Apostolice Sedis, intrando insulam Sarduie, noscitur attemptasse, et tu non sufficias sine destructione terre tue tantam solvere pecunie quantitatem, nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hoc providere tibi salubriter curaremus. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, ne idem R. inde reportet comodum, unde penam potius noscitur meruisse, nihil omnino solvas de predicta pecunia absque nostra licentia speciali. Nos enim damus venerabili fratri nostro .. episcopo Gisarcensi et dilecto filio .. abbati Padulensi, Turritane diocesis, nostris litteris in mandatis, ut te vel terram tuam non permittant lujusmodi occasione aliquatenus molestari, eos qui secus presumpserint, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Dat. Reate, V idus octobris, anno decimo. »

3354. — Scriptum est super hoc eisdem episcopo [Gisarcensi] et abbati [Padulensi].

3355

Rieti, 11 octobre 1236.

Florentino et Pistoriensi episcopis, et priori Sancti Fridiani Lucani mandat quatenus nobilem mulierem Adelasiam, dominam Turritanam, occasione promissionum ab avo et patre suis, iudicibus provincie Turritane, et ab Ubaldo, viro suo, nonnullis civibus Pisanis et Januensibus, tempore prosperitatis ejusdem provincie, facturam, non permittant, quamdiu fuerit de apostolico beneplacito, molestari. — (REG. 18, f. 197 v°; ann. X, c. 248.)

« .. Florentino et .. Pistoriensi episcopis, et .. priori Sancti Fridiani Lucani. Ex parte dilecte in Christo filie nobilis mulieris Adelasiae, domine Turritane, fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum bone memorie .. avus

et .. pater ipsius, iudices provincie Turritane, ac etiam Ubaldu, vir ejus, de copia bonorum quibus habundabat ipsa provincia, presumentes, nonnullis civibus Januensibus et Pisanis dare promiserint multa feuda in redditibus pecunie, villis, servis et ancillis, confectis exinde publicis instrumentis, et ad tantam ipsa provincia devenit paupertatem, quod eadem nobilis, nedum feuda ipsa concedere[1] 1, vix etiam habeat unde honeste valeat sustentari, super hoc providere sibi, ne occasione promissionum ipsarum infestari et proprietatis Apostolice Sedis existat, ac noster ac ejus consensus non intervenerit in premissis. Ideoque mandamus quatenus, si est ita, non permitatis predictam nobilem occasione promissionum hujusmodi, quamdiu de nostro beneplacito fuerit, molestari, eos qui secus presumpserint, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Quod si non omnes etc. Dat. ut supra. »

3356

Rieti, 10 octobre 1236.

Pisanos, provinciam Turritanam invadere proponentes, monet quatenus a suo proposito desistant. — (REG. 18, f. 198 r°; ann. X, c. 249.)

« .. *potestati, consilio et communi Pisanis*. Cum provincia Turritana juris et proprietatis Apostolice Sedis existat, grave gerimus et indignum quod, sicut intelleximus, proponitis ipsam invadere, non sine nostra injuria et contemptu. Cum igitur tante presumptionis aulaciam non possimus in patientia sustinere, sperantes quod vos, tanquam devoti filii, nostris monitionibus, quas paterna diligentia duximus premitendas, cum humilitate parentes, eligetis potius desistere quam incurere illum difficultatis articulum, de quo non possitis, cum volueritis, expediri, universitatem vestram monendam duximus et hortandam, precipiendo mandantes quatenus, considerato prudenter quod adversus Romanam Ecclesiam, quam constituit Dominus super gentes 2 et regna 3, non possitis vestra consilia stabilire, ab hujusmodi proposito desistatis provide per vos ipsos, ita quod, facientes de necessitate virtutem, nos ad dilectionem civitatis vestre fortius animetis; alioquin venerabilibus fratribus nostris .. Florentino et .. Pistoriensi episcopis et dilecto filio ..

1. Ms. : concedere, sed vix.

2. Ms. : super gs.

3. Cf. JEREM. I, 10.

priori Sancti Fridiani Lucani nostris damus litteris in mandatis, ut presumptionem vestram, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescant; nobis ad graviora contra vos, si necesse fuerit, auctore Domino, processuris. Dat. Reate. VI idus octobris, anno decimo. »

3357

Rieti, 10 octobre 1236.

Scriptum est super hoc eisdem [Florentino et Pistoriensi] episcopis, et [Sancti Fridiani Lucani] priori, proviso ne in universitatem Pisanam etc.

3358

Rieti, 10 octobre 1236.

In eundem modum .. *potestati, consilio et communi Januensibus*, usque : fortius animetis. Dat. etc.

3359

Rieti, 16 octobre 1236.

Archiepiscopo Beneventano mandat quatenus, si postulationem unaniam archidiaconi et capituli Florentinae ecclesiae, pastore destituta, de Torribulensi episcopo in pastorem, invenerit de persona idonea canonice celebratam, eidem episcopo facultatem tribuat ad dictam Florentinam ecclesiam transeundi et faciat obedientiam exhiberi; alioquin, eadem postulatione rite repulsa, faciat jandictae ecclesiae Florentinae per electionem canonicam de persona idonea provideri. — (REG. 18, f. 198 r°; ann. X, c. 250.)

« .. *archiepiscopo Beneventano*. Lecte tue fraternitatis —. Dat. Reate, XVII kalendas novembris, anno decimo. »

3360

Rieti, 15 octobre 1236.

Archiepiscopo Bisuntino indulget ne a subditis suis, « quibus signum » est « positus ad sagittam » 1, auctoritate apostolicarum litterarum, extra civitatem Lingonensem vel Trecentensem, « in quibus jurisperitorum copia facile invenitur », ad iudicium trahi possit; praesentibus post quinquennium minime valituris. — (REG. 18, f. 198 v°; ann. X, c. 251; — MOREAU 1191, f. 142.)

« .. *archiepiscopo Bisuntino*. Cum ecclesiarum prelati —. Dat. Reate, idibus octobris, anno decimo. »

1. Cf. JEREM., Thren. III, 12.

3361 Au camp devant Mantoue, 20 septembre 1236.

Fridericus, Romanorum imperator, Gregorio IX papae scribens, nratur quod, cum rogaverit ut contumaciam Lombardorum per censuram ecclesiasticam coerceret, per Gregorium de Romania, capellam, ejus nuntium, quasdam petitiones de violato jure ecclesiarum regni Siciliae aliisque rebus pro responso receperit; contra omnia crimina per ordinem se defendit, nuntians, cum curia quam Melliae congregari jussisset, per quorundam astuciam impedita fuerit, se tam (Thomasio de Aquino), comiti Acerrarum, et Henrico de Morra, magistro justitiarum, quam familiaribus suis mandare ut, curia saltem denno congregata, querelas audiant iisque finem debitum imponant; denique monet papam defectum aliquem circa restitutionem libertatum et jurium causari non debere, cum ipse Civitatem Castellae, contra communem fratrum suorum consilium et conscientiam suam, restituisse sibi denegaverit. — (REG. 18, f. 198 v°; ann. X, c. 252; — MOREAU 1191, f. 123; — BÖHMER-FRÜCKER, *Regesta Imperii*, t. V, *Regist. Frider. II*, n° 2197; — cf. RODENBERG 701.)

« *Littere imperatoris ad dominum papam. Sanctissimo in Christo. — Nuper ad justam. — Dat. in castris, in obsidione Mantuae. XX^o septembris, X^o indictionis. »*

3362

Rieti, 23 octobre 1236.

Friderico, Romanorum imperatori, ad querelas super processu Jacobi, episcopi Praenestini, prolatas respondet, simulque refellit argumenta quibus imperator ad suam purificationem usus erat; in memoriam ei redigit imperatores examinationi apostolicae subjacere, eumque fortiter monet ut injurias Romanae Ecclesiae et regni Siciliae ecclesiae illatas emendare studeat, vel timeat ne Deus ab ejus processibus oculos avertat. — (REG. 18, f. 200 v°; ann. X, c. 253; — MOREAU 1191, f. 151; cf. *ibid.*, f. 146, partim ex RAYNALDO; — POTTHAST 10255; — RODENBERG 703.)

« *[Friderico], Romanorum imperatori etc. Si memoriam beneficiorum. — Dat. Reate, X kalendas novembris, anno decimo. »*

3363

Rieti, 23 octobre 1236.

Comiti Britanniae crucesignato, in imperii Constantinopolitani successum proficisci proponenti, indulget ut imperator Constantinopolitanus, Constantinopolitanus patriarcha, et dux et commune Venetorum ipsum ad aliquid contra voluntatem propriam in eodem imperio faciendum minime valeant coercere; quod si seus praesumptum fuerit, et ipsum ad id juramento vel cautione invitum contigerit obligari, il-

lud decernit irritum et inane. — (REG. 18, f. 203 v°; ann. X, c. 254; — MOREAU 1191, f. 144.)

« *Nobili viro .. comiti Britanniae crucesignato. Cum zelo fidei. — Dat. ut supra. »*

3364

Rieti, 23 octobre 1236.

Episcopo Corisopitensi, cui comes Britanniae crucesignatus, in imperii Constantinopolitani successum ire proponens, disposuerat committere custodiam terrae suae, censuit ut, non obstante quod ipse episcopus crucis signaculum assumpsisset, in Terrae Sanctae subsidium profecturus, in custodia terrae praefatae libere valeat remanere, indulgentiam habiturus eandem quam haberet, si proficisceretur in ipsius Terrae Sanctae successum. — (REG. 18, f. 203 v°; ann. X, c. 255; — MOREAU 1191, f. 144 v°.)

« *.. episcopo Corisopitensi. Cum dilectus filius. — Dat. ut supra. »*

3365

Rieti, 23 octobre 1236.

De Buzeio, Nannetensis dioecesis, et de Insula Calveti, Pietavensis dioecesis, abbatibus, de eadem re scribens, mandat quatenus eundem comitem vel Johannem, natum ejus, donec de obitu vel reditu ejusdem comitis certissime cognoscatur, super terris et possessionibus suis coram aliquo iudice per litteras apostolicas a quibuscumque hominibus committatus Britanniae conveniri non permittant, quamdiu fuerint coram episcopis ordinariis suis justitiam de se conquerentibus exhibere. — (REG. 18, f. 203 v°; ann. X, c. 256; — MOREAU 1191, f. 145.)

« *.. de Buzeio et .. de Insula Calveti abbatibus, Pietavensis et Nannetensis dioecesium. Cum dilectus filius. — Dat. ut supra. »*

3366

Rieti, 23 octobre 1236.

Comiti Britanniae indulget ut nullus in ipsum, in ipsius uxorem, in Johannem, ipsius filium, vel in ejusdem Johannis uxorem excommunicationis, et in terram ipsius comitis generalem interdicti sententias promulgare praesumat, sine Sedis Apostolicae licentia specialia. — (REG. 18, f. 203 v°; ann. X, c. 257; — MOREAU 1191, f. 145.)

« *Nobili viro .. comiti Britanniae. Nobilitatis tue precibus. — Dat. Reate, ut supra. »*

et .. pater ipsius, iudices provincie Turritane, ac etiam Ubaldis, vir ejus, de copia bonorum quibus habundabat ipsa provincia, presumentes, nonnullis civibus Januensibus et Pisanis dare promiserint multa feuda in redditibus pecunie, villis, servis et ancillis, confectis exinde publicis instrumentis, et ad tantam ipsa provincia devenit paupertatem, quod eadem nobilis, nedum feuda ipsa concedere^[1] vix etiam habeat unde honeste valeat sustentari, super hoc providere sibi, ne occasione promissionum ipsarum infestari valeat, curaremus presertim cum dicta provincia juris et proprietatis Apostolice Sedis existat, ac noster ac ejus consensus non intervenerit in premissis. Ideoque mandamus quatenus, si est ita, non permittatis predictam nobilem occasione promissionum hujusmodi, quamdiu de nostro beneplacito fuerit, molestari, eos qui secus presumpserint, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Quod si non omnes etc. Dat. ut supra. »

3356

Rieti, 10 octobre 1236.

Pisanos, provinciam Turritanam invadere proponentes, monet quatenus a suo proposito desistant. — (REG. 18, f. 198 r^o; ann. X, c. 249.)

« .. *potestati, consilio et communi Pisanis*. Cum provincia Turritana juris et proprietatis Apostolice Sedis existat, grave gerimus et indignum quod, sicut intelleximus, proponitis ipsam invadere, non sine nostra injuria et contemptu. Cum igitur tante presumptionis audaciam non possimus in patientia sustinere, sperantes quod vos, tanquam devoti filii, nostris monitionibus, quas paterna diligentia duximus premitendas, cum humilitate parentes, eligetis potius desistere quam incurere illum difficultatis articulum, de quo non possitis, cum volueritis, expediri, universitatem vestram monendam duximus et hortandam, precipiendo mandantes quatenus, considerato prudenter quod adversus Romanam Ecclesiam, quam constituit Dominus super gentes² et regna³, non possitis vestra consilia stabilire, ab hujusmodi proposito desistatis provide per vos ipsos, ita quod, facientes de necessitate virtutem, nos ad dilectionem civitatis vestre fortius animetis; alioquin venerabilibus fratribus nostris .. Florentino et .. Pistoriensi episcopis et dilecto filio ..

1. Ms. : concedere, sed vix.

2. Ms. : super g's.

3. Cf. JEREM. I, 10.

priori Sancti Fridiani Lucani nostris damus litteris in mandatis, ut presumptionem vestram, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescant; nobis ad graviora contra vos, si necesse fuerit, auctore Domino, processuris. Dat. Reate, VI idus octobris, anno decimo. »

3357

[Rieti, 10 octobre 1236.]

Scriptum est super hoc eisdem [Florentino et Pistoriensi] episcopis, et [Sancti Fridiani Lucani] priori, proviso ne in universitatem Pisanam etc.

3358

Rieti, 10 octobre 1236.

In eundem modum .. *potestati, consilio et communi Januensibus*, usque : fortius animetis. Dat. etc.

3359

Rieti, 16 octobre 1236.

Archiepiscopo Beneventano mandat quatenus, si postulationem unanimum archidiaconi et capituli Florentinae ecclesiae, pastore destituta, de Torribulensi episcopo in pastorem, invenerit de persona idonea canonicè celebratam, eidem episcopo facultatem tribuat ad dictam Florentinam ecclesiam transcundi et faciat obedientiam exhiberi; alioquin, eadem postulatione rite repulsa, faciat jamdictae ecclesiae Florentinae per electionem canonicam de persona idonea provideri. — (REG. 18, f. 198 r^o; ann. X, c. 250.)

« .. *archiepiscopo Beneventano*. Lecte tue fraternitatis —. Dat. Reate, XVII kalendas novembris, anno decimo. »

3360

Rieti, 15 octobre 1236.

Archiepiscopo Bisuntino indulget ne a subditis suis, « quibus signum » est « positus ad sagittam »¹, auctoritate apostolicarum litterarum, extra civitatem Lingonensem vel Trecentensem, « in quibus jurisperitorum copia facile invenitur », ad judicium trahi possit; praesentibus post quinquennium minime valituris. — (REG. 18, f. 198 v^o; ann. X, c. 251; — MOREAU 1191, f. 142.)

« .. *archiepiscopo Bisuntino*. Cum ecclesiarum prelati —. Dat. Reate, idibus octobris, anno decimo. »

1. Cf. JEREM., Thren. III, 12.

3361 Au camp devant Mantoue, 20 septembre 1236.

Fridericus, Romanorum imperator, Gregorio IX papae scribens, nirutur quod, cum rogaverit ut contumaciam Lombardorum per censuram ecclesiasticam coerceret, per Gregorium de Romania, capellanum, ejus nuntium, quasdam petitiones de violato jure ecclesiarum regni Siciliae aliisque rebus pro responso receperit; contra omnia crimina per ordinem se defendit, nuntians, cum curia quam Melliae congregari jusserit, per quorundam astuciam impedita fuerit, se tam (Thomasio de Aquino), comiti Acorrarum, et Henrico de Morra, magistro justitiano, quam familiaribus suis mandare ut, curia solenni denovo congregata, querelas audiant iisque finem debitum imponant; denique monet papam defectum aliquem circa restitutionem libertatum et jurium causari non debere, cum ipse Civitatem Castellae, contra commune fratrum suorum consilium et conscientiam suam, restituere sibi denegaverit. — (REG. 18, f. 198 v°; ann. X, c. 252; — MOREAU 1191, f. 123; — BÖHMER-FICKER, *Regesta Imperii*, t. V, *Regest. Frider. II*, n° 2197; — cf. RODENBERG 701.)

« *Littere imperatoris ad dominum papam. Sanctissimo in Christo. — Nuper ad justam. — Dat. in castris, in obsidione Mantue. XX° septembris, X° indictionis.* »

3362

Rieti, 23 octobre 1236.

Friderico, Romanorum imperatori, ad querelas super processu Jacobi, episcopi Praenestini, prolatas respondet, simulque refellit argumenta quibus imperator ad suam purificationem usus erat; in memoriam ei redigit imperatoris examinationi apostolicae subjacere, eumque fortiter monet ut injurias Romanae Ecclesiae et regni Siciliae ecclesiis illatas emendare studeat, vel timeat ne Deus ab ejus processibus oculos avertat. — (REG. 18, f. 200 v°; ann. X, c. 253; — MOREAU 1191, f. 151; cf. *ibid.*, f. 146, partim ex RAYNALDO; — POTTHAST 10255; — RODENBERG 703.)

« *[Friderico], Romanorum imperatori etc. Si memoriam beneficiorum. — Dat. Reate, X kalendas novembris, anno decimo.* »

3363

Rieti, 23 octobre 1236.

Comiti Britanniae crucesignato, in imperii Constantinopolitani succursum proficisci proponenti, indulget ut imperator Constantinopolitanus, Constantinopolitanus patriarcha, et dux et commune Venetorum ipsum ad aliquid contra voluntatem propriam in eodem imperio faciendum minime valeant coercere; quod si seens praesumptum fuerit, et ipsum ad id juramento vel cautione invitum contigerit obligari, il-

lud decernat irritum et inane. — (REG. 18, f. 203 v°; ann. X, c. 254; — MOREAU 1191, f. 144.)

« *Nobili viro .. comiti Britanniae crucesignato. Cum zelo lidei. — Dat. ut supra.* »

3364

Rieti, 23 octobre 1236.

Episcopo Corisopitensi, cui eques Britanniae crucesignatus, in imperii Constantinopolitani succursum ire proponens, disposuerat committere custodiam terrae suae, comendat ut, non obstante quod ipse episcopus crucis signaculum assumpsit, in Terrae Sanctae subsidium profecturus, in custodia terrae praefatae libere valeat remanere, indulgentiam habiturus eandem quam haberet, si proficisceretur in ipsius Terrae Sanctae succursum. — (REG. 18, f. 203 v°; ann. X, c. 255; — MOREAU 1191, f. 144 v°.)

« *.. episcopo Corisopitensi. Cum dilectus filius. — Dat. ut supra.* »

3365

Rieti, 23 octobre 1236.

De Buzio, Nannetensis dioecesis, et de Insula Calveti, Pietavenensis dioecesis, abbatibus, de eadem re scribens, mandat quatenus eundem comitem vel Johannem, natum ejus, donec de obitu vel reditu ejusdem comitis certissime cognoscatur, super terris et possessionibus suis eorum alijudice per litteras apostolicas a quibuscumque hominibus comitatus Britanniae conveniri non permittant, quoad fuerint eorum episcopis ordinariis suis justitiam de se conquerentibus exhibere. — (REG. 18, f. 203 v°; ann. X, c. 256; — MOREAU 1191, f. 145.)

« *.. de Buzio et .. de Insula Calveti abbatibus, Pietavenensis et Nannetensis dioecesis. Cum dilectus filius. — Dat. ut supra.* »

3366

Rieti, 23 octobre 1236.

Comiti Britanniae indulget ut nullus in ipsum, in ipsius uxorem, in Johannem, ipsius filium, vel in ejusdem Johannem uxorem excommunicationis, et in terram ipsius comitis generalem interdicti sententias promulgare praesumat, sine Sedis Apostolicae licentia speciali. — (REG. 18, f. 203 v°; ann. X, c. 257; — MOREAU 1191, f. 145.)

« *Nobili viro .. comiti Britanniae. Nobilitatis tue precibus. — Dat. Reate, ut supra.* »

3367

Rieti, 23 octobre 1236.

Priori Sancti Hilarii Aurelianensis mandat quatenus sententiam excommunicationis in abbatem Sancti Maximini Aurelianensis a decano Parisiensi prolatam, relaxet. — (REG. 18, f. 203 v°; ann. X, c. 258; — MOREAU 1191, f. 150; — cf. *supra*, n° 2555.)

« .. *priori Sancti Hilarii Aurelianensis*. Abbate monasterii Sancti Maximini Aurelianensis, ordinis sancti Benedicti, nobis innotuit exponente, quod dilectus filius .. decanus Parisiensis et collega suus, executores statutorum nostrorum a Sede Apostolica deputati in provincia Senonensi, in ipsuni et alios abbates ejusdem ordinis diete provincie, post appellationem ad nos generaliter ab omnibus interjectam, excommunicationis sententiam protulerunt; quam nullam petebat penitus nuntiari. Nos igitur, sic volentes abbati providere predicto, quod dissolvi disciplinam ecclesiasticam non contingat, mandamus quatenus, ab eodem abbate de stando mandatis nostris sufficienti cautione recepta, munus ei juxta formam Ecclesie absolutiois impendas. Dat. Reate, X kalendas novembris, anno decimo. »

3368. — In eundem modum .. *episcopo Trecenti*, pro .. abbate monasterii Sancti Petri de Cella, Trecentis diocesis.

3369. — In eundem modum .. *abbati Sancti Pauli Senonensis*, pro .. abbate Sancte Columbe Senonensis.

3370. — In eundem modum .. *officiali Carnotensi*, pro .. abbate Sancti Petri Carnotensis.

3371

Rieti, 29 octobre 1236.

Episcopo Meldensi mandat quatenus nonnullos abbates ordinis sancti Benedicti in Gallia, Senonensis provincie, absolutos ab excommunicatione in eos a decano Parisiensi prolatos denuntiet. — (REG. 18, f. 204 r°; ann. X, c. 259; — MOREAU 1191, f. 165; — cf. *supra*, n° 2555.)

« .. *episcopo Meldensi*. Cum dilecti filii .. Sancti Germani de Pratis Parisiensis, .. Sancti Benedicti Floriacensis, .. de Ferreriis, .. Sancti Petri Fossatensis, .. Sancti Maglorii Parisiensis, .. Sancti Petri Vivi Senonensis, .. Sancti Pharonis Meldensis, .. de Nigella, .. de Oja, .. Sancti Petri de Meleduno, .. Bone Vallis, .. de Josaphat, .. Sancti Launomari Blesensis, .. de Ponte Levio, .. de Moriniaco et .. Resbacensis abbates, ordinis sancti Benedicti, provincie Senonensis, in nostra presentia constituti, sint, auctoritate nostra, per .. penitentiarium nostrum ab excommunicationis sententia

quam .. decanus Parisiensis et collega suus, executores statutorum nostrorum in eadem provincia, in eos, post appellationem ad nos ab ipsis communiter interpositam, protulerunt, de stando super hoc mandatis nostris juratoria cautione recepta, juxta formam Ecclesie absoluti, mandamus quatenus eosdem, qui apud Sedem Apostolicam procuratores idoneos reliquerunt, mandatis nostris humiliter parituros, denunties ab excommunicatione hujusmodi absolutos. Dat. Reate, IIII kalendas novembris, anno decimo. »

3372

Rieti, 23 octobre 1236.

Episcopum Convenarum ab administratione monasterii Sanctae Mariae Silvae Majoris, ordinis sancti Benedicti, Burdegalensis diocesis, quae ei commissa fuerat, removet. — (REG. 18, f. 204 r°; ann. X, c. 260; — MOREAU 1191, f. 163.)

« .. *episcopo Convenarum*. Auditis que super —. Dat. Reate, X kalendas novembris, anno decimo. »

3373

Terni, 4 novembre 1236.

Archiepiscopo Burdegalensi, decano Sancti Andreae Burdegalensis, et priori de Tenalia, Xanctonensis diocesis, mandat quatenus, ad monasterium Sanctae Mariae Silvae Majoris personaliter accedentes, ejus conventui injungant ut infra quindecim dies post ipsorum monitionem, de persona idonea sibi provideant per electionem canonicam in abbatem; alioquin ipsi de persona religiosa, congrua et honesta provideant eidem monasterio, et, visitationis ibidem officium impendentes, corrigant et reformationem reformanda et corrigenda. — (REG. 18, f. 204 r°; ann. X, c. 261; — MOREAU 1191, f. 163 v°.)

« .. *archiepiscopo*, .. *decano Sancti Andreae Burdegalensis*, et .. *priori de Tenalia, Xanctonensis diocesis*. Auditis etc. —. Dat. Interamne, II nonas novembris, pontificatus nostri anno decimo. »

3374

Terni, 6 novembre 1236.

Segobiensi et Colarensi (= de Cuellar) archidiaconis et cantori Segobiensi mandat quatenus, — causa quae inter episcopum Toletanum, ex parte una, et magistrum et fratres Calatravenses, ex altera, super diversis articulis exorta fuerat, post decem annos nequeunte finem habere, — predictis magistro et fratribus festum Assumptionis beatae Mariae proximo futurum terminum peremptorium assignent, quo per se vel per procuratores idoneos coram ipso papa compa-

reant. — (REG. 18, f. 204 r^o; ann. X, c. 262; — POTTHAST 10259¹.)

« .. *Segobiensi et .. Colarensi archidiaconis, et .. cantori Segobiensi.* Olim venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Toletano nobis humiliter supplicante ut, cum causa que inter ipsum, ex parte una, et .. magistrum et fratres Calatravenses, Cisterciensis ordinis, Tolotane diocesis, ex altera, super obedientia, quibusdam ecclesiis², decimis regalium reddituum in Calatrava et locis aliis seu villis in eadem diocesi constitutis, decimis quoque quintariorum et molendinorum, ac libertatibus clericorum, pedagis etiam et exactionibus indebitis, ac quibusdam aliis articulis [est exorta], eorum diversis iudicibus auctoritate apostolica per decem annos et amplius agitata, non solum debitum finem nondum accipere, sed nec etiam ad litis contestationem potuerit pervenire, ipsam, ne immortalis existeret, ad examen curarum apostolicum revocare: nos, finem litibus cupientes imponi. dilectis filiis .. abbati et .. priori Vallis Ecclesiarum, ejusdem ordinis, nobis dedimus litteris in mandatis ut eodem magistrum et fratres peremptorie auctoritate nostra citarent, quod per se vel responsalem idoneum sufficienter instructum, cum privilegiis et munimentis aliis que haberent, infra annum post citationem eorum nostro se conspectui presentarent, exhibituri eidem archiepiscopo super premissis justitie complementum; qui predictis magistro et fratribus festum Pentecostes proximo preteritum peremptorium terminum prefixerunt, prout ipsi nobis suis litteris intimarunt; in quo licet idem archiepiscopus personaliter comparuerit coram nobis, dicti tamen magister et fratres nec venerunt, nec sufficientem pro se curaverunt dirigere responsalem, per quadraginta dies et amplius post terminum ex[s]pectati. Quare a nobis cum instantia postulabat ut in eodem magistrum et fratres tanquam in contumaces procedere curaremus. Cumque coram venerabili fratre nostro .. episcopo Ostiensi, quem super hoc eidem archiepiscopo dedimus auditorem, quidam comparisset ex fratribus dicti ordinis, qui se non procuratorem, sed specialem ipsorum nuntium asserebat, proposuit³ quod in nullo debebat procedi nec de jure poterat contra eos, cum nec sint nec fuerint in aliquo contumaces,

utpote hii ad quos nulla legitima citatio pervenerat, et qui causa rei publice erant absentes pro servitio Ihesu Christi; presertim cum citatores predicti copiam rescripti apostolici, cujus auctoritate eos citabant, eis facere denegassent; adiciens quod, cum causa ipsa jam aliis iudicibus fuisset ab Apostolica Sede commissa, qui nec recusati fuerant, nec ab ipsis extiterat legitime provocatum, non erat super eadem causa in alio iudicio procedendum, maxime cum hujusmodi causa sit ardua, et magister ipsorum prosecutioni ejus cupiat personaliter interesse; quod cum ad presens, ex causa superius expressa, fieri minime potuisset, idem nuntius suppliciter postulabat ut causam predictam in Hispania viris discretis committere deberemus, ut idem magister prosecutioni ejusdem cause posset personaliter interesse. Cum autem dictus episcopus hec et alia proposita coram ipso nobis et fratribus nostris prudenter et fideliter retulisset, super hiis tractatu habito diligenti, volentes magistro et fratribus memoratis, obtentu karissimi in Christo filii nostri .. regis Castellæ illustris, nobis pro eis per suas litteras supplicantiis, facere gratiam specialem, sic duximus providendum ut, questione expensarum nostro beneplacito reservata, iidem magister et fratres super hiis denuo citarentur. Quocirca precipiendo mandamus quatenus, jandictos magistrum et fratres ex parte nostra citantes, eis festum Assumptionis beate Marie proximo venturum terminum peremptorium assignetis, quo, cum omnibus privilegiis, munimentis et rationibus suis, per se vel per procuratores idoneos compareant coram nobis, facturi super premissis eidem archiepiscopo quod dictaverit ordo juris. Quicquid autem inde feceritis, nobis fideliter rescribatis. Quod si non omnes etc. Dat. Interamne, VIII idus novembris, anno decimo. »

3375

Terni, 13 novembre 1236.

Regi Francorum significat se inhibere ut nulli liceat capellas ejus, nisi de licentia Sedis Apostolicæ speciali, ecclesiastico supponere interdicto. — (REG. 18, f. 204 v^o; ann. X, c. 263; — POTTHAST 10260.)

« .. *illustri regi Francorum.* Illa filialis devotio —. Dat. Interamne, idibus novembris, anno decimo. »

3376

Terni, 13 novembre 1236.

Eidem concedit ut, tempore generalis interdicti, liceat ei sic duntaxat audire divina, quod excommunicatis et inter-

1. Avec la date erronée *VI idus novembris* (= 8 novembre), et l'incipit : « Olim venerabili fratri », d'après MANRIQUE, *Annales Cistercienses*, IV, 529.

2. Peut-être faut-il corriger : « ecclesiasticis decimis. »

3. Sous-entendu : *idem nuntius*.

dictis exclusis et non pulsatis campanis divina eadem celebrantur. — (REG. 18. f. 204 v^a; ann. X, c. 264.)

« *Eidem.* Illa filialis devotio —. Dat. ut supra. »

3377

Terni, 17 novembre 1236.

Patriarchae Gradensi, — capitulo ecclesiae Clugiensis, tunc vacantis, episcopum Equilinum in Clugiensem episcopum postulante, et per Bartholomaeum presbyterum et Zachariam diaconum supplicante ut eundem papa ad ipsam ecclesiam Clugiensem transferat, — mandat quatenus, si postulationem de persona idonea invenerit concorditer et canonice celebratam, dictum episcopum a vinculo quo praedictae ecclesiae Equilinae tenebatur, absolvens, eum dictae Clugiensi ecclesiae, in qua amplior erat populi multitudo, concedat in pastorem. — (REG. 18, f. 205 r^a; ann. X, c. 265.)

« .. *patriarche Gradensi.* Cum, vacante ecclesia —. Dat. Interamne. XV kalendas decembris, anno decimo. »

3378

Terni, 15 novembre 1236.

Catalaunensi episcopo, — abbate monasterii Sancti Petri ad Montes Catalaunensis intimante quod monasterium ipsum, propter paucitatem nimiam monachorum habitantium in eodem, patiebatur defectum maximum in divinis, « quibusdam ejusdem cenobii monachis malitiose impedire conantibus quod plures, licet ad hoc ipsius monasterii suppetant facultates, non instituatur ibidem », et postulante ut aliquibus bonis viris religiosus ipse papa concederet licentiam octo bonas et honestas personas in monachos monasterii ejusdem ordinandi, — mandat quatenus, si viderit expedire, tot religiosos et honestos viros ac Deum timentes quot viderit necessarios, in monasterio ordinet supradicto. — (REG. 18, f. 205 r^a; ann. X, c. 266; — MOREAU 1191, f. 166.)

« .. *Catalaunensis episcopo.* Ex parte dilecti —. Dat. Interamne, XVII kalendas decembris, pontificatus nostri anno decimo. »

3379

Terni, 22 novembre 1236.

Decano et scholastico Coloniensibus et Xanctensis ecclesiae scholastico mandat quatenus in negotio abbatis monasterii Sancti Laurentii Leodiensis, ad ipsius monasterii regimen non absque vitio simoniae assumpti, vitam ducentis dissolutam et bona ejusdem monasterii dilapidantis, quod

negotium jamdudum sine effectu tractabatur, procedant. — (REG. 18, f. 205 r^a; ann. X, c. 267.)

« .. *decano Coloniensi, et .. Coloniensi et .. Xanctensis ecclesiae, Coloniensis diocesis, scolasticis.* Intellecto dudum quod .. abbas monasterii Sancti Laurentii Leodiensis, ad ipsius monasterii regimen non absque vitio symoniae pravitatis assumptus, vitam ducentis nimio dissolutam, bona ejus dilapidabat enormiter ac in usus illicitos consumebat, nos magistro W. archidiacono Cameracensi, et ejus collegis nostris dedimus litteris in mandatis ut, personaliter accedentes ad locum, inquisita super premissis omnibus diligentius veritate, que invenerint, suis nobis litteris intimarent, attentius provisuri ne, inquisitionis durante negotio, aliquid distraberetur de bonis monasterii supradicti, de quibus interim ipsi sustentationem congruam .. abbati et conventui assignarent. Postmodum vero dictus abbas, se appellasse proponens, pro eo quod inquisitores predicti, assignata sibi die ad procedendum in negotio, .. decano Sancti Lamberti Leodiensis et quibusdam aliis ejusdem abbatis adversariis in quibusdam articulis commiserant vices suas, qui, die pendente predicta, ipsum ab administratione temporalium amoventes, rescripti apostolici copiam, quam nunquam habuerat[n]t, sibi facere, ac exceptionem ipsius, super eo quod dicebat inquisitionem obtentam per falsas litteras, nomine quorundam monachorum monasterii memorati confectas, admittere noluerunt : nostras ad .. abbatem Florentensem, Leodiensis diocesis, et ejus conjudices obtinuit litteras destinari, ut, si esset ita, revocato in statum debitum quicquid post appellationem hujusmodi invenerint tenere attemptatum, in ipso negotio procederent juxta priorum contentiam litterarum. Verum, cum ex officio nostro mandatum ad priores judices emanasset, nullus fuit coram secundis judicibus causam super qua predictus abbas nostras impetravit litteras, prosecutus; presertim cum obiceretur excommunicatio Guntero, ejusdem monasterii monacho, qui se ad hujusmodi prosequendum negotio spontaneus offerebat. Sicque super hiis que nobis de ipsius abbatis excessibus relata fuerant, nec inquisitio facta est, nec correctio subsequuta : quare, sumens idem abbas audaciam delinquendi, pejora prioribus committere non formidat, in prefati monasterii multiplex et importabile detrimentum. Cumque postmodum vobis direxerimus scripta nostra ut, ad locum personaliter accedentes et habentes pre oculis solum Deum, in inquisitionis negotio finaliter, infra quatuor menses post susceptionem litterarum nostrarum, procederetis

juxta priorum continentiam litterarum, et, que inveneritis, nobis vestris litteris fideliter intimantes, prefigeritis eidem abbati terminum competentem, quo nostro se conspectui presentaret, pro meritis recepturus, monacho quoque negotium prosequenti moderatas expensas ministrari de rebus ejusdem monasterii faciendi : quia ex parte dicti abbatis eidem Guntero, ut eum ab hujusmodi prosecutione repelleret, excommunicatio quedam lata in ipsum ab F., Majoris Ecclesie, ac P., Sancte Marie canonici Treverensibus, ad quos super prestanda sibi obedientia et reverentia et aliis articulis nostras litteras impetrarat, et alia plura fuerunt objecta, vos, in negotio principali procedere omittentes, quod super hoc esset faciendum a vobis, petivistis per Sedem Apostolicam edoceri. Cum igitur nolimus ut negotium sepefatum occasione aliqua ulterius protrahatur, sepedictum Gunterum remittentes ab excommunicatione hujusmodi absolutum, ab ipso juratoria cautione recepta, quod, si eum juste excommunicatum esse constituerit, excommunicationis mandato parebit, per iterata vobis scripta precipiendo mandamus quatenus in negotio ipso, etiam illud nullo monacho prosequente, juxta formam vobis traditam, sine more dispendio, appellatione postposita, procedatis, quod super hoc feceritis, nobis fideliter rescripturi. Quod si non omnes etc. Dat. Interamne, X kalendas decembris, anno decimo. »

3380

Terni, 21 novembre 1236.

Melfiensi et Asculano episcopis significat se ipsum processum habitum de priore monasterii Venusini¹, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, de illitterata persona invenisse attentatum, ipsum decrevisse irritum, et conventui ejusdem monasterii concessisse potestatem alium, praeter priorem eundem, eligendi ; eis mandat quatenus, si futuram electionem invenerint de persona idonea canonice celebratam, ipsam auctoritate apostolica confirmet ; alioquin, eam rite cassantes, quod fecerint super hoc, ipsi papae suas litteras exponant. — (REG. 18, f. 205 v^o ; ann. X, c. 268.)

« .. Melfiensi et .. Asculano episcopis. Cum processum habitum —. Dat. Interamne, XI kalendas decembris, anno decimo. »

3381

Terni, 22 novembre 1236.

Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis

1. Venusini est le résultat d'une correction.

significat se velle hoc inviolabiliter observari, quo-la se ipso, in minori officio constituto, circa ingressum monasteriorum monialium Inclusionarum ordinis sancti Damiani, « videlicet qui, quomodo et quando ingredi debeant », in ipsarum regula institutum fuerat. — (REG. 18, f. 205 v^o ; ann. X, c. 269 ; — POTTHAST 10264.)

« Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Etsi omnium illa —. Dat. Interamne, X kalendas decembris, anno decimo. »

3382

Terni, 22 novembre 1236.

Archiepiscopos, episcopos, abbates, archidiaconos et alios ecclesiarum praelatos per Moream constitutos monet et hortatur ut patriarchae Constantinopolitano, qui propter guerrarum discrimina et Graecorum malitiam fere omnes redditus et alia bona sua amisserit, in necessariis provideant. — (REG. 18, f. 206 r^o ; ann. X, c. 270 ; — MOREAU 1191, f. 168, ex RAYNALDO ; — POTTHAST 10263.)

« Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per Moream constitutis. Si membrum in —. Dat. Interamne, X kalendas decembris, pontificatus nostri anno decimo. »

3383

Terni, 26 novembre 1236.

De Prato et de Frigido Monte, Belvacensis dioecesis, abbatibus, et archidiacono Augi, Rothomagensis dioecesis, mandat quatenus, — R[ic]h[ar]d[i]i, abbatis monasterii Sancti Valarici, ordinis sancti Benedicti, Ambianensis dioecesis, — quod monasterium ad Sedem Apostolicam nullo medio pertinebat, — senectute confecti et infirmitate ac debilitate laborantis, resignatione, ipso et conventu ejusdem monasterii supplicantibus, recepta, — injungant eidem conventui ut sibi de persona idonea provideant in pastorem, electionem, si eam invenerint de persona idonea canonice celebratam, confirmantes et recepturi ab electo fidelitatis juramentum ; ejus formam juramenti ipsi papae per proprium nuntium destinant ; alioquin ipsi, eadem electione rite cassata, dicto monasterio de persona quae ipsius regimini congruat, provideant. — (REG. 18, f. 206 r^o ; ann. X, c. 271.)

« .. de Prato et .. de Frigido Monte abbatibus, et .. archidiacono Aug[i]. Belvacensis et Rothomagensis dioecesium. Ex parte dilectorum —. Dat. Interamne, VI kalendas decembris, pontificatus nostri anno decimo. »

1. Avec l'incipit inexact : « Venerabilis frater noster », d'après RAYNALD, *Annal.*, 1236, § 70.

3384

Terni, 29 novembre 1236.

Aquileiensi et Gradensi patriarchis, Mediolanensi, Ravennati et Januensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, ac Placentino et Ferrariensi episcopis, et abbatibus, decanis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum praelatis per Lombardiam, Marchiam Tervisinam et Romaniolam constitutis [Raynaldum], episcopum Ostiensem, et [Thomam], Sanctae Sabinae presbyterum cardinalem, quibus in Lombardia, Marchia Tervisina, Romaniola et Venetiarum partibus legationis officium, ad pacem ibi reformandam, commiserat, commendat; illos benigne recipiant, et illis super his quae ad incrementum libertatis ecclesiasticae comparandum, statum Imperii reformandum, pravitatem haereticam abolendam et negotium Terrae Sanctae procurandum pertineant, efficaciter intendant. — (REG. 18, f. 206 r^o; ann. X, c. 272; — MOREAU 1191, f. 169; — POTTHAST 10268; — RÖDENBERG 704.)

« .. Aquileiensi et .. Gradensi patriarchis, .. Mediolanensi, .. Ravennati [i] et .. Januensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, ac .. Placentino et .. Ferrariensi episcopis, abbatibus, decanis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum praelatis per Lombardiam, Marchiam Tervisin[am] et Romaniolam constitutis. Dei et hominum —. Dat. Interamne, III kalendas decembris, anno decimo. »

3385. — In eundem modum marchionibus, comitibus, postalatibus, consiliis et communalibus per Lombardiam, Marchiam Tervisin[am] et Romaniolam constitutis.

3386

Terni, 28 novembre 1236.

Archiepiscopo Toletano supplicanti significat se, — cum fratribus Calatravensibus, Toletanae diocesis, ipse papa super castris, villis, possessionibus, terris, redditibus et aliis bonis ipsius archiepiscopi quamdam concessionem fecisset, — statuere ut in omnibus terminis et rebus aliis super quibus sit dubium, nullum ejus juri praedictum generetur. — (REG. 18, f. 206 v^o; ann. X, c. 273; — POTTHAST 10267¹; — cf. *supra*, n^o 3374.)

« .. archiepiscopo Toletano. Cum dilectis fil[iis] —. Dat. Interamne, IIII kalendas decembris, anno decimo. »

3387

Terni, 3 décembre 1236.

Episcopo et decano Pictavensibus et thesaurario Sancti

Martini Turonensis mandat quatenus comitem Britanniae compellant ut decimas per suos bajulos occupatas ecclesiae Nannetensi restituit; super aliis damnis ab eodem comite eidem ecclesiae irrogatis, causam seu amicabilem concordiam terminent, seu ad apostolicum examen remittant. — (REG. 18, f. 207 r^o; ann. X, c. 274; — MOREAU 1191, f. 172; — POTTHAST 10270.)

« .. episcopo [et] .. decano Pictavensibus, et .. thesaurario Sancti Martini Turonensis. Venerabilis frater noster .. episcopus Nannetensis sua nobis conquestione monstravit quod, ecclesia Nannetensi olim pastore vacante, dilectus filius nobilis vir .. comes Britanniae crucesignatus, bonis ejusdem ecclesie sub occasione custodie occupatis, ac extensis manibus ad diripienda bona hominum et vassallorum ipsius, dicto episcopo subvenire in suis necessitatibus solitorum, non contentus preventibus et redditibus consuetis, qui ad opus substituendi pontificis, deductis expensis, per eum conservari debebant, adeo predis et collectis ac diversis exactionibus homines prefatos oppressit, quod, paupertate cogente, quasi mendicitatis subire contristentur opprobrium, quibus in divitiarum affluentia erat diversitas gaudiorum; sicque fit quod eorum plures, habitationibus propriis derelictis, ad alia loca in spiritus amaritudine confugerunt. Preterea dictus comes decimas quae sunt Deo in signum universalis domini reservatae, spectantes ad ecclesiam Nannetensem, fecit per suos bajulos occupari; qui etiam minimis parere nescientes, dolia, fenestras et portas de domibus et maneriis episcopalibus asportarunt, sic modum in hiis et aliis excedentes, ut vix sit credibile quod plura contra ipsam ecclesiam et vassallos ac utrorumque bona Paganorum hostilitas presumpsisset. Quid ultra? Pisces de ipsius ecclesie piscariis extrahi et suis immitti, ac silvas ejusdem succidi faciens, plura sibi gravamina quam deceat explicari litteris, irrogavit. Et quantum dictum comitem per scripta nostra duxerimus ammonendum ut eidem episcopo et hominibus suis de illatis dampnis et injuriis satisfactionem impenderet congruentem, non solum id efficere noluit, immo, quod est gravius, quosdam vassallos ejusdem episcopi postmodum quibusdam salinis et vineis contra justitiam spoliavit. Nos igitur, super hiis ita providere volentes, ut proveniat [episcopo predicto] et ecclesie memoratae solacium, et sepedito comiti salutis ac fame non immineat detrimentum, de assensu ipsius et .. procuratoris episcopi memorati, mandamus quatenus eundem comitem ad restitutionem decimarum hujusmodi, veritate cognita, monitione premissa, per censuram eccle-

1. Avec l'incipit : « Cum dilectis filio », d'après MARRIQUÉ, *Annales Cistercienses*, IV, 529.

siasticam, appellatione postposita, compellatis; proviso ne in terram ipsius etc. Testes autem etc. Super aliis vero, cum hoc idem comes coram nobis obtulerit, inquiratis plenius veritatem, et, si de partium voluntate processerit, amicali concordia terminetis; alioquin causam sufficienter instructam ad nostrum remittatis examen, prefigentes partibus terminum competentem, quo per procuratores idoneos nostro se conspectui representent, justam, auctore Domino, sententiam recepturam. Quod si non omnes etc., tu, frater episcopo etc. Dat. Interamne, III nonas decembris, anno decimo. »

3388

Terni, 8 décembre 1236.

Archiepiscopo Bituricensi, proponenti oportere se ipsum habere copiam peritorum, tam in consiliis ac decidendis causis quam in predicatione et correctione subditorum ipsius, concedit facultatem ad obsequia sua retinendi tres canonicos de tribus ecclesiis suae dioecesis, quibus ipse archiepiscopus concedat ut praebendam suarum proventus, exceptis quotidianis distributionibus, cum ea integritate percipiant ac si personaliter residerent. — (REG. 18, f. 207 v°; ann. X, c. 275; MOREAU 1191, f. 175.)

« .. archiepiscopo Bituricensi. Cum, sicut ex —. Dat. Interamne, VI idus decembris, anno decimo. »

3389

Terni, 8 décembre 1236.

Eidem, de eadem re scribens, concedit ut cum tribus clericis ipsius obsequiis deputatis dispenset ut eorum quilibet, non obstante quod obtineat unicum beneficium habens curam animarum annexam, possit recipere aliud, similem curam habens. — (REG. 18, f. 207 v°; ann. X, c. 276; — MOREAU 1191, f. 177.)

« Eidem. Cum, sicut ex —. Dat. Interamne, ut supra. »

3390

Terni, 8 décembre 1236.

Eidem, — cum ecclesiam Bituricensem inveniit debitis aggravatam, et tam illi qui contraxerant huiusmodi debita quam creditores, dicerentur habere litteras apostolicas ut de bonis archiepiscopaliibus eis plenarie satisfiat, non probato quod in utilitatem ejusdem ecclesiae sint conversa, — mandat quatenus debita quae constiterit in ipsius ecclesiae utilitatem conversa, sine qualibet difficultate persolvat. — (REG. 18, f. 207 v°; ann. X, c. 277; — MOREAU 1191, f. 178.)

« Eidem. Supplicasti nobis ut —. Dat. ut supra. »

3391

Terni, 9 décembre 1236.

Episcopo Treconsi, in cujus dioecesi quaedam erant hospitalia, in quibus fratres habitabant facta religione luctati, mandat quatenus in hospitalia eadem unam introducat de religionibus approbatis, quam locis magis noverit congruentem, fratres qui religionem ipsam recipere denegaverint, exinde penitus amovendo. — (REG. 18, f. 207 v°; ann. X, c. 278; — MOREAU 1191, f. 181.)

« .. episcopo Treconsi. Cum, sicut ex —. Dat. Interamne, V idus decembris, pontificatus nostri anno decimo. »

3392

Terni, 5 décembre 1236.

Episcopo Nannetensi concedit facultatem capellanum parochialium ecclesiarum suae dioecesis compellendi ad exhibendas annuas procuraciones quas ratione visitationis ipsi episcopo debebant. — (REG. 18, f. 207 v°; ann. X, c. 279; — MOREAU 1191, f. 174; — POTTHAST 10271.)

« .. episcopo Nannetensi. Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod, cum fere omnes capellani parochialium ecclesiarum tue dioecesis consueverint, ita quod eorum quilibet, predecessoribus tuis, loco procuracionis quae visitationis ratione debetur, certam solvere pecunie quantitatem, tu non potes tuam dioecesim visitare, cum iidem capellani nolint tibi procuraciones debitas exhibere, sed potius summam pecunie consuetam; propter quod multa pericula eveniunt animarum. Quare a nobis provideri tibi super hoc humiliter postulabas. Nos igitur, sicut convenit, attendentes quod talis abusus non consuetudo dici debeat, sed potius corruptela, ut, ea non obstante, capellanos prefatos ad exhibendas tibi procuraciones annuas quae ratione visitationis debentur, moderatas tamen, tam evectio-num numero quam etiam personarum, compellere valeas, auctoritate presentium liberam tibi concedimus facultatem. Dat. Interamne, nonis decembris, anno decimo. »

3393

Terni, 9 décembre 1236.

Ministro et fratribus Minoribus Viterbii commorantibus locum Castri Sancti Angeli infra muros praedictae civitatis, quem Viterbii ipse papa emerat, concedit, ut ibi ecclesiam et officinas ad habitationem necessarias construere et habitare possint. — (REG. 18, f. 207 v°; ann. X, c. 280; — POTTHAST 10273.)

« .. ministro et fratribus Minoribus Viterbii commoran-

tibus. Religio vestra, que — Dat. Interamne, V idus decembris, anno decimo. »

3391

Terni, 10 décembre 1236.

Magistro Alex[andro], capellano suo, mandat quatenus, ad defensionem Willelmi, comitis Tusciae palatini, ipsius papae fidelis, contra Grossetanos et Senenses procedens, dissoluta illorum conspiratione, de damnis et injuriis eidem comiti, uxori ejus et ejus hominibus illatis debitam satisfactionem faciat exhiberi. — (REG. 18, f. 208 r°; ann. X, c. 281; — cf. *supra*, n. 2027, 2094 et 2095.)

« *Magistro Alex[andro], capellano nostro.* Ex parte dilecti filii nobilis viri Willelmi, comitis Tusciae palatini, fidelis nostri, fuit propositum coram nobis quod, cum homines Grossetani, cum Hugolino Bertoldi, Suario de Colle, et R. filio ejus, ac quibusdam aliis, juramento fidelitatis quo ei tenentur, postposito, contra eum nequiter conspirassent, civitatem Grosseti, ad comitem ipsum spectantem, muris et fossatis contra voluntatem ejus vallantes, Senen[sibus] supposuerunt eandem, constituto eis certo annuo censu et de ipso solvendo prestito juramento, in ipsius comitis prejudicium et Ecclesie Romane contemptum, a qua civitatem ipsam in feudum dictus comes noscitur obtinere; ipsumque censum, contra inhibitionem dilecti filii nostri R[ainerii], Sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, quem super hoc dictis comiti et Grossetanis concessimus auditorem, prefati Grossetani persolvere et Senenses percipere presumpserunt. Preterea, cum idem cardinalis comiti et Grossetanis predictis de mandato nostro prefixerit terminum peremptorium festum Sancti Luce proximo preteritum, quo per procuratores idoneos in nostra presentia comparerent, super omnibus de quibus orta erat discordia inter ipsos, de parendo mandatis nostris cautionem idoneam prestaturi, iidem Grossetani, termino ipso pendente, una cum aliis conspiratoribus supradictis et nobili viro Caciaconte Guidonis Caciacontis et quibusdam aliis militibus Senensibus intrantes hostiliter terram comitis memorati, quedam castra ceperunt ibidem, et, incarcerando multos ac quosdam letaliter vulnerando, capiendo quoque bona tam ipsius comitis quam uxoris sue ac hominum suorum, et alias ibidem more tyrannico debachando, eis dampna gravia et injurias irrogarunt, et adhuc non desinunt irrogare; que occasione frivola dicunt se facere pro Ildebrandino, nepote ipsius comitis, qui sub ejusdem tutela consistit; cuius bona

destruunt, non defendunt; quodam cive Senensi nuper, contempto dicto comite, in suam potestatem assumpto, contra consuetudinem hactenus observatam, qua non nisi de licentia dicti comitis, et personam ipsi fidelem in potestatem sibi eligere tenebantur. Cum igitur dicto comiti eo fortius in suo jure teneamur adesse, quo terra ejus specialius ad Romanam Ecclesiam noscitur pertinere, et tam idem quam uxor ac terra predictae cum omnibus eorum bonis sub Apostolice Sedis et nostra protectione consistant, mandamus quatenus, ad defensionem dicti comitis et terre sue tam temporaliter quam spiritualiter auctoritate nostra procedens, ac revocans in statum debitum quicquid in prejudicium eorum temere inveneris attemptatum, dissoluta conspiratione predicta, non obstante quod valata dicitur vinculo juramenti, de dampnis et injuriis sibi et uxori ac hominibus suis illatis debitam satisfactionem facias exhiberi; contradictores etc.; si quis autem etc. Dat. Interamne, III idus decembris, anno decimo. »

3395

Terni, 8 décembre 1236.

Cameraecensi, Tornacensi et Atrebatensi episcopis mandat, inter alia cruce signatos et imperium Constantinopolitanum contingentia, quatenus vota quadringentorum militum cruce signatorum regni Franciae, et, praeter eos, consanguineorum imperatoris Constantinopolitani et Balduini, ad quem ipsum imperium spectet, in subsidium praedicti imperii Constantinopolitani committent, illosque moneant ut sine more dispendio ad succurrendum ipsi imperio iter arripiant. — (REG. 18, f. 208 r°; ann. X, c. 282; — MOREAU 1191, f. 179; *ibid.*, f. 176, ex RAYNALDO; — POTHAÏST 10272; — cf. *supra*, n. 2872-2879 et 2909-2911.)

« .. *Cameraecensi, .. Tornacensi et .. Atrebatensi episcopis.* Ad subveniendum imperio Constantinopolitano multiplex causa catholicos viros inducere, multiplex ad condolendum ejus doloribus ratio eos poterit ammonere; in cujus exterminio corpus orientalis Ecclesie in gravium frustra scismatum scinditur, ac subsidium Terre Sancte plurimum impeditur; in cujus exterminio ager dominicus diversarum heresum spinis occupatur et tribulis, et omnium Latinorum timetur periculum in partibus habitantium Orientis. Illud enim ad hoc ipsos debet efficaciter exhortari, quod, in subventionem prefati imperii, oppressi pro Ecclesia et fide catholica, [venientes], celestem, procul dubio, poterunt gloriam promereri. Hinc est quod, cum Vatacius, Dei et Ecclesie inimicus, graviter imperium ipsum oppresserit, et, plures ipsius

civitates et loca capiens, ea funditus devastavit, nos, attendentes quod in ipsis conservatione imperii specialiter Terre Sancte subsidium noscitur promoveri, et, si, quod absit, dominio Grecorum, qui magis Latinos odiunt quam Pagani, subicitur, de facili ejusdem Terre discidium sequeretur, mandamus quatenus, vota quadringentorum militum regni Francie, et, preter eos, nobilium virorum consanguineorum . . . illustris imperatoris Constantinopolitani et nobilis viri Balduini, ad quem imperium ipsum spectat, et familiarium suorum crucesignatorum, quorum ad id consensus accesserit, in subsidium prefati imperii, non obstante juramento quo se ad transfretandum in Terram Sanctam obligasse dicuntur, auctoritate apostolica commutantes, tam eos quam alios qui de novo, vestris inducti monitis, in succursum ipsius assumpserint signum crucis, preceptis moneatis salutaribus et inducere procuretis, ut sine more dispendio ad succurrendum ipsi imperio iter arripiant et ad id festinanter et viriliter se accingant, spe ipsis proposita quod, dum in eodem imperio Terre prelate subveniunt, duplicatum remunerationis divine premium reportabunt. Nos enim, de omnipotentis Dei misericordia et ea quam nobis in beatis apostolis Petro et Paulo concessit auctoritate, confisi, illam eisdem crucesignatis concedimus indulgentiam peccatorum, et ipsos ea volumus immunitate gaudere, quas habituri forent, si predictæ Terre Sancte personaliter subvenirent, mandantes tenentes eos super bonis suis, donec de ipsorum reditu vel obitu certissime cognoscatur, non permittatis ab aliquibus indebitè molestari, molestatores hujusmodi etc. Si qui vero ex premissis vel ex crucesignatis terre ipsius Balduini, et Tornacensis, Atrebatensis et Cameracensis civitatum et diocesum, in terris illis quarum domini crucesignati in Terre Sancte subsidium non existunt, propter infirmitatem, debilitatem seu paupertatem a vobis ad pugnandum reputabuntur inhabiles, illos ut vota sua secundum qualitates et facultates proprias, prefatam indulgentiam nichilominus habituri, redimant, inducentes, ea que vobis propter hoc duxerint exhibenda, in ipsius succursum imperii, secundum consilium prefati Balduini, per manus honorum virorum et Deum timentium transmittatis. Quod si non omnes . . . Dat. Interamne, VI idus decembris, anno decimo. »

3396

Terni, 8 décembre 1236.

« In eodem modum . . . *Strigoniensi* et . . . *Colocensi archiepiscopis* [pro crucesignatis Hungarie]. Dat. ut supra. »

GRÉGOIRE IX, t. II.

3397

Terni, 12 décembre 1236.

Balduino, filio P[etri], imperatoris Constantinopolitani, indulget ne quis ipsum, vel alios qui cum ipso in subsidium imperii Constantinopolitani transiteri sint, valeat coartare ad aliquid faciendum, in passagio circa factum ipsius imperii, contra propriam voluntatem; quod si secus presumptum fuerit, juramentum seu aliud cautionis vinculum quo ipsum et alios predictos contigerit ad id invitos obligari, ipse papa irritat. — (REG. 18, f. 208 v°; ann. X, c. 283.)

« *Nobili viro Balduino*, nato clare memorie P[etri], imperatoris Constantinopolitani. Auctoritate tibi presentium —. Dat. Interamne, II idus decembris, anno decimo. »

3398

Terni, 10 décembre 1236.

Decano et capitulo Bituricensibus indulget ut eis liceat in alienis parochiis Bituricensis diocesis decimas redimere de manibus laicorum, dummodo rectores seu patroni ecclesiarum ipsarum parochiarum, super hoc requisiti, suum præsent assensum et eas redimere ipsi rectores seu patroni non valeant vel non velint, concessa dictis rectoribus et patronis nihilominus potestate illas redimendi ab ipsis decano et capitulo, si ad fortanam illi venerint pinguiorem. — (REG. 18, f. 208 v°; ann. X, c. 284.)

« .. *decano et capitulo Bituricensibus*. Devotionis vestre precibus —. Dat. Interamne, III idus decembris, anno decimo. »

3399

Terni, 12 décembre 1236.

Electo Lucano significat se in eo, quem consulibus, consilio et populo Lucanis in episcopum conceperat, Lucanæ ecclesie honorem et dignitatem episcopales, quibus eandem ecclesiam privaverat, cum omnibus iuribus suis restituere. — (REG. 18, f. 209 r°; ann. X, c. 285; — MOREAU 1191, f. 182; — POTTHAST 10275; — cf. *supra*, n. 481, 3300 et 3305.)

« .. *electo Lucano*. Redemptor noster, cum —. Apostolica Sedes —, propter quosdam excessus quos [consules, consilium et populus Lucanus] in Romanam et Lucanam ecclesias non timerunt superba presumptione committere —, civitatem Lucanam episcopali honore, quo tunc se indignam reddidit, et canonicos ecclesie cathedralis dignitate portandi mitras et alia, si quam ab Apostolica obtinuerant Sede, privavit; nosque venerabilibus fratribus nostris . . . archiepiscopo Pisano. . . Vulterano, . . . Lunensi et . . . Pistoriensi episcopis. ut ecclesiis, clericis et parrochianis ecclesiarum ipsarum

Lucane civitatis et diocesis, certis inter eos dictarum civitatis et diocesis partibus assignatis, sacramenta ecclesiastica exhiberent, nec non predictarum ecclesiarum prelati et clericis, ut ab eis ipsa reciperent, et venerabili fratri nostro .. episcopo Florentino humiliter intendentes, ei vice nostra de iuribus episcopalibus responderent, ac eidem episcopo Florentino nostris dedimus litteris in mandatis ut in eisdem civitate et diocesi proventus episcopales vice nostra perciperet et episcopalem jurisdictionem inibi exerceret, injungentes nichilominus postea archiepiscopo memorato ut dictam jurisdictionem, in parte assignata sibi, exercere curaret, Carfaniense et Vallis Lime ecclesiis in eorum manibus reservatis. Nunc autem, quoniam, paterna increpatione commoiti et ad mandatum Sedis Apostolicæ, matris eorum, prudentiori consilio revocati, de parendo super premissis excessibus mandatis apostolicis prestantes juratoriam et alias cautiones, eis et eidem ecclesie Lucane predictos honores et dignitates restitui humiliter postularunt, paterna benignitate ipsorum precibus de communi consilio fratrum nostrorum annuimus, et tibi, quem eis in patrem et episcopum duximus concedendum, et in te predictæ Lucane ecclesie prefatos honorem et dignitatem cum omnibus iuribus suis restituendos duximus, auctoritate presentium decernentes ut per ea que dicti archiepiscopus et episcopi in episcopatu Lucano medio tempore fecisse dicuntur, nullum tibi et successoribus tuis et predictæ Lucane ecclesie in posterum prejudicium generetur. — Dat. Interamne, II idus decembris, anno decimo. »

3100

Terni, 12 décembre 1236.

In eundem modum .. archiepiscopo Pisano, .. Vulleran[o], .. Pistoriensi, .. Florentino et .. Lunensi episcopis. Eis mandat quatenus super his que eis in prefatis civitate ac diocesi Lucanis ipse papa commiserat, se ipsos de cetero introumittere non attentent. Dat. ut supra.

3101. — In eundem fere modum ¹ *clero et populo Carfaniense et Vallis Lime.*

3102

Terni, 13 décembre 1236.

Archiepiscopo Treverensi mandat quatenus ab abbate mo-

1. Cet in eundem modum a été ajouté après coup dans la marge.

nasterii de Lacu, ordinis sancti Benedicti, Treverensis diocesis, qui, de diacono genitus et soluta, defectum natalium patiebatur, resignationem suscepti ab eo regiminis recipiat, et ad eundem postmodum idem regimen remittat. — (REG. 18, f. 209 r^o; ann. X, c. 286.)

« .. archiepiscopo Treverensi. Ex parte dilectorum —. Dat. Interamne, idibus decembris, anno decimo. »

3103

Terni, 12 décembre 1236.

Eidem, de eadem re scribens, mandat quatenus, si repperit quod dictum monasterium olim per eundem abbatem sit salubriter gubernatum et in futurum similiter valeat gubernari, cum eodem abbate, propter illius merita, super defectu natalium dispensans, ei ejusdem monasterii regimen, post liberam resignationem ipsius, committat, injuncta ei paenitentia pro eo quod idem regimen absque Sedis Apostolicæ dispensatione receperat. — (REG. 18, f. 209 v^o; ann. X, c. 287.)

« Eidem. Dilectus filius .. abbas —. Dat. Interamne, II idus decembris, anno decimo. »

3104

Terni, 11 décembre 1236.

Cum Johanne, abbate Cisterciensi, super defectu natalium quem, de soluto genitus et soluta, patiebatur, dispensat, et ei concedit ut ipsi de cetero tale impedimentum originis, quoad spiritalia, nihil obsit, ita tamen quod, si eum ad pontificalem vocari contigerit dignitatem, illam nequaquam recipiat absque Sedis Apostolicæ licentia speciali. — (REG. 18, f. 209 v^o; ann. X, c. 288.)

« Johanni, abbati Cisterciensi. Cum prophetarum eximius —. Dat. Interamne, III idus decembris, anno decimo. »

3105

Terni, 15 décembre 1236.

Archiepiscopo Toletano interpretatur quoddam privilegium ab Alexandro tertio papa ¹ fratribus militiæ Sancti Jacobi indultum, quo idem archiepiscopus asserbat multipliciter laedi ecclesiam Toletanam. — (REG. 18, f. 209 v^o; ann. X, c. 289.)

« .. archiepiscopo Toletano. Veniens ad Apostolicam

1. JAFFÉ-LOEWENFELD 12504 (5 juillet 1175). Il y a entre le texte de la bulle d'Alexandre III, tel qu'il est reproduit dans Migne, *Patrol. lat.*, t. CC, col. 1024-1030, et les extraits qui en sont donnés dans la présente lettre de Grégoire IX, quelques différences, mais très légères, et trop peu importantes pour être signalées ici.

Sedem, in nostra presentia proponere curavisti quod, occasione privilegii a felicis recordationis Alex[andro] papa fratribus militie Sancti Jacobi indulti, multipliciter leditur ecclesia Toletana: et quia jure tuo sine aliorum injuria uti desideras, interpretationem quorundam que in dicto privilegio dubia videbantur, a nobis fieri postulabas, supplicans in primis illud capitulum predicti privilegii declarari, quod est tale: *Dilecte in Domino fili Petre Fernandi, ad presentiam nostram accedens, cum humilitate qua decuit, a Sede Apostolica requisisti, ut vos tanquam peculiares filios in defensionem nostram, et locum in quo caput ord[inis] factum fuerit, in jus et proprietatem Sacrosancte Romane Ecclesie recipere deberemus. Sane nos, devotionem vestram et bonum in Domino desiderium attendentes, de communi fratrum nostrorum consilio, in speciales et proprios Sacrosancte Romane Ecclesie filios vos recipimus, et ordinem vestrum auctoritate apostolica confirmantes, presentis scripti patrocinio communitus.* Asserebas etenim quod, occasione prefati capituli, dicti fratres non intelligunt exempti, quia, cum ab eodem Alex[andro] se in peculiares filios recipi, et locum in quo caput est ordinis, in jus petiverint et proprietatem Apostolice Sedis assumi, idem A. illud oblati sibi petitorii mancipavit effectui, per quod juri non debebat alterius derogari, et id in quo jus alienum enervari credidit, exemptionis petitione desiderio vacuavit; nam, ipsos in filios speciales, quod quantum ad defensionem, sicut petilum fuit, intelligi debet, recipiens, ei per quod petebatur locum in quo caput existeret ordinis, in jus Romane Ecclesie recipi, responsum non prebuit; per quod patet expresse quod in hoc petitionem eorum, que sine alterius prejudicio impleri non poterat, non admisit. Nec illud quod in eodem privilegio continetur, scilicet *ne personas² eorum quisquam, preter Romanum Pontificem aut legatum ab ejus latere destinatum, interdiceret aut excommunicare presumat*, intentioni tue obstare dicebas, quia, etsi excommunicationi vel interdicto per diocesanos non possint episcopos subici, alia tamen pena possunt per eos canonica cohereri. Preterea, cum Apostolica Sedes aliquis in proprios filios et sub protectione apostolica recipit, in eis vigorem proprium episcopalis jurisdictionis non admittit, quia in exemptionum privilegii Romana Ecclesia solet aliis uti verbis; et ideo, cum privilegia quorum scrite sunt servandi tenores, in aliorum prejudicium proprias metas non debeant transgredi, ea, in quantum verba patiuntur ipsorum, ad jus convenit

commune reduci, quoniam, in obscuris et ambiguis orationibus, ad id quod plerumque sit vel est verisimilius, sanus reductitur intellectus, cum non ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu loquendi nomina debeant exaudiri.

» Ex adverso vero in contrarium videbatur quod, cum predictus A. eos in filios Ecclesie Romane proprios et speciales receperit, ipsos ad aliorum potestate subtraxit, cum illud sit alicui proprium, quod ei soli competere, et speciale, quod ad alium noscitur minime pertinere. Ex eo etiam aperte conicitur quod dictus papa eos a jurisdictione diocesanorum exemerit, quia in ipsos ab alio quam Romano Pontifice, vel legato ab ejus latere destinato, excommunicationis vel interdicti proferri sententias interdixit.

» Secundo enim, illius capituli predicti privilegii declarationem fieri postulabas, quod sic incipit: *Si autem¹ in locis desertis aut ipsis terris Sarraenorum de novo ecclesias construxeritis, ecclesie ille plena gaudeant libertate, nec aliqua per episcopos decimarum vel alterius rei exactione graventur, liceatque vobis per clericos vestros idoneos easdem ecclesias cum suis plebibus gubernare, nec interdicto per episcopos vel excommunicationi subdantur, sed fas sit vobis tam in Majori Ecclesia, que caput est ordinis, quam in illis etiam, excommunicatis et interdictis exclusis, divina semper officia celebrare.* Dicebas etenim quod, cum bone memorie Lucius papa interpretatus fuerit desertum esse censendum, quod ultra memoriam hominum sub Sarraenorum detentum est potestate, talis locus citra mare in Hispania non existit, cum in celebri memoria hominum, per famam publicam et documenta legitima, quod Hispania citra mare Christianorum fuerit, habeatur; et ideo concessum eisdem fratribus privilegium ad constructas ab eis infra ipsam ecclesias non est aliquatenus extendendum; et ex illa oratione de novo, que ibidem subiungitur, id de locis ubi de nullo tempore fuerunt ecclesie, intelligendum esse docetur. Per hoc autem quod ibi dicitur *construxeritis*, nulla eis datur construendi licentia, que propter id in hoc a diocesanis est episcopis requirenda. Predictas autem ecclesias per hoc non esse asserebas exemptas, quod ibidem dicitur *plena gaudeant libertate*, cum quod de libertate dictarum ecclesiarum dicitur, ut non a lege jurisdictionis sed diocesan[is] credantur libere, ab eodem Lucio declararetur. Item, cum hec oratio *exactione graventur* sonet in vitium, constat easdem ecclesias obligari ad solvendam episcopis partem debitam decimarum. Per illud autem quod in predicto pri-

1. MIGNE, *Patrol. lat.*, t. CC, col. 1025-1026.

2. M. GNE, *Patrol. lat.*, *Ibid.*, col. 1029.

1. MIGNE, *Patrol. lat.*, *Ibid.*, col. 102-1029.

vilio sequitur. scilicet ut predicti fratres per clericos idoneos ecclesias ab ipsis in locis desertis constructas cum suis plebibus valeant gubernare. ipsas ecclesias exemptas non esse, sicut alleabas, convincitur, cum cura illarum plebium de jure a diocesanis dumtaxat episcopis committatur; propter quod, ut sciatur an rector existat idoneus, est episcopi a quo animarum curam recipit, examini committendus. Nec tua intentio ex eo, sicut allegabas, eliditur, quod prefatas ecclesias, que alie possunt censere ecclesiastice subici, in eodem excommunicationi vel interdicti privilegio prohibetur.

» Super eo autem capitulo predicti privilegii cujus talis est tenor : clericis ¹ de laboribus et aliis bonis a Deo prestitis, decime reddantur a fratribus, unde libros et congrua ecclesiarum faciant ornamenta, et in necessitatibus corporis convenienter sibi provideant, et, si aliquid super fuerit, secundum magistri providentiam pauperibus erogetur, ostendere nitentibus quod, si solvantur clericis a fratribus laicis decime, sunt tamen debite ex ipsis decimis episcopis tertie deducende, quia, cum clericis solutio decimarum conceditur, nichilominus in ipsis jus episcoporum integrum reservatur. Nec etiam hujusmodi solutio ad decimas acquisitorum post tempus concilii generalis extendi potuit, quod parochialibus ecclesiis in hujusmodi acquisitis religiosorum auferri decimas interdixit.

» Ad ista vero in contrarium occurrebat quod, etsi de locis illis, quod quandoque Christianorum fuerint, aliqua scriptura innuit, tamen id jam in memoria hominum non existit; alioquin eodem errore poterit argui in hominum memoria mundi exordium contineri. Prefate etenim ecclesie in locis desertis ab ipsis, concessi sibi privilegii auctoritate, constructe, ea reputari debent exempte ratione, quod a decimarum et cujuslibet rei exactione et lege diocesana, sicut idem Lucius declarat, sunt libere, nec, secundum privilegium Alex[andri], quisquam diocesanus in eos excommunicationis vel interdicti potest sententias promulgare. Et cum decimas de laboribus et aliis bonis suis conventibus clericorum suorum solvere teneantur, non possunt per diocesanos ab illis requiri decime, in quorum non contingit eas usibus remanere.

» Nos igitur, dicto privilegio, ac duabus indulgentiis Lucii ejusdem ², quarum una incipit : *Si velletis*, et alia : *Attendentes*, inspectis, et intellectis hiis et aliis, de fra-

trum nostrorum consilio, per illa verba privilegii in *speciales et proprios Ecclesie Romane filios vos recipimus*, dictos fratres exemptos non intelligi, et ipsos ex illo in propriis ejusdem Ecclesie filios fuisse receptos, quod ab alio quam Romano Pontifice, vel legato ab ejus latere destinato, interdicti vel excommunicationi non valeant, declarantes, illum locum *desertum* in premissis intelligimus, qui non habitatus penitus neque cultus, ultra memoriam hominum, secundum indulgentiam Lucii, est sub Saracenorum potestate detentus, censentes ecclesias in talibus desertis a fratribus ipsis constructas seu etiam construendas, in eo plena libertate gaudere, ut, secundum indulgentiam Lucii, nichil ab ipsis, legis diocesane nomine, valeat per episcopos exigi, et, secundum privilegium Alex[andri], non possint interdicto aut excommunicationi supponi; quas in locis hujusmodi dicti fratres habentes potestatem, petita a Sede Apostolica licentia, construendi, eas cum suis plebibus per suos clericos gubernent idoneos, qui, ratione plebium, examinandi episcopis presententur, ut ab eis curam recipiant animarum, cum plebes episcopis sint subiecte. Ceterum dicti fratres decimas de laboribus et novalibus suis, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, et aliis bonis sibi a Deo prestitis, conventibus clericorum ordinis sui, a quibus quarta vel tertia nullatenus exigatur, cum integritate persolvant, salvo moderamine prefati concilii generalis; in aliis eorum possessionibus jure communi seu quolibet alio ecclesiis parochialibus et diocesanis episcopis reservato. Per declarationem autem hujusmodi nolumus aliis defensionibus seu juribus partium derogari. Dat. Interamne, XVIII kalendas januarii, anno decimo. »

3106

Terni, 19 décembre 1236.

Episcopo et thesaurario Ciestrensis, — cum, inter archidiaconum Cantuariensem et ejus officiales, ex parte una, et magistrum R., rectorem ecclesie de Clive (= Cliffe at Hoo), ex altera, super archidiaconali jurisdictione quam idem archidiaconus, ecclesia Cantuariensi vacante, in dicta ecclesia de Clive, Roffensis diocesis, quae nulla erat sibi jurisdictione subjecta, contendebat habere, nec non super quadam appellatione interposita et quibusdam excommunicationum sententiarum promulgatis, quaestio fuisset agitata, cumque, post longos processus, quibusdam a Sede Apostolica ab eodem rectore ad abbatem de Sancto Albano ejusque conjudices ex consensu partium litteris impetratis, et Aegidio, Sanctorum Cosmae et Damiani diacono cardinali, a Sede Apostolica partibus audire concessio, ipsum negotium, quia pro parte archidiaconi nullus, nisi quidam dumtaxat ad impetrandum

1. MIGNE, *Patrol. lat.*, *ibid.*, col. 1028.

2. Je n'ai pas trouvé dans la nouvelle édition des *Regesta de JAFFÉ* les deux bulles de Lucius [III] visées ici.

et contradicendum datus ab eodem archidiacono, apparuerat procurator, nihil potuisset habere progressum, — mandat quatenus, quidquid a iudicibus in eisdem R. præiudicium, post iter arripit ab eo ad Sedem Apostolicam veniendi, invenerint temere attentatum, in statum pristinum revocantes, dictos archidiaconum et officialem compellant ut infra quatuor menses personaliter vel per idoneum responsalem apostolico conspectui se representent. — (REG. 18, f. 211 r^o; ann. X, c. 290; — cf. *supra*, n^o 2375.)

« .. *episcopo et .. thesaurario Ciccstrensibus*. Constitutus in presentia —. Dat. Interamne, XIII kalendas januarii, anno decimo. »

3107

Terni, 20 décembre 1236.

Archiepiscopo Tranensi mandat quatenus, — cum, monachis monasterii Pulsanensis, ad Sedem Apostolicam nullo medio pertinentis, Jordanum et Matthaeum, monachos ipsius monasterii, in abbates eligentibus, ipse papa electionem de dicto Jordano factam cassavisset, et idem Matthaeus electioni de se factae sponte cessisset, — personaliter accedens ad locum, ipsi monasterio, in quo corrigat et reformet corrigenda et reformanda, de persona idonea provideat in abbatem; monasterium vero monialium Sancti Bartholomaei de Carbonaria, quod eidem monasterio Pulsanensi subesse dicebatur, a jurisdictione ipsius eximens, illud nomine Ecclesiae Romanae maneat et reformet usque ad apostolicum beneplacitum, dictas moniales faciens consistere sub clausura, ita quod dicti monachi ingrediendi ad ipsas vel ipsae egrediendi nullam de cetero habeant facultatem. — (REG. 18, f. 211 v^o; ann. X, c. 291.)

« .. *archiepiscopo Tranensi*. Cum monasterium Pulsanense —. Dat. Interamne, XIII kalendas januarii, pontificatus nostri anno decimo. »

3108

Terni, 23 décembre 1236.

Abbatu de Saraca, Cisterciensis ordinis, Corinthiensis diocesis, magistro Petro, cancellario Achaiae, subdiacono suo, canonico Patracensi, nec non et praepositor hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum in Romania mandat quatenus decimam partem proventuum ecclesiasticorum, quos a Patracensi archiepiscopo et quibusdam aliis praelatis Romaniae, ac beneficiatis clericis, Latinis et Graecis, ipse papa eis praeparat assignari, iuxta consilium principis Achaiae fideliter

dispensari in succursum imperii Constantinopolitani procurant. — (REG. 18, f. 211 v^o; ann. X, c. 292; — POTHAST 10280.)

« .. *abbati de Saraca, Cisterciensis ordinis, Corinthiensis diocesis, magistro Petro, cancellario Achaie, subdiacono nostro, canonico Patracensi, et [..] praepositori hospitalis Sanctae Mariae Teuton[icorum] in Romania*. Discretionem vestre, de —. Dat. Interamne, X kalendas januarii, anno decimo. »

3109

Terni, 23 décembre 1236.

Archiepiscopo Patracensi, Argolicensi, Mothonensi et Lacedaemonensi episcopis, Elenensi et Coronensi electis, ac Corinthiensis et Olencensis ecclesiarum capitulis, de eadem rescribens, injungit quatenus Guillelmo de Villa Arduini, principi Achaiae, pro succursu et defensione imperii Constantinopolitani, in decima parte proventuum ecclesiarum suarum unius anni subvenire curent. — (REG. 18, f. 212 r^o; ann. X, c. 293; — POTHAST 10279. *)

« .. *archiepiscopo Patracensi, .. Argolicensi, .. Mothonensi et .. Lacedaemonensi episcopis, .. Elenensi et .. Coronensi electis, ac Corinthiensis et Olencensis ecclesiarum capitulis*. Quibusque devotis Ecclesie —. Hinc est quod, cum dilectus filius nobilis vir G., princeps Achaie, pro succursu et defensione imperii Constantinopolitani, de cuius evidenti discrimine plus vobis certitudo familiaris aperuit, quam possit litteris explicari, ad preces nostras, sicut suum decebat honorem et negotii qualitas exigit, magnos labores subierit et expensas, pro quibus sibi grandem debitorum sarcinam alligavit: universitatem vestram attentius deposcimus et hortamur, per apostolica v[obis] scripta dis[trict]e precipiendo mandantes¹ ac in remissionem pec[camin]i injungentes quatenus, pensato sollicit ac prudenter quid commodi vobis et ecclesiis vestris ex felici statu imperii prefati proveniat, multisque aliis, et precipue in Terre Sanctae subsidium processuris, aut quid dispendii ex turbatione ipsius olim acciderit et accidere valeat in futurum, nisi adverse parti divina potentia et robore fidelium resistatur, prefato principi, ne, quod absit, propter expensarum defectum insufficientem ad tanti prosecutionem negotii habeatur, vel sibi et terre sue per jamicte partis versutiam et impetum aliquid imminet detrimentum, in decima parte proventuum ecclesiarum vostrarum unius anni duntaxat, omni occasione et difficultate postpositis, liberaliter

1. Ms. : mandantes quatenus.

1. POTHAST, d'après MANRIQUE, *Annales Cistercienses*, IV, 527, imprime : « *Abbatu de Sacra*. » Cett. abbaye figure dans les *Origines Cistercienses* de JANAUSCHK (p. 237) sous la forme *Saraca*.

subvenire curetis, idem ab universis beneficiatis clericis, Latinis et Grecis, vestre jurisdictioni subjectis fieri facientes, assignando proventus hujusmodi dilecto filio .. abbati de Saraca, Cisterciensis ordinis, Corinthiensis diocesis, magistro Petro, cancellario Achaie, subdiacono nostro, canonico Patracensi, ac .. preceptorum hospitalis Sancte Marie Theotonicorum in Romania, ut integre per manus eorum, juxta directum ipsis mandati nostri tenorem et consilium prefati principis ac virorum Deum timentium, in imperii prefati subsidium convertantur —. Alioquin — dictis abbati et canonico damus nostris litteris in mandatis ut tam vos quam clericos memoratos ab subventionem hujusmodi et assignationem dicte prout proventus faciendam, monitione premissa, auctoritate nostra, appellatione remota, compellant. Dat. ut supra. »

3410

Terni, 22 novembre 1236.

Abbati de Tilieto committit inquisitionem criminum quibus episcopus Vigintimiliensis implicatus erat, eique mandat quatenus prefato episcopo terminum praefigat, quo se apostolice conspectui personaliter repraesentet, pro meritis recepturus. — (REG. 18, f. 212 r; ann. X, c. 294; — POTTHAST 10265.)

« .. abbati de Tilieto. In tantum clamor qui jamdudum contra episcopum Vigintimiliensem ascendit de suis nefandis actibus, invalescit, quod dissimulare ipsum ulterius salva conscientia non valemus neque absque periculo tolerare. Preter alia siquidem gravia que a multis sunt relata de ipso, nuper, dilectis filiis .. archidiacono, .. preposito et Guillelmo de Pigna, canonico Vigintimiliensis, et quibusdam clericis Vigintimiliensis diocesis referentibus, nobis innotuit quod idem episcopus, qui nec in episcopatum per ostium est ingressus, nec officium suum exequitur, nisi ut subjectis officiat, ita est fedis actibus depravatus ac alios sue perversionis exemplo depravat, ut ei possit veraciter adaptari, quod dicitur : « Homo, cum in honore esset, » non intellexit, jumentis insipientibus comparatus¹. » Nam, cum eundem episcopatum simoniace, sicut dicitur, sit adeptus, in ipsius foro ecclesias et ecclesiastica beneficia mercantur symoniaci mercatores, nichil ibi spiritualiter de spiritualibus agitur, sed plus offerentibus conceduntur, non considerato prudenter quod Ecclesie princeps in Symone talia non est passus², et in

Gyezi non sustinuit Heliseus³, nec dissimulavit Christus in venditoribus columbarum². Et cum ipse vite sit dissolute, publice detinens concubinam, ut subditi, exemplo suo corrupti, ad inhonestam et turpia quasi per campum licentie facilius prolabantur, non solum excessus eorum non corrigit, sed potius, ab eis recepta pecunia, in suis feibus ipsos marcere permittit, matrimonia in gradibus divina lege prohibitis in sua diocesi contrahi patitur, et contracta legitime pecunie separari intervenit. Clericos et ecclesias civitatis Vigintimiliensis et dicte diocesis gravat importabilibus exactionibus et collectis, ex quibus spurios suos alit et personas alias inhonestas, cum quibus infami commercio maculatur; nec sic modum sue cupiditati ponens, usuras a clericis suis, quarum crimen utriusque Testamenti pagina detestatur, extorquet, ac dispensat cum concubinariis et filiis eorumdem. Absolvit etiam manuum injectores, Sede Apostolica inconsulta, et contra eam laxat lubricum lingue sue, publice mentiendo quod non prececlit Summus Pontifex in concessione indulgentie simplicem sacerdotem, quodque concubina detinet ex nostra indulgentia speciali; et velut sal infatuatum³ sapientie carens penitus condimento, factas sibi confessiones revelat, contra canonicas sanctiones. Passim excommunicationum sententias fulminat in ecclesiarum prelatos et clericos sibi subditos, monitione aliqua non premissa; et licet idem pluribus sit excommunicationum sententiis innodatus, nichilominus tamen divina celebrare, immo, quantum in eo est, prophanare presumit, in anime sue periculum et contemptum ecclesiastice discipline. Sicque ipse, qui subditis suis non solum presse, verum etiam prodesset deberet, verbo pariter et exemplo multis est in laqueum et ruinam. Cum igitur hec, si vera sunt, relinquere non debeant indiscussa, volentes descendere ac videre si clamorem veritas comitatur, mandamus quatenus, inquirens super hiis et aliis diligentius veritatem, que inveneris, nobis tuis litteris fideliter intimare procures, ut, ex tua relatione sufficienter instructi, procedamus exinde prout secundum Deum viderimus procedendum; prefixo eidem episcopo termino preceptorio competenti, quo se nostro conspectui repraesentet, pro meritis recepturus; ac interim, omnis mutui vel alienationis contractu sibi penitus interdicto, ipsum, si secus actum fuerit, denunties irritum et inane[m], ac facias eis qui hujusmodi inquisitionem prosequuntur, expensas ad

1. IV REG., V, 26-27.

2. MATT. XXI, 12; MARG. XI, 15; JOANN. II, 14-16.

3. Cf. MATT. V, 13, interpretatio italica.

1. PS. XLVIII, 13 et 21.

2. ACT. VIII, 9-24.

hoc necessarias de bonis Vigintimiliensis ecclesie ministrari; contradictores etc. Non obstante constitutione de duabus dietis etc., et apostolica indulgentia, si quam habes, ne de causis cognoscere tenearis. Dat. Interamne, X kalendas decembris, pontificatus nostri anno decimo. »

3-111

Terni, 22 décembre 1236.

Universos abbates, tam exemptos quam non exemptos, et priores abbates proprios non habentes, ordinis sancti Benedicti, Remensis provincie, in communi capitulo congregatos monet ut, facientes de necessitate virtutum, circumscriptis aliis quae a Fusniacensi abbate, Cisterciensis ordinis, ejusque collegis, monasteriorum exemptorum a Sede Apostolica visitoribus deputatis, super regulari observantia sint statuta, suam ordinationem, quam sub sua bulla mittit inclusam, humiliter suscipiant et servant. — (REG. 18, f. 212 v°; ann. X, c. 295; — MOREAU 1191, f. 187; — POTTHAST 10278.)

« *Universis abbatibus, tam exemptis quam non exemptis, et prioribus abbatibus propriis non habentibus, ordinis sancti Benedicti, Remensis provincie, in communi capitulo congregatis.* Licet olim, intellecto quod religio vestra, quae, sicut ager plenus qui benedixit Dominus, flores honoris et fructus afferre consueverat honestatis, facta mutatione dextere in sinistram, spinas et tribulos germinaret¹, nos, cum de invio ad viam regularis rectitudinis reducere cupientes, prout nobis incumbit ex officio pastoralis, quedam ediderimus pro ipsius reformatione statuta ipsaque mandaverimus observari: vestris tamen precibus postmodum inclinati, cum in eis quedam vobis difficilia viderentur, ipsa de benignitate Sedis Apostolicae temperantes, de fratrum nostrorum consilio, prout expedire vidimus, super hiis duximus ordinandum. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, considerato prudenter quod subterfugendi ulterius non est locus, facientes de necessitate virtutum, circumscriptis aliis quae per .. abbatem Fusniacensem, Cisterciensis ordinis, et collegas suos, visitatores monasteriorum exemptorum a Sede Apostolica deputatos, super regulari observantia sunt statuta, nisi aliqua sint in eis, de quibus in ordinatione nostra mentio non habetur, predictam² ordinationem nostram, quam vobis sub bulla nostra mitti-

1. Cf. GEN. III, 18, etc.

2. Les mots « predictam ordinationem .. mittimus interclusam » ont été ajoutés en marge, et il y a des retouches dans les mots qui précèdent.

mus interclusam, suscipiatis humiliter et servetis, ac faciatis a vestris subditis inviolabiliter observari; persone autem quae ad visitanda monasteria ordinis vestri in Remensi provincia fuerint in communi capitulo deputate, ea similiter faciant observari ab abbatibus et prioribus abbatibus propriis non habentibus, qui capitulo vestro non interfuerint memorato; contradictores etc.; mandatum nostrum taliter impleretur, quod redargui non possit de negligentia vel contemptu. Dat. Interamne, XI kalendas januarii, anno decimo. »

3-112

Terni, 22 décembre 1236.

« In eundem modum *universis abbatibus, tam exemptis quam non exemptis, et prioribus abbatibus propriis non habentibus, ordinis sancti Benedicti, provincie Senonensis, in communi capitulo congregatis etc., ut supra, usque*: de negligentia vel contemptu. Ceterum, cum dilectus filius .. decanus et magister Oddo de Castro Radulfi, canonicus Parisienses, subdelegatus a fratre Johanne de Monte Mirabili, ordinis fratrum Predicatorum, executores statutorum predicatorum, in eos qui eadem non servarent, post appellationem ad nos interpositam, excommunicationis sententiam promulgarint, et conventus monasteriorum vestrorum, de appellatione confisi, sententia ipsa durante, a celebratione non cessaverint divinarum, presentium vobis auctoritate concedimus ut singuli vestrum cum subditis suis ordinationem prefatam servantibus¹ auctoritate nostra dispensent super eo quod taliter celebrarunt, prout animarum suarum salutis viderint expedire. Dat. ut supra. »

3-113

Terni, 22 décembre 1236.

Universis abbatibus et prioribus abbatibus propriis non habentibus, ordinis sancti Benedicti, Remensis provinciae, — cum vellet ipse papa ut ad ipsorum commune capitulum convenirent universi abbates et priores abbatibus propriis non habentes, tam exempti quam non exempti, — significat se eis qui ad praesidendum futuris capitulis fuerint ordinati, facultatem concedere abbatibus et prioribus abbatibus non habentes convocandi, et cogendi per censuram ecclesiasticam ut ad commune ipsorum capitulum accederent, et diffinitiones regulares quae ibidem pro tempore fuerint ordinatae, recipiant et observent. — (REG. 18, f. 213 r°; ann. X, c. 296.)

« *Universis abbatibus et prioribus abbatibus propriis non habentibus, ordinis sancti Benedicti, Remensis provinciae.* Volentes ut ad —. Dat. Interamne, ut supra. »

1. Les mots « ordinationem prefatam servantibus » sont le résultat d'une correction.

3114. — In eundem modum *universis abbatibus, tam exemptis quam non exemptis, et prioribus abbates proprios non habentibus, ordinis sancti Benedicti, provincie Senonensis, in communi capitulo congregatis.*

3115

Terni, 22 décembre 1236.

Universis abbatibus et prioribus abbates proprios non habentibus, ordinis sancti Benedicti, Morinensis diocesis, indulget ut in locis ubi unus monachus commoretur, et ubi, pro reformatione eorum ordinis a Sede Apostolica nuper facta, alius associari debeat eidem, nullus sibi de novo, ultra id quod hactenus erat obtentum, praesumat hac occasione aliquid usurpare. — (REG. 18, f. 213 r°; ann. X, c. 297.)

« Universis abbatibus et prioribus abbates proprios non habentibus, ordinis sancti Benedicti, Morinensis diocesis. Cum in ordinatione —. Dat. ut supra. »

3116. — In eundem modum *universis abbatibus, tam exemptis quam non exemptis, et prioribus abbates proprios non habentibus, ordinis sancti Benedicti, provincie Senonensis.*

3117

Terni, 18 décembre 1236.

Episcopo Ambianensi, — abbatisa monasterii de Villencort, Cisterciensis ordinis, Ambianensis diocesis, referente quosdam ex eisdem monasterii monialibus ibidem receptas fuisse per vitium simoniae, — mandat quatenus ipsas ad aliud monasterium ejusdem vel artioris ordinis transferat, injuncta eis poenitentia competenti; « quod si forte alterius » monasterii eis difficilis reddatur ingressus », ipsas « ad ovile » primum quasi de novo, sed non in loco prioris », reducat. — (REG. 18, f. 213 v°; ann. X, c. 298; — MOREAU 1191, f. 184.)

« .. episcopo Ambianensi. Exhibita nobis dilecte —. Dat. Interamne, XV kalendas januarii, pontificatus nostri anno decimo. »

3118

Terni, 3 janvier 1237.

Abbati Aquae Bellae, Cisterciensis ordinis, Triestrinae diocesis, et archidiacono Utiensis mandat quatenus in causa inter episcopum Aurasicensem et capitulum Aurasicense exorta, testes quos praefatus episcopus contra quosdam alios testes, ipsius inimicos, duxerit producendos, corumque depositiones ad Sedem Apostolicam remittant, partibus terminum praefigentes, quo apostolico conspectui se repraesentent. — (REG. 18, f. 213 v°; ann. X, c. 299.)

« .. abbat Aquae Belle, Cisterciensis ordinis, Triestrinae

diocesis, et .. archidiacono Utiensi. Constitutis in presentia nostra Th., venerabilis fratris nostri .. episcopi, et Petro Milouis, capituli Aurasicensium procuratoribus, et super causa inquisitionis que inter ipsum episcopum, ex parte una, et nominatum capitulum, ex altera, vertitur, volentibus ad invicem litigare, venerabilem fratrem nostrum .. Ostiensem episcopum dedimus audire; coram quo cum super premissis fuisset aliquandiu litigatum, jamdictus episcopus, auditis et plenius intellectis que hinc inde fuere proposita coram eo, interloquendo pronuntiare curavit procuratorem predicti Aurasicensis episcopi admittendum de jure ad reprobandum testes, conspiratores videlicet ac capitales etiam inimicos, qui super inquisitione praefata deposuerant contra eum. Ideoque mandamus quatenus testes quos episcopus sepefatus contra conspiratores et capitales insuper inimicos coram vobis, a receptione presentium usque ad festum Apostolorum Petri et Pauli proximo venturum, duxerit producendos, recipere ac examinare diligentius procuratis, et depositiones ipsorum, fideliter redactas in scriptis, sub sigillis vestris ad Apostolice Sedis remittatis examen, partibus terminum praefigentes quo, cum depositionibus ipsis et aliis munitis ad causam facientibus memoratam, per se vel procuratores idoneos nostro se conspectui representent, justam, dante Domino, sententiam recepture. Dat. Interamne, III nonas januarii, anno decimo. »

3119

Terni, 5 janvier 1237.

Episcopo Ciestrensi, electo Valentino, in Anglia commoranti, et abbati Sancti Augustini Cantuariensis mandat quatenus archiepiscopo Cantuariensi et magistro Willelmo de Cemeia, — contra quos magister Robertus de Glovernia super ecclesia de Eineford, in quam praedictus archiepiscopus, in ipsius Roberti praedictum, intruserat eundem Willelmum, litigabat, — praefigant terminum peremptorium, quo apostolico conspectui se repraesentent. — (REG. 18, f. 213 v°; ann. X, c. 300.)

« .. episcopo Ciestrensi, .. electo Valentino, in Anglia commoranti, et .. abbati Sancti Augustini Cantuariensis. Dilectus filius magister Robertus de Glovernia cleri-

1. Le ms. porte : « in presentia nostra .. venerabilis fratris nostri Th. episcopi », construction amphibologique, qui permettrait de faire considérer les initiales Th. comme celles de l'évêque d'Orange; or, en 1236, l'évêque d'Orange s'appelait *Amicus*.

2. Sous-entendu : *Ostiensis*.

cus proposuit coram nobis quod, cum, ecclesia de Einefford[ia]¹ sibi dudum canonicè auctoritate nostra collata, . . . officialis Cantuariensis, ad presentationem karissimi in Christo filii nostri . . . Anglie regis illustris, post appellationem ad nos legitimam interpositam, Willelmum de Plessi clericum, plura ecclesiastica beneficia quibus cura est animarum annexa, sine dispensatione apostolica detinentem, in ejus prejudicium, in prefatam ecclesiam intrusisset: idem magister, ad presentiam nostram accedens, ad venerabilem fratrem nostrum . . . Wigorniensem episcopum ejusque collegas nostras reportavit litteras, continentes ut, vocatis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod canonicum esset, statuere procurarent. Verum cum, medio tempore, dictum W. ab ipsa ecclesia venerabilis frater noster . . . Cantuariensis archiepiscopus amovisset, idem archiepiscopus, ut ipsi magistro adversarium constitueret fortiore, magistrum Willelmum de Cemeia, defectum natalium patientem, super quo non erat secum per Sedem Apostolicam dispensatum, de facto, cum de jure non posset, instituit in eadem; qui eam detinet, in ipsius magistri Roberti prejudicium et gravamen. Cumque dictus magister Robertus ipsum detentorem coram eisdem iudicibus convenisset, prefato rege, ad instantiam detentoris ejusdem, ipsis iudicibus, ne procederent, et eidem magistro, ne prosequeretur hujusmodi negotium, inhihente, non est in negotio ipso processum, sicut duo ex iudicibus ipsis, tertio ad totam causam, ut dicitur, excusato, nobis per suas litteras intimarunt, nuntiis iudicum ipsorum ad prefatum detentorem citationis litteras deferentibus, quorum unus erat clericus, de mandato detentoris ipsius graviter vulneratis. Adjecit etiam insuper idem magister Robertus, adversus dictum archiepiscopum inculcando querelam, quod idem archiepiscopus, prefatum detentorem pro posse defendens, quia ipse Robertus jus suum prosequitur in hac parte contra eum rancore concepto, cum idem Robertus pro se et Willelmo ac Ph., fratribus suis, crucsignatis, contra quosdam Judeos super immoderato gravamine usurarum nostras ad ipsum archiepiscopum litteras impetrasset, et, cum litteris ipsis ad presentiam ejus accedens, peteret ut procederet per eandem, idem archiepiscopus² non solum ipsas litteras recipere noluit, sed etiam ingressum curie sue sibi sine ratio-

nabili causa penitus interdixit. Quare dictus magister se ac eosdem fratres suos gravissima dampna asserit incurrisse, cum propter justitiam defectum libros suos et hereditatem dictorum fratrum vorago absorberit usurarum. Et cum ipse magister, olim apud Sedem Apostolicam constitutus, in causa quam dictus Willelmus de Plessi adversus archiepiscopum ipsum habebat, super eo quod amoverat eum a dicta ecclesia, partem dicti archiepiscopi defendere procurasset, idem archiepiscopus, licet gratum et ratum habuerit quod utiliter gestum fuerat ab eodem, de expensis tamen propter hoc factis sibi satisfacere denegavit. Unde, cum nequeat in partibus illis de pari contendere cum archiepiscopo et intruso predictis, nobis humiliter supplicavit ut super hoc providere sibi misericorditer dignaremur. Cum igiturnos pati non deceat ut dictus magister, nostram gratiam prosequendo, propter quod jam extrema laborat inopia, taliter confundatur, mandamus quatenus archiepiscopo et Willelmo jamdictis prefigatis terminum preemptorium competentem, quo per se vel per procuratores idoneos se nostro conspectui representent, facturi et recepturi quod dictaverit ordo juris. Quod si non omnes etc., tu ea, frater episcope etc. Dat. Interamne, nonis januarii, pontificatus nostri anno decimo. »

3430

Terni, 29 décembre 1236.

Archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, decanos, archidiaconos et alios ecclesiarum prelatos et clericos per Sardiniam et Corsicam constitutos hortatur quatenus magistrum Alex[andrum], capellanum suum, quem, commisso ei legationis officio, ad partes ipsorum destinat, honore et eique intendant et obediunt; alioquin sententiam quam idem tulerit in rebelles, ipse papa ratam habebit et faciet observari. — (REG. 18, f. 214 r^o; ann. X, c. 301.)

« *Archiepiscopi et episcopi, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelati et clericis per Sardiniam et Corsicam constituti.* Cum commissa nobis —. Dat. Interamne, IIII kalendas januarii, anno decimo. »

3431. — In eundem modum nobilibus viris iudicibus et universis laicis per Sardiniam et Corsicam constitutis, usque : alioquin penam spirituales vel temporales quam stauerit in rebelles etc., ut supra.

3432

Terni, 3 janvier 1237.

Magistro Alex[andro], capellano suo, Apostolica Sedis

1. W. H. BLISS, *Calendar of entries in the papal Registers...*, *Papal Letters*, I, 158-159 : Einefford; et plus loin : Cerneia.

2. Les mots « idem archiepiscopus » sont répétés ici par inadvertance.

legato, mandat ut Petrum, iudicem Arborensem, qui, pro diversis excessibus quibus graviter Sedem Apostolicam offenderat, et pro eo potissime, quod adstiterat quondam Ubaldo, socio suo, in invasione Calaritanæ provinciae, ad Romanam Ecclesiam pertinentis, excommunicatus, ad ipsius papæ praesentiam personaliter debet laborare, absolutioem petiturus, ab ipso cautione recepta et inuncto ei quod fuerit injungendum, absolvat. — (REG. 18, f. 214 v°; ann. X, c. 302; — cf. *supra*, n° 276.)

« *Magistro Alex[andro], capellano nostro, Apostolice Sedis legato. Licet Petrus, iudex — Dat. Interamne, III nonas januarii, pontificatus nostri anno decimo.* »

3123

[Terni, 3 janvier 1237?]

Eidem idem mandat, supplicante Adelsia, uxore Ubaldi, iudicis Turritani, pro dicto Ubaldo, qui, post inhibitionem Sedis Apostolicae, Calaritanam provinciam invaserat. — (REG. 18, f. 214 v°; ann. X, c. 303; — cf. *supra*, n° 276.)

« *Eidem. Licet Ubaldus, iudex —.* »

3124

Terni, 8 janvier 1237.

Eidem mandat quatenus nobilem mulierem Adelsiam, dominam provinciae Turritanae, si forte sententiam excommunicationis incurrerit, absolvat. — (REG. 18, f. 214 v°; ann. X, c. 304.)

« *Eidem. Apostolice Sedi devotione —. Dat. Interamne, VI idus januarii, anno decimo.* »

3125

Terni, 5 janvier 1237.

Abbati Everbacensi (= Eberbach, seu Erbach-i.-Rheingau), Maguntinae dioecesis, nec non et decano et scholastico Maguntini mandat quatenus, — cum ipse papa decano et capitulo Coloniensibus, qui, proponentes sibi stipendia a Coloniensi praeposito minus sufficienter ministrari¹, « crucem » celebrem in Coloniensi ecclesia constitutam, quae a multitudine fidelium in multa reverentia jugiter habebatur », ad terram deposuerant, mandasset ut dictam crucem in locum pristinum resumerent, — eisdem Coloniensibus in dicti

1. Cf. *supra*, n° 3157, col. 392 : « pro eo quod [decanus Coloniensis] dicebat ipsum praepositum [Coloniensem] minus sufficienter administrare stipendia sibi et aliis canonicis Coloniensis ecclesie... »

mandati executione cessantibus, illud super hoc exsequi procurant. — (REG. 18, f. 214 v°; ann. X, c. 305.)

« .. *abbati Everbacensi, Maguntine dioecesis, .. decano et .. scholastico Maguntinis. Dilecto filio .. Coloniensi —. Dat. Interamne, nonis januarii, anno decimo.* »

3126

Terni, 9 janvier 1237.

Episcopo Trecensi mandat quatenus, — cum abbas monasterii Pulter[ensis], ad Romanam Ecclesiam nullo pertinentis mediante, propter nimiam debilitatem et valetudinem corporis, in senium jam vergens, de cetero monasterium ipsum gubernare non posset, ac proinde euperet praedicti monasterii regimen resignare, — cessione ejus recepta, faciat eidem, moraturo sub futuri abbatis obedientia, sicut uni ex aliis monachis ejusdem monasterii, provideri. — (REG. 18, f. 215 r°; ann. X, c. 306; — MOREAU 1191, f. 185.)

« .. *episcopo Trecensi. Cum, sicut abbas —. Dat. Interamne, V idus januarii, anno decimo.* »

3127

Terni, 9 janvier 1237.

Abbati Everbacensi (= Eberbach, seu Erbach-i.-Rheingau), Maguntinae dioecesis, nec non et decano et scholastico Maguntini mandat quatenus Conradum [de Bure], praepositum Coloniensem, quem Conradus, ipsius papæ subdiaconus, praepositura sua Coloniensi per violentiam spoliaverat, in corporalem ipsius praepositurae possessionem inducant, ac inducto de proventibus ejusdem pro tempore praeterito satisfieri faciant, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. — (REG. 18, f. 215 r°; ann. X, c. 307; — POTTHAST 10284; — cf. *supra*, n° 3157.)

« .. *abbati Everbacensi, Maguntine dioecesis, .. decano et .. scholastico Maguntinis. Dilectus filius Conradus —. Dat. Interamne, V idus januarii, anno decimo.* »

3128

Terni, 13 janvier 1237.

Priori et capitulo Sancti Ursini Bituricensis mandat quatenus Germanum, pauperem clericum Eduensis dioecesis, nullum ecclesiasticum beneficium assecutum, in ipsorum ecclesia residere paratum, recipiant in canonicum, praebendam ei conferentes. — (REG. 18, f. 215 v°; ann. X, c. 308.)

« .. *priori et capitulo Sancti Ursini Bituricensis. Pro dilecto filio —. Dat. Interamne, idibus januarii, anno decimo.* »

3429

Terni, 7 janvier 1237.

Meinaro, praeposito Halberstadensi, concedit, supplicante Hildesemensi episcopo, ut unam, praeter illam quam tunc obtinebat, dignitatem, curam animarum habentem annexam, si quam ei offerri contigerit, recipere ei liceat. — (REG. 18, f. 215 v^o; ann. X, c. 309.)

« Meinaro, praeposito Halberstadensi. Licet in generali —. Dat. Interamne, VII idus januarii, pontificatus nostri anno decimo. »

3430

Terni, 9 janvier 1237.

Priori et conventui ecclesiae Christi Cantuariensis, qui a septennio, propter diversas archiepiscoporum electiones et alia imminencia eis negotia, graves expensas fecerant, pro quibus onerati erant debitis, indulget ut ecclesiam de Sesautre (= Seasalter), in qua jus patronatus habebant, ad ipsorum collationem pertinentem, possint, cum vacaverit, in usus proprios, quo melius hospitalitatem servare possint, retinere, perpetuo ejus vicario, qui curam animarum a dioecetano recipiat, reservata ex ipsius proventibus congrua portione. — (REG. 18, f. 216 r^o; ann. X, c. 310.)

« .. priori et conventui ecclesiae Christi Cantuariensis. Vestra nobis devotio —. Dat. Interamne, V idus januarii, anno decimo. »

3431

Terni, 13 janvier 1237.

Universis abbatibus et prioribus abbates proprios non habentibus, ordinis sancti Benedicti, Remensis dioecesis, eadem indulget quae universis abbatibus etc., Morinensis dioecesis, in epistola supra sub numero 3415 notata. — (REG. 18, f. 216 r^o; ann. X, c. 311.)

« Universis abbatibus et prioribus abbates proprios non habentibus, ordinis sancti Benedicti, Remensis dioecesis. Cum in ordinatione, ut supra, in CCLXXXVII^o capitulo, usque in finem. Dat. Interamne, idibus januarii, anno decimo. »

3432. — In eundem modum *eisdem*, Cameracensis dioecesis.

3433. — In eundem modum *eisdem*, Belvacensis dioecesis.

3434. — In eundem modum *eisdem*, Ambianensis dioecesis.

3435. — In eundem modum *eisdem*, Tornacensis dioecesis.

3436. — In eundem modum *eisdem*, Noriomensis dioecesis.

3437. — In eundem modum *eisdem*, Laudunensis dioecesis.

3438. — In eundem modum *eisdem*, Suessoniensis dioecesis.

3439. — In eundem modum *eisdem*, Cathalaunensis dioecesis.

3440. — In eundem modum *eisdem*, Arrebalensis dioecesis.

3441. — In eundem modum .. abbati et conventui Sancti Bertini, ordinis sancti Benedicti, Morinensis dioecesis.

3442

Ordinationes monachorum Nigrorum. — (REG. 18, f. 216 r^o; ann. X, c. 312; — cf. *supra*, ann. IX, c. 56, n^o 2549.)

« *Ordinationes monachorum Nigrorum.* In primis ordinamus quod...¹ »

3443

Terni, 20 janvier 1237.

Vicedomino Mediolanensi mandat quatenus concessionem a Mediolanensi archiepiscopo factam, de monasterio de Capite Lacus, ordinis sancti Benedicti, in spiritualibus et temporalibus collapsis, abbati et conventui Clarevallensibus, ut de ipsorum ordine reformaretur, faciat observari. — (REG. 18, f. 218 v^o; ann. X, c. 313; — POTTHAST 10281²; — cf. *supra*, n^o 2987.)

« .. vicedomino Mediolanensi. Dudum intellecto quod monasterium de Capite Laci, ordinis sancti Benedicti, Mediolanensis dioecesis, quod ab antiquo spiritualium et temporalium bonorum consuevit ubertate florere, adeo erat in utrisque collapsum, bonis ipsius dilapidatis enormiter et consumptis, quod religionis vestigia vix remanserant in eodem, venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Mediolanensi dicimur mandavisse ut, personaliter ad monasterium ipsum accedens et impendens eidem visitationis officium, vice nostra, corrigere ac reformare libidem, tam in capite quam in membris, quae correctionis et reformationis officio nosceret indigere. Cumque idem archiepiscopus ad dictum monasterium accessisset, [...] abbas et conventus ejusdem, asserentes ex eo indebite se gravari, quod praefatus archiepiscopus copiam sibi rescripti apostolici facere denegarat, humiliter requisitus, nostram audientiam appellarunt; quare iidem, quia, propter subterfugia eorum, plaga ipsorum non potuit foveri oleo³, nec curari medicamine, neque circumligari correctionis nexibus, insolentiores effecti, addentes peccata peccatis, pejora prioribus commiserunt, se ad invicem nimis crudeliter

1. Cette seconde rédaction des statuts promulgués par Grégoire IX pour la réforme des moines Noirs est imprimée plus haut, sous le numéro 3045 bis, en regard de la rédaction insérée dans le Registre de la IX^e année (n^o 3045).

2. Avec la date erronée III kalendas januarii (= 30 décembre), d'après MANIQUE, *Annales Cistercienses*, IV, 532.

3. Cf. Is. I, 6.

occidendo. Unde nos, attendentes quod dictum monasterium in ordine suo non poterat reformari, jandicto archiepiscopo iterato mandavimus ut illud in eo quem expedire videret, reformaret. Ceterum, cum dicti abbas et conventus, ininitentes appellationi premissae, ad Hugonem dictum Mussum, canonicum Novariensem, super ipsa nostras litteras impetrasset, idemque ne in negotio, juxta mandati nostri tenorem, procederet, archiepiscopo inhibuisset eidem, memoratus archiepiscopus, inhibitione hujusmodi frivola reputata, predictum monasterium dilectis filiis .. abbati et conventui Clavallensibus, Cisterciensis ordinis, concessit, de ipsorum ordine reformandum, in recompensationem onerum in quibus monasterium ipsum sibi et ecclesie Mediolanensi tenebatur, quadam de possessionibus ejus portione retenta, juxta dispositionem dilecti filii .. prioris Sancti Eustorgii, ordinis fratrum Praedicatorum, Mediolanensis, cui super hoc direximus scripta nostra. Quare fuit ex parte ipsorum abbatis et conventus Clavallensium nobis humiliter supplicatum ut concessionem hujusmodi apostolico curarem munimine roborare. Quocirca mandamus quatenus, non obstantibus litteris ad eundem canonicum a Sede Apostolica impetratis et processu habito per easdem, quod ab ipso archiepiscopo provide factum est in hac parte, facias per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, firmiter observari, nominato canonico ne ulterius, auctoritate litterarum ipsarum, procedat in ipso negotio, nichilominus inhibendo. Dat. Interamne, XIII kalendas februarii, anno decimo. »

3414

Terni, 21 janvier 1237.

Archiepiscopo Januensi, abbati Sancti Stephani Januensis et fratri Algisio, priori fratrum Praedicatorum Januensi, mandat quatenus, — cum ipse Januensis archiepiscopus, motu propriae voluntatis, cum archidiacono Januensi et quibusdam aliis, ad monasterium Sancti Andreae de Porta Januensi, ordinis sancti Benedicti, accedendo, in abbatissae et conventus ejusdem monasterii absentia, ipsis ignorantibus, contra ipsas inquisivisset, et eisdem supplicantibus denegasset nomina testium et capitula super quibus contra ipsas eosdem testes receperat, exprimere, — revocato quod fuerit post appellationem earum attentatum, dictum monasterium visitent, corrigentes et reformantes in eo corrigenda et reformanda. — (REG. 18, f. 219 r°; ann. X, c. 314.)

« .. archiepiscopo, .. abbati Sancti Stephani et fratri Algisio, priori ordinis fratrum Praedicatorum Januens[ibus]. Sua nobis .. abbatissa —. Dat. Interamne, XII kalendas februarii, pontificatus nostri anno decimo. »

3415

Terni, 19 janvier 1237.

Cum Roberto, [comite Atrebatensi], dispensat, petentibus [Ludovico], Francorum rege, ejus fratre, et [Blancha], eorum matre, regina Francorum, et Mattildum, natam [Henrici II], ducis Lotheringiae et Brabantiae, non obstante quod in quarta consanguinitatis linea eidem attinere dicebatur, sibi matrimonialiter copulare valeat. — (REG. 18, f. 219 r°; ann. X, c. 315.)

« Nobili viro Roberto, fratri karissimi in Christo filii nostri .. regis Francorum illustris. Super concessa nobis —. Dat. Interamne, XIII kalendas februarii, anno decimo. »

3416

Terni, 19 janvier 1237.

[Ludovico], regem Francorum, de praedicta dispensatione certiore facit, ut orbis terrarum intelligat quod Ecclesia Romana personam ejus singulari devotionis prerogativa complectitur. — (REG. 18, f. 219 v°; ann. X, c. 316.)

« .. illustri regi Francorum. Pre ceteris terre —. Dat. ut supra. »

3417

Terni, 19 janvier 1237.

[Blanchae], reginae Francorum, similiter scribit. — (REG. 18, f. 219 v°; ann. X, c. 317.)

« .. illustri regine Francie. Pre ceteris terre —. Dat. ut supra. »

3418

Terni, 19 janvier 1237.

Nobilem virum Constantinum, dominum de Lambrono (= Nimroun in Cilicia), qui, desiderans Apostolicae Sedis obtinere praesidium, ad ipsam de Armeniae partibus duxerat recurrendum, nec non et terram ejus, cum ipsius uxore, filiis, familia et omnibus bonis, sub beati Petri et sua protectione suscipit, inhibens ne quis ipsum, in devotione Ecclesiae persistentem, temere molestare praesumat, jure regis Armeniae semper salvo. — (REG. 18, f. 219 v°; ann. X, c. 318; — cf. POTTHAST 10290*.)

« Nobili viro Constantino, domino de Lambrono. Quo evidentiis indicis —. Dat. Interamne, ut supra. »

3419

Terni, 19 janvier 1237.

Regi Armenorum, de eadem re scribens, commendat prae-

dictum Constantinum, dominum de Lambro, fidelem ipsius regis, eumque hortatur ne ipsum de cetero molestat nec a suis patiatur molestari, praesertim cum sit diligenti sollicitudine vitandam, ne dictus Constantinus, ipsius regis vel aliorum indebitis vexationibus fatigatus, aliquid cogit effecere, per quod discriminis materia possit imminere. — (REG. 18, f. 219 v°; ann. X, c. 319; — POTTHAST 10290 *.)

« .. *illustri regi Armenorum*. Inter alia que —. Dat. ut supra. »

3150

[Terni, 19 janvier 1237.]

Bajulo Armeniae similiter pro eodem Constantino scribit. — (REG. 18, f. 220 r°; ann. X, c. 320; — POTTHAST, sub numero 10290 *.)

« *Nobili viro .. bajulo Armenie*. Ex corde nostro —. »

3151

[Terni, 19 janvier 1237.]

Principem Antiochenum, memoratis praecedentibus epistolis, hortatur quatenus eundem Constantinum a praedictis rege et bajulo, seu a quibuslibet aliis, nullo modo molestari permittat. — (REG. 18, f. 220 r°; ann. X, c. 321; — POTTHAST, sub numero 10290 *.)

« *Nobili viro .. principi Antiocheno*. Devotis filiis decens —. Dat. ut supra. »

3152. — In eundem modum .. *illustri regi Cypri*. — (POTTHAST, sub numero 10290 *.)

3153. — In eundem modum .. *magistro et fratribus domus militiae Templi*.

3154. — In eundem modum .. *magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani*. — (Cf. J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général de l'ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II, p. 509, n° 2155.)

3155

Terni, 14 janvier 1237.

Archiepiscopo et capitulo Patracensibus, — quorum ecclesia in receptione quamplurium canonicorum, tam per Sedem Apostolicam quam per legatos ipsius, erat gravata, et, paucis vel nullis interdum ex ipsius canonicis in illa residentibus, defectum tam in spiritualibus quam in temporalibus patiebatur, unde eisdem residentibus custodia castri et terrae ipsius ecclesiae, utpote viciniae hostibus, non sine magnis laboribus et expensis imminabat, — indulget ut per litteras apostolicas non facientes de hac indulgentia mentionem, non teneantur

aliquem recipere in canonicum, nisi qui velit et possit in praefata ecclesia residentiam facere personalem. — (REG. 18, f. 220 r°; ann. X, c. 322.)

« .. *archiepiscopo et capitulo Patracensibus*. Cum, sicut ex —. Dat. Interamne, XVIII kalendas februarii, pontificatus nostri anno decimo. »

3156

Terni, 22 janvier 1237.

Magistris Petro de Sonion (= ? Sonjon = ? Songeons), paenitentiario Belvacensi, Wernacio, Tervisino canonico, et Riccardo dicto Angelo, Cenomanensi canonico, Parisius commorantibus, mandat quatenus in causa exorta inter abbatem monasterii Sancti Victoris Parisiensis, ex una parte, et Sanctae Genovefae et quosdam alios abbates ejusdem, id est sancti Augustini, ordinis, ex altera, — super eo quod iidem Sanctae Genovefae et alii abbates, inter cetera, eundem Sancti Victoris abbatem quasi possessione juris praesidendi capitulo generali quod apud praedictum Sancti Victoris monasterium annuatim celebrari consueverat, spoliare dicebantur, — procedant, et ipsam sufficienter instructam ad apostolicum remittant examen, praefigentes partibus terminum peremptorium, quo apostolico conspectui se repraesentent. — (REG. 18, f. 220 v°; ann. X, c. 323.)

« *Magistris Petro de Sonion, penitentiario Belvacensi, Wernacio, Tervisino, et Ric[ardo] dicto Angelo, Cenomanensi canonicis, Parisius commorantibus*. Dudum dilecto filio .. abbate monasterii Sancti Victoris Parisiensis accepimus conquerente, quod, cum .. Sanctae Genovefae et quidam alii abbates sui ordinis apud monasterium ipsum ad generale capitulum convenire consueverint annuatim, et, eo presidente, ibidem statuere que ad reformationem ipsius ordinis faciebant, iidem abbates ipsum quasi possessione hujusmodi pro sue voluntatis arbitrio spoliarent. Unde nos procuratoribus partium tunc in nostra presentia constitutis dilectum filium nostrum O[ttone]m, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, concessimus auditorem; coram quo tandem libello a procuratore abbatis ipsius procuratori alterius partis exhibito, et lite in negotio ipso legitime contestata, quia super hiis que hinc inde fuere proposita, non potuit eidem cardinali fieri plena fides, magistro Jacobo, archidiacono Moriensi, et conjudicibus suis causam ipsam sub certa forma duximus committendam, eisdem nichilominus injungentes ut a personis principalibus juramentum de veritate dicenda sibi facerent exhiberi. Cumque postmodum dilectis filiis .. Sancti Satiri, Bituricensis diocesis, et .. Sancti Amrosii Bituricensis abba-

tibus, pro se, ac, procuratorio nomine, pro .. Sancte Genovefe, Parisiensis, .. Sancti Evurtii, Aurelianaensis, .. de Jardo, Senonensis, .. Sancti Bartholomei, Noviomensis. .. de Aqua Curte, Atrebatensis, .. Sancti Vincentii, Silvanectensis, et .. de Julii, Meldensis civitatum ac diocesum, abbatibus, et G., canonico monasterii supradicti, procuratori abbatibus ejusdem, ad impetrandum et contradicendum tantum exhibenti mandatum, apud Sedem Apostolicam constitutis, cardinalem eundem concesserimus auditorem : demum per eosdem abbates Sancti Satiri et Sancti Ambrosii, suo et jamdictorum abbatum nomine, fuit propositum coram eo quod, quia duo iudicum predictorum in negotio ipso, absente tertio nec excusato legitime, si cognitioni ejusdem nollet vel non posset interesse, contra justitiam procedebant, ipsi nostram audientiam appellaverunt ; at iidem, contempta appellatione ipsorum, quos propter hoc reputaverant contumaces, promulgarunt suspensionis et excommunicationis sententias in eodem ; a quibus petierunt, suo et eorundem abbatum nomine, ad cautelam absolvi —. Procurator vero prefatus proposuit ex adverso quod illi super hoc non debebant audiri, sed ad priores iudices, a quibus per frivole appellationis objectum minus legitime recedentes, negotium memoratum fere per biennium protraxerant, erant potius remittendi. Igitur, hiis et aliis que idem cardinalis fideliter retulit coram nobis, diligenter auditis, nos, volentes ut negotium memoratum finem debitum celeriter sortiatur, predictis Sancti Satiri et Sancti Ambrosii abbatibus — per fratrem G., penitentiarium nostrum, de mandato nostro impenso absolutionis beneficio ad cautelam, et suspensionis sententia relaxata, mandamus quatenus aliis supradictis abbatibus —, antequam ad alia procedatis, impendatis absolutionis beneficium ad cautelam, et predictam suspensionis sententiam nichilominus relaxetis —. Dat. Interamne, XI kalendas februarii, anno decimo. »

3157

Terni, 13 janvier 1237.

Abbatibus et conventui Cluniacensibus, — quos, licet, ex antiqua consuetudine a Sede Apostolica approbata, in generali capitulo tam abbatum quam priorum ipsorum ordinis, eligerentur visitatores qui per singulas provincias, juxta Cisterciensium morem, membra visitabant et reformabant, presentibus tribus Carthusiensis ordinis, qui de mandato apostolico eidem intererant capitulo et ipsi papae annuatim quae ibi fierent, referebant, visitatores tamen aliorum monasteriorum a Sede Apostolica deputati nitentur visitare,

— indulget ut non teneantur alios visitatores quam in generali capitulo nominatos, absque licentia Sedis Apostolicae speciali, recipere. — (REG. 18, f. 221 r°; ann. X, c. 324; — POTTHAST 10288 *.)

« .. abbatibus et conventui Cluniacensibus. Ex parte vestra —. Dat. Interamne, idibus januarii, anno decimo. »

3158

Terni, 26 janvier 1237.

Episcopo Marsicano inquisitionem faciendam committit super postulatione quam capitulum Treventinum, ecclesia Treventina vacante, de episcopo quondam Treventino in pastorem fecerat. — (REG. 18, f. 221 r°; ann. X, c. 325.)

« .. episcopo Marsicano. Dilecti filii capitulum —. Dat. Interamne, VII kalendas februarii, anno decimo. »

3159

Terni, 24 janvier 1237.

Episcopo Morinensi et abbati priorique Sancti Bavonis de Gandavo mandat quatenus abbatibus et conventui Sancti Bertini et capitulo ecclesiae Sancti Audomari licentiam concedant quasdam possessiones abbati et conventui de Veteri Monte, Coloniensis dioecesis, vendendi. — (REG. 18, f. 221 r°; ann. X, c. 326; — MOREAU 1191, f. 188.)

« .. episcopo Morinensi, .. abbatibus et [...] priori Sancti Bavonis de Gandavo, Tornacensis dioecesis. Dilecti filii .. abbas et conventus monasterii de Veteri Monte, Cisterciensis ordinis, Coloniensis dioecesis, sua nobis petitione monstrarunt quod, cum ipsi quasdam possessiones haberent in Herbipolensi dioecesi, que, tum propter guerras, tum quia nimium a monasterio ipso distabant, minus utiles sibi erant, de licentia patris abbatibus vendiderunt easdem, de ipsarum pretio viciniores et utiliores acquirere cupientes. Unde, cum [...] abbas et conventus monasterii Sancti Bertini, ordinis sancti Benedicti, et capitulum ecclesiae Sancti Audomari, Morinensis dioecesis, in villis que dicuntur Vrethen et Gelesdorp, prope dictum monasterium de Veteri Monte, quasdam possessiones habeant sibi quasi prorsus infructuosas, pro eo quod ab eis nimirum sunt remote, et propter hoc illi eas vendere velint, dummodo id fieri de licentia nostra possit, memorati abbas et conventus de Veteri Monte nobis humiliter supplicarunt ut providere super hoc eis, cum sufficientes possessiones pro sua sustentatione non habeant, curaremus. Ecclesiasticis igitur utilitatibus intendere cupientes, mandamus qua-

tenus, si est ita, dictis abbati et conventui Sancti Bertini et capitulo Sancti Audomari auctoritate nostra licentiam concedat vendendi possessiones ipsas abbati et conventui de Veteri Monte predictis, si utilitatibus ecclesiarum suarum noveritis expedire, ita tamen ut non prius possessiones ipse vendantur, quam inveniantur alie, in quarum pretium recepta de illis pecunia per manus vestras integre convertatur — Dat. Interamne, VIII kalendas februarii, anno decimo. »

3-160

Terni, 31 janvier 1237.

Henrico, duci Lothoringie et Brabantie, super solutione mille marcarum sterlingorum, quas H[enricus], pater ejus, pro redemptione voti sui, quo tenebatur in Terrae Sanctae subsidium proficisci, Terrae legaverat eidem, usque ad annum indutias indulget, ei mandans quatenus eas ex tunc solve non postponat. — (REG. 18, f. 221 v°; ann. X, c. 327.)

« *Nobili viro Henrico, duci Lothoringie et Brabantie.* Tue devotionis precibus — Dat. Interamne, II kalendas februarii, anno decimo. »

3-161

Terni, 31 janvier 1237.

Cameracensi episcopo, de eadem re scribens, mandat quatenus, dictum ducem ad solutionem ejusdem pecunie non compellens, relaxet sententiam, si quam in eum vel terram ejus, occasione praedictae pecunie, promulgaverit, sufficienti tamen ab eo prius cautione recepta, quod solutionem ulterius minime ipse dux prorogabit, sine licentia Sedis Apostolicae speciali. — (REG. 18, f. 221 v°; ann. X, c. 328.)

« .. *Cameracensi episcopo.* Dilecti filii nobilis —. Dat. ut supra. »

3-162

Terni, 4 février 1237.

Episcopo Papiensi —, cum monasterium Sancti Petri in Verzolo juxta muros Papiense, ordinis sancti Benedicti, quod ipse episcopus, cui jure dioecetano erat subiectum, a debitis liberaverat, adeo esset, propter dissolutionem et malitiam olim habitantium in eodem, temporaliter et spiritualiter deformatum, quod nullus remaneret in eo, nisi quidam qui pro abbate se gerebat, cum uno solo malae famae monacho, — idem monasterium reformandi in suo, si poterit fieri, alioquin, postulante ipso episcopo, in ordine Vallis Umbrosae, ad quem cives Papienses specialem devotionem

habere noscebantur, concedit licentiam. — (REG. 18, f. 221 v°; ann. X, c. 329.)

« .. *episcopo Papiensi.* Veritatis verbum de —. Dat. Interamne, II nonas februarii, anno decimo. »

3-163

Terni, 26 janvier 1237.

Abbati et conventui monasterii Sancti Victoris Parisiensis, ad quorum fratres pro recipienda paenitentia scholares studentes Parisius recurrebant, concedit ut in praefato monasterio magistrum theologum habeant. — (REG. 18, f. 221 v°; ann. X, c. 330; — DENIFLE et CHATELAIN, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. I, p. 159, n° 111.)

« .. *abbati et conventui monasterii Sancti Victoris Parisiensis.* Animarum lucra querentes —. Ex parte siquidem vestra nobis fuit humiliter supplicatum ut, cum animarum vestrarum et aliorum saluti expedire credatur, quod debeatis in divina pagina erudiri, quia frequenter per fratres vestros in parochialibus ecclesiis ad monasterium vestrum spectantibus, pabulum verbi Dei oportet necessario ministrari, ad quos pro recipienda penitentia scholares studentes Parisius sepe recurrunt, ac nonnulli alii, de suorum prelatorum assensu, ad ipsos accedunt pro consilio salutari : habendi magistrum deoat facultate, vobis, quibus non est tutum per civitates et villas discurrere, licentiam concedere deberemus, praesertim cum statuta ordinis vestri permittant, ac predicti monasterii consuetudo, licet aliquandiu extiterit intermissa, requirat ut sacre lectionis doctrine in claustro vacetis. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, devotioni vestre auctoritate presentium concedimus postulata —. Dat. Interamne, VII kalendas februarii, anno decimo. »

3-164

Terni, 24 janvier 1237.

Magistro Heliae Bernardi, canonico Eboracensi, — qui in Eboracensi ecclesia, in honore beati Guillelmi confessoris, Eboracensis archiepiscopi, quoddam altare, de assensu archiepiscopi et decani capitulique Eboracensium, duxerat construendum, constituens ut in eo per capellanum ad hoc specialiter deputatum missa cotidie pro defunctorum animabus fidelium celebraretur; qui etiam, ad obsequium divinum in altari praedicto commodius et perfectius adimplendum, sacerdoti per vicarios Eboracensis ecclesiae pro tempore

l. Ms. : permittat.

ad ejusdem ministerium eligendo et per decanum capitulumque praedictos instituendo, de terris, domibus aliisque bonis quae ad opus dicti altaris de proprio ipse Helias acquisiverat, decem marcarum redditum perpetuo assignaverat; ita quod de residuo proventuum praedictarum possessionum singuli praefatae ecclesiae vicarii perciperent, in anniversario ipsius Heliae obitus, annuatim, per manum capellani ejusdem, singulos solidos sterlingorum, ac fidem capellanus ac vicarii jurarent se ordinationem hujusmodi, nec non vasa et ornamenta, redditus et possessiones praefato assignatas altari, fideliter servaturos, — significat se quod ab ipso super hoc factum fuerat, confirmare. — (Reg. 18, f. 222 r^o; ann. X, c. 331.)

« *Magistro Helie Bernardi, canonico Eboracensi.* Tua nobis est —. Dat. Interamne, VIII kalendas februarii, anno decimo. »

3165

Terni, 6 février 1237.

Abbatii Sancti Germani de Pratis Parisiensis, magistro Vernacio, Tervisino canonico, et magistro Hugoni, Pisano canonico¹, Parisius commorantibus, mandat quatenus comitem Britanniae et ejus bajulos inducant ut a molestiis Macloviensis ecclesiae conquiescant; quod si illi efficere neglexerint, causam inter partes audiant et decident. — (Reg. 18, f. 222 r^o; ann. X, c. 332; — MOREAU 1191, f. 203.)

« .. *abbati Sancti Germani de Pratis Parisiensis, [et] magistris Wernacio, Tervisino, et Hugoni, Pisano canonicis, Parisius commorantibus.* Venerabilis frater noster .. episcopus et capitulum Maclovienses lamentabili nobis petitione monstrarunt quod, cum diutius expectarint si forte nobilis vir .. comes Britannie cruce signatus, bajuli et quidam alii homines ejusdem divini timoris intuitu, ab eorum cessante injuriis, quibus eos a multis temporibus multipliciter vexaverunt, nunc ab ipsis pejora prioribus patiuntur. Nam comes, bajuli et homines memorati homines eorundem episcopi et capituli, cum navibus, mercimoniis et rebus aliis quas secum deferunt, contra justitiam passim capiunt, et eos, diligenter moniti, libertati reddere contradicunt, in ipsorum episcopi et capituli prejudicium et gravamen. Cum igitur nos pati non deceat ut Macloviensis ecclesia tam enormiter ulterius offendatur, mandamus quatenus eundem comitem ac predictos ipsius bajulos et homines ut a molestiis ejusdem ecclesie de cetero conquiescant, et sibi praefatos homines suos cum sublatis bonis,

1. Dans la pièce 2727, ce même « Ilugo » est qualifié de « cantor Pisanus », et non de « canonicus »; cf. *infra*, n^o 3526.

pro divina et nostra reverentia, postposita difficultate, restituant, sicut efficacius poteritis, inducatis. Quod si forsan efficere neglexerint, partibus convocatis, audiat causam, et, si de ipsarum voluntate processerit, eam fine debito decidatis; facientes etc.; proviso ne in terram dicti comitis etc.; alioquin eandem causam sufficienter instructam ad nostrum remittatis examen, prefigentes partibus terminum peremptorium in quo per procuratores idoneos nostro se conspecturi representent. Justam, auctore Domino, sententiam recepture. Non obstantibus indulgentia qua eidem comiti a nobis indultum esse dicitur, ut extra suam diocesim aut nisi coram certis iudicibus non possit per litteras apostolicas conveniri, et constitutione de dualibus dietis etc. Quod si non omnes etc. Dat. Interamne, VIII idus februarii, anno decimo. »

3166

Terni, 5 février 1237.

Al[berto], patriarchae Antiocheno, confirmat sententiam pro ipso patriarcha contra monasterium de Jabin., — quod Petrus, praedicti Alberti praedecessor, ordini Cisterciensis subjacere concesserat, — a [Thoma], tituli Sanctae Sabinae presbytero cardinali, eidem patriarchae et procuratori ejusdem monasterii ab ipso papa audire concessio, promulgatam, inserto sub sua bulla praedictae sententiae tenore. — (Reg. 18, f. 222 r^o; ann. X, c. 333; — cf. *supra*, n. 1101 et 1887.)

« *Al[berto], patriarche Antiocheno.* Decisiones causarum quibus —. Dat. Interamne, nonis februarii, anno decimo. »

[Praedicta vero sententia sic incipit et desinit:]

[3167]

Viterbe, 23 février 1236.

« Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Thomas, miseratione divina tituli Sanctae Sabinae presbiter cardinalis, salutem et in extremo examine ad Summi Iudicis dexteram residere. [Ad] » notitiam vestram presentium tenore perferimus nos » tulisse de mandato Summi Pontificis sententiam in » frascriptam:] Moyses, veteris legis —. Actum Viterbii, VII kalendas martii, pontificatus domini Gregorii pape noni anno nono. »

1. La phrase initiale imprimée ici entre crochets [] a été ajoutée après coup dans la marge.

[In qua sententia duo Petri, patriarchae Antiocheni, instrumenta reperiuntur inserta, quae sic incipiunt et desinunt:]

I. — [3168] Abbaye de Saint-Georges de « Jubino », 21 septembre 1214.

« Petrus, Dei gratia Sancte et Apostolice Sedis Antiochene patriarcha. Cum ad suscipiendum —. Actum est hoc anno Dominice Incarnationis M^oCC^oXIII, indictione III^a, concurrent[e] II, epacta VII, coram fratribus, apud abbatiam Jubin., XI kalendas octobris. »

II. — [3169] Abbaye de Saint-Georges de « Jubino », 21 septembre 1214.

« Petrus, Dei gratia Sancte et Apostolice Sedis Antiochene patriarcha, omnibus abbatibus et universis fratribus Cisterciensis ordinis, salutem et de Syon Jerusalem contemplari. Cum ad suscipiendum —. Actum est hoc apud Jubin., Dominice Incarnationis anno M^oCC^oXIII. XI kalendas octobris. »

3170 Terni, 31 janvier 1237.

Episcopo Burgensi curam Calagurritanae et Calcistensis ecclesiae, cujus episcopus nuper apud Sedem Apostolicam viam universae carnis erat ingressus, committit. — (REG. 18, f. 224 r^o; ann. X, c. 334.)

« .. *episcopo Burgensi*. Bone memorie .. Calagurritano —. Dat. Interamne, II kalendas februarii, anno decimo. »

3171 Terni, 6 février 1237.

Cistercii, Sancti Judoci (= Jodoci) in Nemore et de Cartovoro abbatibus mandat quatenus sententiam apostolicam de amotione Hugonis, in abbatem Praemonstratensem intrusi, et de restitutione Willelmi, ejusdem loci abbatem, ad regimen abbatiae Praemonstratensis, faciant observari. — (REG. 18, f. 224 r^o; ann. X, c. 335.)

« .. *Cistercii*, .. *Sancti Judoci in Nemore et de Cartovoro abbatibus, Praemonstratensis ordinis, Cabilonensis, Ambianensis et Suessionensis dioecesis*. Cum nobis constiterit Hugonem, quondam priorem Praemonstratensem, in abbatia Praemonstratensi fuisse intrusum contra sui ordinis instituta, nos, de fratrum nostrorum consilio eum

I. Ms. : VII.

GRÉGOIRE IX, t. II.

inde sententialiter amoventes, et dilectum filium Willelmum. ejusdem loci abbatem, restituentes ad illam. quicquid pro abbate gessit prefatus intrusus irritum decrevimus et inane. pena ipsi et suis complicitibus infligenda secundum statuta ordinis memorati. Postquam vero idem W. plenam restitutionem habuerit, si quis ei super eadem abbatia movere voluerit questionem, eam ad examen Sedis Apostolice providimus referendam. Ideoque mandamus quatenus sententiam nostram faciatis per censuram ecclesiasticam. appellatione remota. firmiter observari. Quod si non omnes etc. — Dat. Interamne, VIII idus februarii, anno decimo. »

3172 Terni, 4 février 1237.

Episcopo Papiensi concedit ut, — cum moniales Monasterii Veteris Papiensis, ad ipsum episcopum immediate spectantis, propter laicorum concursum, de tabernis sibi vicinis confluentium ad eandem, vitam ducerent admodum dissolutam et pericula evitare nequirent animarum, — eisdem monialibus in aliis monasteriis sui ordinis collocatis, monasterium de regularibus personis, si poterit fieri, atque, si religioni non esset aptum, de saecularibus canonicis valeat ordinare. — (REG. 18, f. 224 v^o; ann. X, c. 336.)

« .. *episcopo Papiensi*. Non credis ut —. Dat. Interamne, II nonas februarii, anno decimo. »

3173 Terni, 7 février 1237.

Willelmo, procuratori Terraconensis ecclesiae, mandat quatenus curam Terraconensis ecclesiae in manus fratris Raimundi, ipsius papae capellani et paenitentiarum, resignet. — (REG. 18, f. 224 v^o; ann. X, c. 337; — cf. *supra*, n. 3093-3095.)

« *Willelmo, procuratori Terraconensis ecclesiae*. Firma te volumus —. Dat. Interamne, VII idus februarii, anno decimo. »

3174 Terni, 7 février 1237.

Fratri Raim[undo], paenitentiarum et capellano suo, de eadem rescribens, mandat quatenus, ejusdem Willelmi resignationem recipiens, injungat capitulo ecclesiae Terraconensis ut de persona idonea sibi provideat in pastorem. — (REG. 18, f. 224 v^o; ann. X, c. 338.)

« *Fratri Raim[undo], paenitentiarum et capellano nostro*. Affectionis sinceritas qua —. Dat. ut supra. »

3175

Terni, 30 janvier 1237.

Regem Castellae monet quatenus non moveat bellum contra regem Navarrae, sed pacem servare procuret. — (REG. 18, f. 224 v°; ann. X, c. 339; — MOREAU 1191, f. 191; *ibid.*, f. 113, ex cod. Ottobon. 1625.)

« .. *illustri regi Castelle et Legionis*. Rex excelsus, filius —. Sicut enim nuper nostris auribus est relatum, quanquam inter te et karissimum in Christo filium nostrum .. illustrem regem Navarre cruce signatum, ut dicitur, rationabilis causa non subsit, ut vexilla militie regie, que jam ad conterendos hostes catholice fidei prodierunt, in defensores ejusdem fidei convertantur, ille tamen qui dissensionis est auctor, te adversus eum dicitur commovisse; per quod timetur Terre Sancte grave periculum imminere et regna Hispaniarum et Gallie gravissime conturbari; ita quod, preter animarum pericula, multorum excidia ex turbatione hujusmodi creduntur perspicuis indiciis secutura. Cum igitur indignum sit ut, dum rex militat Regi Regum, aliquid regni sui dispendium patiat, quin potius, ejus inherens obsequiis, speciali debeat prerogativa gaudere, propter quod ipsum cum omnibus bonis suis sub beati Petri et nostra protectione suscepimus speciali, ac per hoc deesse illi, quin potius Domino Jhesu Christo, salva conscientia non possimus: excellentiam tuam rogandam duximus attentius et hortandam, obsecrantes per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum ac per aspersionem sanguinis Jhesu Christi, et petentes pro munere speciali quatenus, prudenter considerans qua conscientia quave securitate comparere poterunt coram Unigenito Dei Filio, cui omnia dedit Pater in manus, qui ei, pro peccatoribus crucifixo, in hoc necessitatis articulo non solum non subveniunt per se ipsos, verum etiam alios nituntur ne subveniant, impedire, cum eodem rege vel facias veram pacem, inviolabiliter observandam, aut treguas usque ad reditum suum in eas competentes, ita quod injuriam Christi tui tangere te ostendas, et nos sinceritatis tue zelum possimus dignis in Domino laudibus commendare. Quod si forsan ab eo in aliquo reputas te offensum, prout recipientem et exhibentem decuerit, serenitati tue satisfieri congrue faciemus. Dat. Interamne, III kalendas februarii, anno decimo. »

3176

Terni, 9 février 1237.

Reginae Castellae et Legionis de eadem re scribit, eamque

1. Ms. : aliquid.

rogat et monet quatenus dictum regem ad id moneat et inducat. — (REG. 18, f. 225 r°; ann. X, post c. 339; — MOREAU 1191, f. 114 v°, ex cod. Ottobon. 1625.)

« In eundem fere modum .. *illustri regine Castelle et Legionis*, usque in finem. Quia vero preces —. Dat. Interamne, V idus februarii, anno decimo. »

3177

Terni, 30 janvier 1237.

Archiepiscopo Toletano, de eadem re scribens, mandat quatenus eundem regem ad id moneat et inducat. — (REG. 18, f. 225 r°; ann. X, post c. 339; — MOREAU 1191, f. 114 v°, ex cod. Ottobon. 1625.)

« In eundem fere modum .. *archiepiscopo Toletano* etc., usque : satisfieri congrue faciemus. Quocirca mandamus quatenus —. Dat. Interamne, III kalendas februarii, anno decimo. »

3178

Terni, 30 janvier 1237.

« In eundem modum .. *episcopo Oxoniensi, regio cancellario*. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 225 r°; ann. X, post c. 339; — MOREAU 1191, fol. 114 v°, ex cod. Ottobon. 1625.)

3179

Terni, 4 février 1237.

Archiepiscopo Lundensi et suffraganeis ejus, — qui, cum rex Daciae ad vacantes regni sui ecclesias, in quibus jus obtinebat patronatus, personas idoneas eis praesentaret, jure suo illum privare intendentes, non admittebant praesentatos ab ipso, sed, eo irrequisito et omnino contempto, praefatas ecclesias de personis aliis, pro suae arbitrio voluntatis, in ejusdem regis praesudicium ordinabant, — mandat quatenus, ab ejusdem gravamine desistentes, praesentatos ab eodem admittant. — (REG. 18, f. 225 r°; ann. X, c. 340.)

« .. *archiepiscopo Lundensi et suffraganeis ejus*. Karissimus in Christo —. Dat. Interamne, II nonas februarii, anno decimo. »

3180

Terni, 11 février 1237.

Fratri Raymundo, capellano et paenitentiaro suo, mandat quatenus cum R. Fulconis, vicecomite Cardonae, et T., ejus uxore, super eo quod in quarta consanguinitatis linea sibi ad invicem attinebant, dispenset, ita ut in ipsorum matrimonio libere perseverent, provisorius ut ipsi, sicut Sedi Apostolicae obtulerant, « quadraginta milites in exercitu contra Valen-

» tiam vel in frontaria Paganorum in expensis suis per an-
» num teneant ». — (REG. 18, f. 225 v°; ann. X, c. 341; —
POTTHAST 10298.)

« *Fratri Raymundo¹, capellano et penitentiario nostro.*
Ex dilecti filii nobilis viri R. Fulconis, vicecomitis Cardone, petitione collegimus quod, cum ipse cum nobili muliere T., uxore sua, in Ecclesie facie matrimonium sollempniter contraxisset, parentele nescius, et per multos annos cohabitans prolem susceperit ex eadem, postea per quosdam suos consanguineos ipsis innotuit quod in quarta consanguinitatis linea sibi ad invicem attinerent. Verum, cum ipsi propter hoc, ac ex eo quod postmodum sine dispensatione Sedis Apostolice in hujusmodi matrimonio persistere presumpserunt, conscientiam habeant remordentem, nobis humiliter supplicarunt ut cum ipsis super hoc per te dispensari de benignitate solita mandarem, presertim cum, predictis consanguineis sublatis de medio, nullus sit qui hujusmodi matrimonium impetat vel inter eos haberi consanguinitatis lineam recognoscat. Nos igitur, de circumspectione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus quatenus, si premissa veritate nituntur —, cum predictis R. et T. —, impedimento hujusmodi non obstante —, verbo dumtaxat, auctoritate nostra dispenses —. Dat. Interamne, III idus februarii, anno decimo. »

3181

Terni, 8 février 1237.

Eidem mandat quatenus Roberto de Castro Rossillonis, Elnensis diocesis, qui, de pravitate haereticae labe convictus et per Ecclesiam condemnatus, tunc ad ecclesiasticam redire desiderabat unitatem, cautione sufficienti ab eo recepta et sub quibusdam aliis condicionibus, beneficium absolutiois impendat, ei injuncta salutari paenitentia. — (REG. 18, f. 225 v°; ann. X, c. 342; — POTTHAST 10292.)

« *Eidem.* Lecta coram nobis — filii nostri .. illustris regis Aragonum petitio continebat quod nobilis vir Robertus de Castro Rossillonis, Elenensis diocesis, de pravitate hereticae labe convictus et per Ecclesiam condemnatus, debitam sibi penam carceris violenter effugiens, se in castro fortissimo receperat; nunc vero, divina gratia faciente, non concussus necessitate formidinis, sed allectus gloria perpetue libertatis, ad ecclesiasticam redire desiderat unitatem, paratus cum

1. *Raim.* dans la rubrique; *Raymundo* dans la manchette ou rubricelle.

militia quam juxta proprias facultates habere poterit —, contra inimicos fidei militare. nec non sub pena confiscationis omnium honorum que possidet, offerre congruam cautionem quod, annuente Domino, in fide catholica semper constans habebitur et nunquam in predictae pravitate contagium relabatur. Nos igitur —, ejusdem regis precibus inclinati, devotioni tue mandamus quatenus, si tibi per debita signa et conjecturas probabiles de dieti R. conversione constiterit evidenter, prius ab ipso heresi publice abjurata, et sufficienti cautione recepta, quod semper contagionis hereticae maculas evitabit, et, si unquam, quod avertat Dominus! convinci poterit de relapsu, quod terra et omnia ipsius bona in proprietatem et dominium regis ejusdem perpetuo transferantur, et quod in obsidione Valentie nec non in frontaria Paganorum, cum militibus quos juxta facultates suas habere poterit, diligenter et fideliter Conditori omnium per triennium militabit, sibi auctoritate nostra juxta formam Ecclesie beneficium absolutiois impendens, injungas eidem penitentiam salutarem —. Dat. Interamne, VI idus februarii, pontificatus nostri anno decimo. »

3182

Terni, 8 février 1237.

Regi Aragonum similiter scribens, eum de praecedentibus litteris, ad fratrem Raymundum, ipsius papae capellanum et penitentiarium, super absoluteione Roberti de Castro Rossillonis, directis, certiores facit. — (REG. 18, f. 226 r°; ann. X, c. 343.)

« .. *illustri regi Aragon[um].* Lecta coram nobis —. Dat. ut supra. »

3183

Terni, 5 février 1237.

Episcopum Barchinonensem et W., procuratorem ecclesiae Terraconensis, rogat et obsecrat quatenus peregrinationis vota cruce signatorum in Terraconensi provincia, praeterquam in Pampilonensi et Calagurritana diocesis, in succursum regis Aragonum, contra civitatem Valentiam processuri, commutent, diversis indulgentiis illuc proficiscentibus concessis. — (REG. 18, f. 226 r°; ann. X, c. 344; — MOREAU 1191, f. 194; *ibid.*, f. 196; — POTTHAST 10297¹.)

« .. *episcopo Barchinonensi et W., procuratori ecclesie*

1. Avec l'incipit : « Ex litteris charissimi », et à la date du 9 février, d'après RAYNALDI, *Annales ecclesias* ici, t. XLII, p. 496, ann. 1237, § 24, qui a imprimé IX febr. au lieu de nonis febr. »

Terraconensis. Missus a sede —. Ex litteris sane carissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Aragonum nuper accepimus quod gens perfida Paganorum in sui regni constituta confinio, Conditoris omnium contempnens habere notitiam, et ad hoc semper invigilans ut professores Christiane fidei possit de ipsis partibus, quod avertat Dei filius! propulsare, tantam sibi bellatorum multitudinem cumulavit, ut cum ipso rege campestre bellum facere comminetur. Verum, cum idem rex pro ipsius defensione fidei, qua nichil gratius esse dinoscitur Redemptori, signum crucis assumpserit, contra civitatem Valentie, duce Christo, potenter et magnanimitè processurus, spe sibi proposita quod, fidelium subsidio roboratus, civitatem eandem acquirat Christiano nomini, divina potentia suffragante : discretionem vestram rogamus et obsecramus in Domino, in remissionem vobis peccaminum injungentes quatenus, assumpto sancte predicationis officio propter Deum, crucesignatorum in Terraconensi provincia, præerquam in Pampilonensi et Calagurritana diocesisibus, cum quibus illuc ire volentibus duximus dispensandum, vota peregrinationis in succursum regis ejusdem ac predictorum fidelium commutetis, et tam eos quam alios fideles in Terraconensi provincia constitutos, ad plenitudinem caritatis qua Christus nos dilexit et diligit, respectum habere, et ei retribuere aliquid pro omnibus que tribuit ipse illis, monitis et exhortationibus vestris, secundum datam vobis a Deo prudentiam, informatis, diligenter et sollicitè postulantibus ut — se viriliter et potenter accingant ad ampliandam gloriam crucifixi. Cum autem multa necessitas exigit ut illuc festinum et grande subsidium transmittatur, dignumque sit ut in tanto negotio laborantes debita pro labore stipendia consequantur, ac libenter procedant de retributione securi, nos, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, tam eis quam aliis ejusdem provincie qui laborem istum in propriis personis subierint vel expensis, et eis qui in alienis expensis illuc accesserint, ibidem usque ad captionem Valentie servituri, vel illis qui ad subventionem predictorum fidelium de propriis facultatibus ministrabunt, juxta quantitatem subsidii et devotionis affectum, peccatorum suorum veniam, sicut euntibus Jerosolimam, indulgemus. Dat. Interamne, nonis februarii, anno decimo. »

3-184

Terni, 5 février 1237.

Narbonensi, Arelatensi et Aquensi archiepiscopis eorumque suffraganeis similiter scribit pro crucesignatis ipsorum dio-

cesium, civitate Massiliæ excepta. — (REG. 18. f. 226 v°; ann. X. c. 345; — MOREAU 1191, f. 200.)

« .. Narbonensi, .. Arelatensi et .. Aquensi archiepiscopis eorumque suffraganeis. Missus a sede —. Dat. ut supra. »

3-185

Terni, 5 février 1237.

Eisdem, ut studio fidelium in Hispania partibus fides catholica continuum suscipiat incrementum, concedit ut, omnibus ipsorum diocesium, excepto populo Massiliensi, qui ad sollemnem ipsorum prædicationem accesserint, triginta et unam¹ dies de injuncta sibi paenitentia relaxantes, illis ex eisdem diocesisibus qui pro incendiis vel injectione manuum violenta in clericos vel alias religiosas personas, seu quod Sarracenis arma et alias res prohibitas detulerint, excommunicationis innodati fuerint vineulo, contra Paganos pro defensione fidei accedentibus, et in tam felici opere usque ad captionem Valentie moraturis, juxta formam Ecclesie absolutionem impendant, proviso ut passis damna et injuriam satisfaciant competenter; illis exceptis, quorum excessus adeo sint difficiles et enormes, quod merito sint ad Sedem Apostolicam transmittendi. — (REG. 18. f. 226 v°; ann. X. c. 346; — MOREAU 1191, f. 200 v°.)

« *Eisdem*. Ut facile provenire —. Dat. ut supra. »

3-186

[Terni, 5 février 1237.]

Episcopo Barchinonensi similiter scribit pro omnibus de Terraconensi provincia, exceptis Pampilonensi et Calagurritana diocesisibus, qui ad sollemnem ipsius prædicationem accesserint. — (REG. 18. f. 226 v°; ann. X. c. 347.)

« .. episcopo Barchinonensi. Ut facile provenire —. »

3-187Terni, 28 janvier ou 9 février 1237².

Procuratori Terraconensi, similiter scribens, concedit ut illis de Terraconensi provincia, qui pro incendiis vel injectione manuum violenta in clericos vel alias religiosas personas, seu quod Sarracenis arma et alias res prohibitas detulerint, sint excommunicati, ad populandum vel defendendum

1. Ms. : XXXI et unam.

2. 28 janvier, si le mot omis est *kalendas* : 9 février, si le mot omis est *idus*; peut-être aussi n'y a-t-il pas de lacune; cette pièce serait bien alors, comme les quatre précédentes et comme la suivante, qui se rapportent à la même affaire, du 5 février; mais une date ainsi libellée est tout à fait en dehors des usages de la chancellerie pontificale à cette époque, et l'inadvertance du rédacteur de l'acte serait ici bien singulière.

insulam Evizae personaliter accedentibus, vel illuc in suis expensis idoneos mittentibus bellatores, ibidem ad tempus congruum moraturos, juxta formam Ecclesiae absolutio- nis beneficium impendat, proviso ut passis damna et injuriam satisfaciant competenter; illis exceptis, quorum excessus adeo sint difficiles et enormes, quod merito sint ad Sedem Apostolicam transmittendi. — (REG. 18, f. 226 v°; ann. X, c. 318.)

« .. *procuratori Terraconensi*. Ut facile provenire —. Dat. Interamne, V [...] februarii, anno decimo. »

3388

Terni, 5 février 1237.

Episcopo Barchinonensi et procuratori ecclesiae Terraconensis, ut Christianorum exercitus contra Paganos Valentiae processurus ab illorum insultibus sit plenus immunis, mandat quatenus fideles in ipso exercitu constitutos moneant ad aedificia, fossata et munitiones alias faciendas, per quas ejusdem exercitus robor augeatur, omnibus qui laborem istum in propriis subierint personis vel expensis, triginta et una diebus de injuncta sibi poenitentia relaxatis. — (REG. 18, f. 226 v°; ann. X, c. 349.)

« .. *episcopo Barchinonensi et .. procuratori ecclesiae Terraconensis*. Ut Christianorum exercitus —. Dat. Interamne, nonis februarii, anno decimo. »

3389

Terni, 3 février 1237.

Episcopo Barchinonensi mandat quatenus illos de Terraconensi provincia, exceptis Pampilonensi et Calagurritana dioecesisibus, qui contra Paganos Valentiae procedere cupiant, non permittat ab aliquo impediri quominus votum suum libere possint exsequi. — (REG. 18, f. 226 v°; ann. X, c. 350.)

« .. *episcopo Barchinonensi*. Si presumentibus terrenorum —. Dat. Interamne, III nonas februarii, anno decimo. »

3390

[Terni, 3 février 1237.]

Narbonensi, Arelatensi et Aquisi archiepiscopis eorumque suffraganeis similiter scribit pro illis de dioecesisibus ipsorum praedicationi commissis, qui contra haereticos procedere cupiant. — (REG. 18, f. 227 r°; ann. X, c. 351; — MOREAU 1191, f. 190.)

« .. *Narbonensi, .. Arelatensi et .. Aquisi archiepiscopis eorumque suffraganeis*. Si presumentibus terrenorum principum turbare negotia etc., usque : mandantes

quatenus illos qui de *diocesisibus* vestre praedicationi commissis retributionis obtentu perpetue etc., usque in finem. »

3391

Terni, 5 février 1237.

Procuratori ecclesiae Terraconensis, — audito quod quidam perfdi professores nominis Christiani, per Terraconensem provinciam et insulam Evizae transeuntes, Paganis contra fideles victualia et arma, nec non ferrum ac lignamina galearum deferebant, excommunicationis contemnendo sententiam in tales a Romano Pontifice ter per singulos annos solemniter promulgatam, — mandat quatenus bona quae illi per mare aut per terram Paganis eidem deferrent, capi faciat, in custodiam et defensionem insulae praedictae fideliter convertenda. — (REG. 18, f. 227 r°; ann. X, c. 352.)

« .. *procuratori ecclesiae Terraconensis*. Qui nec spe —. Dat. Interamne, nonis februarii, anno decimo. »

3392

Terni, 4 février 1237.

Suffraganeis et procuratori ecclesiae Terraconensis mandat quatenus illos qui, haeretica pravitate dimissa, — ponte, ante inquisitionem aliquam de ipsis factam, ad ecclesiasticam redierant vel redierint unitatem, ab excommunicationis sententia in Patarenos seu quoslibet alios infestos ejusdem macula pravitatis, ter per singulos annos a Romano Pontifice promulgata, absolvant. — (REG. 18, f. 227 r°; ann. X, c. 353.)

« *Suffraganeis et .. procuratori ecclesiae Terraconensis*. Cum quibusque vere —. Dat. Interamne, II nonas februarii, anno decimo. »

3393

Terni, 5 février 1237.

Episcopo Barchinonensi et procuratori ecclesiae Terraconensis concedit ut, si aliqui eorum qui fuerint in Christiano exercitu contra Valentiam constituti, ex aliquo sententiam excommunicationis incurrerint, ipsos, si illud postulaverint, absolvant, proviso ut passis damna et injuriam satisfaciant competenter; illis dumtaxat exceptis, quorum excessus adeo sint difficiles et enormes, quod merito sint ad Sedem Apostolicam transmittendi. — (REG. 18, f. 227 r°; ann. X, c. 354.)

« .. *episcopo Barchinonensi et .. procuratori ecclesiae Terraconensis*. Ne aliquibus impediri —. Dat. Interamne, nonis februarii, anno decimo. »

3-191

Terni, 5 février 1237.

Fratri Raymundo, ordinis Praedicatorum, capellano et penitentiario suo, — cum rex Aragonum, infirmitate gravi detentus, et ab excommunicationis sententia quam incurerat, pro eo quod episcopi, tunc electi, Caesaraugustani, ad Terraconensem ecclesiam pro consecratione obtinenda procedentis, per civitatem Oscensem transitum impederat, juxta formam Ecclesiae absolutus, supplicaret ut super hoc id ab ipso per Sedem Apostolicam mandaretur, per quod conscientiae quietem haberet, — mandat quatenus circa eundem regem, qui dicebatur super impedimento praemisso se praedicto conciliasse electo, et eum personaliter conduxisse ad ecclesiam memoratam, super illa injuria procedat juxta formam ei sub bulla sua transmissam. — (REG. 18, f. 227 v°; ann. X, c. 355; — MOREAU 1191, f. 198; — POTTHAST 10293 t.)

« Fratri Raimundo, ordinis fratrum Predicatorum, capellano et penitentiario nostro. Karissimi in Christo —. Dat. ut supra. »

3-195

Condicionis quibus absolutio regi Aragonum super facto episcopi Caesaraugustani indulgenda sit. — (REG. 18, f. 227 v°; ann. X, c. 356; — MOREAU 1191, f. 199; — POTTHAST 10294 2.)

« Forma super absolute prestanda. Si rex Aragonum recognoscat quod, quando super impedito per eum processu venerabilis fratris nostri .. episcopi, tunc electi, Caesaraugustani, beneficium absolutionis obtinuit, juraverit stare mandatis Ecclesie, injungas sibi, sub debito prestiti juramenti, quod nunquam de cetero prelatum aliquem per violentiam detineri, vel in seculares clericos vel alias religiosas personas manus violentas iniici, sive aliquem ex eis capi scienter faciat vel detineri captivum. Preterea injungas eidem, sub ipsius debito juramenti, quod a prefato episcopo, in ostio Majoris Ecclesie civitatis Oscensis, in qua ipse ne ad obtinendam consecrationem suam procederet, impeditus extitit ab eodem, presentibus clero et populo, sibi hujusmodi remitti injuriam humili supplicatione deponat. Postquam vero rex id perfeecerit quod mandatur, auctoritate nostra tibi beneficium absolutionis largiaris, eundem, secundum datam tibi a Deo pru-

1. Avec l'incipit : « Reverendissimi in Christo », et la date VI idus februarii (= 8 février), d'après RIPPOLL, *Bullarium ordinis FF. Praedicatorum*, t. I, p. 83, n° 143.

2. Avec la date VI idus februarii (= 8 février), d'après RIPPOLL, *Ibid.*, n° 141; cette pièce, qui est moins une lettre proprement dite qu'une cédule, ne porte pas de date dans le Register.

dentiam, efficaciter moniturus ut, sicut laudabiliter, inspirante Deo, concepisce dinoscitur, sic fidei negotium contra Paganos magnanimiter prosequatur, illam ex hoc peccatorum veniam habiturus, que Jerosolimam euntibus indulgetur. »

3-196

Terni, 9 février 1237.

Universis abbatissis et sororibus ordinis sancti Damiani significat se interdicere ne quis unquam, frater aut soror, praeter infirmos, debiles et puellas quae regularem non possint servare rigorem, infra septa monasteriorum ipsarum de cetero carnes edat. — (REG. 18, f. 227 v°; ann. X, c. 357; — POTTHAST 10296; — cf. *supra*, n° 3009.)

« Universis abbatissis et sororibus ordinis sancti Damiani. Licet velut ignis —. Dat. Interamne, V idus februarii, anno decimo. »

3-197

Terni, 11 février 1237.

Archiepiscopo Thebano, episcopo Nigripontensi et archidiacono Thebano committit examinandam causam Cortatii, quondam Chironensis cantoris, nunc Chironensis electi, contra archidiaconum Cretensem, qui, ipso Cortatio absente, episcopatum Chironensem per violentiam occupaverat; causam ipsam sufficienter instructam ad Sedem Apostolicam remittant, praefigentes partibus terminum competentem, quo apostolico conspectui se representent; diversis mandatis super eodem negotio adjectis. — (REG. 18, f. 227 v°; ann. X, c. 358.)

« .. archiepiscopo Thebano, et .. episcopo Nigripontensi et .. archidiacono Thebano. Constitutus in presentia nostra dilectus filius Cortatius, Chironensis electus, lacrimabili nobis conquestione monstravit quod, cum, Chironensi ecclesia destituta pastore, et ordinatione ipsius ad venerabilem fratrem nostrum .. Cretensem archiepiscopum, loci metropolitanum, juxta generalis statuta concilii devoluta, idem archiepiscopus, ejusdem ecclesie statu pensato, de persona sibi conformi volens ipsi ecclesie providere, cum eadem ecclesia grecum capitulum et parrochianos grecos habeat et latinos, ipsum, tunc ejusdem ecclesie cantorem, latinis litteris eruditum et grecis, ac Apostolice Sedi devotum, ipsi ecclesie providerit in pastorem : eo postmodum a quibusdam piratis arte custoditae mancipato, dum ad nostram presentiam laboraret, .. archidiaconus Cretensis, nulla de premissis habita mentione, ac tacito quod idem archiepiscopus cassaverat electionem a quibusdam intrusis,

post appellationem ad nos interpositam, de ipso, tunc excommunicato, presumptam, falsoque suggesto quod archidiaconus ipse a capitulo ecclesie prefate canonice fuisset electus, et quod dictus archiepiscopus electionem suam confirmare indebitè denegabat, nomine capituli ecclesie supradicte ad eundem archiepiscopum nostras impetravit litteras, continentes ut confirmaret electionem ipsius, si eam inveniret de persona idonea canonice celebratam, venerabili fratri nostro .. Gerap[er]t[re]nsi episcopo per alias litteras a nobis injuncto ut, si dictus archiepiscopus mandatum nostrum negligenter adimplere, ipse id exequi procuraret; a quo idem archidiaconus, quanquam litteras nostras eidem archiepiscopo minime presentarit, dicens electionem de se factam, auctoritate apostolica confirmatam, episcopatum Chyronensem per violentiam occupavit, et quosdam in canonicos, aliquos vero in personatus intrusit ecclesie memorate. Et licet dictus archiepiscopus irritum decreverit et inane quod de ipsis intrusis fuerat sic presumptum, condemnans eos ad restitutionem fructuum perceptorum, et excommunicans, si se administrationi ejusdem ecclesie immiscerent, nichilominus tamen illi episcopatum detinent supradictum, in bonis ejus prodigaliter debachando. Cumque idem electus super hiis et quibusdam aliis articulis ad .. cancellarium et magistros Odonem et Fredericum, canonicos Constantinopolitanos, in forma communi nostras litteras impetrarit, eodem cancellario committente suis conjudicibus vel eorum alteri vices suas, unus eorum, reliquo defuncto, in negotio non processit, sed ad nostrum illud remisit examen penitus indiscussum. Quare nobis idem electus humiliter supplicavit ut, tam super hoc quam etiam super eo quod intrusi prefati manus injecerunt in ipsum, Dei timore postposito, temere violentas, propter quod idem archiepiscopus eosdem excommunicatos publice nuntiavit, sibi et Chyronensi ecclesie providere paterna sollicitudine curarem. Ideoque mandamus quatenus, si de injectione manuum vobis constiterit violenta, dictos sacrilegos etc., usque : absolvendi. Super aliis vero, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hiuc inde propositis, causam ad nos remittatis sufficienter instructam, prefigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo nostro se conspectui representent, justam, auctore Domino, sententiam recepture. Quod si forsan aliquod impedimentum occurrerit, quominus ad instructionem ejusdem cause procedere valeatis, nichilominus prefigatis partibus terminum peremptorium competentem, quo ad procedendum in causa ipsa, personaliter vel per procuratores sufficientes et idoneos,

compareant coram nobis, facture et recepture quod dictaverit ordo juris; et ne, processu temporis, jamdicto electo probationum copia fortuitis casibus subtrahatur, testes senes et valetudinarios, de quorum morte vel absentia diuturna timetur, super articulis quos vobis sub bulla nostra mittimus interclusos, recipere ac diligenter examinare curetis, denunciatio prius alteri parti ut receptioni testium, si velit, intersit, et super denuntiatione sic facta confici faciatis publicum instrumentum. Ad hoc, ipsi electo expensas ad prosecutionem negotii necessarias de bonis ejusdem ecclesie ministrari, pendente negotio, facientes, provideatis quod idem episcopatus sub dubio litis eventu dilapidationis dispendium non incurrat; contradictores etc. Testes autem — Dat. Interamni, III idus februarii, anno decimo. »

3-198

Terni, 9 février 1237.

Ludovico, regi Francorum, petenti committit ut terminum passagii comitis Tholosani usque ad festum beati Johannis Baptistae sequens post proximum proroget; noverit tamen ipsum papam inquisitores in terris ejusdem comitis non providisse a suo officio amovendos, sed hoc negotium archiepiscopo Viennensi, Apostolice Sedis legato, commisisse. — (REG. 18, f. 228 r°; ann. X, c. 359; — MOREAU 1191, f. 207; — POTTHAST 10295, falso initio; — cf. supra, n° 3126.)

« *L., regi Francorum illustri.* Ex multe sinceritatis —. Sane sublimitatis tue litteris super prorogatione passagii nobilis viri .. comitis Tholosani, et amovendis fratribus Guillelmo Arnaudi et Bernardo, de ordine fratrum Predicatorum, ab inquisitione hereticæ pravitatis, consueta benignitate receptis, et intellectis etiam diligenter que insuper dilectus filius magister Willelmus, canonicus Bajocensis, nuntius tuus, adjecit, consideravimus que et quanta pericula, prout etiam non ignorat celsitudo regia, negotio pacis et fidei ex indulta sibi dilatione hactenus sunt secuta. Nam venerabilis frater noster .. episcopus et clerus Tolosani, fratres quoque Predicatores etiam de civitate Tolose per eundem comitem sunt expulsi, et commissa alia multa mala, que longum esset per singula recensere; ita quod in partibus Tholosanis terra velut deserta luget et languet, spinis eam replentibus et urticis, variis videlicet erroribus ipsam involventibus pene totam; propter quod totum negotium quasi passum est recidivum, et vehementer timetur ne fiant ejus novissima prioribus graviora. Idem quoque comes, tanquam peccator qui,

1. Cf. Lcc. XI, 26.

cum venerit in profundum malorum, contempnit. nullam videtur recipere, cum percussus non doleat, medicinam. Verum tamen, ne tue videamur petitioni deesse, quin potius tuis desiderijs, quantum cum Deo possumus, concurrere cupientes, regie circumspectioni committimus ut, recepta ab eo sufficienti et idonea cautione, quod in proximo passagio, videlicet in festo beati Johannis Baptiste sequenti post proximum, omni occasione et excusatione cessantibus, transfretabit. terminum ei usque ad idem passagium, cum consilio karissime in Christo filie nostre B[lanche], regine Francorum illustris, matris tue, ac prelatorum quibus super hoc dirigimus scripta nostra, studeas prorogare. Quod si cautionem eandem prestare nonerit, consideratis circumstantiis universis que in hoc fuerint attendende, disponas super hoc prout utilitati negotii et necessitati Terre, secundum datam tibi a Deo prudentiam, videris expedire, proviso quod ultra dictum terminum indute nullatenus sibi prorogentur. Ceterum, cum nuper, ad instantiam nuntiorum tuorum, illos qui ad inquisitionem hujusmodi fuerunt deputati, quos idem comes suspectos se habere dicebat, ab inquisitione ipsa fecerimus amoveri, quia negotio fidei sic posset semper illudi, presertim cum contra predictos fratres comes ipse suspicionis causam rationabilem non ostendat, ipsos ad presens ab inquisitione non proximius amovendos, sed hoc totum discretioni venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Viennensis, Apostolicæ Sedis legati, committimus, ut, si dictus comes causam rationabilem suspicionis ostenderit contra eos, ipsis amotis, personas suspicionem carentes hujusmodi negotio studeat deputare. Dat. Interamne, V idus februarii, anno decimo. »

3199

Terni, 9 février 1237.

« In eundem fere modum .. regine Francorum illustris etc., ut supra, usque : studeat deputare. Ideoque serenitatem regiam rogandam duximus et monendam quatenus eundem regem attentius moneas et inducas ut super hoc taliter studeat providere, quod Deo potius, cujus est negotium, quam homini delectatur. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 228 v°; — MOREAU 1191, f. 208 v°.)

3500

Terni, 9 février 1237.

« In eundem fere modum .. archiepiscopo Senonensi, et .. Silvanectensi et .. Meldensi episcopis, usque : deputare. Ideoque mandamus quatenus eodem regem et reginam moneatis at-

tentius etc., ut supra. Dat. ut supra » — (REG. 18, f. 228 v°; — MOREAU 1191, f. 208 v°.)

3501

Terni, 9 février 1237.

Archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato, de eadem re scribit, eique mandat quatenus, si per eundem regem Francorum contigerit dictum terminum prorogari, interim ipse executioni mandati apostolici, videlicet de compellendo eundem comitem ad transfretandum in proximo martio¹, supersedeat, et sententiam, si quam forsitan propter hoc in ipsum comitem protulerat, juxta formam Ecclesiæ relaxet; quod si præfatus comes causam rationabilem suspicionis contra fratres inquisitores ostenderit, ipsis amotis, suspicione carentes personas negotio fidei deputet. — (REG. 18, f. 228 v°; ann. X, c. 360; — MOREAU 1191, f. 205.)

« .. archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato. Cum karissimus in —. Dat. Interamne, V idus februarii, anno decimo. »

3502

Terni, 10 février 1237.

Universis archiepiscopis et episcopis per regnum Francie constitutis conqueritur de turpibus actibus cruce signatorum in eodem regno, privilegio cruce signati indulto abutentium; mandat eis quatenus provideant ut illorum crimina non remaneant impunita. — (REG. 18, f. 229 r°; ann. X, c. 361; — cf. supra, n. 3308-3312.)

« Universis archiepiscopis et episcopis per regnum Francie constitutis. Quantum nos urgeat negotium Terre Sancte, Is novit plenius, qui finxit corda hominum singillatim, cum ad liberationem ipsius Terre totis affectibus totisque desideriis aspiremus. Unde non absque cordis amaritudine, karissimo in Christo filio nostro .. illustri rege Francie per litteras suas et nuntium nobis exponente, audivimus quod nonnulli cruce signati in regno Francie existentes, qui, quasi sanctificati, Domini timorem et amorem divinum deberent habere semper ante oculos sue mentis, ut nichil committerent per quod divinam offenderent majestatem, assumptum vivifice crucis signum, astutia diabolica fascinati, velut in angariam bajulantes, virtutibus libello dato repudii, sic contraxere cum vitiis, ex indulto cruce signati privilegio de impunitate confisi, quod utilitati negotii per hoc, non absque multorum scandalo, plurimum derogatur —. Universitati vestre mandamus quatenus sin-

1. Cf. supra, n° 3188, col. 4-8.

guli vestrum in suis diocesibus studeatis super hoc taliter providere, ut crimina non remaneant impunita, et cruce signati concessio sibi privilegio non priventur, nisi tanta sit cruce signatorum nequitia, quod hujusmodi eis non debeat privilegium suffragari. Dat. Interamne. III idus februarii. anno decimo. »

3503

Terni, 10 février 1237.

Regi Francorum supplicanti annuens, significat se tempus quo durare debeat suspensio interdicti in Remensi provincia usque ad proximum festum Omnium Sanctorum prorogare; noverit autem idem rex super relaxatione, ab ipso petita, interdicti in Belvacensi diocesi positi, quod ipse papa audiverat jam relaxatum fuisse, papam non posse dare responsum. — (REG. 18, f. 229 r°; ann. X, c. 362; — cf. *supra*, n. 3321-3327.)

« .. *illustri regi Francie*. Consuete benignitatis affectu recepimus litteras quas nobis sublimitas regia destinavit, et tam ea que continebantur in ipsis, quam etiam que dilectus filius magister Willelmus, canonicus Bajocensis, nuntius tuus, coram nobis fideliter et prudenter proposuit, intelleximus diligenter. — Ex parte siquidem tua fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum in ordinatione ecclesie Belvacensis longa intercessura dilatio, propter questionum circuitus, timeatur, ac per hoc non sit cum quo, medio tempore, possit inter te et eandem ecclesiam de compositione tractari, prorogare tempus quo durare debet in Remensi provincia suspensio interdicti, ac relaxare interim interdictum in Belvacensi diocesi positum curaremus. Nos igitur, tuis devotis supplicationibus, quantum cum Deo possumus, annuentes, premissum tempus usque ad proximum festum Omnium Sanctorum duximus prorogandum. Ceterum, quia nuper audivimus interdictum in Belvacensi diocesi relaxatum, plene super hoc celsitudini regie nequivimus respondere. Dat. ut supra. »

3504

Terni, 13 février 1237.

Silvanectensi et Meldensi episcopis, de eadem re scribens, mandat quatenus prerogationem hujusmodi in locis in quibus expedire viderint, publicent. — (REG. 18, f. 229 v°; ann. X, c. 363.)

« .. *Silvanectensi et .. Meldensi episcopis*. Ex parte karissimi —. Dat. Interamne. idibus februarii. anno decimo. »

GREGOIRE IX, L II

3505

Terni, 11 février 1237.

Johanni, decano ecclesie Beati Martini Turonensis, clerico regis Francorum, indulget, eodem rege supplicante, ut in eadem ecclesia per annum, dummodo interim predicti regis insisteret obsequiis, ad residentiam non teneatur, ita tamen quod in ea per idoneum vicarium faciat in decanatu officio deserviri. — (REG. 18, f. 229 v°; ann. X, c. 364.)

« *Magistro Johanni, decano ecclesie Beati Martini Turonensis, clerico karissimi in Christo filii nostri .. regis Francorum illustris*. Precibus karissimi in —. Dat. Interamne, III idus februarii. anno decimo. »

3506

Terni, 11 février 1237.

Cantori Beate Mariæ Stampensis mandat quatenus Willelmum, canonicum ecclesie Monasterii Villaris, Rothomagensis diocesis, clericum regis Francorum, super concessione ei ab ipso papa facta, videlicet ut in ecclesia de Reulle, annexa praebendae quam in eadem ecclesia Monasterii Villaris obtinebat, ei liceret per vicarium deservire, sive in eadem ecclesia, sive in ecclesia Bajocensi idem Willelmus resideret, sive regis predicti obsequiis vel scholasticis discipulis insisteret, non permittat molestari. — (REG. 18, f. 229 v°; ann. X, c. 365.)

« .. *Cantori Beate Marie Stampensis*. Volentes dilecto filio —. Dat. Interamne, XVI kalendas martii. anno decimo. »

3507

Terni, 14 février 1237.

Willelmo, canonico Bajocensi, clerico regis Francorum, indulget ut una cum praebenda quam obtinebat in ecclesia Bajocensi, aliam, quam in ecclesia Monasterii Villaris, Rothomagensis diocesis, adeptus erat, non obstante quod cuilibet earum parochialis ecclesia erat annexa, et quod in ecclesia et hominibus ejusdem praebendae Bajocensis cognoscendi de spiritualibus, et instituendi ac destituendi presbyterum in eadem, potestas ad ipsum canonicum spectabat, valeat retinere. — (REG. 18, f. 229 v°; ann. X, c. 366.)

« *Willelmo, canonico Bajocensi, clerico karissimi in Christo filii nostri .. regis Francorum illustris*. Ad faciendam tibi —. Dat. ut supra. »

3508

Terni, 14 février 1237.

Willelmo, canonico Monasterii Villaris, Rothomagensis Fra-

1. Ms. : eodem

corum, indulget ut in ecclesia de Reulle, annexa prae bendae quam obtinebat in eadem ecclesia Monasterii Villaris, ei liceat per vicarium deservire etc., sicut in epistola supra sub numero 3506 notata continetur. — (REG. 18, f. 229 v^o; ann. X, c. 367.)

« *Willelmo, canonico Monasterii Villaris, cleri o karissimi in Christo filii nostri .. regis Francorum illustris. Volentes tibi gratiam —. Dat. ut supra.* »

3509

Terni, 12 février 1237.

Archiepiscopus, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatiis per Angliam, Walliam et Yberniam constitutis O[ttone]m, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinale, ad illorum partes, commissio ei plenae legationis officio, de latere suo destinatum, commendat. — (REG. 18, f. 230 r^o; ann. X, c. 368; — MOREAU 1191, f. 209; — POTTHAST 10299.)

« *Archiepiscopus et episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatiis per Angliam, Walliam et Yberniam constitutis. Summi regis magisterio —. Ecce igitur magnum et honorabile membrum Ecclesie, amicum Dei, dilectum filium nostrum O[ttone]m, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinale, virum morum honestate conspicuum, predium scientia litterarum et prudentia circumspertum, quem inter ceteros fratres nostros admodum carum habemus pro suorum excellentia meritorum, in Angliam, Walliam et Yberniam, commissio sibi plene legationis officio, de latere nostro providimus destinandum, ut — vice nostra, ut diligens cultor, evellat et destruat, dissipet et disperdat, edificent et plantet, prout queque ipsi Dominus ministrabit. De quo utique, cum ei adsit puritas conscientie et presto sit iudicium rationis, malitiam odiat et innocentiam tueatur. speramus firmiter quod, recta regens et dirigens indirecta, aspera convertet in plana —. Universitatem vestram monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus, ipsum Apostolice Sedis legatum tanquam personam nostram, vel potius nos in eo, recipientes cum debita reverentia et honore, illius monitis et mandatis plenarie ac humiliter intendere procuratis, ita quod idem ad gloriam Dei et animarum profectum injunctum sibi ministerium exequi valeat inoffense, nosque devotionem vestram possimus exinde commendare. Alioquin sententiam quam tulit in rebelles, ratam habebimus, et faciemus, auctore Deo, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Interamne, II idus februarii, anno decimo.* »

3510

Terni, 13 février 1237.

Regi Angliae, similiter scribens, O[ttone]m, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinale, apostolicum legatum in partes Angliae, ad ipsius regis preces, missum, commendat. — (REG. 18, f. 230 r^o; ann. X, c. 369; — MOREAU 1191, f. 213; — cf. supra, n^o 3298.)

« *illustri regi Anglie. Specialis dilectionis vinculum quo artius tibi constringimur, indesinenter nos amonet et hortatur ut nos, qui sinceris affectibus aspiramus continuo ad tuum honorem, commodum et augmentum, dum sublimitatem regiam exaltationem Sedis Apostolice reputamus, efficaciter prosequamur filii desideria, sitque nobis votivum, quod gratum tibi credimus et acceptum. Ecce igitur, petitioni tue benivolo concurrentes assensu, magnum et honorabile membrum Ecclesie, dilectum filium nostrum O[ttone]m etc.. providimus destinandum; in cujus persona factam tibi non modicam gratiam recognoscas, quia, cum presentia ejus apud Sedem Apostolicam esset hoc tempore necessaria, non solum Romane, sed etiam Ecclesie generali, tuas duximus in hac parte ceteris opportunitatibus preferendas. Quare regalem excellentiam monemus propensius et hortamur quatenus, ipsum Apostolice Sedis legatum, et nos ipsos in eo, honorifice recipiens et honeste pertractans, monitis, exhortationibus et consiliis ejus salubribus intendas humiliter et libenter, ita quod in effectu appareat catholici regis devotio, et reverentie fidei affectus, ab eo ad matrem suam Romanam Ecclesiam exuberans, in opere comprobetur, nosque id debeamus merito acceptare. Dat. Interamne, idibus februarii, anno decimo.* »

3511

Terni, 13 février 1237.

Eidem, eadem fere scribens quae supra, in epistola quae sub numero 1868 notatur, significat se O[ttone]m, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, apostolico legato, injunxisse ut ipsi regi injungeret ut, primum juramentum quod, tempore coronationis suae, de libertatibus regalibus conservandis praestiterat, non obstante secundo juramento de alienatione quorundam jurum, observans, quae sic alienata fuerant, revocare procuraret. — (REG. 18, f. 230 v^o; ann. X, c. 370; — cf. supra, n. 1026, 1027, 1868 et 1869.)

« *Eidem. Ad aures nostras noveris pervenisse quod, cum in coronatione tua juraveris, ut moris est, jura, libertates et dignitates conservare regales, postmodum, quorundam minus discreto ductus consilio, quamplura quae ad jus et statum corone spectabant, contra honorem*

regium, in prejudicium regni et per consequens Romane Ecclesie, ad quam noscitur specialiter pertinere, improvide alienans, te non contra venturum juramento firmasti, confecto super alienatione hujusmodi publico instrumento. Cum autem ad officium nostrum pertineat solvere obligationes noxias et fasciculos deprimentes¹, nos, super hoc paterna cupientes sollicitudine providere, dilecto filio nostro O(ttoni), Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, per litteras nostras injungimus ut serenitati tue, auctoritate nostra fretus, injungat ut, primum, non obstante secundo, juramentum observans, que, in derogationem prioris, a te sic alienata noscuntur, revocare procuret, quia, cum ad hoc teneris et in coronatione te predicta juraveris servaturum, illicitum fuisse constat juramentum quod de non revocandis eisdem alienationibus postea prestitisti, et propterea non servandum. Dat. ut supra. »

3512[Terni, 13 février 1237².]

O(ttoni), Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, de eadem re scribens, concedit ut quae a rege Anglorum per secundum juramentum, in derogationem prioris juramenti, alienata fuerant, valeat revocare. — (REG. 18, f. 230 v^o; ann. X, c. 371.)

« O(ttoni), Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato. Ad aures nostras —. »

3513[Terni, 13 février 1237³.]

Eidem, de eadem re scribens, mandat quatenus eidem regi injungat ut, primum, non obstante secundo, juramentum observans, quae, in derogationem prioris, ab ipso rege alienata fuerant, revocare procuret. — (REG. 18, f. 230 v^o; ann. X, c. 372.)

« Eidem. Ad aures nostras —. »

1. Cf. Is. LVIII, 6. — On lit dans la pièce 1808, dont le texte est à peu de chose près identique : « obligationes, noxias »; « obligatiōnes noxias », leçon adoptée ici, semble préférable.

2. La date n'est pas indiquée expressément; on lit à la fin de la pièce : « et in coronatione se predicta juraverit etc., usque in finem », ce qui implique le *Dat. ut supra*.

3. Même observation, au sujet de la date, que pour la pièce précédente.

3514

Terni, 14 février 1237.

Electo Lugdunensi, — quem Guido de Turre, Lugdunensis, et Willelmus de Palude, Viennensis archidiaconi, quibus capitulum Lugdunense super provisione ecclesie Lugdunensis, tunc vacantis, contulerat potestatem, pro pastore ejusdem ecclesie proposuerant, et ejus electionem idem capitulum per Guidonem et Artaldum, procuratores suos, ad Sedem Apostolicam destinatos, postulaverat confirmari, — ejusdem ecclesie administrationem committit, et mandat quatenus ad eam accedere non postponat. — (REG. 18, f. 230 v^o; ann. X, c. 373; — MOREAU 1191, f. 214; — cf. *supra*, n. 2012, 2720 et 2915.)

« .. electo Lugdunensi. Virtuosum habenti filium —. Dat. Interamne, XVI kalendas martii, pontificatus nostri anno decimo. »

3515

Terni, 14 février 1237.

Capitulo Lugdunensi mandat quatenus Parisiensi archidiacono, tunc electo Lugdunensi, obedientiam praebeat. — (REG. 18, f. 231 r^o; ann. X, c. 374; — MOREAU 1191, f. 215 v^o.)

« Capitulo Lugdunensi. Virtuosum habenti filium —. Dat. ut supra. »

3516. — In eundem modum clero civitatis et diocesis Lugdunensis.

3517

Terni, 14 février 1237.

Universis suffraganeis ecclesie Lugdunensis significat se electionem de archidiacono Parisiensi in archiepiscopum Lugdunensem sibi praesentatam, diligenter examinatum, canonice celebratam invenisse et confirmasse; eos rogat et hortatur quatenus praefatum electum ad ecclesiam Lugdunensem admittentes hilariter, ei debitam obedientiam et reverentiam impendant et procurant obsequi. — (REG. 18, f. 231 r^o; ann. X, c. 375; — MOREAU 1191, f. 216 v^o.)

« Universis suffraganeis ecclesie Lugdunensis. Virtuosum habenti filium —. Dat. ut supra. »

3518

Terni, 14 février 1237.

Populo civitatis ac diocesis Lugdunensis significat se archidiaconum Parisiensem, Lugdunensem electum, virtuosum, utique gratissimum, de quo certis sit apertum indicis, quod per ejus ministerium grex ejus industrie fructu sit ad status salu-

taris gratiam dirigitur, Lugdunensi ecclesiae in pastorem concessisse; eos rogat et hortatur quatenus eundem electum honorifice tractent, et ei debitam obedientiam et reverentiam impendant et obsequantur. — (REG. 18. f. 231 r^o; ann. X, c. 376; — MOREAU 1191, f. 218.)

« *Populo civitatis ac diocesis Lugdunensis. Qui. dispo-*
nente patre —. Dat. ut supra. »

3519

Terni, 14 février 1237.

Lugdunensi electo concedit ut a tribus vel quattuor suffraganeis Lugdunensis ecclesiae munus consecrationis in eadem recipiat. — (REG. 18, f. 231 v^o; ann. X, c. 377; — MOREAU 1191, f. 218 v^o.)

« .. *Lugdunensi electo. Tue ac aliorum —. Dat. ut supra. »*

3520

Terni, 15 février 1237.

Magistro et fratribus domus militiae Templi Hierosolymitani, — audito quod in nonnullis domibus ipsis immediate subjectis, quidam pro mercede, aliqui vero gratis serviebant, — indulget ut praedictorum servitium, qui non possent habere copiam proprii sacerdotis, fratres presbyteri ejusdem militiae, quamdiu iidem servientes fuerint in servitio, possint confessiones audire, et illis de commissis quae episcopalem audientiam non requirant, penitentiam injungere. — (REG. 18. f. 231 v^o; ann. X, c. 378.)

« .. *magistro et fratribus domus militiae Templi Hierosolimitani. Cum pro defensione —. Dat. Interamne, XV kalendas martii. anno decimo. »*

3521

Terni, 15 février 1237.

Episcopo Lidensi (= Lyddensi), — magistro et fratribus militiae Templi conquerentibus quod nonnulli Armeni, Graeci et aliorum diversorum rituum populi et viri potentes, tum quia ecclesiasticae iudicia reputabant peregrina, utpote qui, doctrinam et normam Romanae Ecclesiae imitari nolentes, ejus subditi dispositionibus dedignabantur, tum quia non erat fratribus licitum eorum malitiam viribus cohibere, damna ipsis graviora et injurias multiplices frequenter irrogabant; propter quod ipsorum domi in Constantinopolitana et transmarinis partibus gravis destructionis periculum imminerebat; supplicantibus etiam iidem magistro et fratribus ut sibi tribuatur licentia vim vi repellendi, et bona sua defendendi ac de illorum manibus liberandi, — mandat quatenus dictorum Armenorum, Graecorum et aliorum praesumptionem compescat, advocato contra rebelles saeculari

brachio et fratrum ipsorum auxilio. — (REG. 18, f. 231 v^o; ann. X, c. 379.)

« .. *episcopo Lidensi. Pro diversitate morborum —. Dat. ut supra. »*

3522

Terni, 6 février 1237.

Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, magistris domorum religiosarum et cunctis praelatis provinciae Hierosolymitanae mandat quatenus patriarcham Hierosolymitanum, ad eos a Romana Sede revertentem, tanquam pastorem suum et tanquam apostolicum legatum recipiant. — (REG. 18, f. 231 v^o; ann. X, c. 380; — MOREAU 1191, f. 202; — cf. J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II, p. 509, n^o 2156.)

« *Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, .. Hospitalis, .. militiae Templi et aliarum domorum religiosarum magistris, et universis ecclesiarum praelatis per Jerosolimitanam provinciam constitutis. Cum venerabilis frater noster .. patriarcha Jerosolimitanus dudum, de superni dispositione consilii, super populos Jerosolimitane provinciae, que, culpis exigentibus populi Christiani, duplicia receipt de manu Domini¹, duplicis officii a Sede Apostolica receperit potestatem, ut, in Dei evangelium segregatus², cum patriarchalis dignitatis honore, legationis etiam officio fungeretur, et, de voluntate Illius cujus est dirigere gressus hominum, ipsius reditus, apud Sedem Apostolicam laudabiliter conversantis, fuerit hactenus retardatus : ipsum ad ecclesiam suam cum eadem potestate et nostre gratie plenitudine remittentes, universitati vestre mandamus quatenus, eundem tanquam legatum Apostolice Sedis recipientes humiliter et devote, ei, sicut antequam ad nostram venerit presentiam, plene in omnibus intendatis. Alioquin sententiam quam idem rationabiliter tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, inviolabiliter observari. Dat. Interamne, VIII idus februarii, anno decimo. »*

3523. — In eundem modum *nobilibus viris baronibus, militibus et universis per Jerosolimitanam provinciam constitutis,*

3524

Terni, 13 février 1237.

Archiepiscopo Bituricensi causam electionis G[erald]i,

1. Cf. Is. XL, 2.
2. Cf. Rom. I, 1.

archipresbyteri de Salviaco, in Caturcensem episcopum, cui Viennensis archiepiscopus, Apostolicæ Sedis legatus, obstat, examinandam committit. — (REG. 18, f. 232 r^o; ann. X, c. 381; — MOREAU 1191, f. 211; — POTTHAST 10519¹.)

« .. archiepiscopo Bituricensi. Sua nobis .. archidiaconus et capitulum Caturcensis ecclesie petitione monstrant quod, eadem pastoris destituta solacio, ipsi, ad habendum de futuri episcopi electione tractatum, vocatis qui ad hoc fuerant evocandi, convenientes in unum, in tres ex canonicis fide dignos contulerunt taliter vota sua, quod illum in suum episcopum et pastorem recipent, quem ipsi, in presentia venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Viennensis, Apostolicæ Sedis legati, nominandum ducerent vel etiam eligendum. Ipsi quidem, huiusmodi potestate suscepta, G., archipresbyterum de Salviaco, Caturcensis diocesis, virum utique gratiosum, cujus prudentia et potentia error pravitatis hereticæ, in ipsis partibus plus solito pullulantis, speratur et creditur posse, divina suffragante gratia, extirpari, et eadem ecclesia in temporalibus et spiritualibus suscipere incrementa, pari voto et voluntate unanimi elegerunt. Verum, dicto archiepiscopo² electionem huiusmodi acceptare nolente nec super hoc aliquam causam rationabiliter assignante, ipsi, timentes non propter hoc eidem ecclesie possit illud, tam electionem huiusmodi quam electum protectioni Sedis Apostolicæ supponere curaverunt. Quare sepefati archidiaconus et capitulum nobis humiliter supplicarunt ut faceremus eandem electionem confirmari et eidem electo munus consecrationis impendi. Volentes igitur tibi, qui loci metropolitanus existis, in hac parte deferre, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus super hoc officii tui debitum exquiras, prout secundum Deum ipsius ecclesie utilitati videris expedire. Dat. Interamne, idibus februarii, anno decimo. »

1. Les auteurs de la *Gallia christiana*, t. I (1716), *Instrum.*, col. 31, n^o 9, ont imprimé par erreur, dans la date, *Laterani*, au lieu de *Interamne*; POTTHAST, qui s'est aperçu que la date était fautive, a pensé qu'il fallait lire *undecimo* au lieu de *decimo*, et a rangé cette pièce parmi les bulles de la onzième année.

2. Les auteurs de la *Gallia christiana*, t. I, *ibid.*, ont imprimé, certainement à tort, *archipresbitero*, ce qui change du tout au tout le sens de cette pièce; cf. l'analyse de POTTHAST (n^o 10519), qui n'en pouvait connaître d'autre texte, et l'interprétation que donnent de cette bulle les auteurs de la *Gallia eux-mêmes*, t. I, col. 133. — Autre erreur : les auteurs de la *Gallia*, et, d'après eux, POTTHAST, impriment *Salviaco* au lieu de *Salviaco* (*Salviac*).

3525

Terni, 10 février 1237.

Universis priorissis et conventibus sororum Penitentium Sanctæ Mariæ Magdalene in Alamannia mandat quatenus magistro Stephano, canonico Sanctæ Trinitatis Spirensis, parato de eis curam gerere, obedientiam præbeant. — (REG. 18, f. 232 r^o; ann. X, c. 382.)

« Universis priorissis et conventibus sororum Penitentium Sanctæ Mariæ Magdalene in Alamannia. Qua innocentia vite —. Dat. Interamne. IIII idus februarii, anno decimo. »

3526

Terni, 26 février 1237.

Magistris S. Pagani, Parisiensis canonico, Hugoni, Pisano canonico, Parisius commoranti, et P. dicto Caligario, Morinensi canonico, Parisius commoranti, mandat quatenus, cum Oddo de Villa Terrii, quondam Bajocensis decanus, uxorem et militiam secularem accepisset, capitulo Bajocensis injungat ut infra tres menses sibi provideat per electionem canonicam de decano; alioquin ipsi injungant episcopo Bajocensi quod ex tunc de persona idonea in decanum curet eidem ecclesie Bajocensis providere. — (REG. 18, f. 232 r^o; ann. X, c. 383; — MOREAU 1191, f. 229.)

« Magistris S. Pagani, Parisiensis, Hugoni, Pisano, et P. dicto Caligario, Morinensi, Parisius commorantibus, canonicis. Ad audientiam nostram, dilecto filio magistro Guillelmo, canonico Bajocensi, referente, noveritis pervenisse quod, cum Oddo de Villa Terrii, quondam decanus Bajocensis, die qua electus fuit in decanum, juravisset in capitulo Bajocensi quod sine dilatione, quam primum posset, se faceret in presbiterum ordinari, prout administratio decanatus, cui animarum cura imminet, et consuetudo etiam ecclesie requirebant : idem, id efficere non procurans, religione postposita juramenti, propter quod ecclesia Bajocensis non modicum in spiritualibus et temporalibus incurrisse dicitur detrimentum, tandem, elapso septennio, habitu et tonsura clericali impudenter abjectis, in aigne sue dispendium et scandalum plurimum milles secularis effectus, mulierem filium Gaufridi de Bullico militis, jurando vel potius dejerando, in presentia venerabilis fratris nostri .. Nonnenensis archiepiscopi et plurium aliorum, quod sacrum ordinem non haberet, sibi de facto matrimonialiter copulavit. Postmodum vero, comperto quod quidam huiusmodi matrimonium vel potius contubernium accusare volebant, cum idem Oddo sit in subdiaconatus ordine constitutus, ad decanatum redire cupiens, cui renuntiaverat ipso facto,

voce ad nos frustratorie appellationis emissa, per quosdam canonicos Bajocenses familiares suos impediri fecit quominus ad electionem procederet decani in ecclesia memorata. Quare nobis fuit humiliter supplicatum ut super hoc ipsi ecclesie providere paterna sollicitudine curaremus. Cum igitur premissa notoria in partibus illis esse dicantur, ita quod nulla possit tergiversatione celari, quin idem Oddo uxorem acceperit et militiam secularem, ut superius est expressum, de utriusque partis assensu mandamus quatenus, si vobis constiterit ita esse, injungatis capitulo memorato ut infra tres menses sibi provideant per electionem canonicam, prout ad eos pertinet, de decano. Alioquin injungatis venerabili fratri nostro .. episcopo Bajocensi quod ex tunc de persona idonea in decanum auctoritate nostra curet ipsi ecclesie providere; contradictores —. Quod si non omnes etc. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam pars altera extra suam diocesim ad iudicium non trabatur. Dat. Interamne, III kalendas martii, anno decimo. »

3527

Terni, 26 février 1237.

Archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato, mandat quatenus, personaliter ad Montem Pessulanum accedens, super hæreticis ibidem receptatis solita discretionem procedat, absolutiois beneficio illis qui ad ecclesiasticam unitatem redierint, sub certis condicionibus impendendo. — (REG. 18, f. 232 v°; ARD. X, c. 381; — MOREAU 1191, f. 227; cf. *ibid.*, f. 226, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10300.)

« .. archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato. Ex parte consulum et populi Montis Pesulani fuit propositum coram nobis quod ipsi tanquam viri catholici pro fide potenter et indefesse steterint, eam contra pravitatem hereticam, sicut salutem suam et honorem proprium, defendentes. Unde, cum ipsi audierint famam quandam ortam de novo, quod in terra sua sunt aliqui ex hereticis receptati, dolentes exinde graviter et valde tristes effecti, ad infamiam hujusmodi abolendam nobis per suos nuntios et litteras obtulerunt terram ipsam ab omni infidelitatis spurcicia juxta nostrum beneplacitum expurgare. Nos ergo, de persone tue prudentia confidentes, mandamus quatenus, personaliter accedens ad locum, super hoc solita discretionem procedas, ita quod pestis illa mortifera impunita non transeat et pena non teneat innocentes; debent etenim eradicari zizania et avelli triti-

cum non oportet¹. Ceterum, cum quibuscumque vere penitentibus promptos ad pietatis gratiam nos deceat inveniri, volumus et mandamus ut illis qui, heretica pravitate dimissa, sponte, ante inquisitionem aliquam de ipsis factam, ad ecclesiasticam redierint vel redierint unitatem, ab excommunicationis sententia que in hereticos ter singulis annis sollempniter a Romano Pontifice promulgatur, prius ab ipsis heresi publice abjurata, et recepta quam prestare poterunt, cautione, ne ulterius in hereticorum contagia relabantur, auctoritate apostolica juxta formam Ecclesie beneficium absolutiois impendas, eisdem nichilominus sicut fidelibus sacramenta faciens ecclesiastica ministrari; sicque fiat quod ipsi, ea que sunt matris, gaudentes apud Ecclesiam reperisse, prestante Domino, reddantur et in fide stabiles et in bonis operibus efficaceas. Dat. Interamne, III kalendas martii, anno decimo. »

3528

Terni, 25 février 1237.

Burdigalensi et Auxitano archiepiscopis et episcopo Vasatensi scribit de indulgentiis concedendis Henrico de Trobavilla (= Trubbleville), senescalco regis Angliæ in Vasconia, in Terræ Sanctæ subsidium proficiscenti, et multis aliis paratis cum illo ad transfretandum in generali passagio. — (REG. 18, f. 233 r°; ann. X, c. 385; — MOREAU 1191, f. 224.)

« .. Burdigalensi et .. Auxitano archiepiscopis et .. episcopo Vasatensi. Intelleximus gratulan[tes] quod dilectus filius nobilis vir Henricus de Trobavilla, senescalcus karissimi in Christo filii nostri .. regis Angliæ illustris in Wasconia, zelo fidei ac devotionis accensus, proponit in Terræ Sanctæ subsidium proficisci. Verum quia, sicut dicitur, multi de Angliæ partibus ac de Oleronensi et Wasconiensis provinciis et partibus adjacentibus parati sint signum crucis assumere, et una secum ad Redemptoris obsequium in generali passagio transfretare, nos, ejusdem senescalci precibus inclinati, mandamus quatenus ipsum ac omnes alios partium earundem, qui crucem in succursu[m] Terræ Sanctæ susceperint, illam indulgentiam idemque privilegium habere publice nuntietis, que aliis cruce signatis a Sede Apostolica sunt concessa. Ceterum, ut idem senescalcus ad Redemptoris honorem liberius perficere valeat quod intendit, volumus et mandamus quatenus, cum tempus passagii generalis advenerit, de bonis que de vicesima aut tricesima, vel pro redemptione voto-

1. Cf. MATT XIII, 29.

rum in eisdem partibus haberi contigerit, de consilio vestro et prelatorum qui ad distributionem bonorum hujusmodi auctoritate nostra fuerint deputati, pars congrua dicto nobili in suarum expensarum subsidium prebeat. — Dat. Interamne, V kalendas martii, anno decimo. »

3529

Terni, 25 février 1237.

Episcopo Pictavensi similiter scribit pro nobili viro G[odefrido?] de Argentonio, cruce signato, qui proponebat in Terrae Sanctae subsidium proficisci, sed cuius propriae facultates non suppetebant ad executionem voti sui, videlicet quod ille secum viginti milites more regni Francie praeparatos duceret. — (REG. 18, f. 233 r°; ann. X, c. 386; — MOREAU 1191, f. 225.)

« .. *episcopo Pictavensi*. Intelleximus gratulan[es] quod —. Dat. ut supra. »

3530

Terni, 27 février 1237.

Episcopo Laudunensi, — cum olim, inquisitionis negotio contra ipsum, ad insinuationem quondam S[tephani], decani, et magistrorum Jacobi de Dinant, Andreae et Lamberti, canonicorum Laudunensium, qui se asserabant transmissis a capitulo ad insinuandum quosdam excessus et defectus, quibus ipsum subjacere dicebant, episcopo Silvanectensi et ejus collegis a papa commisso, et ipso episcopo Laudunensi ab eisdem inquisitoribus ad Sedem Apostolicam appellante, ipse papa, actis inquisitorum ipsorum, quoad quae contingebant appellationis causam, inspectis, et auditis quae dictus magister Andreas proposuerat circa ipsa, processum inquisitorum eorundem decrevisset non valere; — cum vero, ex his quae ab ipso episcopo Laudunensi, ex una parte, et praedictis magistris Jacobo et Andrea, nec non et Gondacrio, canonico Laudunensi, praedicti capituli procuratoribus, ex altera, fuerant proposita, plena fieri nequeunte certitudine, ipse papa electo Rothomagensi, tunc praeposito Sancti Audomari, et ejus collegis mandavisset ut in eadem inquisitione procederent; qui ipsum episcopum et capitulum Laudunenses semel, secundo et tertio peremptorie ad procedendum citaverant; — cum autem praedicti magistri Jacobus, Andreas et Gondacrius, nec non et Warcer[us] de Serico, canonici Laudunenses, comparuissent coram illis, post expectationem tamen diutinam requisiti ab eis, nec ipsi, nec quisquam alius, capituli nomine, dictum negotium prosequi voluissent; — cum e contrario circiter quadraginta quattuor canonici Laudunenses, asserentes de ipsorum consilio vel assensu obtentam inquisitionem hujusmodi non fuisse, negotium ipsum nolle prosequi se dixissent, quorum plures de honestate vitae, administrationis industria et claritate famae laudabile ipsi episcopo

testimonium perhibebant; — cum denique, sicut per litteras praedicti electi Rothomagensis et [Frigidi Montis] abbatis, collegae ejus, papa acceperat, nullus contra ipsum episcopum apparuisset, — significat se decernere per litteras inquisitionis praemissae, illarum revocato effectu, non esse ulterius procedendum. — (REG. 18, f. 233 r°; ann. X, c. 387; — cf. supra, n. 1913 et 2062.)

« .. *episcopo Laudunensi*. Olim inquisitionis negotio —. Dat. Interamne, III kalendas martii, anno decimo. »

3531

Terni, 12 février 1237.

Archiepiscopus, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis praesentes litteras inspecturis, quorum quidam nonnullos, qui abjuratam pravitatem haereticam ex animo reliquisse credebantur, ad partes transmarinas, pro agenda ibidem inuncta sibi paenitentia, destinabant, — cum illi, false conversi, molirentur « animas innocentium extinguere sui dampnati dogmatis pravitate », — inhibet ne aliquem conversorum hujusmodi seu de praedictae pravitate contagio suspectorum, ad partes ipsas, « in quibus fermentata mixtura gentium et » plurimorum rituum corrupta diversitas » grande fidei perperisse dinoscatur detrimentum, absque Sedis Apostolicae licentia speciali mittant de cetero. — (REG. 18, f. 233 v°; ann. X, c. 388.)

« *Archiepiscopus et episcopis, ac aliis ecclesiarum praelatis praesentes litteras inspecturis*. Si ex eo —. Dat. Interamne, II idus februarii, anno decimo. »

3532

Terni, 27 février 1237.

Decano, et magistris Radulfo de Sancto Quintino et Nicolao de Antwerpen, canonicis Tornacensibus, — cum Leodiensis episcopus, — attendens ecclesiam de Birbaco, Leodiensis dioecesis, in qua erant decanus et canonici saeculares, per eosdem decanum et canonicos tam in spiritualibus quam in temporalibus esse deformatam, praesertim cum quidam ex eis uxores, quidam vero concubinas publice detinerent, et dilapidarent enormiter bona ejusdem ecclesiae, — abbati et conventui Sancti Nicasii Remensis, ordinis sancti Benedicti, quibus jus patronatus praedictae ecclesiae fuerat a vero patrono collatum, concessisset ut, decedentibus vel cedentibus decano et canonicis saecularibus existentibus in eadem, sex monachi et etiam plures, si ejus facultates exereverint, ibi-

1. On ne voit pas, d'après le texte de cette lettre, de quel abbé il est ici question; mais les *collegae* du futur archevêque de Rouen (Pierre de Collemezzo) sont énumérés dans l'adresse de la pièce 3062, relative à la même affaire; ce qui permet de restituer ici avec certitude *Frigidi Montis*.

dem substituerentur, consensu Leodiensis capituli accedente, — mandat quatenus quod a praedictis episcopo et capitulo factum erat in hac parte, faciant observari. — (REG. 18, f. 234 r^o; ann. X, c. 389.)

« .. decano, et magistris Radulfo de Sancto Quintino et Nicolao de Antverpia, canonicis Tornacensibus. Sua nobis dilecti —. Dat. Interamne, III kalendas martii, pontificatus nostri anno decimo. »

3533

Terni, 27 février 1237.

Sancti Galgani et Sancti Pauli ad Ripam Arni abbatibus committit inquisitionem, correctionem et reformationem monasterii Montis Christi, Camaldulensis ordinis, Massanae dioecesis. — (REG. 18, f. 234 r^o; ann. X, c. 390.)

« .. Sancti Gualgani, Vulterane diocesis, et .. Sancti Pauli ad Ripam Arni Pisani abbatibus. Sua nobis conventus monasterii Montis Christi, Camaldulensis ordinis, Massanae diocesis, petitione monstravit quod, cum nos olim, intellecto quod idem monasterium, propter malitiam habitantium in eodem, graviter in spiritualibus collapsum fuerat et in temporalibus diminutum, correctionem et reformationem ipsius ex officio nostro .. priori Camaldulensi duxerimus committendam: idem prior, ad monasterium ipsum accedens, non solum super hoc mandatum nostrum noluit adimplere, verum etiam, ipsos pernicioso exemplo abbatum, monachorum et conversorum qui per eum illic transmissi fuere, corrumpens, monasterium ipsum adeo collapsum in spiritualibus et diminutum in temporalibus dereliquit, quod, nisi per Sedis Apostolice providentiam celeriter succurratur eidem, vix adiciet ut resurgat. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, ad monasterium ipsum personaliter accedentes et habentes pre oculis solum Deum, auctoritate nostra ibidem tam in capite quam in membris inquiratis diligenter de omnibus que correctionis et reformationis officio noveritis indigere, nobis que inveneritis, fideliter referentes; contradictores etc. Dat. ut supra. »

3534

Terni, 28 février 1237.

Magistro Benedicto de Guarcino, scriptori suo, — consequentibus potestate et communi Florentinis per litteras et nuntios suos, quod quibusdam civibus suis de pecunia quam a longo tempore nonnullis de regno Francie mutuarant, a pluribus ex ipsorum debitoribus, diu post terminum expectatis, non fuerat hactenus satisfactum, et quod praedicti cives tan-

tos labores et tantas expensas pro eadem pecunia recuperanda subierant, quod multi ex eis ad extremam inopiam erant reducti, — mandat quatenus debitores omnes compescant ut super dicta pecunia satisfaciant, vel super his per procuratores idoneos infra competentem terminum quem duxerit statuendum, coram ipso papa compareant. — (REG. 18, f. 234 r^o; ann. X, c. 391; — cf. *supra*, n. 2765, 2766 et 2857.)

« Magistro Benedicto de Guarcino, scriptori nostro. Dilecti filii .. potestas —. Dat. Interamne, II kalendas martii, anno decimo. »

3535

Terni, 28 février 1237.

Regi Francie de eadem re scribens, eum monet quatenus taliter provideat in hac parte, ut ipsius subditi difficultatem deinceps non ingerant, quominus iidem debitores de pecunia in qua tenebantur eisdem Florentinis, satisfaciant. — (REG. 18, f. 234 v^o; ann. X, c. 392.)

« .. illustri regi Francie. Dilecti filii [...] potestas —. Dat. ut supra. »

3536. — In eundem modum .. illustri regi Navarre, comiti Campanie, usque: quatenus taliter provideas in hac parte, ut subditi tui etc., usque in finem.

3537. — In eundem modum *balivis ejusdem regis.*

3538

Terni, 7 mars 1237.

Cum magistro Boetio, clerico suo, considerato quod longo tempore apud Sedem Apostolicam et aliquandiu cum ipso papa laudabiliter conversatus erat, super defectu natalium quem, de patre subdiacono et de matre soluta natus, patiebatur, dispensat, ita tamen quod, si ad episcopalem dignitatem eum vocari contigerit, illam nequaquam recipiat absque Sedis Apostolice licentia speciali. — (REG. 18, f. 234 v^o; ann. X, c. 393.)

« Magistro Boetio, clerico nostro. Quia divina misericordia —. Dat. Interamne, nonis martii, pontificatus nostri anno decimo. »

3539

Terni, 7 mars 1237.

Potestatem, consiliarios et populum Vercellenses monet de novo quatenus statuta contra Vercellenses ecclesiae libertatem edita, de suis capitularibus amoveant, et de damnis et injuriis eadem ecclesiae irrogatis satisfaciant; alioquin ipsos

tanquam excommunicatos faciet ab omnibus evitari. — (REG. 18, f. 235 r°; ann. X, c. 394; — MOREAU 1191, f. 233.)

« .. potestati, consiliariis et populo Vercellensibus. Alieni a Christiana —. Sane, conquerente venerabili fratre nostro .. episcopo Vercellensi, nobis innotuit quod, cum vobis preces direxerimus et mandatum, ut statuta contra ecclesiam suam edita, quibus multipliciter ipsam affligitis, clericis et hominibus suis collectas imponentes et fodrum, et alias ipsos multipliciter aggravantes, amoveretis de vestris capitularibus, desistendo ab hujusmodi gravaminibus et libertatem eorum inviolabiliter conservando, venerabili fratre nostro .. Mediolanensi archiepiscopo super hiis exequatore ab Apostolica Sede concessa: obturantis vobis more surde apsidis aures vestras¹, idem archiepiscopus civitatem vestram suppositus interdicto; et, cum per hoc apud vos in nullo profecerit, personaliter ad eandem civitatem accedens, presentibus venerabilibus fratribus nostris .. Prenestino, tunc Apostolice Sedis legato, .. Novariensi, .. Yporiensi et .. Taurinensi episcopis, precibus et monitis sollicitè instituit, vobis firmiter injungendo ut, eligentes parere potius quam perire, acquiesceretis nobis humiliter in hac parte. Vos vero, tanquam fedus cum morte pepigeritis, hoc facere contempstis, te potestate respondente protegere quod nec eis exhibere librum statutorum, sicut petierant, neque abolere statuta de vestris capitularibus curaretis, exterminium nichilominus predictis clericis et hominibus comminando. Nos igitur — universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus, cum contra subversores ecclesiasticæ libertatis, si correcti disciplinam non sentiant et percussi non querant anime medicinam, de fidei corruptione sinistra possit suspicio de facili suboriri, premissa adimplere curetis, ac satisfacere de dampnis et injuriis irrogatis; alioquin, quia, viscera matris vestre Vercellensis ecclesie confodentes gladio, in eam nos necessitatem inducitis, ut vobis parcere non possimus, venerabili fratri nostro .. episcopo Novariensi nostris damus literis in mandatis ut, faciens vos auctoritate nostra tanquam excommunicatos artius ab omnibus evitari, vobis aliorum commercium interdicit, et ne quis vestrum in potestatem vel rectorem alicubi assumat, ac nullus ad nundinas Vercellenses accedat, neve scolares in civitate vestra ulterius moram trahant; contradictores et rebelles, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postpo-

sita, compescendo. Dat. Interamne, nonis martii, anno decimo. »

3540

Terni, 10 mars 1237.

Episcopo Silvanectensi et J., archidiacono Catalaunensi, — cum inter decanum capitulumque Remenses, ex parte una, et scabinos civisque Remenses, ex altera, pax fuisset reformata, — praedictis civibus supplicantibus, mandat quatenus, recepta ab excommunicatis et nominatim interdictis de stando mandatis apostolicis juratoria cautione, tam scabinos novos et veteres quam cives ipsos, et illos etiam qui, pendentes excommunicationis et interdicti sententiis, quia eisdem decano et capitulo noluerant super concessione scabinatus Remensis in praesentia apostolica responderent, recesserant a civitate Remensi seque ad loca alia transtulerant, absolvant a sententiis supradictis, eisque injungant quod de jure fuerit injungendum; insuper corpora medio tempore mortuorum, qui, apparentibus in eis signis penitentiae in obitu, a presbyteris suis fuerant absoluti, faciant in coemeterio ecclesiastico sepeliri. — (REG. 18, f. 235 r°; ann. X, c. 395; — MOREAU 1191, f. 235; — cf. *supra*, n. 2907. 2949 et 2968.)

« .. episcopo Silvanectensi et J., archidiacono Catalaunensi. Quia non debet —. Dat. Interamne, VI idus martii, anno decimo. »

3541

Terni, 15 janvier 1237.

Episcopo Wintoniensi, et magistris J. Romano, subdiacono Eboracensi, et W. de Sanctae Mariae Ecclesia, canonico Londoniensi, conqueritur quod causa quae inter magistrum Martinum de Summa, ipsius papae subdiaconum, rectorem ecclesiae de Domerham (= Damerham), ex una parte, et episcopum Saresberiensem, abbatem conventumque Glastoniensem ac W. de Mereton, clericum, ex altera, super capella de Mereton, ad eandem ecclesiam de Domerham pertinente, vertebatur, non potuerit finem debitum obtinere; mandat eis quatenus praedictum Saresberiensem episcopum cogant ut infra sex menses in propria persona apostolico conspectui se praesentet, de pressuris et gravaminibus praedicto Martino illatis responsurus. — (REG. 18, f. 235 v°; ann. X, c. 396; — cf. *supra*, n° 665.)

« .. episcopo Wintoniensi, et magistris J. Romano, subdiacono Eboracensi, et W. de Sancte Marie Ecclesia, canonico Londoniensi. Iterata multotiens in auditorio nostro quere-la dilecti filii magistris Martini de Summa, subdia-

1. Cf. Ps. LVII, 5.

coni nostri, rectoris ecclesie de Domercham, super causa que vertitur inter ipsum, ex parte una, et .. episcopum Saresberiensem, et .. abbatem ac conventum Glastonienses, ac W. de Mereton., clericum, Bathoniensis et Saresberien[sis] duces[um], ex altera, super capella de Mereton., ad eandem ecclesiam, ut dicitur, pertinente. et nobis fastidium ingerit, et, cum nunquam litterarum nostrarum vigore debitum finem potuerit obtinere, nos verecundia et dolore percellit. Nam cum, sicut idem rector sua nobis petitione monstravit, dilectus filius .. decanus Exoniensis et conjudices sui, quibus commisimus causam ipsam, ejus meritis plenius indagatis, diffinitivam pro eo sententiam protulissent, ac in possessionem dicte capelle induxissent eundem: dicti abbas et conventus et clericus, se a predictis appellasse iudicibus confingentes, ac ipsum subdiaconum prefata capella, quam aliquandiu in pace possederat, pro violentiam spoliante, ad .. cancellarium Wellensem et collegas suos quasdam super appellatione sua, quasdam vero dictus episcopus Saresberienensis ad .. priorem Bathoniensem et suos conjudices super capella predicta, contra eundem magistrum, ut, sic distractus laboribus et expensis, a prosecutione juris sui desisteret, litteras impetrarunt; a quibus idem subdiaconus, ex eo sentiens indebite se gravari, quod, cum excipiendo proponeret se non teneri, nisi restitutione sibi facta primitus, respondere, dicti iudices, hac ejus exceptione legitima contra justitiam non admissa, in principali negotio procedebant, vocem ad nos appellationis emisit, et nostras super hoc ad dilectum filium J. archidiaconum Norwicensem, tunc in Anglia comorantem, camerarium nostrum, obtinuit litteras continentes ut, eodem subdiacono prius, sicut justum existeret, restituto, ac revocato in statum debitum quicquid post appellationem emissam ab ipso, inveniret temere attemptatum, causam ipsam, si de partium voluntate procederet, sine debito terminaret; alioquin eam sufficienter instructam ad examen apostolicum remitteret terminandam. Cumque prefatus archidiaconus .. priori de Cwic causam subdelegasset eandem, et idem subdelegatus ipsum subdiaconum restituendum fore, auditis hinc inde propositis, exigente justitia, sententialiter decrevisset, quia, partis alterius faciente malitia, restitutionem ipsius capelle non potuit obtinere, nostras ad magistrum Haimonem de Raddenchal, rectorem ecclesie de Massingetham, Norwicensis diocesis, obtinuit litteras, ut, cum pars

adversa eandem capellam faceret cum armatis, in grave jamdicti subdiaconi prejudicium, custodiri, propter quod possessionem ejus nequiverat apprehendere corporalem, inquisita super hiis diligentius et cognita veritate, subdiaconum ipsum in corporalem possessionem prefate capelle, sicut justum esset, inducens ac defendens inductum, faceret sibi obtentas hinc inde litteras et processus pro eas habitos exhiberi, detentores ad exhibitionem eorum, si necesse foret, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo, causam cum eisdem litteris et processibus ad examen apostolicum transmissurus, prefixo partibus termino quatuor mensium a receptione litterarum ipsarum, quem eis peremptorium assignavimus, quo per se vel procuratores idoneos nostro se conspectui presentarent, facture et recepture quod justitia saderet. Sed pars adversa, spiritu ad superbiam obfirmato, nec eundem subdiaconum restituere, diligenter ab ipso magistro monita, nec litteras et processus juxta formam mandati apostolici voluit exhibere; propter quod idem magister tam in ipsam quam in quosdam Lincolnensis, Bathoniensis et Saresberien[sis] diocesium, qui in capella predicta, auctoritate nostra interdicto supposita, divina celebrare, ac alias graves eidem injurias et jacuras inferre presumpserunt, suspensionis primo, et deum excommunicationis et interdicti sententias promulgavit. Postmodum vero, cum pars adversa, ut per varietates commissionum posset inexplicabiliter intricare negotium, ad nos se appellasse proponens, coram .. priore Sancte Frideswid[e] suisque collegis, auctoritate quarundam litterarum nostrarum, citari fecisset eundem, ex parte ipsius fuit in presentia eorum excipiendo propositum se non posse per tales litteras conveniri, que de litteris ad predictum magistrum Haymonem obtentas, et quod supranominata causa erat ad examen apostolicum cum processibus eam contingentibus revocata, nullam faciebant penitus mentionem. Sed quia dicti iudices, hac ipsius exceptione contempta, in ipso negotio temere procedebant, idem, ex hoc sentiens indebite se gravari, nostram audientiam appellavit. Quare nobis sepedicto subdiacono humiliter supplicante ut, cum, ipso in prefixo sibi termino per procuratorem idoneum comparente, pars altera nec venerit nec direxerit aliquid, per quinque menses et amplius post terminum expectata, prout dilectus filius noster G[uifredus], tituli Sancti Marci presbiter cardinalis, quem super hoc auditorem concessimus, nobis retulit viva voce, providere sibi super hoc, cum jam, attritus laboribus et exhaustus expensis, a prosecutione juris sui desistere cogeretur, salubriter dignaremur :

1. J[ohannes] de Ferentino (cf. *supra*, n. 271, 552, 946, 2590, 3302 et 3303).

vobis pluries districte precepimus ut, predictas suspensionis et interdicti ac excommunicationis sententias, sicut rationabiliter prolatae fuerant, singulis diebus dominicis et festivis sollempniter publicantes, ac facientes eas usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, fructus a tempore dejectionis ex eadem capella perceptos subdiacono ipsi restitui, et de dampnis et expensis ei satisfieri, sicut iustitia preciperet, faceretis, in ceteris juxta directarum ad prefatum magistrum H. litterarum continentiam, ratione premissa, nichilominus processuri. Sed dictus Saresberiensis episcopus, afflictionem superaddens afflicto et contemptum contemptui coercens, dictum subdiaconum suamque familiam per brachiumulare carcerali fecit custodie mancipari; et licet episcopus ipse, ob premissa, per dictum magistrum Haimonem excommunicationis sententia innodatus existeret ac excommunicatus publice nuntiatus, tamen, sue salutis oblitus, celebrare vel potius prophauare divina, dedicare altaria, ordines et ecclesiastica beneficia conferre, et in dictum subdiaconum excommunicationis sententias de facto promulgare presumpsit, in Apostolice Sedis contemptum ac multorum animarum dispendium et scandalum plurimorum, ex eo sibi de tante nequitie impunitate blanditus, quod, impediendo incarceratione predicta, excommunicationis et interdicti sententiae que ob hoc in ipsum auctoritate apostolica sunt prolatae, per vos non potuerunt hactenus publicari. Tandem vero, cum quidam de familia ejusdem subdiaconi, manus ipsius persequenti effugiens, a vobis ut ea que a dicto episcopo sic fuerant attemptata, tanquam ab excommunicato presumpta, studeatis irrita penitus nuntiari, cum instantia postulasset, et vos eundem episcopum ad vestram presentiam vocassetis, in dictos subdiaconum et familiam a captione et beneficiis sua a sequestratione faceret liberari, et, litteras et processum in causa obtentos predicta juxta mandatum nostrum exhibens, terminum a vobis reciperet peremptorium, quo nostro se conspectui presentaret, et publicationi sententiarum que in ipsum late fuerant, pro eo quod alias se nostro conspectui representare noluit, interesset: idem, contra vos nequiter insurgendo, per litteras regias ne in causa procederet eadem, fecit artius inhiberi; propter quod eum, et omnes alios predictorum litterarum et processuum detentores, excommunicationis sententia, exigente iustitia, innodastis, prout tam in vestris, filii subdiacone et canonice, et officialis tui, frater episcopo, cui super hoc commiseras vices tuas, quam ejusdem

episcopi et karissimi in Christo filii nostri . . Anglie regis illustris, perspeximus [litteris] contineri. Sed, licet vobis a nobis fuisset injunctum ut, ad contentendam partis adverse proterviam, invocaretis auxilium brachii secularis, quia tamen consuetudo existit in Anglia, ut non nisi ad mandatum ordinariorum tantummodo contra aliquem procedat potentia brachii secularis, et ordinarii aliter pro suis, aliter pro delegatorum causis, si que aliquando eis dirigantur sententiae exequende, sint soliti scribere, nec ab illa consuetudine, etiam urgente necessitate, recedatur: hactenus idem M[artinus] nec per invocationem secularis auxilii, nec per coactionem censure ecclesiasticae, contra dictum episcopum, qui ex hoc aperte, [quod] nec Deum nec hominem revereat, ostendit, potuit iustitiam obtinere; et idem Saresberiensis, taliter in sua contumacia perseverans, nec interdicti nec excommunicationis in eum pluries prolatae sententiae metu compelli potuit, ut per se vel per procuratorem idoneum nostro se conspectui presentaret, exhibiturus eidem iustitiae complementum. Cum igitur id non possumus absque offensa divina ulterius sustinere, mandamus quatenus, subdiaconum et familiam suam, taliter captos, facientes pristinae restitui libertati, et, non obstante prohibitione regia, in statum revocantes debitum quicquid, post hujusmodi sententias in ipsum episcopum promulgatas, in prejudicium dicti actoris et Apostolice Sedis contemptum, ab eodem episcopo inveneritis temere attemptatum, et, ne de sua malitia videatur comodum reportare, eidem ne, sic excommunicatione ligatus, divinis celebrandis et dedicandis altaribus, ordinibus et beneficiis conferendis se immisceat, clero quoque Saresberiensis civitatis et diocesis ne ab eo, ante absolutionem obtentam, sacramenta ecclesiastica recipere vel ei communicare presumant, firmiter inhibendo: ipsum episcopum, qui, peremptorie pluries jam citatus, nec per se nec per responsalem idoneum in presentia nostra hactenus comparere curavit, ut post mandatum nostrum infra sex mensium spatium, quod sibi peremptorium assignetis, in propria persona nostro se conspectui representet, nobis de contemptu et dicto subdiacono de tot pressuris et gravaminibus super premissis omnibus responsurus, eadem auctoritate, appellatione remota, cogatis. In ceteris juxta nostrarum directarum ad vos predictarum continentiam litterarum, ratione previa, processuri; nullis litteris obstantibus dolo vel fraude a Sede Apostolica impetratis vel etiam, harum tenore tacito, impetrandis. Quod si non omnes etc., tu ea, frater episcopo etc. Dat. Interamne, XVIII kalendas februarii, anno decimo. »

35-12

Terni, 13 mars 1237.

Magistro Andree, capellano suo, Bononiae commoranti, mandat quatenus, — causa exorta inter capitulum Polense, quod archidiaconum Polensem in suum episcopum elegerat, ex una parte, et B., prepositum Concordiensem, a patriarcha Aquilegenesi ad ipsius ecclesie Polensis regimen electum, ex altera, — utrique parti terminum praefigat, quo praedictus praepositus personaliter, capitulum vero per procuratorem, coram ipso papa compareant. — (Reg. 18, f. 236 v^o; ann. X, c. 397; — cf. *supra*, n^o 3169.)

« Magistro¹ Andree, capellano nostro, Bononie commoranti. Dilecti filii capitulum Polense sua nobis petitione monstrarunt quod, cum, nuper eorum ecclesie pastoris solacio destituta, ipsi .. archidiaconum suum, venerabilis vero frater noster .. patriarcha Aquilegensis B., prepositum Concordiensem, ad ipsius ecclesie regimen elegerant, nos venerabili fratri nostro .. episcopo Castellano suisque collegis nostris dedimus litteris in mandatis ut, vocatis qui vocandi forent, de modo electionum, studiis eligentium et electorum meritis inquisita diligentius veritate, que invenirent, nobis per suas litteras intimarent; a quibus cum idem prepositus ad nostram duxisset audientiam appellandum, et appellationi ejus dicti iudices detulissent, nos, ad instantiam dicti prepositi, eodem capitulo supplicante ut in presentia nostra procederetur in causa, .. abbati Sancti Stephani Bononiensis et conjudicibus ejus sub ea forma negotium duximus committendum, ut, procedentes juxta priorum continentiam litterarum, causam eandem ad nos sufficienter instructam remittere procurarent; coram quibus cum, dicto preposito per procuratorem comparente, processum aliquandiu extitisset, et iudices ipsi eum postmodum personaliter

citavissent, idem prepositus, locum sibi tutum non esse proponens, ad appellationis diffugium convolvit; et cum prefati iudices, volentes ei auferre materiam malignandi, alium sibi securum duxerint concedendum, ille, occasione appellationis ejusdem coram eis procedere denegans, malitiose laborat negotium prorogare, in non modicam ejusdem ecclesie lesionem, que jam per biennium et amplius pastoris mansit regimine viduata. Super quo provideri prefatum capitulum postulavit, presertim cum idem prepositus, propter defectum scientie, ad episcopalem honorem non debeat promoveri. Attendentes igitur quod defectus ipse facile poterit in nostra presentia deprehendi, ac nolentes ipsius ecclesie dispendium ulterius sustinere, mandamus quatenus prefigas utrique parti terminum peremptorium competentem, quo idem prepositus personaliter, capitulum vero per sufficientem et idoneum procuratorem, cum rationibus suis compareant coram nobis, facturi et recepturi quod ordo dictaverit rationis. Quod autem inde feceris, nobis per tuas litteras intimare procures. Dat. Interamne, III idus martii, anno decimo. »

35-13

Terni, 6 mars 1237.

Gregorio de Viterbio, familiari suo, nuntiat se septem rublatas terrae ad mensuram Romanam, in tenimento posito in territorio Cornetano, quod tenimentum Poppa de Mandria vulgariter nuncupabatur et ad Romanam Ecclesiam specialiter pertinebat, ei et ejus filiis in feudum, sub reddito annuo unius librae cerae Camerae Apostolicae solvendo, concessisse. — (Reg. 18, f. 237 r^o; ann. X, c. 398.)

« Gregorio de Viterbio, familiari nostro. Dignum est et —. Dat. Interamne, II nonas martii, anno decimo. »

1. Toute cette pièce est biffée dans le *Registre*.

PAPYRUS DE PORTO

[Les feuillets 239^r-254^v, CCXXXIX-CCLIV]¹ du *Registre* 18 du Vatican sont occupés par la transcription d'une série bien connue de dix bulles pontificales sur papyrus, des X^e et XI^e siècles, concernant les églises de Selva Candida et de Porto. Les originaux étaient menacés de destruction ; pour assurer la conservation de ces privilèges, Grégoire IX en fit faire, sur la demande du cardinal Romain, évêque de Porto, de nouvelles expéditions, sous forme de *vidimus* adressés à l'évêque lui-même ; et ce groupe de *vidimus*, constituant un dossier bien à part, fut inséré dans le recueil des propres lettres du pape, entre le *Registre* de la X^e année et celui de la XI^e. Sur cet important petit bullaire de Porto, nous aurions bien peu à ajouter à ce qui a été dit avant nous par Gaetano MARINI, dans ses *Papiri diplomatici* (notamment p. 223), et par le cardinal PITRA, dans le premier volume de ses *Analecta novissima, De Epistolis et Registris Romanorum Pontificum* (p. 241-242). L'écriture de ce dossier paraît un peu postérieure à celle du reste du *Registre*, et semble être la même que celle du second des dossiers relatifs à Raymond VII et à l'hérésie albigeoise, qui font suite au *Registre* de la XII^e année. Il n'y a point de rubriques. Dans le haut de la marge supérieure du feuillet 239^r, a été écrite, à l'encre noire, l'adresse *R. Portuensi et Sancte Rufine episcopo* ; cette adresse sert pour les onze lettres de Grégoire IX réunies dans ce dossier, toutes adressées évidemment au même personnage, sans que, en tête de la seconde de ces lettres ou des suivantes, le *Registre* porte, comme c'est l'habitude en pareil cas, la mention *Eidem*. Ces bulles de Grégoire IX sont séparées les unes des autres par un blanc de deux lignes environ. Aucun ornement dans cette partie du *Registre*, si ce n'est à l'initiale *I*, de *Johannes*, et surtout à l'initiale *B*, de *Benedictus*, en tête des privilèges vidimes auxquels nous donnons les cotes 3547, 3549 et 3553. Une main moderne a numéroté de 1 à 11 les lettres de Grégoire IX ainsi groupées. La huitième de ces lettres, par exception, n'est pas un *vidimus* ; les pièces vidimées sont ainsi au nombre de dix. Neuf de ces pièces vidimées ont été publiées pour la première fois par UGHELLI (d'après le *Registre* même du Vatican², qui en est la source unique), dans le premier volume de son *Italia sacra* : celle qu'il n'a pas jugé à propos de publier, est la seconde (privilege de Jean XIX, de mai 1025) ; UGHELLI ne l'a d'ailleurs pas omise complètement : il en a mentionné l'insertion dans le *Registre* et en a donné (t. I, col. 120) l'adresse et l'incipit³.

Les dix *vidimus* de Grégoire IX compris dans ce recueil (nous venons de noter que l'une des onze lettres de lui que nous y rencontrons, n'est pas un *vidimus*) sont tous rédigés dans les mêmes termes⁴ et ont tous le même incipit : « *Licet sub firmamento...* » Gaetano MARINI, *I-Papiri diplomatici* (p. 224), a remarqué très judicieusement que cette formule initiale est celle qui est indiquée par Marino d'Eboli, dans son Formulaire, pour des cas analogues⁵.

1. La foliotation est en chiffres romains, auxquels, pour plus de clarté, on a cru pouvoir substituer ici et ailleurs des chiffres arabes.

2. On lit dans UGHELLI, *Italia sacra*, t. I, col. 91, à propos du premier des privilèges vidimés, celui de Serge III : « *privilegium ... quod exscriptimus ex Reg. Vaticano Gregorii IX, qui idem privilegium Romano, episcopo (sic) Portuensi et S. Rufinae, anno 1235 (sic, pour 1236) confirmavit.* » Cf. *ibid.*, col. 130.

3. Dans les *Regesta* de JAFFÉ-LOEWENFELD, n° 4067 (n° 3094 de la première édition), cette mention, relevée cependant par Gaetano MARINI, *I Papiri diplomatici*, p. 238, n. 2, n'est pas indiquée.

4. Les différences sans importance que nous avons relevées entre eux, sont dues à des négligences de copiste.

5. Cf. MARINI, *I Papiri diplomatici*, p. 88, n. LI, où cette formule sert à vidimer une bulle d'un pape Victor (cf. plus loin, n. 3554 et 3555). D'après les tables d'incipit de la nouvelle édition des *Regesta* de JAFFÉ, il ne paraît pas que cette formule ait été employée avant le XIII^e siècle.

Les onze bulles de Grégoire IX qui nous occupent, ont été délivrées, à Rieti, en 1236, à cinq dates différentes : la 1^{re} est du 29 juillet (*III kalendas augusti*) : la 7^e et la 8^e, du 2 août suivant (*III nonas augusti*) ; la 10^e, du 20 août (*XIII kalendas septembris*) : la 4^e, du lendemain 21 août (*XII kalendas septembris*) ; les six autres, c'est-à-dire la 2^e, la 3^e, la 5^e, la 6^e, la 9^e et la 11^e, du 24 septembre (*VIII kalendas octobris*). La date de la bulle n° 6 est le résultat d'une correction ; celle de la bulle n° 4 paraît avoir été ajoutée après coup.

Le texte de ces transcriptions est médiocre : il y a des erreurs, notamment, dans la numérotation des indictions ; les pièces 8 et 10 sont faussement datées de l'indiction VIII, au lieu de l'indiction VIII (ou IX).

Les 10 bulles de Grégoire IX vidimant les 10 privilèges sur papyrus de ses prédécesseurs. — bulles qui, en réalité, par suite de la répétition constante des mêmes formules, se réduisent, à quelques mots près, à un seul et même texte. — n'ont pas été connues de POTTHAST, qui d'ailleurs n'indique pas, parmi les ouvrages dépouillés en vue de ses *Regesta*, les *Papiri diplomatici* de Gaetano MARINI, où la première de ces lettres est imprimée *in extenso* (p. 32) : de cette série, il ne mentionne sous le n° 10217, que la pièce 8, laquelle, par exception, n'est pas un *vidimus* ; il en avait trouvé le texte dans UGHELLI.

Le jour où l'on publiera à nouveau les dix privilèges pontificaux vidimés par Grégoire IX, on ne devra pas manquer de tenir compte des annotations de MARINI, imprimées dans la seconde partie de son volume, annotations que JAFFÉ et les continuateurs de ses *Regesta* paraissent avoir négligées.]

3514

Rieti, 29 juillet 1236.

Romano, Portuensi et Sanctae Rufinae episcopo, privilegium in papyro conscriptum innovat et rescribit, quo Sergius III papa ecclesiam Silvae Candidae, a Saracenis vastatam, bonis quibusdam, Hildebrando episcopo petente, donaverat¹. — (Reg. 18, I, 239^o; post ann. X, c. 1; — Gaetano MARINI, *I Papiri diplomatici* (1865), p. 32, n° XXIV; — omisit POTTHAST.)

« Romano¹. Portuensi et Sanctae Rufinae episcopo. Licet sub firmamento temporalia eternitas providentie divine statuerit, eis tamen non indidit stabilitatis perpetue firmamentum, cum multa vetustate deperant et fiant nonnulla casuum diversitate caduca. Sed habet interdum humane provisionis industria, ut vetusta restauratione innovet et innovatione restauret, confirmet antiqua et auctoritate fulliat innovata. Sane, cum privilegium bone memorie Sergii pape, predecessoris nostri, in papiro conscriptum, nobis ostensum innovari, propter vetustatis dispendium, postulares, ita quod eandem firmitatem cum exemplari habeat exemplatum, nos, ne, propter nimiam vetustatem, juri ecclesie tue contingeret deperire, tam eodem privilegio et bulla

ejus quam publico instrumento, quod etiam plene tenorem illius continens, veluti fideliter sumptum ex ipso, nobis exhibitum fidem fecit, diligenter inspectis, de consilio fratrum nostrorum privilegium ipsum duximus innovandum, parem auctoritatem innovato cum originali privilegio tribuentes; quod est tale :

Prædictum vero Sergii III papae privilegium sic incipit et desinit² :

[3515]

23 mai 905.

« *Sergius episcopus, servus servorum Dei, dilectissimo et sanctissimo Hildebrando, fratri et coepiscopo nostro sancte Silve Candidae, et per te in eodem venerabili episcop[o] 2* »
 « *tuisque successoribus, in perpetuum. Convenit apostolico moderamini —. Scriptum per manum Melch sedeck* »
 « *prothoserin[i]arii Sancte Sedis Apostolice, in mense maio, indictione suprascripta VIII[*]. Dat. X kalendas junii, per manum Theophilati, cancellarii Sancte Sedis Apostolice, anno. Deo propitio, pontificatus domini Sergii, summi pontificis et universalis tertii pape, in sacratissima sede beati Petri apostoli, tertio 3, in mense et indictione supradicta VIII[*].* »

« Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat

1. 23 mai 905. — JAFFÉ-LOEWENFELD 3535 (2715). — Aux auteurs cités dans Jaffé-Löwenfeld, il convient d'ajouter Giuseppe-Maria TOMMASI (THOMASII), qui a donné des extraits de cette bulle, *Opera omnia*, t. VII (Rome, 1754), p. 27, d'après un manuscrit de Felice Costetori, secrétaire des Brefs sous Urbain VIII. Cf. Gaetano MARINI, *I Papiri diplomatici*, p. 223.

1. Fol. 239^o.

2. Cf. la formule de l'adresse du privilège coté plus loin 3562.

3. Il faudrait ici : « secundo » ; cf. JAFFÉ-LOEWENFELD 3535.

prefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablata[s] retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica seculari-^{ve} persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, nisi reatum suum congrua satisfact[i]one correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris Nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini Nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniunt. Amen. Dat. Reate, per manum magistri Guillelmi, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, III^o kalendas augusti, indictione IX^a, Incarnationis Dominicæ anno M^oCC^oXXX^oVI^o, pontificatus vero domni Gregorii pape noni anno X^o. »

3516

Rieti, 24 septembre 1236.

Eidem privilegium in papyro conscriptum innovat et rescribit, quo Johannes XIX papa ecclesie Portaensis privilegia et bona, Benedicti episcopi rogatu, confirmaverat². — (REG. 18, f. 239 v^o; *post* ann. X, c. 2; — cf. Gaetano MARINI, *I Papiri diplomatici*, p. 70, n^o XLIII.)

« [Eidem.] Licet sub firmamento [etc., ut in precedenti epistola, usque] : innovata. Sane, cum privilegium bone memorie Johannis pape [etc., ut supra, usque.] tale :

[Prædictum vero Johannis XIX pape privilegium sic incipit et desinit³ :

1. Ms. : secularis vel. — Cette faute se retrouve dans toutes les bulles de Grégoire IX formant ce dossier, sauf dans la huitième.

2. Mai 1025. — JAFFÉ-LOEWENFELD 4067 (3094). — Nous avons noté plus haut (p. 585-586), qu'UGHELLI n'a pas publié cette pièce, mais l'indique comme se trouvant dans le *Registre* de Grégoire IX, et en donne même l'adresse et l'incipit (t. I, col. 120).

3. Fol. 239 v^o.

3517

Mai 1025.

« Johannes episcopus, servus servorum Dei, karissimo in Domino Ihesu Christo filio Benedicti sancte Portaensis ecclesie episcopo, successoribusque suis, in perpetuum. »
 « Quoniam semper sunt — Amen. Scriptum per manum Sergii, scribarii Sancte Romane Ecclesie, »
 « mense maio, indictione VIII^a. »

« Decernimus ergo — Si qua igitur — Cunctis autem — Dat. Reate, per manum magistri Guillelmi, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, VIII kalendas octobris, indictione IX^a], Dominicæ Incarnationis anno M^oCC^oXXX^oVI^o, pontificatus vero d[omi]ni Gregorii pape IX^o] anno X^o. »

3518

Rieti, 24 septembre 1236.

Eidem privilegium in papyro conscriptum innovat et rescribit, quo Johannes XIX papa ecclesie Silvae Candidae possessiones episcoporumque privilegia, petente Petro episcopo, confirmaverat⁴. — (REG. 18, f. 241 v^o; *post* ann. X, c. 3; — cf. Gaetano MARINI, *I Papiri diplomatici*, p. 73, n^o XLVI; cf. *ibid.*, p. 239, col. 2.)

« [Eidem.] Licet sub firmamento [etc., ut supra, usque] : tale :

[Prædictum vero Johannis XIX pape privilegium sic incipit et desinit⁴ :

3519

17 décembre 1026.

« Johannes episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Petro, Domini gratia episcopo Silve Candidae ecclesie, et per te eidem venerabili episcopo, successoribusque tuis episcopis, in perpetuum². Conventit apostolice moderamini — Amen. Scriptum per manum Georgii, notarii regionari[i] atque scribarii Sancte Romane Ecclesie, in mense decembris et indictione supradicta X^a] — Dat. XVI kalendas januarii, per manum Bosonis, episcopi sancte Tiburtine ecclesie et bibliotecarii Sancte Apostolice Sedis.

1. 17 déc. 1026. — JAFFÉ-LOEWENFELD 4076 (3099).

2. Fol. 241 v^o.

3. La deuxième partie de cette bulle a été pour la première fois imprimée par MABILLON, *Museum italicum*, t. II (1689), p. 154-157, en appendice au Polyptique du chanoine Benoît (cf. JAFFÉ-LOEWENFELD 4076).

4. Suivent des souscriptions (cf. MABILLON, *ibid.*, p. 157).

« Dat. secundo kalendas Januarii. per manus Benedicti.
 » episcopi Portuensis. et vice Peregrini. Coloniensis
 » archiepiscopi. bibliothecarii Sancte Apostolice Sedis.
 » anno pontificatus domini nostri Johannis. summi
 » pontificis et universalis XIX pape. in sacratissima
 » sede beati Petri apostoli. tertio. mense decembris.
 » indictione X^a. »

« Decernimus ergo — Si qua igitur — Cunctis au-
 tem — Dat. Reate. per manum magistri Willelmi.
 Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii. VIII kalendas
 octobris. indictione IX^a[^o]. Dominice Incarnationis anno
 M^oCC^oXXX^oVI^o. pontificatus vero d[omi]ni Gregorii
 pape IX^o[^o] anno X^o. »

3550

Rieti. 21 août 1236.

Eidem privilegium in papyro conscriptum innovat et re-
 scribit. quo Leo IX papa Johannem. ex Tuscanensi factum
 episcopum Portuensem. testatus erat a synodo in ecclesia
 Sancti Salvatoris sanctum esse. et ecclesie Portuensis bona
 confirmaverat¹. — (REB. 18. f. 243 v^o; post ann. X. c. 1; —
 cf. Gaetano MARINI, *I Papiri diplomatici*, p. 84, n^o XLIX.)

« [Eidem.] Licet sub firmamento [etc.. ut supra, us-
 que :] tale :

« Praedictum vero Leonis IX papae privilegium sic incipit
 et desinit² :

3551

22 avril 1049.

« *Leo episcopus. servus servorum Dei. dilectissimo nobis
 in Christo fratri et coepiscopo nostro Johanni. Portuensis
 » ecclesie antistiti. tuisque successoribus. in perpetuum. in
 » Domino salutem.* Supplicantium desiderio annuen-
 dum — Amen. Bene valeat. Dat. X^o kalendas maii.
 » per manus Petri diaconi. bibliothecarii et cancellarii
 » Sancte Apostolice Sedis. anno domini Leonis VIII^o
 » pape [I^o]. indictione II^o³ —. »

« Decernimus ergo — Si qua igitur — Cunctis au-
 tem — Dat. Reate. per manum magistri Guillelmi.
 Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii. XII^o kalendas
 septembris. indictione VIII^o[^o]. Incarnationis Domi-

nice anno M^oCC^oXXX^o[^o]VI^o[^o]. pontificatus vero domni
 Gregorii pape noni anno decimo⁴. »

3552

Rieti. 21 septembre 1236.

Eidem privilegium in papyro conscriptum innovat et re-
 scribit. quo Benedictus VIII papa ecclesie Portuensis privile-
 gia possessionesque. petente Benedicto episcopo. confirma-
 verat¹. — (REB. 18. f. 245 v^o; post ann. X. c. 5; — cf.
 Gaetano MARINI, *I Papiri diplomatici*, p. 65, n^o XLII.)

« [Eidem.] Licet sub firmamento [etc.. ut supra, us-
 que :] tale :

« Praedictum vero Benedicti VIII papae privilegium sic
 incipit et desinit² :

35531^{er} août 1018.

« *Benedictus episcopus. servus servorum Dei. reverentis-
 » simo atque dilecto in Christo confratri nostro Benedicto.
 » episcopo sancte Portuensis ecclesie. suisque successoribus.
 » in perpetuum.* Quociens illa a — Amen. Scriptum per
 » manum Georgii. notarii regionalis atque scriniarii
 » Sancte Apostolice Sedis. in mense julio. indictione
 » prima. Dat. kalendis augusti. per manum Domini
 » gratia Bosonis³ episcopi et bibliothecarii Sancte
 » Apostolice Sedis. Bene valeat. »

« Decernimus ergo — Si qua igitur — Cunctis au-
 tem — Dat. Reate. per manum magistri Guillelmi.
 Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii. VIII kalendas
 octobris. indictione VIII^o[^o]. Dominice Incarnationis
 anno M^oCC^oXXX^oVI^o. pontificatus vero domni Gre-
 gorii pape VIII^o anno decimo. »

3554

Rieti. 21 septembre 1236.

Eidem privilegium in papyro conscriptum innovat et re-
 scribit. quo Victor II papa Humberto. Silvae Candidae epis-
 copo. ejusque successoribus concessum ab ipsius papae prae-
 decessoribus privilegium confirmaverat. videlicet ut certis
 diebus. quorum numerum ipse papa auget. perciperent « quid-
 » quid auri. argenti. pallii. seu cere vel quaruncunq[ue]

1. La date paraît avoir été ajoutée après coup avec une autre
 encre.

2. 1^{er} août 1018. — JAFFÉ-LOEWENFELD 4024 (3071).

3. Fol. 245 v^o.

4. Ms. : Basonis.

1. 22 avril 1049. — JAFFÉ-LOEWENFELD 4163 (3165).

2. Fol. 243 v^o.

3. Suivent les souscriptions de deux archevêques et quatorze
 évêques.

» rerum omnino jactatum vel positum fuerit vel oblatum in
» toto altari majori sancti Petri sive in ejus venerabili con-
» fessione¹. » — (REG. 18, f. 217 v^o; post ann. X, c. 6; — cf.
Gaetano MARINI, *I Papiri diplomatici*, p. 86, n^o L.)

« [Eidem.] Licet sub firmamento [etc., ut supra,
usque :] tale :

[Praedictum vero Victoris II papae privilegium sic incipit
et desinit¹ :]

3555

8 mai 1057.

« *Victor episcopus, servus servorum Dei, dilecto fratri et*
» *coepiscopo Humberto, et per eum ecclesie sanctarum vir-*
» *ginum et martyrum Rufine et Secunde, que nominatur*
» *Silva Candida, in perpetuum. Officii nostri esse —*
» *Amen. Scriptum per manus Gregorii, notarii et*
» *scriuarii Sancte Romane Ecclesie, in mense maio, in-*
» *dictione X[^o]. Bene valete. Dat. VIII idus maii, per*
» *manus Arribonis diaconi, anno III^o domini pape Vic-*
» *toris secundi, indictione X^a. »*

« Decernimus ergo —. Si qua igitur —. Cunctis au-
tem —. Dat. Reate, per manum magistri Guillelmi,
Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, VIII kalendas
octobris, indictione VIII[^o]², Dominice Incarnationis
anno M^oCC^oXXX^oVI^o, pontificatus vero domni Gregorii
pape VIII[^o] anno decimo. »

3556

Rieti, 2 août 1236.

Eidem privilegium in papyro conscriptum innovat et re-
scribit, quo Benedictus IX papa ecclesiae Silvae Candidae
bona episcoporumque jura, rogatu Petri episcopi, confirma-
verat, et, inter alia privilegia, ipsum Petrum omnesque ejus
successores episcopos Sedis Apostolicae bibliothecarios esse
perpetuo censuerat¹. — (REG. 18, f. 248 r^o; post ann. X, c. 7;
— cf. Gaetano MARINI, *I Papiri diplomatici*, p. 79, n^o XLVIII.)

« [Eidem.] Licet sub firmamento [etc., ut supra,
usque :] tale :

[Praedictum vero Benedicti IX papae privilegium sic in-
cipit et desinit² :]

1. 8 mai 1057. — JAFFÉ-LOEWENFELD 4366 (3310).

2. Fol. 247 v^o.

3. La partie de la date qui va de : « Dat. Reate... » jusqu'à :
« ... indictione VIII[^o] » a été réécrite.

4. Novembre 1037. — JAFFÉ-LOEWENFELD 4110 (3125).

5. Fol. 248 r^o.

3557

Novembre 1037.

« *Benedictus episcopus, servus servorum Dei, Petro,*
» *venerabili episcopo sancte Silve Candidae ecclesie, tuisque*
» *successoribus, in perpetuum. Convenit apostolico mo-*
» *deramini —. Amen. Scriptum per manus Sergii, scri-*
» *uarii et notarii sacri nostri palatii, mense novem-*
» *bris, indictione supradicta sexta. Bene valete¹ —. »*

« Decernimus ergo —. Si qua igitur —. Cunctis au-
tem —. Dat. Reate, per manum magistri Guillelmi,
Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, III nonas
augusti, indictione VIII[^o]², Incarnationis Dominice
anno M^oCC^oXXX^oVI^o, pontificatus vero domni Gregorii
pape VIII[^o] anno decimo. »

3558

Rieti, 2 août 1236.

Eidem, memorata unione a Calisto II papa facta de eccle-
siis beati martyris Hippolyti Portuensi et sanctarum
martyrum Rufinae et Secundae de Silva Candida, significat
se eandem unionem, ad instar praedicti Calixti II et
Adriani IV paparum, ratam habere; insuper omnes Por-
tuensis ecclesiae possessiones, quas nominatim recognoset,
ejusque jura et privilegia confirmat. — (REG. 18, f. 251 v^o;
post ann. X, c. 8; — POTTHAST 10217.)

« [Eidem.] Ab ipso Christo, ne fidei nascentis exordio
Sacrosancta Romana Ecclesia tante dignitatis noscitur
obtinuisse fastigium, ut ex collata sibi desuper in ma-
gistro suo beato Petro, Apostolorum principe, potes-
tate, si necessitas locorum exegit, et unum episcopatum
separari in duos et duos in unum ei licuerit adunare.
Felicitas autem memoriae Calixti, antecessorem nos-
trum, et temporis qualitas et vicinitas locorum induxit,
sicut in suo privilegio perspeximus contineri, ut Por-
tuensem beati martyris Ypoliti et sanctarum martyrum
Rufine et Secunde in Silva Candida uniret ecclesias,
et sub unius gubernatione antistitis perpetuis tempo-
ribus decerneret permanere, quoniam nec a se ullo
forent itineris intervallo sejuncte, nec, peccatis exigen-
tibus, tanta esset ibi populi multitudo, ut singule,
sicut ante illud tempus, singulorum deberent regimen
antistitum optinere; nam et populosa quondam Por-
tuensis civitas in solitudinem pene devenerat, et vir
paucissimis tunc, sicut et nunc, incolentibus habitato-
ribus, et ecclesia Silve Candidae, cunctis incolis desti-
tuta, nullorum transactorum annorum circulis, nequa-

1. Suivent plusieurs souscriptions d'évêques et autres person-
nages ecclésiastiques.

quam proprii solatium meruerat habere pastoris. Quibus nimirum supradictus antecessor rationibus invitatus, de communi fratrum suorum consilio, prenotatas univit ecclesias et eas ab uno extunc antistite constituit gubernandas. Quocirca, venerabilis in Christo frater Romane episcopo, ad exemplar ejusdem et Adriani, predecessorum nostrorum, Romanorum Pontificum, unionem hujusmodi confirmantes, ecclesias ipsas gubernationi tue committimus, et eas sub tua, sicut proprii episcopi, dispositione decernimus permanere, statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona ecclesie ipse in presentiarum juste et canonice possident, aut in futurum, prestante Domino, rationabiliter poterunt adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis diximus exprimenda vocabulis : civitatem Portuensem, quam felix memorie predecessores nostri Benedictus, Leo et Johannes ecclesie Portuensi dederunt, et suis privilegiis confirmaverunt, cum omni servitio quod eis in eternum provenire debeat ¹ —. Similique modo ², ad unguendum ³ vel consecrandum imperatorem, primum tuam tuorumque successorum episcoporum fraternitatem convocamus, ut quibus regimen loci civitatis Leoniane concessum est, ab his primum sit benedictus : consecrationem altarium sancti Petri et suorum monasteriorum, [et] ecclesiarum, altarium, sacerdotum, clericorum loci civitatis Leoniane tibi tuisque successoribus in perpetuum concedimus et confirmamus : cuncta sacra officia seu ministeria, que nos et successores nostri facere debemus, si, egritudine vel aliqua cura impediti, facere non possumus, tam in supradicta venerabili ecclesia Sancti Petri et monasteriis suis, quam et per totam civitatem Leonianam, per te tuosque successores fieri apostolica auctoritate decernimus. Sane in Dominica Palmarum, in Cena Domini, Parasceve, Sabbato Sancto et die Pasche, statutis horis et diebus antecessorum nostrorum privilegiis designatis, missarum solemnia et divina officia juxta veterem consuetudinem [super altare beati

Petri et eiusque successoribus celebranda] ¹ statuimus, ubi quicquid prohiberi vel offerri contigerit, tam vide licet in altari quam in confessione, vestris usibus applicetur. Porro, ad conservandam Sancte Romane et Apostolice Ecclesie dignitatem et antiquam earundem ecclesiarum consuetudinem, capitulo presenti subjungimus ut, sicut olim in singulis earum singuli episcopi constituti sacro Lateranensi altari ² ministrarint, ita deinceps unus in eis tanquam in una ecclesia ordinatus episcopus ejusdem altaris servitio in ordine vicis sue, Domino cooperante, insistat. Decernimus ergo —. Si qua igitur —. Cunctis autem —. Amen. Dat. Reate, per manum magistri Guillelmi, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, III nonas augusti, indictione VIII^a, Dominice Incarnationis anno M^oCC^oXXX^oVI^o, pontificatus vero domni Gregorii pape VIIIⁱ [] anno decimo. »

3559

Rieti, 24 septembre 1236.

Eidem privilegium in papyro conscriptum innovat et rescribit, quo Johannes XVIII papa Benedicto, episcopo Portuensi, dimidium campi Stagnelli Maledicti concesserat ³. — (REG. 18, f. 252 v^o; post ann. X, c. 9; — cf. Gaetano MARINI, *I Papiri diplomatici*, p. 70, n^o XLIV [])

[*Eidem.*] Licet sub firmamento [etc., ut supra, usque] tale :

[Prædictum vero Johannis XVIII papæ privilegium sic incipit et desinit ⁴ :

3560

Juillet 1005.

« *Johannes episcopus, servus servorum Dei, dilecto nostro*
» *in Christo spiritali filio Benedicto, reverentissimo episcopo sancte Portuensis ecclesie, tuisque successoribus, in*
» *perpetuum.* Quociens illa a —. Scriptum per manum
» Petri, notarii et scri[ptarij] Sancte Romane Ecclesie, in mense julio, indictione supradicta III^a.
» Bene valete. »

« Decernimus ergo —. Si quis igitur —. Cunctis au-

1. Suit la liste des possessions, que l'on trouvera dans UGHELLI, *Italia sacra*, t. I, col. 131-132, et qu'il n'a pas paru nécessaire de reproduire ici.

2. Cette dernière partie a été reproduite, d'après UGHELLI, dans le bulletin du Vatican, *Collectio bullarum... basilicæ Vaticanæ*, t. III (1752), Append., p. 5. Grégoire IX reprend les termes mêmes d'une bulle de Jean XIX, vidimée par lui et indiquée ci-dessus, parmi les pièces de cette série, sous le n^o 3549; voy. Gaetano MARINI, *I Papiri diplomatici*, p. 77, lignes 1 et suivantes.

3. Ms. : jungendum.

1. Le membre de phrase imprimé entre crochets [] résulte d'une correction et a été écrit en surcharge.

2. Ms. : altario.

3. Juillet 1005. — JAFFÉ-LOEWENFELD 3946 (3019).

4. Gaetano MARINI (de même qu'UGHELLI, *Italia sacra*, t. I, col. 119) attribue cette pièce au pape Jean XIX, et lui assigne comme date l'année 1025 environ.

5. Fol. 252 v^o.

tem —. Dat. Reate, per manum magistri Guillelmi. Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii. VIII^o kalendas octobris, indictione VIII^o[*]. Dominice Incarnationis anno M^oCC^oXXX^o[*]VI^o, pontificatus vero domni Gregorii pape VIII^o[*] anno decimo. »

3561

Rieti, 20 août 1236.

Eidem privilegium in papyro conscriptum innovat et rescribit, quo Johannes XV papa Gregorio, episcopo Portuensi, per palatii Lateranensis agros « a flumine recto, juxta murum » Portuensis civitatis », ad lacum Trajanum perducendae fossae licentiam ea lege dederat, ut singulis annis denarii sex ab episcopis Portuensibus Ecclesiae Romanae solverentur¹. — (REG. 18, f. 252 v^o; post ann. X, c. 10; — cf. Gaetano MARINI, *I Papiri diplomatici*, p. 59, n^o XXXVI.)

« [Eidem.] Licet sub firmamento [etc., ut supra, usque:] tale :

[Praedictum vero Johannis XV papae privilegium sic incipit et desinit² :]

3562

25 juin 992.

« Johannes episcopus, servus servorum Dei, reverentissimo et sanctissimo Gregorio, fratri et coepiscopo sancte Portuensis ecclesie, et per te in eodem venerabili episcopo tuisque successoribus, in perpetuum possidendum. » Quoniam semper sunt —. Scriptum per manus Stephani, scri[pt]arii sacri palatii, in mense junio et indictione suprascripta V^a. Bene valete. Dat. VII kalendas julii, per man[um] Johannis, episcopi sancte Nepesine ecclesie et bibliothecarii Sancte Sedis Apostolice, anno pontificatus d[omi]ni nostri Johannis sanctissimi XV[*] pape VII^o, in mense et indictione suprascripta V^a. »

« Decernimus ergo —. Si quis igitur —. Cunctis autem —. Dat. Reate, per manum magistri Guillelmi,

1. 25 juin 992. — JAFFÉ-LOEWENFELD 3843 (2942).
2. Fol. 253 r^o.

Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, XIII kalendas septembris, indictione VIII[*], Incarnationis Dominice anno M^oCC^oXXX^oVI^o, pontificatus vero domni Gregorii pape VIII[*] anno decimo. »

3563

Rieti, 21 septembre 1236.

Eidem privilegium in papyro conscriptum innovat et rescribit, quo Johannes XIX papa in concilio Petrum, episcopum Silvae Candidae, « accepta virga, de universa tertia » omnium ecclesiarum Galeriae » investiverat¹. — (REG. 18, f. 253 v^o; post ann. X, c. 11; — cf. Gaetano MARINI, *I Papiri diplomatici*, p. 71, n^o XLV.)

« [Eidem.] Licet sub firmamento [etc., ut supra, usque:] tale :

[Praedictum vero Johannis XIX papae privilegium sic incipit et desinit² :]

3564

14 décembre 1026.

« In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Johannes, divina providentia nonus decimus papa Romanus. Sciens » pene cuncta —. Dat. XIX kalendas januarii, per manum Bosoni[s], episcopi sancte Tyburtine ecclesie » et bibliothecarii Sancte Apostolice Sedis³ —. Ego » Stephanus, Dei gratia scriniarius Sancte Sedis Apostolice, scripsi. »

« Decernimus ergo —. Si quis igitur —. Cunctis autem —. Dat. Reate, per manum magistri Guillelmi. Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, VIII kalendas octobris, indictione VIII[*], Incarnationis Dominice anno M^oCC^oXXX^oVI^o, pontificatus vero domni Gregorii pape VIII[*] anno decimo. »

1. 14 décembre 1026. — JAFFÉ-LOEWENFELD 4075 (3098).

2. Fol. 253 v^o.

3. Suivent plusieurs souscriptions d'évêques et autres personages ecclésiastiques.

LITTERAE DE DISCORDIA SUBORTA

INTER

ECCLESIAM ET FRIDERICUM IMPERATOREM

[Ce dossier, le deuxième que nous trouvons intercalé entre le recueil des bulles de la X^e année et celui des bulles de la XI^e année, occupe les feuillets 255 r^o et v^o et 256 r^o du *Registre* 18. — Le texte est absolument conforme à celui qu'en a donné PERTZ, *Leges*, t. II, p. 334-337, suivi par HULLARD-BRÉHOLLES, *Historia diplomatica Friderici secundi*, t. V, II, p. 985-991. M. RODENBERG (n^o 768, I-XIII) se borne à des analyses, sans reproduire les documents, même partiellement. — Rien, au point de vue paléographique, ne distingue ce petit dossier, — bien différent en cela du dossier qui précède immédiatement, sur les *vidimus* de Porto, — du reste du *Registre*; même écriture, même système de rubriques. Mais les pièces ne portent pas de numéros; nous leur avons attribué ici les cotes [12-18], les cotes 1-11 étant affectées, dans le *Registre* même, aux pièces du dossier précédent.

Notons seulement qu'un cahier commence avec ce nouveau dossier, et un autre au feuillet 263, avec la table des *capitula* de la XI^e année. Or, du feuillet 255 au feuillet 263, nous ne comptons que quatre feuillets, numérotés 255, 256, 261 (ce dernier changé en 267, par erreur, pour 257) et 262. Les feuillets numérotés 261 (changé en 267) et 262 sont blancs, comme aussi le feuillet 256 v^o. Il est donc plus que probable qu'il y a eu primitivement, entre les feuillets 254 et 263, un cahier de huit feuillets, numérotés de 255 à 262, dont les deux premiers seuls étaient écrits, de façon que, lors de la relire, on aura pu, sans toucher au texte, enlever les feuillets, sans doute blancs, cotés 257-260. Le feuillet 267 (ou plus exactement CCLXVII, car la numérotation qui nous occupe est en chiffres romains, était certainement coté CCLXI, avant un grattage qui a changé le I final en VII; ce feuillet était donc bien à sa place dans le quaternion.

Quant au cahier suivant, formé de 8 feuillets, cotés 263-270 (CCLXIII-CCLXX), il est occupé en partie (feuillets 263 v^o-267 r^o) par la table des *capitula* de la XI^e année; les feuillets 263 r^o, 267 v^o et 268 r^o-270 v^o sont blancs.]

3565

Cologne 8 avril 1210].

Conradus, archiepiscopus Coloniensis, nec non Landolfus, Warmaciensis, Ludolfus, Monasteriensis et Engelbertus, Osuaburgensis episcopi, discordiam deplorantes quae inter Gregorium papam et Fridericum imperatorem erat suborta, eundem papam certum reddunt, si praedictus imperator ad concordiam non possit revocari, se Ecclesiae affuturos; rogant quatenus Conrado, magistro hospitalis Sanctae Mariae Theutonico-rum, pro pace reformanda ad Sedem Apostolicam transmissa, benignam audientiam concedat; eidem magistro

commiserunt ut, si de ipsius papae voluntate processerit, aliquid ex principibus, quem idem magister in hoc negotio opportunum viderit, sibi assumat. — (REG. 18, f. 255 r^o; post ann. X, c. [12]; — MOREAU 1191, f. 20; — PERTZ, *Monumenta Germaniae historica, Leges*, t. II, p. 331; — HULLARD-BRÉHOLLES, *Historia diplomatica Friderici secundi*, t. V, II, p. 985; — cf. RODENBERG 768, I.)

« Littere Conradi, archiepiscopi Coloniensis, Landolfi, Warmaciensis, Ludolfi, Monasteriensis et Engelberti, Os-

naburgensis episcopus, ad dominum papam super tractatu pacis inter Romanam Ecclesiam et Fr[idericum] dictum imperatorem. Sanctissimo in Christo patri ac domino reverendo G[regorio], Sacrosancte Romane Sedis summo et universali pontifici, C[onradus], Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie humilis minister. L[andolfus], Warmaciensis, L[udolfus], Monasteriensis et E[ngelbertus], Osnaburgensis episcopi, devota pedum oscula beatorum. Cujus nutrimur ab —. Dat. apud Coloniam, VIII^o aprilis. »

3566. — In eundem modum scripserunt C[onradus], Frisingensis, F[ridricus], Eistadensis et E[igeno], Briziniensis episcopi, super eodem. — (Cf. RODENBERG 768, II.)

3567. — In eundem modum scripsit B[ertholdus], Argentinensis episcopus, super eodem. — (Cf. RODENBERG 768, III.)

3568. — In eundem modum scripsit C[onradus], Spirensis episcopus, super eodem. — (Cf. RODENBERG 768, IV.)

3569

Wurtzbourg, 2 mai 1240.

« In eundem modum scripsit H[ermannus], Erbpötenensis episcopus, Dat. apud Herbipolium, VI nonas maii, XIII^o indictione, anno pontificatus nostri quintodecimo. » — (Cf. RODENBERG 768, V.)

3570. — In eundem modum scripsit Theod[ericus], Treverensis archiepiscopus, super eodem. — (Cf. RODENBERG 768, VI.)

3571

Wurtzbourg, 11 mai 1240.

Henricus, lantgravius Thuringiæ et comes palatinus Saxonie, idem fere scribit, verbis mutatis; addit se in expectatione fore, donec de responsione papæ et imperatoris plenius instruat. — (REG. 18, f. 255 v^o; post ann. X, e. 13; — cf. MOREAU 1191, f. 21; — PERTZ, *Monumenta Germaniæ historica, Leges*, t. II, p. 335; — HULLARD-BRÉHOLLES, *Historia diplomatia* etc., t. V, II, p. 986; — cf. RODENBERG 768, VII.)

« In eundem fere modum scripsit H[enricus], lantgravius Thuringie, comes palatinus Saxonie, usque: veneramur, si constaret quod —. Dat. Herbipoli, XI maii, XIII^o indictione. »

3572

Liège, 2 avril 1240.

« In eundem modum scripserunt H[enricus], Brabantie,

1 La seule différence qui existe entre cette pièce et la précédente (n^o 3571), consiste dans les formules employées pour désigner soit

Matheo, Lotheringo, Henrico, de Linpordibus; Octo, Gelenis, Henrico, Senensis, Arnoldus, de Loo, Willelmus, Juliacensis, Henricus, de Luzelubore equites, et Waterannus de Lanpre, usque: qui aderant —. Dat. apud Leodium, II infrantis aprilis. » — (REG. 18, fol. 255 v^o; — cf. RODENBERG 768, VIII.)

3573

Kastel, 20 avril 1240.

Sicofridus, archiepiscopus Maguntinus, Gregorium nomen papam rogat ut iis quæ pacis sint, elementiam suam accipiet, et Conradum, magistrum Theutonico-rum, de his miseris corditer audiat; promittit, si presentia sua opportuna fuerit, laboribus et expensis se exponere paratum esse. — (REG. 18, f. 255 v^o; post ann. X, e. 14; — PERTZ, *Monumenta Germaniæ historica, Leges*, t. II, p. 335; — HULLARD-BRÉHOLLES, *Historia diplomatia* etc., t. V, II, p. 988; — cf. RODENBERG 768, IX.)

« Littere .. archiepiscopi Maguntini ad dominum papam super eodem. Sanctissimo in Christo patri ac domino suo Gregorio, Sacrosancte Romane Ecclesie summo pontifici, S[igefridus], Dei gratia archiepiscopus Maguntinus, debitum plene subjectionis et obediencie famulatum. Occasione discordie, pater —. Dat. Gastele, XII kalendas maii, pontificatus nostri anno decimo. »

3574

1240.

Siboto, Augustensis episcopus, Gregorium nomen papam rogat ut Conradum, in magistrum Theutonico-rum electum, super generali principum et totius Alamannie petitione audiat et misericorditer discordiam sopiri sinat; se etiam imperatorem cum ceteris principibus communisse ut ad ipsam discordiam extinguendam se inclinet. — (REG. 18, f. 255 v^o; post ann. X, e. 15; — cf. MOREAU 1191, f. 21 v^o; — PERTZ, *Monumenta Germaniæ historica, Leges*, t. II, p. 336; — HULLARD-BRÉHOLLES, *Historia diplomatia* etc., t. V, II, p. 988; — cf. RODENBERG 768, X.)

« Littere S[ibotanis], Augustensis episcopi, ad dominum

le grand-maitre de l'Ordre Teutonico, soit cet Ordre même; on lit, en effet, dans la première (3571): « qui aderant, fratrem nostrum Conradum, magistrum domus Teutonico-rum... ab eodem » fratre nostro dilectissimo plenius instruat; et dans la seconde (3572): « qui aderant, verum Dei amatorem, fratrem » Conradum, venerabilem magistrum hospitalitatis Sancte Marie domus Teutonico-rum... ab eodem viro venerabili plenius instruat. » (Cf. PERTZ, *Ibid.*, p. 335, Il faut se rappeler que, dans la première de ces lettres, c'est Henri Raspon qui parle, et que Conrad, grand-maitre de l'Ordre Teutonico, était son propre frère.

papam super eodem. Sanctissimo in Christo patri et domino G[regorio], Dei gratia Sancte Romane Ecclesie summo pontifici, S[iboto], Augustensis episcopus, cum subjectione debita et famulatu pedum oscula beatorum. Vestre cum pluribus — »

3575

[1240].

Otto, dux de Brunswic, Gregorium nonum papam rogat ut, necessitatem totius orbis salubriter intuens, C[onradum], magistrum Theutonicorum, de compositione facienda internumium et mediatorem esse concedat; magis idoneum illo haberi non posse, quia alii principes, quibus securus non patebat accessus vel ad ipsum papam vel ad imperatorem hoc tempore veniendi, alteri partium forte se redderent suspectos. — (REG. 18, f. 255 v°; — *post ann. X, c. 16*); — cf. MOREAU 1191, f. 21 v°; — PERTZ, *Monumenta Germaniae historica, Leges*, t. II, p. 336; — HUILLARD-BRÉHOLLES, *Historia diplomatica etc.*, t. V, n, p. 989; — cf. RODENBERG 768, XI.)

« *Littere O[tonis]*, ducis de Brunswic, ad dominum papam super eodem. Sanctissimo patri ac domino suo G[regorio], summo Romano pontifici, Dei gratia O[tto], dux de Brunswic, paratum semper cum debita reverentia famulatum. Antiqui hostis versutia — »

3576

[1240].

Albertus, dux Saxoniae, Gregorium nonum papam rogat ut ad concordiae unionem cum Friderico imperatore accedere dignetur et fratrem Conradum, quondam Iantgravium [Thuringiae], mediatorem inter praedictum imperatorem et

ipsum papam existere permittat. — (REG. 18, f. 256 r°; *post ann. X, c. 17*); — cf. MOREAU 1191, f. 21 v°; — PERTZ, *Monumenta Germaniae historica, Leges*, t. II, p. 336; — HUILLARD-BRÉHOLLES, *Historia diplomatica etc.*, t. V, n, p. 990; — cf. RODENBERG 768, XII.)

« *Littere A[lberti]*, ducis Saxonie, ad dominum papam super eodem. Reverentissimo domino suo et patri in Christo karissimo G[regorio], Sacrosancte Romane Ecclesie summo pontifici, A[lbertus], Dei gratia dux Saxonie, cum obsequio fideli orationes et pedum oscula beatorum. Cum ex discordia — »

3577

[1240].

Johannes et Otto fratres, marchiones de Brandeburg, verbis mutatis, idem fere quod dux de Brunswic¹ Gregorio papae nono scribunt. — (REG. 18, f. 256 r°; *post ann. X, c. 18*); — MOREAU 1191, f. 21 v°; — PERTZ, *Monumenta Germaniae historica, Leges*, t. II, p. 337; — HUILLARD-BRÉHOLLES, *Historia diplomatica etc.*, t. V, n, p. 990; — cf. RODENBERG 768, XIII.)

« *Littere J[ohannis] et O[tonis] fratrum*, marchionum de Brandeborch, ad dominum papam super eodem. Reverendo domino ac patri suo G[regorio], Sancte Romane Sedis antistiti, J[ohannes] et O[tto], Dei gratia marchiones et fratres de Brandeborch, debitam cum devoto servitio reverentiam in domino Jhesu Christo. Cum ex dissensione — »

1. Cf. *supra*, n° 3575.

INCIPIT REGESTUM

DOMINI GREGORII PAPE NONI

ANNI UNDECIMI

3578

Viterbe, 24 mars 1237.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicæ Sedis legato, significat se, cum rex Angliæ de rege Scotiæ justam se habere assereret materiam conquerendi, per pacem huic negotio finem providisse imponendum, eique mandat quatenus de pace inter eosdem reges studeat haberi tractatum. — (REG. 18, f. 271 r°; ann. XI, c. 1; — POTTHAST 10302.)

« O[toni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicæ Sedis legato. Cum karissimus in —. Dat. Viterbii, VIII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno undecimo. »

3579

Viterbe, 27 mars 1237.

Regi Angliæ, qui de rege Scotiæ habere se justam materiam conquerendi assererat, significat se per O[tonem], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, Apostolicæ Sedis legatum, providisse « haberi super compositione tractatum »; eum monet quatenus ejusdem legati exhortationibus et consiliis devote intendat. — (REG. 18, f. 271 r°; ann. XI, c. 2; — POTTHAST 10304.)

« .. illustri regi Angliæ. Cum de .. illustri —. Dat. Viterbii, VI kalendas aprilis, anno undecimo. »

3580. — In eundem modum .. illustri regi Scotiæ. — (POTTHAST 10304*.)

3581

Viterbe, 30 mars 1237.

Episcopo Pensauriensi significat se Johanni presbytero, canonico Pensauriensi, contra ipsum episcopum criminaliter agenti, Ostiensem episcopum, eodem canonico petente, auditorem concessisse, eique mandat quatenus secundo die post octavas Resurrectionis Dominicæ proximo future personaliter se apostolice conspectui repræsentet. — (REG. 18, f. 271 r°; ann. XI, c. 3; — POTTHAST 10305.)

« .. episcopo Pensauriensi. Cum ad petitionem —. Dat. Viterbii, III kalendas aprilis, anno undecimo. »

3582

Viterbe, 26 mars 1237.

Magistris Hugoni de Pisis, cantori Rothomagensi, Simoni de Senonis, Parisiensi canonico, et P. dicto Caligario, Morinensi canonico, eadem fere scribit quæ supra, in litteris sub numero 3526 notatis, de Oddone de Villa Terrici (= Villethierry), quondam Bajocensi decano, et de electione decani in Bajocensi ecclesia celebranda. — (REG. 18, f. 271 r°; ann. XI, c. 4; — MOREAU 1191, f. 211.)

« Magistris Hug[oni] de Pisis, cantori Rothomagensi, Si-

monii de Sca[m]p[is], Parisiensi, et P. dicto Caligario. Morinensi canonici. Ad audientiam nostram, insinuantibus dilectis filiis capitulo Bajocensi, noveritis pervenisse quod, cum Oddo de Villa Terrici, quondam decanus Bajocensis [etc., ut supra, in litteris sub numero 3526 notatis, paucis mutatis, usque :] matrimonialiter copulavit. Ceterum postmodum, intellecto quod hujusmodi matrimonium vel potius contubernium poterat accusari, cum ilem O. sit in subdiaconatus ordine constitutus, ad decanatum redire cupiens, cui renuntiaverat ipso facto, ut impediret quominus ad electionem procederetur decani in ecclesia memorata, per procuratorem suum vocem ad nos frustratorie appellationis emisit. Quare nobis [etc., ut supra, in eisdem litteris, paucis mutatis, usque :] ecclesie providere : contradictores etc. Ceterum, cum dictus O. apud Sedem Apostolicam latere dicatur, ne possit ad eum citatio pervenire, vos nichilominus, denuntiationibus ad loca ubi expedire videritis, secundum ordinem juris missis, in commissio vobis negotio juxta tenorem presentium procedatis — Dat. Viterbii, VII kalendas aprilis, anno undecimo. »

3583

Viterbe, 30 mars 1237.

Decano, archidiacono et Henrico, canonico Thebanis, mandatum quatenus abbatem conventumque monasterii de Dalphino (= Daphni), Cisterciensis ordinis, Atheniensis diocesis, et quosdam eorum adversarios, super casali de Liconia ejusque pertinentiis litigantes, auctoritate apostolica citent, et partibus festum beati Michaelis in septembri proximo venturum terminum praefigant, quo per se vel per procuratores coram ipso papa compareant. — (REG. 18. f. 271 v°; ann. XI, c. 5; — cf. *supra*, n. 2671 et 3214.)

« .. decano, .. archidiacono et Henrico, canonico Thebanis. Sicut olim dilecti filii .. abbas et conventus monasterii de Dalphino, Cisterciensis ordinis, Atheniensis diocesis, sua nobis petitione monstrarunt, cum in causa que inter ipsos, ex parte una, et A[bertum] Bocherann., militem, Nigripontensis diocesis, tutorem filiarum quondam B., fratris sui, nomine ipsarum, ex altera, super casali eorum de Liconia et ejus pertinentiis vertitur, post diversas tam a Sede Apostolica quam ejus legatis litteras ad diversos iudices impetratas, non posset haberi processus, tum interventibus fortuitis casibus, tum etiam nobili viro M., tertie partis Nigripontensis [insule] domino, alterius partis obtentu, minus et terroribus advocati eis subsidium subtrahente, sicut bone memorie .. Corinthiensis archiepiscopus

ejusque conjudices, quibus commiseramus eandem, suis nobis litteris intimarunt : nos tandem venerabili fratri nostro .. nunc Corinthiensis electo, episcopo quondam Argolicensi, et suis collegis nostris dedimus litteris in mandatis ut, utramque partem ex parte nostra citantes, prefigerent eis terminum peremptorium competentem, quo per se vel per sufficientes et idoneos procuratores apostolice se conspectui presentarent, facture quod justitia suaderet. Cum autem iidem, utramque partem mandati nostri auctoritate citantes, eisdem vigiliam beati Andree proximo preteritam terminum peremptorium prefixissent, demum procuratoribus utriusque partis apud Sedem Apostolicam constitutus dilectum filium nostrum R[ainerium], Sancte Marie in Cosmidin diaconum cardinalem, dedimus auditorem. Qui cum P. miles et F., uxor ipsius, adversarii dictorum abbatis et conventus, procuratores non nisi ad allegandum causas absentie ac petendum indutias destinarent, cautionem a procuratoribus ipsis et patre militis ejusdem de speciali mandato nostro recepit, quod dicti adversarii in termino subnotato personaliter vel per procuratores idoneos sufficienter instructos coram nobis cum suis rationibus comparebunt, et interim dictum casale in alium transferre vel alienare aliquatenus non presumant¹, nullasque a Sede Apostolica litteras impetrebunt super negotio memorato. Ideoque mandamus quatenus utramque partem auctoritate nostra citetis, terminum eis peremptorium, festum videlicet beati Michaelis in septembri venturum nunc proximo, prefigendo, quo per se vel per procuratores sufficientes et idoneos compareant coram nobis, facture ac recepture quod ordo dictaverit rationis : alioquin extunc in dictos P. et F. ac sorores ipsius F. excommunicationis sententiam proferatis, et faciat eam usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, III kalendas aprilis, pontificatus nostri anno undecimo. »

3584

Viterbe, 2 avril 1237.

Fratri Raymundo, capellano et paenitentiaro suo, memoratis litteris quibus ei mandaverat ut Roberto de Castro Rossillonis, Elencensis diocesis, beneficium absolutiois impenderet, mandat quatenus, cum, exponente episcopo Elencensi, appareret praefictas litteras per suppressionem veri et suggestionem falsi a Sede Apostolica fuisse obtentas, vis-

1. Sans doute pour *presument*.

dem supersedeat et per eas non procedat. — (REG. 18, f. 272 r; ann. XI, c. 6; — POTTHAST 10311; — cf. *supra*, n° 3181.)

« *Fratri Raimundo, capellano et penitentiario nostro.* Olim karissimus in Christo filius noster .. illustris rex Aragonum nobis significare curavit quod nobilis vir R[obertus] de Castro Rossilionis [etc., ut supra, paucis mutatis, in litteris sub numero 3481 notatis, usque :] regis precibus inclinatus, per litteras nostras tibi mandavimus ut, si tibi per debita signa [etc., ut supra, paucis mutatis, in eisdem litteris, usque :] beneficium absolutiōis impenderes, eidem salutarem penitentiam injungendo —. Post hoc, venerabilis frater noster .. Elenensis episcopus, ad presentiam nostram accedens, nobis exposuit quod idem nobilis hactenus fuit refugium et quasi princeps hereticorum diocesis Elenensis, et in castris suis habuerunt domicilia hujusmodi homines infideles, ipse quoque, cum, coram episcopo memorato conventus, omnem heresim abjurasset, relapsus postmodum exiit in eandem, sicut testibus et propria fuit confessione convictus, et tandem per sententiam condemnatus; cumque predicti regis carceri traditus fuerit ad penitentiam peragendam, furtive ab eodem evadens, per suppressionem veri et falsi suggestionem tibi optinuit predictas litteras destinari. Unde idem episcopus humiliter postulavit a nobis ut, cum nichil aliud esset, eum ad bona sua restituere, quam heresim in suo episcopatu plantare, et per hoc tam ipsi episcopo quam predictis testibus mortis periculum immineret, providere super hoc debita diligentia curarem. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, litteris supersedens eidem, per ipsas aliquatenus non procedas. Dat. Viterbii, IIII nonas aprilis, anno undecimo. »

3585

Viterbe, 5 avril 1237.

Magistro Herveo, rectori ecclesie Sanctae Mariae, cui ejusdem ecclesie redditus, qui quadraginta marcaram valentiam non excedebant, ad ipsius congruam sustentationem, pro eo maxime quod, juxta patrie consuetudinem, hospitalitatem advenientibus exhibere tenebatur, concedit ut unicuique valeat recipere beneficium, etiam si curam habeat animarum annexam, et illud cum praedicta ecclesia retinere. — (REG. 18, f. 272 r; ann. XI, c. 7.)

« *Magistro Herveo, rectori ecclesie Sancte Marie.* Pro personarum meritis —. Dat. Viterbii, nonis aprilis, anno undecimo. »

GRÉGOIRE IX, t. II.

3586

Viterbe, 4 avril 1237.

Episcopo Parisiensi, electo Rothomagensi et abbati Cisterciensi scribit : « Licet super restitutione dilecti filii [Willelmi], Premonstratensis abbatis, tibi, fili abbas, et .. » Saneti Judoici in Nemore et .. de Cartovoro abbatibus nuper sub certa forma direxerimus scripta nostra, quia predicti college tui sunt ejus, sicut asserit, adversarii nostri, super quo sibi petit per Sedem Apostolicam subveniri, nos eorum loco vos, frater episcope ac filii electe, duximus subrogandos. — (REG. 18, f. 272 v; ann. XI, c. 8; — MOREAU 1191, f. 244; — cf. *supra*, n° 3471.)

« .. episcopo Parisiensi, .. electo Rothomagensi et .. abbati Cisterciensi. Licet super restitutione —. Dat. Viterbii, II nonas aprilis, anno undecimo. »

3587

Viterbe, 3 avril 1237.

Willelmo, Anteradensi episcopo, significat se, ad exemplar Lucii III, papae, Anteradensem ecclesiam sub beati Petri et sua protectione suscipere, ejusque possessiones, privilegia et consuetudines confirmare. — (REG. 18, f. 272 v; ann. XI, c. 9.)

« *Willelmo, Anteradensi episcopo, ejusque successoris canonice substituendis, imperpetuum.* Ex injuncto nobis —. Eapropter, venerabilis in Domino frater Willelme, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et Anteradensem ecclesiam, cui, Deo auctore, preesse dinosceris, ad exemplar felicis recordationis Lucii papae, predecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuantes ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem ecclesia etc., usque : et illibata permaneant. Statuimus etiam ut nullius ordinis clericus ecclesias ad jus episcopi pertinentes, sine conscientia vel consensu tuo aut successorum tuorum, aliis faciat censuales, vel in cujusquam transferat potestatem; et, si factum fuerit, irritum habeatur. Sed nec monachi vel canonici seu quilibet alii clerici in ecclesiis parochialibus ad tuam diocesim pertinentibus, sine tua auctoritate instituire vel removere audeant capellanos, nisi forte privilegiis Romanorum Pontificum vel alia causa canonica muniatur. Preterea quod, communi assensu capituli vel senioris partis consilio, in tua diocesi per te canonice fuerit institutum, ratum et firmum volumus permanere. Cimiteria quoque ecclesiarum et ecclesiastica beneficia nullis hereditario jure possidat; quod si quis hoc facere contenderit, compescendi eum per censuram canonice liberam

habeas facultatem. Porro, quia quidam monachorum jus suum episcopis auferre contendunt, prohibemus ne monachi vel canonici in Anteradensi diocesi capellanias teneant, sacerdotis seu capellani officium vel beneficium sine auctoritate pontificali usurpent, sed presbiteris capellanis integre conserventur quecumque ad jus pertinent capellane. In parochialibus siquidem ecclesiis tue diocesis ad te utroque jure pertinentibus, absque licentia et assensu episcopi presbiter capellanus minime statuatur. Prohibemus autem ne presbiteri capellani ecclesiarum ad jus Anteradensis ecclesie pertinentium, possessiones earum absque assensu Anteradensis episcopi, salvis tamen canonicis constitutionibus, distrahere, vendere vel obligare presument, seu alio quolibet titulo alienare: quod si factum fuerit, irritum habeatur. Sacrorum quoque canonum statuta sequentes, decernimus ut nullus archiepiscopus vel episcopus absque assensu Anteradensis episcopi, si in episcopatu fuerit, in diocesi Anteradensi conventus publicos celebrare, [seu] causas et ecclesiastica negotia ejusdem diocesis, nisi per Romanum Pontificem vel legatum ejus vel patriarcham Antiochen[um] fuerit eidem injunctum, tractare presumat. Possessiones etiam seu quolibet bona Anteradensis ecclesie, vel que ab ipsa in feudo vel alio modo tenentur, nulli persone seu ecclesie, contra antiquam et rationabilem consuetudinem, et sine assensu ejusdem episcopi, conferre, impignorare, seu cui libet dare, vel quolibet alio titulo quisquam alienare presumat. Prohibemus insuper ne interdictos vel excommunicatos tuos ad officium aut communionem ecclesiasticam sine conscientia vel consensu tuo quisquam admitat, vel contra sententiam tuam canonicè promulgatam aliquis venire presumat, nisi forte periculum mortis immineat, ut, dum presentiam tuam habere nequiverint, per alium, secundum formam Ecclesie, satisfactione premissa, oporteat ligatum absolvi. Statuimus etiam et sub interminatione anathematis inhibemus ne, vacante ecclesia tua, res ejus diripere, aut eam quomodolibet perturbare vel episcopi electionem canonicam impedire quecumque persona dampnabili temeritate presumat. Sed, obeunte te, nunc ejusdem loci episcopo, vel tuorum quolibet successorum, is Anteradensi ecclesie preferatur antistes, quem fratres communi consensu vel fratrum major pars consilii sanioris secundum Deum provide- rint eligendum. Libertates quoque et immunitates ecclesie vestre concessas, et antiquas et rationabiles consuetudines ibidem hactenus observatas, ratas habe-

mus et eas perpetuis temporibus illibatas permanere sancimus. Decernimus ergo etc., usque: omnimodis profutura. Salva Sedis Apostolice auctoritate et Antiochen[is] patriarche debita reverentia et rationabili consuetudine. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Dat. Viterbii, per manum magistri Willelmi, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, III nonas aprilis, indictione VIII[is] 1, Incarnationis Domine anno M^oCC^oXXXVII^o, pontificatus vero do[m]ni Gregorii pape noni anno undecimo. »

3588

Viterbe, 5 avril 1237.

Episcopo Dunkeldensi, nec non abbati de Sancta Cruce et priori de Scona, Sancti Andree diocesis, mandat quatenus, — cum Patricius, clericus Glasguensis diocesis, olim procurator episcopi et capituli Glasguensium, ad Sedem Apostolicam destinatus, nimis infideliter agens, in mille octingentis marcis et amplius praeter usuras Glasguensem ecclesiam obligasset, de quibus nihil fuerat in utilitatem praedictae ecclesiae conversum. — universos redditus ecclesiasticos ejusdem Patricii colligant eosque praedictis episcopo et capitulo assignent. — (REG. 18, f. 273 r^o; ann. XI, c. 10; — POTTHAST 10315.)

« .. episcopo Dunkeldensi, .. abbati de Sancta Cruce et .. priori de Scona, Sancti Andree diocesis. Cum, sicut ex —. Dat. Viterbii, nonis aprilis, anno undecimo. »

3589

Viterbe, 7 avril 1237.

Fratri Raymundo, capellano et paenitentiario suo, mandat quatenus, si [Robertus] de Castro Rossillonis reconciliari meruerit, ab eo exigat idoneam cautionem, ne in posterum episcopum et ecclesiam Elnenses molestet super decimis et possessionibus quas ab eodem episcopo tenebat in feodum. — (REG. 18, f. 273 r^o; ann. XI, c. 11; — POTTHAST 10317; — cf. *supra*, n. 3181 et 3581.)

« R[aymundo], capellano et penitentiario nostro. Venerabilis frater noster —. Dat. Viterbii, VII idus aprilis, anno undecimo. »

3590

Viterbe, 2 avril 1237.

Episcopo Emmonensi et electo Tergestino scribit Bertoldum, Aquilegensum patriarcham, Sedi Apostolice notum fecisse Aquilegensum diocesim, cum versus Hungariae par-

tes per decem dietas et ultra extenderetur. non posse commode visitari, et opportunum esse, ad providendum salutis hominum ejus, quod in monasterio de Oberemburch, ordinis sancti Benedicti, ipsi patriarchae immediate subjecto, cathedralis erectur ecclesia, vel ad illud transferatur ecclesia Petenensis, valde desolata; eis mandat quatenus, « utrum Aquilegensis ecclesie hoc expediat et ad id » capituli sui aequaliter assensus, nec non et de statu predictae » Petenensis ecclesie, et si dictum monasterium ex hoc ser- » vetur indemne, et utrum sufficiens et idonea provisio fu- » turis episcopis et capitulo assignetur », inquirentes, quod invenerint, ipsi papae rescribant. — (REG. 18. f. 273 v°; ann. XI, c. 12; — POTTHAST 10312; — cf. *infra*, XI, 162.)

« .. episcopo Emmonensi et .. electo Tergestino. Venerabilis frater noster —. Dat. Viterbii, IIII nonas aprilis, pontificatus nostri anno undecimo. »

3591

Viterbe, 5 avril 1237.

Legionensi episcopo, a capitulo Legionensi in pastorem postulato, significat se eum a vinculo quo ecclesiae Oxomensis tenebatur, absolvere, et Legionensi ecclesiae in episcopum concedere; eum monet quatenus ad predictam Legionensem ecclesiam se transferre cjusque curam recipiat. — (REG. 18. f. 273 v°; ann. XI, c. 13.)

« .. Legionensi episcopo. Gaudemus in Domino quod sic est fama tua delectabilis et suavis, ut dilecti filii capitulum Legionensis ecclesie in odorem nominis tui currerent¹, in te oculi essent eorum et in persona tua, pretermisissis aliis, complaceret eisdem. Ipsi enim, super provisione ecclesie sue, que pontificis erat solacio destituta, mandato nostro recepto, vocatis omnibus qui ad electionem fuerant evocandi, post tractatus multiplices dilectis filiis .. decano Legionensi, .. magistro scolarum Ovetensi et duobus aliis concanonicis suis potestatem providendi eidem ecclesie contulerunt, promittentes quod illum in quem ipsi vel major pars consentiret eorum, reciperent in pastorem. Illi vero, deliberatione prehabita diligenti, te postulandum a nobis, in quem concorditer convenerant, in suum episcopum nominarunt. Et quia per te potius quam per alium creditur eadem ecclesia in suis iuribus et libertatibus conservari, prefatum capitulum, id gratum et ratum habentes, eodem decano et magistrum scolarum cum decreto postulationis ad nostram presentiam transmiserunt, per eos nobis humiliter supplicando ut postulationem ipsam admittere teque illis in pastorem et patrem concedere curaremus. Nos itaque, sperantes

dictam ecclesiam sui regimini magis grata recipere incrementa, postulationem eandem tanquam canonice celebratam, de consilio fratrum nostrorum admittimus, teque absolventes a vinculo quo tenebaris ecclesie Oxomensis, ipsis et Legionensi ecclesie in episcopum duximus concedendum. Ideoque fraternitatem tuam munemus, per apostolica tibi scripta precipiendo mandantes quatenus, hujusmodi vocationi, quam divinam esse credimus, acquiescens, ad predictam Legionensem ecclesiam te transferre procures, curam illius et regimen in nomine Domini recepturus, prestiturus venerabili fratri nostro .. Zamo[rensi] episcopo, cui super hoc scribimus, nomine nostro et Romane Ecclesie, fidelitatis solite juramentum, juxta formam quam eidem sub bulla nostra mittimus interclusam. Dat. Viterbii, nonis aprilis, anno undecimo. »

3592

Viterbe, 5 avril 1237.

« In eundem fere modum capitulo Legionensi, usque : duximus concedendum. Eis mandat quatenus eundem episcopum debito recipiant honore eique obedientiam et reverentiam debitam impendant. | Dat. ut supra. »

3593

Viterbe, 31 mars 1237.

Universis Christi fidelibus per Theutoniam constitutis scribit constare certo de stigmatibus sancti Francisci, eumque ob id praecepit coelitibus ab ipso papa adnumeratum esse; eis injungit quatenus ab assertione contrarii aures de cetero penitus avertant. — (REG. 18. f. 274 r°; ann. XI, c. 14; — MOREAU 1191, f. 243, *partim* ex RAYNALDO; — cf. POTTHAST 10307 et 10314¹.)

« Universis Christi fidelibus per Theutoniam constitutis

1. De cette bulle importante, il nous est parvenu au moins deux expéditions différentes, qui n'ont pas été suffisamment distinguées, quant à l'adresse, dans les *Regesta* de POTTHAST. L'une, datée nonis aprilis, est adressée : « *Universis Christi Fidelibus*; » c'est celle qu'ont publiée WADDING, puis SBARALEA, et qui figure dans les listes de POTTHAST sous le numéro 10314. L'autre, qui porte la date *II kalendas aprilis*, est adressée plus spécialement : « *Universis Christi fidelibus per Theutoniam constitutis*; » c'est celle que fournit le *Registre*, et qui a été publiée d'abord dans les *Gesta Gregorii noni Gregorii papae noni gesta* quaedam insignia, nunc primum studio atque industria Gerardi VOSSII... in lucem edita, 1580, puis partiellement par RAYNALD; POTTHAST l'indique sous le numéro 10307, avec l'adresse inexacte : « *Archiepiscops, episcops, abbatibus... et aliis ecclesiarum praelatis*. » Dans le *Bullaire* de CHERUBINI et dans le grand *Bullaire* Romain édité à Turin, cités par POTTHAST sous ce même numéro 10307, cette bulle ne porte aucune adresse.

presentis litteras inspecturis. Confessor Domini gloriosus —. Dat. Viterbii. II kalendas aprilis, anno undecimo. »

3594

Viterbe, 9 avril 1237.

Episcopo Pampilonensi, priori domus ordinis Prædicatorum de Pampilona, et Petro Eximunii, fratri ejusdem ordinis, Pampilonæ commoranti, committit monasterium Legerense (= S. Salvador de Leyre), ordinis sancti Benedicti, Pampilonensis diocesis, graviter collapsum, visitandum et de Cisterciensi ordine reformandum. — (REG. 18. f. 274 v^o; ann. XI, c. 15.)

« .. episcopo et .. priori domus ordinis *Predicatorum Pampilonen[sibus]*, et Petro¹ Eximunii, fratri ejusdem ordinis, Pampilon[æ] commoranti. Sua nobis .. abbas monasterii Legerensis, ordinis sancti Benedicti, Pampilonensis diocesis. in nostra presentia constitutus petitione monstravit quod idem monasterium, dotatum a regibus et principibus ab antiquo amplius possessionibus dilatatum, propter malitiam inhabitantium inibi et incuriam prelatorum longis retro temporibus presidium in eodem, ad tantam dissolutionis ruinam devenit, quod, nisi ei celeriter succurratur, vix adiciet ut resurgat. Nam nonnulla de bonis ipsius, ad valorem quadraginta milium aureorum, a sexaginta annis et citra dilapidata fuerunt: et ubi octoginta monachorum collegium sub disciplina sancta et observantia regulari uberime sustentari solebat, ibi decem vix etiam percipiunt tenuiter alimenta; et iidem qui prerogativa virtutum et sancte conversationis exemplo deberent aliis preminere, proprie salutis oblitii, in viam abeunt peccatorum, et, in cathedra pestilentie residentes², peccata predicant infamis vite magisterio et dampnatorum operum exemplari. Cum igitur non sit, sicut idem abbas asserit, qui velit et valeat ad reformationem status ipsius monasterii manum porrigere adjutricem, et ibidem episcopalis vilescat auctoritas, et abbas ejus correctio contempnatur, nos, ejus miserie misereri volentes, mandamus quatenus, ad dictum monasterium personaliter accedentes et habentes pre oculis solum Deum, corrigatis ibidem, tam in capite quam in membris, que correctionis officio noverritis indigere. ac dictum monasterium de Cisterciensi ordine, cum ad id patronorum, nec non tuus, frater episcopo, ac majoris partis conventus dicti monasterii

accedere dicatur assensus, auctoritate apostolica reformetis. Contradictores etc. Nos enim dilectis filiis .. abbati de Yrantio, Cisterciensis ordinis, et .. priori Tutelano. Pampilonensis et Tirasonensis diocesum, damus nostris litteris in mandatis ut tibi, frater episcopo, in recompensationem onerum episcopatum, aliquam de possessionibus dicti monasterii, proviso quod in hoc prefatum non ledatur monasterium, studeant assignare. Non obstante indulgentia quam fratres ordinis Predicatorum habere noscuntur, ne auctoritate litterarum nostrarum causas aliquas suscipere teneantur, nisi fecerint de ipsa indulgentia mentionem. Quod si non omnes etc., tu ea, frater episcopo, etc. Dat Viterbii, V idus aprilis, anno undecimo. »

3595

Viterbe, 9 avril 1237.

Abbati Sancti Stephani Bononiensis mandat quatenus, — cum nuper, ecclesia Polensi vacante, Polense capitulum archidiaconum suum, patriarcha vero Aquilegensis B., prepositum Concordiensem, qui propter defectum scientiæ ad episcopalem honorem dicebatur non debere promoveri, ad ejusdem Polensis ecclesiæ regimen elegerint, et illud negotium post diversos processus non potuisset terminari, — præfigat utrique parti terminum duorum mensium, quo idem præpositus personaliter, prædictum vero capitulum per procuratorem coram ipso papa compareant. — (REG. 18, f. 274 v^o; ann. XI, c. 16.)

« .. abbati Sancti Stephani Bononiensis. Dilecti filii capitulum Polense sua nobis petitione monstrarunt quod, cum nuper, eorum ecclesia pastoris solacio destituta, ipsi [...] archidiaconum suum, venerabilis vero frater noster .. patriarcha Aquilegensis B., prepositum Concordiensem, ad ipsius ecclesiæ regimen elegerint: nos venerabili fratri nostro .. episcopo Castellano suisque collegis nostris dedimus litteris in mandatis ut, vocatis qui vocandi forent, de modo electionum, studiis eligentium et electorum meritis inquisita diligentius veritate, que invenirent, nobis per suas litteras intimarent. A quibus cum idem prepositus ad nostram duxisset audientiam appellandum et appellationi ejus dicti iudices detulissent, nos, ad instantiam dicti prepositi, eodem capitulo supplicante ut in presentia nostra procederetur in causa, tibi et conjud[icibus] tuis sub ea forma negotium duximus committendum, ut, procedentes juxta priorum continentiam litterarum, causam eandem ad nos sufficienter instructam remittere curaretis. Cumque, coram te ac eisdem collegis tuis dicto preposito per .. procuratorem comparent.

1. P. dans la rubrique; Petro dans la rubricelle.

2. Cf. PSAL. I, 1.

processum aliquamdiu extitisset, et eum postmodum personaliter citassetis, idem prepositus, locum sibi tutum non esse proponens, ad appellationis diluigium convolavit; et cum tu et iidem college tui, volentes ei auferre materiam malignandi, alium sibi securum duxeritis concedendum, ille, occasione appellationis ejusdem coram vobis procedere denegans, malitiose laborat negotium prorogare, in non modicam ejusdem ecclesie lesionem, que jam per biennium et amplius pastoris mansit regimine viduata. Super quo provideri sibi prefatum capitulum postulavit, presertim cum idem prepositus propter defectum scientie ad episcopalem honorem non debeat promoveri. Attendentes igitur quod defectus ipse facile poterit in nostra presentia deprehendi, ac nolentes ipsius ecclesie dispendium ulterius sustinere, mandamus quatenus prefegas utriusque parti terminum preceptorium duorum mensium post receptionem presentium, quo idem prepositus personaliter, capitulum vero per sufficientem et idoneum procuratorem cum rationibus suis compareant coram nobis, facturi et recepturi quod ordo dictaverit rationis. Quod autem inde feceris, nobis per tuas literas intimare procures. Dat. Viterbii, V idus aprilis, anno undecimo. »

3596

Viterbe, 11 avril 1237.

Episcopo Trojano, nec non abbatibus Ferrariensi, Teatinate, seu potius Teanensis † diocesis, et de Ripalta, Civitanensis diocesis, inquisitionem committit faciendam de nefandis actibus qui episcopo Salpensis crimini dabantur. — (Reg. 18, f. 275 r°; ann. XI, c. 17.)

« .. episcopo Trojano, .. Ferrariensi et .. de Ripalta abbatibus, Teatine et Civitanensis diocesium. Grandis infamia que de venerabili fratre nostro .. Salpensis episcopo ad nos, insinuantibus dilectis filiis capitulo Salpen[sis], pervenit, nos moveri compulsi et dolere coegit. Nam idem —, symonie aliisque multis et gravibus criminibus irretitus, cruces, calices argenteos, libros et alia bona Salpensis ecclesie enormiter dilapidare ac alienare presumens, quandam concubinam, cui necessaria de bonis ipsius ecclesie exhibet affluenter, publice detinens, quasdam infames personas, vita et moribus sibi pares, et bona dicte ecclesie cum meretricibus suis, quas prope domum episcopalem nutriunt, devastantes, in cameram et familiam suam impudenter admisit.

1. Teatine (= de Chieti), qui se lit dans l'adresse, est très vraisemblablement une erreur pour Teanensis (= de Teano).

Ceterum, quosdam clericos et unum judicem de productione imperiali justitiano deferens, et id per duellum se offerens probaturum, quandam pontificalem anulum, gimpas atque pepla deaurata, quibus nobiles mulieres regionis illius ymaginem beate Virginis adornarant, quibusdam meretricibus, que in choreis et inonestis ludis ipsis uti publice non verentur, pro sua voluntate concessit. Propter quod nonnulli, ejus exemplo corrupti, assument materiam delinquendi, et exinde in populo scandalum generant. Cum igitur hec relinqui non debeant impunita, mandamus quatenus, accedentes ad locum et habentes pre oculis solum Deum, inquiratis super premissis diligentius veritatem, et que inveneritis, fideliter redigentes in scriptis, ipsa nobis sub sigillis vestris remittatur inclusa, ut procedamus exinde prout secundum Deum viderimus procedendum; mandatum nostrum taliter impleturi [etc., usque :] mereamini commendari. Quod si non omnes, tu ea, frater episcopo, etc. Dat. Viterbii, III idus aprilis, anno undecimo. »

3597

Viterbe, 11 avril 1237.

Archiepiscopo Nazareno, nec non electo et archidiacono Sidoniensibus significat ad ipsius audientiam, [Bohemundo V], principe Antiocheno, insinuante, pervenisse Constantinum, bajulum regni Armeniae, auctoritate primatis Armeniae, qui « catholicos » nuncupatur, [Isabellam], uxorem quondam Ph[ilippi], ejusdem regni regis, memorati Antiocheni principis germani, eo vivente, invitam et renitentem pro viribus, [Haytoni], ipsius Constantinii filio, copulasse, licet, « impediante tertio consanguinitatis gradu, » matrimonialiter conjungi nequiverint; et, postquam hu- » jusmodi contubernium intervenit », dictum Ph[ilippum] ab eodem bajulo fuisse proditorialiter interfectum; unde praedictum principem ab ipso papa cum multa precum instantia postulare ut talis copula, mandante ipso papa, dissolvatur; eis mandat quatenus de hac causa inquireant. — (Reg. 18, f. 275 r°; ann. XI, c. 18.)

« .. archiepiscopo Nazaren[o], .. electo et .. archidiacono Sydoniensibus. Ad audientiam nostram —. Dat. Viterbii, III idus aprilis, anno undecimo. »

3598

Viterbe, 12 avril 1237.

Episcopo Obomuensi, qui in patentibus litteris ad universos Christi fideles datus dixerat nec beatum Franciscum nec sanctorum aliquem cum stigmatibus esse in ecclesia Dei depingendum, et peccare qui contrarium asserat, nec illi tanquam inimico fidei credulitatem adhiberi ullam debere.

scribit de stigmatibus praedicti sancti eique mandat quatenus privilegium de stigmatibus celebre reddat. — (REG. 18, f. 275 v^o; ann. XI, c. 19; — POTTHAST 10308.)

« .. episcopo Olomuensi. Usque ad terminos —. Dat. Viterbii, II idus aprilis, anno undecimo. »

3599

Viterbe, 15 avril 1237.

Magistro Bernardo²], scriptori suo, — conquerebantur Montanino, ipsius papae familiari, nec non Jacobo Peri, G. Friderico, C. Rain[er]io Rollandi et Spinello Cavalea, ejus sociis, civibus Senensibus, sibi de pecunia quam a longo tempore nonnullis de regno Francie mutuarant, non esse hactenus satisfactum, et se ipsos pro ea recuperanda labores multiplices et expensas frustra subisse, — mandat quatenus, — « non obstantibus aliquibus commissionibus hinc inde ad » diversos iudices a Sede Apostolica impetratis, vel processibus habitis per easdem, aut exceptione crucis assumpte, » que a crucesignatis opponitur —, debitores omnes et singulos, tam ecclesiarum prelatos quam alios ad forum Ecclesie pertinentes », compellat ut memoratis Senensibus « super dicta pecunia, cum justis et moderatis expensis et » debita restauratione dampnorum, usuris omnino cessantibus, satisfaciatur », vel super his per procuratores idoneos infra competentem terminum, quem ipse magister B. duxerit statuendum, cum rationibus et processibus, si qui litterarum apostolicarum auctoritate sint habiti, coram ipso papa compareant; iudices supradicti super hoc de cetero non procedant, sed processus, si qui coram eis sint habiti, ad Sedem Apostolicam transmittant. — (REG. 18, f. 276 r^o; ann. XI, c. 20; — cf. *supra*, n. 3242 et 3278.)

« Magistro B., scriptori nostro. Dil[ecti] fil[ii] Montaninus —. Dat. Viterbii, XVII kalendas maii, anno undecimo. »

3600

Viterbe, II avril 1237.

[Sanctae Mariae] de Columba, Placentinae dioecesis, ordinis Cisterciensis, de Fonte Vivo, Parmensis dioecesis, ejusdem ordinis, et Sancti Sepulcri, Placentinae dioecesis¹,

1. Avec la date *II kalendas aprilis* (= 31 mars), d'après WADDING, *Annales Minorum*, t. II, p. 428, et SBARALEA, *Bullarium Franciscanum*, t. I, p. 211, n^o 220.

2. D'après la teneur de l'adresse, il semblerait qu'il fallût ici : « Parmensis dioecesis », « Parmensis » paraissant se rapporter à la fois à « de Fonte Vivo » et à « Sancti Sepulcri » ; mais, de l'adresse de la pièce 400 de cette même année XI, il ressort que, dans l'un comme dans l'autre cas, il faut interpréter : « Placentinae dioecesis » ; il y avait une abbaye du Saint-Sépulcre à Parme ; il y en avait une autre au diocèse de Plaisance.

abbatibus mandat quatenus, ad monasterium Sancti Xisti (= Sixti) de Placentia, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinens, quod dicebatur in spiritualibus et temporalibus graviter collapsum, accedentes, ibidem tam in capite quam in membris corrigenda et reformanda corrigant et reforment; processum suum ad ipsum papam sub sigillis suis mittant et abbati ejusdem monasterii terminum competentem praefigant, quo apostolice conspectui se repraesentet; non obstantibus litteris quae super ejusdem monasterii reformatione ab ipso papa vel ab episcopo Praenestino, tunc in partibus illis Apostolicae Sedis legato, emanarint. — (REG. 18, f. 276 v^o; ann. XI, c. 21; — MOREAU 1191, f. 247.)

« .. de Columba, .. de Fonte Vivo, Cisterciensis ordinis, et .. Sancti Sepulcri abbatibus, Placentinae et Parmensis dioecesium. Quos displicere Deo —. Dat. Viterbii, III idus aprilis, anno undecimo. »

3601

Viterbe, 4 avril 1237.

Abbatissa monasterii Sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti Damiani, concedit ut quinquies in anno in choro audire possit missarum sollemnia et inspicere presbyterum celebrantem. — (REG. 18, f. 276 v^o; ann. XI, c. 22; — POTTHAST 10313.)

« .. abbatissa monasterii Sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti Damiani. Cum seculi vanitate —. Dat. Viterbii, II nonas aprilis, anno undecimo. »

3602

Viterbe, 9 avril 1237.

Monialibus inclusis monasterii Sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti [Damiani], quae, propter nimium frigus et aeris intemperiam, non poterant in omnibus asperitates ordinis sustinere, concedit ut « super eo quod, secundum statuta » ejusdem ordinis, in pane et aqua certis diebus jejunare debeant, nec non super « usu calcamentorum et pellium », earum abbatissa, de visitatoris consilio, [cum eis] dispensare valeat. — (REG. 18, f. 276 v^o; ann. XI, c. 23; — POTTHAST 10318.)

« Monialibus inclusis monasterii Sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti [Damiani]². Cum, sicut fuit —. Dat. Viterbii, V idus aprilis, anno undecimo. »

1. Avec l'incipit : « Cum sciet propositum », d'après WADDING, *Annales Minorum*, II, 645, et SBARALEA, *Bullar. Francisc.*, I, 215, n^o 225.

2. La rubrique porte, évidemment par erreur, *Benedicti*; quant à la rubricelle, elle est trop entamée par le couteau du relieur pour qu'on puisse savoir quelle leçon elle portait.

3603

Viterbe, 11 avril 1237.

Abbatissae et monialibus monasterii Sancti Francisci Pragensis significat se ipsarum monasterium sub beati Petri et sua protectione suscipere, et bona possessionesque et immunitates a Wenceslao, rege Bohemiae, et Johanne, Pragensi episcopo, eidem monasterio collatas confirmare, nova ipse privilegia superaddens; « ad indicium autem hujusmodi » percepte a Sede Apostolica libertatis », unum obolum Camerae Apostolicae annuatim persolvent. — (REG. 18, f. 277 r°; ann. XI, c. 24; — POTTHAST 10321.)

« .. abbatisse monasterii Sancti Francisci Pragensis ejusque sororibus inclusis, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis etc. Prudentibus virginibus etc. — Dat. Viterbii, per manum magistri Willelmi, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, XVIII kalendas maii, indictione VIII¹, Incarnationis Dominice anno M^oCC^oXXXVII^o, pontificatus vero donni Gregorii pape VIII anno undecimo. »

3604

Viterbe, 14 avril 1237.

Magistro et fratribus hospitalis Sancti Francisci Pragensis significat se idem hospitale sub beati Petri et sua protectione suscipere, ejusque jura ac privilegia, bona ac possessiones confirmare; « ad indicium autem hujus percepte a Sede » Apostolica libertatis », unum byzantium annis singulis Camerae Apostolicae persolvent. — (REG. 18, f. 277 r°; ann. XI, c. 25; — POTTHAST 10322.)

« [...] magistro hospitalis Sancti Francisci Pragensis ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam etc. Omnipotens Deus, qui —. Dat. Viterbii, per manum magistri Guillelmi, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, XVIII kalendas maii, indictione VIII², Incarnationis Dominice anno M^oCC^oXXXVII^o [2], pontificatus vero donni Gregorii pape [VIII] anno undecimo. »

3605

Viterbe, 21 avril 1237.

Otonni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, scribit valde damnosum esse quod Cantuariensis et Eboracensis archiepiscopi, « propter » questionem inter eorum ecclesias super cruce ferenda sub- » ortam nondumque sopitam, simul absque scandalo ne- » queant regis colloquiis interesse », eique mandat quatenus « ad statuendum quod dicti archiepiscopi ad regia possint

» colloquia sine scandalo pacifice tractent », interponat partes suas, eosque ad id moneri et inducat. — (REG. 18, f. 277 v°; ann. XI, c. 26.)

« O[tonni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato. Cum karissimo in —. Dat. Viterbii, XI kalendas maii, anno undecimo. »

3606

Viterbe, 21 avril 1237.

Eidem mandat quatenus, — cum discordia inter Francorum et Angliae reges diutius suscitata nondum esset sopita, — « ad prorogandas treugas inter eos, juramento quo foveri » discordia et pax impediri valeat, non obstante », partes suas interponat, ipsosque reges ad id moneat et inducat; ceterum¹, « exceptis personis regis, universos qui ea quae ad praedictas treugas pertineant, impedire praesumpserint, monitione praemissa, ab hujusmodi impedimento compescat. — (REG. 18, f. 277 v°; ann. XI, c. 27.)

« Eidem. Cum karissimos in —. Dat. ut supra. »

3607

Viterbe, 17 avril 1237.

Eidem mandat quatenus, decanum Belvacensem, in Belvacensem episcopum electum, — cui P., archidiaconus, et magister Andreas², canonicus Belvacenses, inter cetera quae adversus illum proposuerant, defectum scientiae objecerant, — examinas, super quibus illum examinaverit, et quae ille responderit, et quid ipsi legato super hoc visum fuerit, Sedi Apostolicae studeat intimare. — (REG. 18, f. 278 r°; ann. XI, c. 28; — MOREAU 1191, f. 251.)

« Eidem. Cum inter cetera —. Dat. Viterbii, XV kalendas maii, anno undecimo. »

3608

Viterbe, 15 avril 1237.

Abbate et priori Sossimensibus, Suessionensis dioecesis, et Roberto de Cevrecon, canonico Sancti Symphoriani Remensis, mandat quatenus sententiam amotionis a monasterio contra quosdam monasterii Sancti Dionysii Remensis canonicos et priores, ad archiepiscopum Remensi, nec non a Godofrido et Stephano de Previno, canonicis Remensibus, inquisitoribus a Sede Apostolica delegatis, propter illorum rebellionem prolatam, faciant observari. — (REG. 18, f. 278 r°; ann. XI,

1. Cette dernière partie de la bulle, depuis *ceterum*, a été ajoutée en marge.

2. And[reas], ann. XI, c. 386; Andreas, ann. XIII, c. 104.

1. Pour indictione X^o; cf. *supra*, n^o 3587.

2. Pour indictione X^o; cf. *supra*, n. 3587 et 3603.

c. 29; — MOREAU 1191, t. 249; — cf. *Sigra*, n. 1148, 2289 et 2999.)

« .. *abbati et .. priori Sosmensibus, Sussionensis diocesis, et Roberto de Cerecan, canonico Sancti Simphoriani Remensis.* Olim intellecto per dilectum filium L[eonem], abbatem monasterii Sancti Dionisii Remensis, ordinis sancti Augustini, quod idem monasterium, propter malitiam habitantium in eodem, graviter in spiritualibus et temporalibus lapsus erat, nos correctionem et reformationem ipsius venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Remensi et collegis suis duximus committendam; sed, opponente se O., priore de Yssia, pro se et quibusdam ipsius monasterii canonicis et prioribus, quorum extitit procurator, nos eis, propter hoc apud Sedem Apostolicam constitutis, venerabilem fratrem nostrum .. Sabinensem episcopum concessimus auditorem. Coram quo a partibus diutius litigato, nobisque per eum propositis coram ipso fideliter recitatis, eidem archiepiscopo, [et] magistris Godefrido et Stephano de Pruvino, canonicis Remensibus, inter cetera, de utrinque partis assensu, nostris dedimus litteris in mandatis ut, alicujus excommunicationis vel alterius exceptionis objectu nequaquam obstante, ad correctionem et reformationem ejusdem monasterii juxta priorum procederent continentiam litterarum. Qui, ad monasterium ipsum personaliter accedentes, facta inquisitione in prefato monasterio diligenti, contra quosdam monasterii predicti canonicos et priores a motionis ab eo sententiam protulerunt; a qua eisdem prioribus et canonicis ad nostram audientiam appellantis, .. Trium Fontium et .. Auree Vallis abbatibus, Cisterciensis ordinis, Cathalaunensis et Treverensis diocesum, super hoc sub certa forma direximus scripta nostra. Cumque postmodum idem abbas cum processu inquisitorum ipsorum ad Sedem Apostolicam accessisset, et tam sibi quam eidem O., priori de Yssia, pro se ac ei adherentibus comparentibus denuo coram nobis, eundem Sabinensem dedissemus iterum auditorem, abbas petit memoratos confirmari premissam sententiam et executioni etiam demandari; priore respondente predicto id fieri non debere, sed eam tanquam iniquam penitus irritari, cum inflictis sibi pena fuerit supra culpam, et abbas, qui fuerat in multis inventus culpabilis, remanserit impanitus. Cum autem dictus auditor, inspectis dictis testimonium receptorum et auditis hinc inde propositis, que intellexit, nobis et fratribus nostris fideliter retulisset, nos, attendentes nichil rationabile contra sententiam inquisitorum ipsorum esse probatum, seu contra abbatem eundem,

propter quod pena esset aliqua ei intelligenda, de consilio fratrum nostrorum mandamus quatenus, litteris ad jandictos abbates obtentis nequaquam obstantibus, sententiam ipsam faciatis per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, fir[m]iter observari, penam amotis eisdem, prout rebellio et contumacia singulorum exegerit, nichilominus inflicturi. Contradictores etc. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, XVII kalendas maii, anno undecimo. »

3609

Viterbe, 1^o avril 1237.

Episcopo Aegitantiensi scribit : « Cum tu et dilectus filius .. »
 » Colimabriensis electus, qui inter vos aliquamdiu apud Sedem Apostolicam litigastis, propter urgentem necessitatem »
 » ad propria cogamini remeare; nos causam in eo statu in »
 » quo fuisse dinoscitur coram dilecto filio nostro O[ttone], »
 » Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali »
 » utriusque audire concessio, duximus conservandam, donec »
 » partes super negotio ipso ad presentiam nostram provide- »
 » rimus evocandas. » — (REG. 18, f. 278 v^o; ANN. XI, c. 30.)

« .. *episcopo Egitantiensi.* Cum tu et —. Dat. Viterbii, kalendis aprilis, anno undecimo. »

3610. — In eundem modum .. *electo Colimabriensi.*

3611

Viterbe, 6 avril 1237.

Episcopo Elenensi (= Elnensi), — ejus ecclesia, in pravæ nationis medio constituta et concussa undique variis angustiis et pressuris, adeo pauper erat, quod in provincia Narbonensi et in dominio regis Aragonum nulla alia cathedralis ecclesia sic indigere noseeret, propter quod idem episcopus ad defendendam libertatem ecclesiasticam et hospitalitatem servandam non poterat sufficere, — licentiam postulatum concedit ecclesiarum de Perpignano, de Turciliis, de Sancto Hippolyto¹, de Clairano, de Tuyrio et de Tatione inferiori, ad ipsum pleno jure spectantium, beneficia, quae in Elenensi dioecesi *capellaniae* vulgariter appellabantur, et per ipsum episcopum ipsiusque praedecessores in beneficium clericis assignari solebant, ad mensam episcopalem, cum vacaverint, deputandi, salvo redditibus omnibus quo consueverant habere earundem ecclesiarum ministri. — (REG. 18, f. 278 v^o; ANN. XI, c. 31.)

« .. *episcopo Elenensi.* Cum episcopi ad —. Dat. Viterbii, VIII idus aprilis, anno undecimo. »

1. Ms. : Ypollto.

3612

Viterbe, 30 avril 1237.

Abbati et conventui monasterii Sancti Dionysii, Parisiensis [diocesis], quorum monasterium in pluribus pensionibus annuis, circiter sexaginta libras Parisiensis monetae (valentibus), onerabatur, concecit ut per litteras apostolicas de cetero impetrandas, quae de hac indulgentia non fecerint expressam mentionem, ad novas pensiones minime teneantur. — (REG. 18, f. 278 v°; ann. XI, c. 32; — POTTHAST 10327.)

« .. abbati et conventui monasterii Sancti Dionysii Parisiensis. Sincerum habentes ad —, Dat. Viterbii, II kalendas maii, anno undecimo. »

3613

Viterbe, 30 avril 1237.

Electo Rothomagensi mandat quatenus circa abbatem et monachorum monasterii Sancti Dionysii, Parisiensis [diocesis], personas, cum ab eodem abbate requisitus fuerit, secundum Deum, beati Benedicti regulam et statuta ab ipso papa nuper edita, providere procuret quod animarum salutem viderit expedire. — (REG. 18, f. 278 v°; ann. XI, c. 33; — MOREAU 1191, f. 255.)

« .. electo Rothomagensi. Quoniam abyssus multa —, Dat. ut supra. »

3614

Viterbe, 29 avril 1237.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, committit examinandam causam olim exortam inter Thomam, rectorem ecclesiae Sancti Nicolai de Warewic, et episcopum Wigorniensem tunc detunctum, super divisione praedictae ecclesiae in tres portiones totidem personis collatas. — (REG. 18, f. 279 r°; ann. XI, c. 34.)

« O[toni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato. Thomas, rector ecclesiae Sancti Nicolai de Warewic, sua nobis petitione monstravit quod, cum ecclesia ipsa integra consueverit uni persone conferri, et canonice ecclesiae Sanctae Marie loci ejusdem, Wigorniensis diocesis, qui patroni ejus existunt, eam in tres portiones temeritate propria divisissent, singulos constituendo in ipsa rectores ad singulas portiones : tandem, duabus ex portionibus ipsis vacantibus, idem, ecclesiam ipsam a bone memorie [...] Wigorniensis episcopo, loci diocesano, postulans integrari, cum olim fuerit in concilio provinciali statutum ut in ecclesia que plures habet personas, accrescat superstiti portio decedentis, ne portiones ipse alii conferrent, nostram audientiam appellavit. Sed epi-

scopus ipse contulit eas aliis, pro sua libito voluntatis. Unde, cum una ecclesia unius debeat esse rectoris, praefatus Thomas nobis humiliter supplicavit ut revocari quod post appellationem predictam perperam est presumptum, et integrari sibi, juxta eandem constitutionem, predictam ecclesiam faceremus. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi etc., facientes etc. Testes etc. Dat. Viterbii, III kalendas maii, anno undecimo. »

3615

Viterbe, 29 avril 1237.

Archiepiscopo Toletano et Legionensi episcopo mandat quatenus Ferdinandum, dictum infantem, regis Portugalliae germanum, qui quaedam bona Egitanensis episcopi invaserat et dissipaverat, et quosdam ejusdem episcopi clericos, praedicti regis scriptores, interfecerat, cum fautoribus suis excommunicent, et loca ad quae ille devenit, quamdiu ibi praesens fuerit, interdicto ecclesiastico supponant. — (REG. 18, f. 279 r°; ann. XI, c. 35; — MOREAU 1191, f. 254, *partem* ex RAYNALDO; — POTTHAST 10326, *falso intro.*)

« .. archiepiscopo Toletano et .. episcopo Legionensi. Cum viris de —, Lacrimabilem siquidem venerabilis fratris nostri .. Egitanensis episcopi recepimus questionem, quod nobilis vir F., dictus infans, karissimi in Christo filii nostri illustris .. Portugaliae regis germanus, domus suae benignitate relicta, sumptaque inde majori audacia delinquendi, quod in regno Portugaliae ecclesias et ecclesiasticos viros passim pro arbitrio suo ledit, bona ejus et suorum tam in civitate quam dioecesi Ulixbonensi et Egitanensi cum fautoribus suis invadens, [ea] enormiter dissipavit, ipsum et ecclesiam Egitanensem ac suos gravissimo afficiens detrimento; quosdam quoque clericos ejus in sacris ordinibus constitutos, scriptores regis ejusdem, in castro Sanctarantensi, ipso ibi presente, crudeliter interfecit; et, quasi haec non sufficiant, alia sibi pericula comminatur, dampna dampnis adicere non desistens. Ut igitur idem nobilis percussus ad percutientem se rediens¹, non differat querere medicinam per quam fame suae consulat et salutem, mandamus quatenus, si est ita, eum cum predictis fautoribus, donec Deo et ecclesiae suae ac sibi² super premissis satisfecerint competenter, appellatione postposita, excommunicatos nuntiantes, loca ad que ille devenit, quamdiu fuerit ibi praesens, interdicto ecclesiastico supponatis. Ceterum, quia presumitur

1. Cf. lx, IX, 13.

2. C'est-à-dire : Egitanensi ecclesiae ac Egitanensi episcopo.

quod idem episcopus et sui libere nequeant in regno Portugalie negotium procurare. vos de aliquo monasterio assumatis auctoritate nostra viros religiosos, quos ad id videri[tis] expedire. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Quod si non ambo etc. Dat. ut supra. »

3616

Viterbe, 7 avril 1237.

Episcopo Pictavensi, priori fratrum Praedicatorum Parisiensis, et J. archidiacono Castri Liddi (= Château-du-Loir), Cenomanensis diocesis, inquisitionis contra priorem ordinis Grandimontensis, nec non reformationis ejusdem ordinis negotium definitive committit. — (REG. 18, f. 279 v°; ann. XI, c. 36; — MOREAU 1191, f. 245.)

« .. episcopo Pictavensi, .. priori fratrum Predicatorum Parisien[sis], et J., archidiacono Castri Liddi, Cenomanensis diocesis. Dilecti filii Helias, Mattheus et Hugo, presbiteri, pro se et quibusdam aliis fratribus clericis ordinis Grandimontensis, in nostra proposuerunt presentia constituti quod, [cum] dudum inquisitionis negotium contra .. priorem dieti ordinis tibi, frater episcope, et .. abbati Frigidi Montis, Cisterciensis ordinis, et .. quondam priori provinciali fratrum Predicatorum in Francia duxerimus committendum : cedente interim prioratui dicto priore, licet tu, frater episcope, una cum ipso abbate ad procedendum assignaveris certos dies, quia tamen idem abbas se diebus ipsis minime presentavit. suam absentiam excusando, et tibi soli non fuerat jurisdictio demandata, nondum in ipso negotio est processum. Nolentes igitur ut illud ulterius remaneat in suspensio, vos, fil[i]i prior et archidiacone, in loco dictorum abbat[is] et prior[is] in prefato negotio duximus subrogandos, discretioni vestre, de utriusque partis procuratorum assensu, mandantes ¹ quatenus, si est ita, sine more dispendio procedatis in eo juxta priorum continentiam litterarum, et, vocatis qui fuerint evocandi, inquirentes de plano et sine judiciali strepitu que sit dissentionum materia inter fratres, clericos et conversos ejusdem ordinis, et propter que idem ordo tam grave incurrisse dicitur detrimentum, quocumque modo, secundum Deum, fieri poterit, finem ipsis imponere studeatis, statuendo in eo, dummodo nichil contra regulam et privilegium dicti ordinis per vos immutetur, que faciant precipue ad divini cultus augmentum, ac saluti animarum dictorum fratrum et utilitati ordinis noveritis expedire. Quod si aliqua in

1. Ms. : mandamus.

prefatis regula et privilegio difficilia continentur, per que contingat ejusdem ordinis profectum et concordiam impediri, vos, ea nobis fideliter intimantes, prefigatis partibus terminum peremptorium competentem, quo se propter hoc nostro conspectui representent, provisioni apostolice pariture. Clericos autem ipsos in prefato ordine recipi, ne per seculum vagari cogantur, et duobus vel tribus eorum hujusmodi negotium prosequentibus, expensas ad hoc necessarias ministrari de bonis sepedicti ordinis, durante ipso negotio, faciatis. ac pecuniam, si quam fratres in communi pro specialitate aliqua congregarunt, priori et domui Grandimontensibus integre assignari, in utilitatem ipsius ordinis convertendam —. Dat. Viterbii, VII idus aprilis, anno undecimo. »

3617

Viterbe, 16 avril 1237.

Archiepiscopo Eboracensi mandat quatenus in ecclesia Beverlacensi victus ciborum qui vulgariter *corredia* nuncupabantur, sic studeat moderari, quod canonicis et aliis ejusdem ecclesiae congrua victualium provisio et F., praeposito Beverlacensi, ejusque successoribus competens sustentatio reservetur, et exinde jura et libertates ejusdem ecclesiae valeant per eundem praepositum defensari. — (REG. 18, f. 279 v°; ann. XI, c. 37.)

« .. archiepiscopo Eboracensi. Sua nobis F., praeposito ecclesie Beverlacensis, tue diocesis, petitione monstravit quod, cum olim in ipsa ecclesia, cum necessaria vite hominum minori pretio habebantur, fuerit, propter rerum affluentiam, minus provide ordinatum ut prepositi qui essent pro tempore, victus ciborum qui vulgariter *corredia* nuncupantur, sub immoderata quantitate et numero ferculorum, de bonis prepositure, canonicis, capellanis, clericis et ministris ejusdem ecclesie in refectorio de Bedern jugiter ministrarent, et nunc multo plus solito res cariiores existant, ac nonnulli iniquitatis filii bona predictae ecclesie rapiant et pro viribus ad impugnanda jura et libertates ipsius insurgant : ex hoc illa consurgit absurditas, quod, ipsa ordinatione in multitudine ac exquisitione ciborum servata, dum uni tantum in carnibus et piscibus ministratur, quantum tribus aut pluribus sufficeret competenter, bona dietae prepositure in ciborum superfluitatem et commessiones illicitas fere totaliter transeant, ecclesie libertates et jura, dum remanent indefensa, cum nec ipse illa, taliter bonis destitutus eisdem, defendere valeat, nec ea alius defendat, decerpunt, et sibi prepositi officium est dampnosum, qui

scie, aliis habundantibus. licet ipse caput existat, percipit egestatem. Ceterum ciborum reliquie, quas dieti canonici et alii debent pauperibus exhibere, per eosdem — venduntur turpiter et in pravos usus alios illicite convertuntur —. Dat. Viterbii, XVI kalendas maii, anno undecimo. »

3618

Viterbe, 29 avril 1237.

Abbati de Dalphino (— Daphni), Atheniensis diocesis, nec non decano et archidiacono Atheniensibus mandat quatenus, — cum episcopus capitulumque Nigripontenses Abilonensem episcopatum, et reliquos duos episcopatus Nigri Pontis insulae, Nigripontensi episcopatu minus provide, et, ut Abilonenses assererant, in grave Abilonensis ecclesiae dispendium, per Johannem, tituli Sanctae Praxedis presbyterum cardinalem, tunc apostolicum legatum, fecissent adjungi, — in hoc negotio, quod antea frustra archiepiscopo, decano et archidiacono Corinthiensibus a Sede Apostolica commissum fuerat, procedant, et partibus terminum competentem praefigant, quo coram ipso papa compareant. — (REG. 18, f. 280 r^o; ann. XI, c. 38; — cf. *supra*, n^o 2530.)

« .. abbat de Dalphino, Atheniensis diocesis, .. decano et archidiacono Atheniensibus. Dilecti filii capitulum et clerici, milites et alii habitatores Abilonenses [etc., ut supra, in litteris sub numero 2530 notatis, paucissimis mutatis, usque :] ex circumspectione Sedis Apostolice providere. Propter quod nos bone memorie .. archiepiscopo, .. decano et .. archidiacono Corinthiensibus nostris dedimus litteris in mandatis ut, vocatis qui vocandi forent, et inquisita super premissis et aliis hujusmodi negotium contingentibus, diligentius veritate, quod super hiis invenirent, suis nobis litteris fideliter intimarent, ut, ex illorum relatione sufficienter instructi, securius in negotio procedere curaremus. Sed, eisdem iudicibus negotium pro sue voluntatis arbitrio per annum et amplius tenentibus in suspenso, ac eodem Nigripontensi Greg[orium] et Phil[ippum], canonicos Abilonenses, impetratores litterarum nostrarum, ne per ipsas contra eum procederent, jurare et ipsis litteris renuntiare cogente, in negotio nullus habitus est processus, in ipsorum et ecclesie supradicte maximum dispendium et ruinam; quare coacti sunt denuo, non sine magnis expensis, ad nostram presentiam laborare. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, juramento non obstante predicto, in negotio, ratione previa, procedatis, iuxta priorum continentiam litterarum. preti-

gentes partibus terminum peremptorium competentem, quo propter hoc per se vel procuratores idoneos nostro se conspectui representent, iuxtam. auctore Domino, sententiam recepte, ipsos ad ill, si necesse fuerit, monitione premissa, per censuram nostram, appellatione remota, cogendo. Interim vero supradictis episcopo et capitulo Nigripontensibus districtius inhibere curetis ne predictus capitulum et clericos presumant, hujusmodi lite pendente, ob hoc indebite molestare; molestatores [etc., usque :] compeccando; et nichilominus in statum debitum legitime revocetis, si quid per dictum episcopum, post motam questionem, contra eos inveneritis temere attemptatum. Contradictores —. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, III kalendas maii, pontificatus nostri anno undecimo. »

3619

Viterbe, 30 avril 1237.

Electo Suessano mandat quatenus Simoni, quem presbyter de soluta susceperat, quoad susceptionem ordinum et perceptionem beneficii januam dispensationis aperiat. — (REG. 18, f. 280 v^o; ann. XI, c. 39.)

« .. electo Suessano. Symonem, latorem presentium —. Dat. Viterbii, II kalendas maii, anno undecimo. »

3620

Viterbe, 4 mai 1237.

Episcopo Wigorniensis, — postulanti ut ipse papa parceret laboribus et expensis quibus, ad varia iudicia distractus, posset graviter fatigari, — indulget ut, cum paratus sit coram Ottone, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, quibuscumque regni Angliae de se conquerentibus justitiam exhibere, non nisi coram eodem cardinali, quamdiu in Anglia praesens fuerit, per litteras apostolicas in posterum obtinendas ab eisdem conquerentibus valeat conveniri. — (REG. 18, f. 280 v^o; ann. XI, c. 40.)

« .. episcopo Wigorniensis. Ea que de —. Dat. Viterbii, III nonas maii, anno undecimo. »

3621

Viterbe, 4 mai 1237.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, de eadem re scribens, mandat quatenus, quamdiu in Anglia praesens fuerit, quibuslibet de regno Angliae, qui contra eum lem Wigorniensis episcopum per litteras apostolicas de cetero impetrandas moverint questionem, de eodem episcopo, si ille coram ipso cardinali

1. C'est-à-dire : Nigripontensi episcopo.

paratus fuerit juri parere, exhibeat justitiam, praedictis litteris non obstantibus, nec permittat eundem per memoratas litteras eorum aliis fatigari. — (REG. 18, f. 280 v^o; ann. XI, c. 41.)

« *Th[omi]ni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato. Ea que de —. Dat. ut supra.* »

3622

Viterbe, 29 avril 1237.

Roberto de Sanctes, capellano regis Angliae, significat se cum eo dispensare ut, non obstante beneficio quod cum cura animarum obtinebat, quod beneficium decem marcarum valentiam annis singulis non excedebat, aliud cum simili cura, si ei canonice conferatur, recipere valeat. — (REG. 18, f. 280 v^o; ann. XI, c. 42.)

« *Rob[erto] de Sanctes, capellano karissimi¹ in Christo filii nostri .. regis Anglie. Tuis precibus grato —. Dat. Viterbii, III kalendas maii, anno undecimo.* »

3623

Viterbe, 14 mai 1237.

Marturanensi et Cassanensi archidiaconis et decano Militensi mandat quatenus, — cum [Thomae], tituli Sanctae Sabinae presbytero cardinali, cui ipse papa causam quae inter episcopum Giracensem, ex parte una, et Leonem, presbyterum, P. diaconum, nec non Johannem et Michaelen, canonicos ecclesiae Giracensis, ex altera, vertebatur, commiserat audiendam, super quibusdam articulis a partibus exhibitis non potuisset plena fides fieri, — ad eandem Giracensem ecclesiam personaliter accedentes, probationes quas iamdictae partes super eisdem articulis, quas ipsis archidiaconis et decano idem cardinalis cum suis mittit litteris, producendas duxerint, in scriptis fideliter redigi faciant et postmodum ad * Sedem Apostolicam sub suis sigillis transmittant; praefigant insuper praedictis partibus terminum competentem, quo coram ipso papa se praesentent. — (REG. 18, f. 281 r^o; ann. XI, c. 43.)

« .. *Marturanensi et .. Cassanensi archidiaconis et .. decano Militensi. Cum super causa —. Dat. Viterbii, II idus maii, anno undecimo.* »

3624

Viterbe, 6 mai 1237.

Decano Aurelianensi mandat quatenus, — cum ecclesia

1. Le manuscrit porte : « capellano nostro karissimi; » *nostro*, qui était une inadvertance du rubricateur, a été souligné, c'est-à-dire supprimé. La rubricelle, à cet endroit, a été enlevée par le couteau du relieur; *nostro* ne devait certainement pas s'y trouver.

Sancti Pauli Aurelianensi quadam consuetudine abusiva duobus rectoribus, magistro Johanni et alii, esset collata, qui ambo per hebdomadas vicissim in ea deserviebant, — illi quem potioribus meritis adjuvari perspexerit, curam animarum committat et alteri proventus ejusdem ecclesiae, prout consueverat, faciat, quamdiu vixerit, exhiberi. — (REG. 18, f. 281 r^o; ann. XI, c. 44; — *AMICIE DE FOULQUES DE VILLARET, Les Antiquités de Saint-Paul d'Orléans*, Orléans, 1881, p. 224¹.)

« .. *decano Aurelianensi. Dilectus filius magister Johannes, rector ecclesiae Sancti Pauli Aurelianensis, in nostra proposuit presentia constitutus, quod ecclesia ipsa, que per unum rectorem idoneum posset commode gubernari, per quamdam consuetudinem abusivam sibi et alii esset collata, cum quo idem per hebdomadas et vices suas in ea deservire procurat. Verum, quia pro servitio bipertito duorum rectorum. dum unus evellit quod alter plantat, plerumque in plebe scandalum generat et periculum incurritur animarum, a nobis humiliter postulabat ut, cum non deceat in uno ecclesiae corpore duo capita praefici quasi monstrum, provideamus misericorditer in hac parte. Nos igitur. de prudentia tua plenam fiduciam obtinentes. dictum negotium tibi duximus committendum, discretionis tue per apostolica scripta mandantes quatenus, pensatis omnibus que circa curam ecclesiae supradictae salubriter fuerint attendenda, illi quem vite, scientie ac conversationis honeste potioribus meritis adjuvari perspexeris, curam animarum committens, alteri proventus ejusdem ecclesiae, prout percipere consuevit, quamdiu vixerit, facias exhiberi. Contradictores etc. Dat. Viterbii, II nonas maii, anno undecimo.* »

3625

Viterbe, 28 avril 1237.

Archiepiscopo Viennensi, apostolico legato, mandat quatenus episcopi Lodovensis postulantis, qui per triginta annos et amplius Lodovensem ecclesiam rexerat, et qui, propter decrepitae aetatis incommoda, factus esse dicebatur inutilis curae officii pastoralis, cessionem, si ipsi consterit eundem episcopum ad idem officium exercendum esse impotentem, recipiat, eique unde vita sua honeste sustentari valeat, de

1. Dans cet ouvrage, la bulle de Grégoire IX n'est pas publiée isolément, mais vidimée dans un acte de Rainald, évêque d'Ostie, du 25 mai 1236. En vertu dequel elle est annulée par ordre du pape lui-même. Sur cette question de la dualité de la cure de Saint-Paul d'Orléans, l'un des deux curés étant nommé par l'abbé de Saint-Mesmin, l'autre par le chapitre de Saint-Pierre-le-Puellier, voir le même ouvrage, p. 18 et suivantes.

bonis ejusdem ecclesiae provideat. — (REG. 18, f. 281 r^o; ann. XI, c. 45; — MOREAU 1191, f. 252.)

« .. *archiepiscopo Viennensi, Apostolice Sedis legato. Venerabilis frater noster* —. Dat. Viterbii, IIII kalendas maii, anno undecimo. »

3626

Viterbe, 7 mai 1237.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, apostolico legato, — attendens « quod circa regnum » Scotie eo majorem curam gerere » ipse papa teneat, « quo » fortius Ecclesia Scotticana Romanam Ecclesiam solam matrem et metropolitanam nullo medio recognoscit », — plenum legationis officium in eodem regno committit. — (REG. 18, f. 281 r^o; ann. XI, c. 46; — MOREAU 1191, f. 258; — POTTHAST 10331.)

« O[tt]oni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato. Illud maxime in —. Dat. Viterbii, nonis maii, anno undecimo. »

3627

Viterbe, 5 mai 1237.

Eidem concedit ut, si qua beneficia in Angliae regno vacantia ad collationem Sedis Apostolicae ex lapsu temporis invenerit devoluta, tria ex ipsis personis idoneis ejusdem regni auctoritate apostolica valeat conferre. — (REG. 18, f. 281 v^o; ann. XI, c. 47.)

« *Eidem. Sinceritati tue presentium* —. Dat. Viterbii, III nonas maii, anno undecimo. »

3628

Viterbe, 5 mai 1237.

Eidem concedit ut cum sex personis idoneis regni Angliae, quarum quaelibet unicum beneficium cum animarum cura obtineat, possit dispensare ut aliud cum cura simili, si eis canonice conferatur, recipere valeant. — (REG. 18, f. 281 v^o; ann. XI, c. 48.)

« *Eidem. Sinceritati tue presentium* —. Dat. ut supra. »

3629

Viterbe, 10 mai 1237.

Regi Scotiae significat se O[tt]oni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, a suo latere in Angliam destinato, in regno Scotiae legationis officium motu proprio commisisse, eumque rogat et hortatur quatenus eundem le-

gatum plena mentis hilaritate suscipiat. — (REG. 18, f. 281 v^o; ann. XI, c. 49; — MOREAU 1191, f. 262. *partim* ex RAYNALDO; — POTTHAST 10335.)

« .. *illustri regi Scotie. Cum universis ecclesiis* —. Dat. Viterbii, VI idus maii, anno undecimo. »

3630

Viterbe, 9 mai 1237.

Potestati, consilio et populo Pisanis iterum et instantanter mandat quatenus ecclesiae et episcopo Lucanis quaedam castra restituant. — (REG. 18, f. 281 v^o; ann. XI, c. 50; — MOREAU 1191, f. 263, *non integra*; cf. *ibid.*, f. 261, *fragm.*, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10336, *omisso initio*.)

« .. *potestati, consilio et populo Pisan[is]*. Spem firmam de vobis olim concepimus ut, si vos ad ea que justitia et vestrarum salus animarum expostulat, moneremus, eo magis nostris obsequi beneplacitis studeretis, quo fortius civitatem vestram speciali prerogativa dilectionis amplectimur, et ad ipsius exaltationem favorabiliores secundum Deum cupimus inveniri. Sed ecce miramur plurimum, et non sine ratione movemur, quod in hiis mandatis Sedis Apostolicae majorem obicem difficultatis opponitis. In quorum executione magis existere voluntarii deberetis. Nam, sicut venerabilis frater noster . . episcopus Lucanus nobis exposuit, vos ac Lucani cives, per gravem discordiam quam diu inter vos habueratis, afflicti graviter et attriti, in manibus dilecti filii nostri G[u]lfredi, tituli Sancti Marci presbiteri cardinalis, tunc Apostolice Sedis legati, precise ac absolute jurastis quod adimpleretis et servaretis, toto tempore vite vestre, omnia et singula precepta, arbitria, pronuntiationes, sententias atque dicta, que idem legatus vobis, per se, vel litteras suas aut nuntium, faceret, uno tempore vel diversis, pro faciendi et observanda pace de guerra que inter ipsos et vos hinc inde tunc temporis existerat, et super hiis que, occasione ipsius guerre, alterutro facta erant. Quare idem legatus inter cetera parti vestre precepit ut possessionem et quasi possessionem castrorum Montis Topari, Pralilonis, Sancti Gervasii, Montis Castelli, Palarie, cum villis et pertinentiis suis, item, medietatis Colleuli, Tepiani et Tojan, ac eorum jurium, restitueretis, usque ad certum terminum ab ipso legato expressum, episcopo Lucano et episcopatu suo, et eis libere uti permetteretis, sicut

1. A la date du 10 mai (= VI idus maii), d'après RAYNALDI, ann. 1237, § 15.

eo tempore utebantur, quo guerra ipsa inter eos et vos fuerat inchoata. Cum autem parere precepto hujusmodi minime curassetis, idem legatus in vicarios A., quondam potestatis vestre, tunc in nostra presentia consistentis, et in totum vestre civitatis consilium excommunicationis sententiam promulgavit, comminando se contra vos durius processurum, si diutius in vestra duritia durassetis. Deinde, vobis accedentibus ad dicti legati presentiam et interpretationem prefati precepti petentibus, ipse illud fuit interpretatus hoc modo, ut videlicet vos amoveretis de dictis locis omnes potestates, halivos, castaldiones, et generaliter omnes officiales quos habeatis in illis, quocumque nomine censerentur; et tunc dictus episcopus apprehenderet possessionem et quasi, cum tempore inchoate guerre in eisdem habebat, questione, si qua inde postmodum oriretur, coram ipso legato vel ejus nuntio, seu arbitro electo communiter ventilanda. Licet autem dicta potestas, que interim a presentia nostra redierat, a procuratore ipsius episcopi requisita utrum vellet, juxta interpretationem ipsius legati, sibi possessionem restituere antedictam, respondisset quod pro ea faciendam Conradum de Albanis, judicem et assessorem suum, ad loca miserat antedicta, et episcopus ipse propter hoc ad loca eadem accessisset; ipso tamen Conrado offerente sibi dicto possessionem, facto autem penitus denegante, idem episcopus rediit omnino spe sua in hac parte fraudatus. Unde legatus, contra vos aggravans manum suam, potestatem et consilium iterum vinculo excommunicationis astrinxit, nec non iudices, tabelliones et officiales, ac quoslibet alios civitatis Pisane, qui vobis in hoc prestarent consilium, auxilium vel favorem, nisi usque ad festum Omnium Sanctorum proximo tunc venturum, possessionem dictorum locorum, juxta interpretationem jandictam, restituissetis episcopo supradicto; expresso quod illi qui, durante hujusmodi contumacia, vobis succederent in eisdem officiis, ipso facto vinculo essent excommunicationis stricti. Ipsam quoque civitatem ecclesiastico supposuit interdicto, districtius inhiibendo ne interim ibi celebraretur aliquod divinum officium vel exhiberetur ecclesiasticum sacramentum, exceptis dumtaxat penitentis morientium et baptismatibus parvulorum. Porro episcopus ipse, considerans quod vos, predictam interpretationem pro vestre voluntatis arbitrio pervertentes, manifeste illuseratis eidem, petiit a legato ut interpretationem ipsam apertius declararet; qui, eam declarando, expressit quod ejus intentiois erat et fuerat, ut, sicut nulli cives Pisani, vel aliqui pro eis, erant in castris predictis ante guerram inceptam, ita nulli

remanerent in illis, sed dimitteretis ipsi episcopo possessionem eorum et pertinentiarum suarum liberam, vacuum et pacificam, sicut ante habebat, salvo vobis jure, si quod habeatis in illis; ita tamen quod hujusmodi jus retinere vel auctoritate vestra apprehendere minime deberetis. Nos vero, quia, sententias hujusmodi dampnabiliter contempnentes, ad mandatum Ecclesie redire minime curabatis, ad petitionem dicti episcopi prefatas sententias decrevimus observandas, et eas litteris apostolicis mandavimus usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, processum venerabilis fratris nostri Pand[ulfi], Patensis episcopi, tunc notarii nostri, super hoc habitum, irritum judicantes. Ceterum, sperantes postmodum quod eo libentius mandatis curaretis apostolicis obedire, quo vobiscum benignius ageremus, dictas sententias de solita Apostolice Sedis clementia duximus relaxandas. Sed vos, patientia nostra minus prudenter abusi, predicta castra ecclesie Lucane restituere, longo expectati tempore, non curastis. Unde dictus episcopus a nobis cum instantia postulabat ut, cum effluxi diurnitas temporis sit disciplina evidens subsequens, vos, de quibus frustra speratur ut sponte ad cor redire curetis, nec non iudices, tabelliones et officiales, ac quoslibet alios civitatis vestre, qui vobis in hoc prestarent consilium, auxilium vel favorem, in pristinas excommunicationis et civitatem vestram interdicti reduci sententias mandarem. Nos autem, experiri volentes an Deo et Ecclesie studeretis satisfacere per vos ipsos, vobis nostris dedimus litteris in mandatis, certis super hoc deputatis monitoribus, ut, diligentibus attendentes quantum ex predictorum castrorum detentione, cum sint juris Ecclesie, divinam contra vos provocetis offensam, quot etiam exinde civitati Pisane pericula valent evenire, castra ipsa, cum villis, juribus et pertinentiis suis, juxta preceptum, interpretationem et declarationem predicta, dictis ecclesie et episcopo Lucan[is] vel ejus¹ procuratori restituere absque difficultate qualibet deberetis. Sed, ut experimento videmus, vos, nec ad Deum reverentiam, nec animarum vestrarum salutem habentes in aliquo commendatam, et gratie nostre vos reddentes ingratos, patientia nostra et monitorum monitis vilipensis, id facere non curastis, sicut monitores predicti nobis suis litteris significare curarunt. Unde, cum hactenus Lucana ecclesia tam a filiis propriis quam ab alienis fuerit graviter conculcata, nec ulterius pati possumus ut a vobis, vel Lucanis seu aliis opprimatur, eosdem Lucanos ut ei-

1. C'est-à-dire : *ejusdem episcopi*.

dem ecclesie de dampnis et injuriis illatis satisfaciant et de cetero ab ipsis molestatione desistant, apostolica mandamus auctoritate compelli. Quocirca mandamus quatenus prefata castra, cum villis, juribus et pertinentiis suis, juxta priorum continentiam litterarum, dictis ecclesie et episcopo Lucan[is] vel ejus¹ procuratori, ob reverentiam Apostolicæ Sedis et nostram, restituere studeatis: alioquin, ne culpam vestram nostram, contra Deum deferendo voluntatibus, faciamus, venerabili fratri nostro .. episcopo et dilectis filiis .. preposito et .. archidiacono Florentinis nostris damus litteris in mandatis ut potestates, consilium, nec non iudices, tabelliones et officiales, ac quoslibet alios civitatis Pisane, qui vobis in hoc prestantur consilium, auxilium vel favorem, in pristinas excommunicationis et civitatem eandem interdicti sententias, monitione premissa, auctoritate nostra, appellatione cessante, reducant, sententias ipsas per Tusciam et alia vicina loca publicari sollempniter et usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, facientes. Dat. Viterbii, VII idus maii, anno undecimo. »

3631

Viterbe, 9 mai 1237.

« In eundem modum² .. *archiepiscopo Pisano*, usque : facientes. Quocirca mandamus quatenus dictas sententias ad mandatum dictorum episcopi et collegarum ipsius per civitatem et diocesim tuam sollempniter publices et facias usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 282 v°.)

3632

Viterbe, 9 mai 1237.

Archiepiscopo Remensi et fratri Willelmo, de ordine fratrum Minorum, paenitentiariorum suo, mandat quatenus ipsum papam certiores faciant de summa pecunie pro redemptione et commutatione votorum cruce signatorum in Remensi provincia collectæ, ut de illa secundum necessitatem Terræ Sanctæ ipse papa disponere possit. — (REG. 18, f. 282 v°; ANN. XI, c. 51; — MOREAU 1191, f. 259; — POTTHAST 10334.)

« .. *archiepiscopo Remensi et fratri Willelmo, de ordine fratrum Minorum, penitentiariorum nostro*. Non mediocriter urget nos negotium Terræ Sanctæ, ad cuius liberationem, quantum nobis Dominus dederit, totis viribus

aspiramus. Ceterum, cum nonnulli cruce signati, propter debilitatem et alias justo impedimento detenti, velint redimere, cum non possint exequi, votum crucis, nos, attendentes quod de hujusmodi redemptione votorum potest personaliter illuclaborantibus congrue subveniri, mandamus quatenus, si qui tales voluerint redimere vota sua, seu aliqui minora peregrinationis vota duxerint commutanda, redemptionem et commutationem hujusmodi in Remensi provincia, exceptis hiis qui existunt de dominio vel feudo carissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Navarre, comitis Campanie, admittentes, quantitatem collectorum nobis fideliter rescribatis, ut disponatur exinde prout, secundum Deum, necessitati Terræ viderimus expedire. Dat. ut supra. »

3633

Viterbe, 9 mai 1237.

Eisdem de pecunia similiter pro redemptione ac commutatione votorum recepta, Henrico¹, comiti Barri Ducis, concedenda, sic scribit : « Cum dilectum filium nobilem » virum Henricum, comitem Barri Ducis, usque adeo tetigerit injuria Crucifixi, quod, assumpto de manibus nostris » vivifice crucis signo, pro subsidio Terræ Sancte non solum » terram relinquere, sed personam etiam exponere sit paratus, et, quamquam nobilis sit ac potens, ad necessarios tamen sumptus non plene sibi sufficiat, cum intendat secum » ducere nonnullos nobiles et potentes : mandamus quatenus, » si, mutato consilio, idem comes in subsidium imperii Romanie votum suum duxerit commutandum, receptam a » vobis pecuniam pro redemptione ac commutatione votorum, juxta formam quam in aliis litteris nostris vobis » duximus exprimendam, eidem comiti, cum iter Constantinopolitanum arripuerit, alioquin eam sibi in generali » passagio, arrepto transmarino itinere, concedatis. » — (REG. 18, f. 282 v°; ANN. XI, c. 52; — MOREAU 1191, f. 260; — POTTHAST 10333.)

« Eisdem. Cum dilectum filium —. Dat. ut supra. »

3634

Viterbe, 7 mai 1237.

Archiepiscopo Eboracensi, proponenti quod, licet necesse habeat plures litteratos clericos et honestos in suo servitio retinere, vix tamen aut nunquam tales possit invenire, nisi

1. POTTHAST, d'après SBARALEA, *Bullarium franciscanum*, t. I, p. 218, note f, attribue, par erreur, à ce comte de Bar le nom de Hugo; il s'agit de Henri II, comte de Bar, qui, étant passé en Terre Sainte, fut tué, en 1239, par les infidèles, dans un combat donné près de Gaza.

1. Cf. la note précédente.

2. Cet in eundem modum a été ajouté dans la marge; il est de la même main que le corps de la page.

ipse archiepiscopus valeat eis uberius providere, facultatem concedit dispensandi cum tribus suis clericis, unicuique beneficium cum cura animarum beneficium, si fuerint legitimi et alias ad hanc gratiam obtinendam idonei, ut, non obstante constitutione concilii generalis, singuli recipere possint singula similia beneficia et illa cum prioribus retinere. — (Reg. 18, f. 282 v^a; ann. XI, c. 53.)

« .. *archiepiscopo Eboracensi*. Dignum est ut —. Dat. Viterbii, nonis maii, anno undecimo. »

3635. — In eundem modum .. *episcopo Dunelmensi*.

3636

Viterbe, 6 mai 1237.

Dunelmensis episcopo postulatam licentiam concedit nonnullos Dunelmensis diocesis clericos qui, senes, debiles et defectum luminum patientes, in verecundiam ordinis clericalis ad extremam inopiam devenierant, nec non alios similes ejusdem diocesis, in una domo collocandi, et eis assignandi, pro vitæ eorum subsidio, decimam molendinorum ad ipsum episcopum pertinentem, dummodo ex hoc Dunelmensis ecclesia graviter non lædatur. — (Reg. 18, f. 283 r^a; ann. XI, c. 54.)

« .. *Dunelmensis episcopo*. Pie mentis devotio —. Dat. Viterbii, II nonas maii, anno undecimo. »

3637

Viterbe, 7 mai 1237.

H. de Grai, clerico, qui, scholasticis disciplinis insistens, dicebatur laudabiliter profecisse in artibus et sese bonis moribus reddere ad specialem gratiam obtinendam idoneum, significat se ei, ad preces archiepiscopi Eboracensis, ipsius clerici patri, dispensative concedere ut, non obstante constitutione concilii generalis, unicuique beneficium cum cura animarum recipere valeat et illud cum jam obtento retinere. — (Reg. 18, f. 283 r^a; ann. XI, c. 55.)

« *H. de Grai, clerico*. Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Viterbii, nonis maii, anno undecimo. »

3638

Viterbe, 10 mai 1237.

Episcopo Sagiensi, qui se parabat ad eundem in Terram Sanctam, pro ejusdem Terræ subsidio, in generali passagio, significat se votum ejus et cruce signatorum Sagiensis diocesis qui cum eo proficisci voluerint, in subsidium imperii

Romaniae commutandum providisse; eum rogat quatenus cum aliis ejusdem diocesis saltem in martio proximo futuro ad iter se accingat, eique et eisdem cruce signatis diversas indulgentias elargitur. — (Reg. 18, f. 283 r^a; ann. XI, c. 56.)

« .. *episcopo Sagiensi*. Inspirante tibi Patris eterni Filio, signum crucis pro Terre Sancte subsidio, sicut letantes audivimus, accepisti; et, quamquam affectuose deponere deberemus ut, sicut virilius posses, te ad eundem illuc in generali passagio preparares, tamen, quia de pietate divina confidimus quod utilior habearis in Romanie imperio, multis tribulationibus fatigato, si ad ipsum, duce Christo, cum nobili comitiva procedere non mereris: votum tuum et cruce signatorum tue diocesis qui tecum proficisci voluerint, in ejusdem subsidium digne providimus commutandum, presertim cum promotionem negotii Terre Sancte in hoc pateat haberi potissime, quod idem Imperium euntibus et redeuntibus peregrinis multipliciter oportuno feliciter disponatur. Rogamus itaque fraternitatem tuam et hortamur at[tente], ac in remissionem tibi injungimus peccatorum quatenus, indutus fortitudine¹ ac virtute precinctus, te, cum omnibus ejusdem diocesis, quos exhortationis sacre studio habere poteris tanto negotio congruentes, saltem in martio proximo futuro ad iter accingas. Nos enim, ut quod pro gloria Redemptoris tam digne deponitur, facile compleatur, te, ac omnes fideles memorate diocesis in succursum ejusdem Imperii processuros, nec non eorum familiam et bona omnia, donec de ipsorum reditu vel obitu certissime cognoscatur, sub protectione ac defensione Sedis Apostolice admittentes, illis, ac aliis qui, juxta facultatem et qualitatem suam, illuc viros idoneos in expensis propriis duxerint destinandos, nec non illis qui ad subventionem fidelium partium earumdem de bonis propriis congrue ministrabunt, juxta quantitatem subsidii et devotionis affectum, indulgentiam et privilegium concessa procedentibus in Terre Sancte subsidium, elargimur; tibi nichilominus, ut ad premissa tanto promptior habearis, quanto majorem a nobis gratiam consequeris, auctoritate presentium concedentes quod pauperum et debiliu[m] cruce signatorum supradicte diocesis, cum quibus duximus dispensandum, vota peregrinationis in succursum ejusdem Imperii valeas commutare; attentius provisurus ut illuc, sicut prediximus, in proximo futuro martio transire, previa Salvatoris gratia, non postponas. Dat. Viterbii, VI idus maii, anno undecimo. »

1. Cf. PSAL. XCII, 1.

3639

Viterbe, 9 mai 1237.

Patriarchae Hierosolymitano, nec non Nazareno et Caesariensi archiepiscopis significat se providisse ut Aimericus, nepos bonae memoriae Gaufridi, Tripolitani episcopi, occasione iniquae sententiae qua ab Antiochena patriarcha archidiaconatus, praebenda et aliis beneficiis quae in Tripolitana ecclesia obtinebat, fuerat privatus, nulli infamiae subiaceret, eisque mandat, inter alia, quatenus eum ad Tripolitanae ecclesiae canonicatum restituat et provisionem ab ipso papa sic eidem Aimerico factam, observari firmiter faciant. — (Reg. 18, f. 283 v^o; ann. XI, c. 57.)

« .. patriarche Jerosolimitano, et .. Nazareno et .. Caesariensi archiepiscopis. Cum inter venerabilem fratrem nostrum .. patriarcham Antiochen[um] et Aimericum, nepotem bone memoriae Gaufridi], Tripolitani episcopi, coram venerabili fratre nostro .. Sabinensi episcopo, eis a nobis audire concessio, fuisset super eo quod idem¹ proposuit, pretextu cujusdam inquisitionis, ut dicebat, juris ordine non servato presumpse, archidiaconatu, praebenda et aliis beneficiis quae in Tripolitana obtinebat ecclesia, ab eodem patriarcha per iniquam sententiam definitivam [se fuisse]² amotum, diutius litigatum; tandem, cause meritis in nostra et fratrum nostrorum presentia fideliter recitatis ab auditore predicto, nos eidem Aimerico sic duximus providendum ut, occasione ipsius sententiae, nulli prorsus infamiae debeat subiacere, quominus ad beneficia, honores et dignitates ecclesiasticas valeat promoveri, restituentes eundem ad Tripolitanae canonicatum ecclesiae, ita quod, si magister Hubertus, canonicus et cancellarius Antiochene ecclesiae, qui archidiaconatum, praebendam et alios redditus quos idem A.³ obtinuit in Tripolitana ecclesia, dicitur assecutus, possessionem predictorum non habeat, idem⁴ praebendam et redditus cum fructibus inde perceptis rebatet supradictos, et in possessionem reducat eorum et defendatur inductus⁵; si vero dictus cancellarius fuerit possessionem ipsorum adeptus, fiat eidem A. plene recompensatio, pro praebenda et redditibus antedictis, de redditibus episcopalibus, et nichilominus de ipsis redditibus satisfiat eidem⁶ pro fructibus a tempore facte amotionis inde perceptis. Preterea,

1. Dans la pièce 138 de la XI^e année, qui est, pour la majeure partie, une répétition de celle-ci, on lit : *idem A.*

2. Dans cette même pièce XI, 138, on lit également : *diffinitivam amotum*, sans *se ni fuisse*, dont la restitution paraît nécessaire pour l'intelligence de cette longue phrase.

3. XI, 138 : « *idem obtinuit.* »

4. Il faut entendre : *idem A.*

5. XI, 138 : « *reductus.* »

6. XI, 138 : « *satisficiat eidem.* »

GREGOIRE IX, t. II.

cum ipse sit, ut asserit, uno excepto, antiquior canonicus ecclesiae¹ supradictae, volumus ut ad stallum in choro et locum in capitulo, ac² alia jura sibi propter hoc competentia, ne occasione amotionis predictae reputetur inferior, admitatur, et restituantur domus eidem, nisi alii collate fuerint, quas in eadem ecclesia noscitur habuisse; alioquin sibi equi[va]lentes³ alie assignentur. Quocirca mandamus quatenus provisionem hujusmodi faciatis auctoritate nostra, appellatione remota, firmiter observari. — Dat. Viterbii, VII idus maii, anno undecimo. »

3640

Viterbe, 11 avril 1237.

Episcopo Ferentinati, — audito quod, dudum ecclesia Ferentinat[is] vacante, ejusdem ecclesiae capituli canonici perperam staterant « quod episcopus qui foret pro tempore, » sine consensu canonicorum omnium, et majoris et sanioris » partis eorum qui essent in civitate presentes, sententialiter » contra canonicos generaliter vel specialiter non procedat, » nec priores civitatis vel diocesis, sua auctoritate, ipsis irre- » quisitis ac sine presentium canonicorum consilio, instituat » vel destituat, seu quicquam corrigat, quod ad dejectionem » et amotionem pertineat, in eisdem¹; audito etiam quod praedicti canonici eadem statuta, et alia juri et consuetudini approbata contraria, illicito juramento firmaverant, adjectives « quod, si is qui praesert episcopus, contra statuta » predicta venire presumpserit, nisi, ter vel quater a capitulo monitus, sicut statutum est ab omnibus, duxerit observandum, ebdomadarii nequaquam eidem in ecclesia serviant, et quando in ea presens fuerit, divina non content officia... nec cum eo familiaritatem habeant consuetam ». — mandat quatenus praedicta statuta, quae, « quantumcumque forent ecclesiasticae honestati consona », non debuissent, praedicta ecclesia pastoris solacio destituta, ab eodem capitulo absque apostolico mandato ordinari, auctoritate apostolica denuntiet esse nulla, et, eis non obstantibus, circa omnia quae pontifici sollicitudini incumbant, officium suum exsequatur. — (Reg. 18, f. 283 v^o; ann. XI, c. 58.)

« .. episcopo Ferentinat[is]. Mirari cogimur et —. Dat. Viterbii, III idus aprilis, anno undecimo. »

3641

Viterbe, 11 avril 1237.

« In eodem fere modum *capitulo Ferentinati*, ut supra. [Eis significat se duxisse praedicta statuta et juramentum

1. XI, 138 : « antiquior ecclesiae, » sans *canonicus*.

2. XI, 138 : « et alia jura. »

3. Ms. : *equivalentes*; — XI, 138 : « *equivalentes.* »

nulla penitus esse decernenda, eisque mandat quatenus, eorumdem statutorum occasione, nihil attentare praesumant.]
Dat. ut supra. n — (REG. 18. f. 284 r°.)

3612

Viterbe, 13 mai 1237.

Archiepiscopo Mediolanensi et ejus suffraganeis mandat quatenus subditos suos inducant ut accipiant signum erucis. — (REG. 18, f. 284 r°; ann. XI, c. 59; — MOREAU 1191, f. 265; — cf. *supra*, n. 2200-2202.)

« .. *archiepiscopo Mediolanensi et suffraganeis suis*. Rachel. sum videns [etc., ut supra, in litteris sub numero 2200 notatis] —. Quod si forte censuram ecclesiasticam vilipenderit, poterunt non immerito formulidare ne per auctoritatem Ecclesie contra eos, tanquam perturbatores negotii Crucifixi, secularis potentia inducatur. Ad hec autem in vestris diocesisibus summo studio promovenda, singuli vestrum, ut communicando labori, sitis participes premii, secundum datam vobis a Domino gratiam, diligentem opem et operam adhibentes, adoptionis divine filios² in eisdem diocesisibus constitutos, ut signum crucis pro Redemptoris sumant obsequio, sicut efficacius poteritis, piis exhortationibus inducatis. Dat. Viterbii, III idus maii, anno undecimo. »

3613. — In eundem fere modum *fratri Guillelmo, penitentario nostro*. — (REG. 18. f. 285 r°; — MOREAU 1191, f. 270 v°; — POTTHAST 10317.)

3614

Viterbe, 13 mai 1237.

Universis Christi fidelibus eadem scribens quae supra fidelibus in regno Francie constitutis, in litteris sub numero 2200 notatis, eos ad subsidium Terrae Sanctae evocat, magnas indulgentias promittens, et alia quibus negotium illud expeditur, statuens. — (REG. 18. f. 285 r°; — MOREAU 1191, f. 270 v°.)

« In eundem modum *universis Domini Nostri Ihesu Christi fidelibus presentes litteras inspecturis*, usque : secularis potentia inducatur. Accingantur igitur omnes

1. Le texte du numéro 2200 est abrégé dans le *Registre* même; RODENBERG, n° 605, donne de cette pièce 2200, comme nous l'avons noté plus haut (t. I, col. 1183, note 3), un texte tout à fait complet.

2. Cf. ROM. VIII, 15, etc.

adoptionis divine filii ad obsequium Ihesu Christi. dissensiones et lites in pacis et dilectionis federa commutantes, credentes firmiter quod, si vere confessi fuerint et compuncti, felici comercio laboribus hiis qui cito transeunt, eternam requiem merebuntur. Dat. ut supra. »

3615

Viterbe, 11 mai 1237.

Archiepiscopo Cantuariensi, ut eum in beneficiis ad ipsius archiepiscopi donationem spectantibus honoret, indulget supplicanti ut, cum ab dioecesi seu provincia Cantuariensi, in beneficiis provideri, illi quibus hujusmodi mandatum dirigitur, non possint de praedictis beneficiis alicui providere, nisi apostolicum rescriptum de hac indulgentia expressam fecerit mentionem. — (REG. 18. f. 285 r°; ann. XI, c. 60.)

« .. *archiepiscopo Cantuariensi*. Intendentes juxta personam —. Dat. Viterbii, V idus maii, anno undecimo. »

3616

Viterbe, 8 mai 1237.

Eidem, cujus jurisdictionem nonnulli ecclesiarum praelati nec non religiosi et alii Cantuariensis provinciae, ut ejus correctionem effugerent, cum eandem provinciam visitabat, impedire praesumebant, concedit ut illorum praesumptionem, non obstante frivolae appellationis objectu, possit coercere. — (REG. 18, f. 285 v°; ann. XI, c. 61.)

« *Eidem*. Personam tuam, quam —. Dat. Viterbii, VIII idus maii, anno undecimo. »

3617

Viterbe, 8 mai 1237.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali. Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus Cantuariensem archiepiscopum et ejus ecclesiam « super libertatibus et » immunitatibus tam a Romanis Pontificibus quam a regibus » et aliis nobilibus regni Anglie indultis eisdem », non permittat molestari; proviso ut prior et conventus Roffensis super causis ad examen apostolicum delatis, videlicet electione Roffensis episcopi et exenio beati Andreae, auctoritate praesentium non vexentur. — (REG. 18. f. 285 v°; ann. XI, c. 62.)

« O[toni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato. Specialis prerogativa caritatis —. Dat. ut supra. »

3618

Viterbe, 6 mai 1237.

Decano, scholastico et Waltero, canonico Maguntinis, mandat quatenus de vita, conversatione, fama, meritis et miraculis Hildegardis, abbatissae monasterii Sancti Roberti de Pingua (= Bingia), Maguntinae dioecesis, inquirant, et quae invenerint, sub sigillis suis usque ad apostolicum beneplacitum conservent. — (REG. 18, f. 285 v°; ann. XI, c. 63; — MOREAU 1191, f. 257, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10329.)

« .. decano, .. scolastico et Waltero, canonico Maguntinis. Supplicantibus nobis olim —. Dat. Viterbii, II nonas maii, pontificatus nostri anno undecimo. »

3619

Viterbe, 14 mai 1237.

Rigensi, Tarbatensi et Osiliensi episcopis significat se magistro et fratribus hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum praeceptorem et fratres militiae Christi de Livonia uniendos duxisse, cum omnibus bonis eorundem, et stauisse ut ipsi [praeceptor et fratres] et ceteri fratres praedicti hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum qui pro tempore fuerint in Livonia, sub dioecesanorum et aliorum praelatorum suorum jurisdictione, sicut haecenus, consistent; rogat eos et hortatur quatenus dent operam ut ex ea unione desiderata possit utilitas exoriri. — (REG. 18, f. 286 r°; ann. XI, c. 64; — MOREAU 1191, f. 272, non integra, ex RAYNALDO; complementum, *ibid.*, f. 273; — POTTHAST 10348; — RODENBERG 705.)

« .. Rigensi, .. Tarbatensi et .. Osiliensi episcopis. Grato dilectorum filiorum —. Dat. Viterbii, II idus maii, anno undecimo. »

3620

Viterbe, 14 mai 1237.

Episcopo quondam Mutinensi, paenitentiaro suo, Apostolicae Sedis legato, de superiore ad dictos episcopos epistola significat, eumque monet quatenus largiatur omnem quam possit operam, ut quod ex eadem magistri fratrumque hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum et praeceptoris fratrumque militiae Christi de Livonia unione speretur, ad effectum perveniat. — (REG. 18, f. 286 r°; ann. XI, c. 65; — POTTHAST 10319.)

« .. episcopo quondam Mutinensi, penitentiario nostro, Apostolicae Sedis legato. Grato etc. —. Dat. Viterbii, II idus maii, anno undecimo. »

3621

Viterbe, 12 mai 1237.

« In eundem fere modum .. preceptor et fratribus militiae

1 Avec l'incipit erroné : « Grato dilecti filii. »

Christi de Livonia. [Eis similiter significat se eos magistro et fratribus hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum uniendos duxisse, et stauisse ut ipsi [praeceptor et fratres] et ceteri fratres praedicti hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum qui pro tempore fuerint in Livonia, sub dioecesanorum et aliorum praelatorum suorum jurisdictione, sicut haecenus, consistent. (Dat. Viterbii, III idus maii, anno undecimo. » — (REG. 18, f. 286 v°.)

3652

Viterbe, 13 mai 1237.

« In eundem modum Hermannus, magistro, et fratribus hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum Jerosolimitani. [Eis eadem scribit.] Dat. Viterbii, III idus maii, anno undecimo. » — (REG. 18, f. 286 v°.)

3653

Viterbe, 13 mai 1237.

Episcopum quondam Mutinensem, paenitentiarium suum, apostolicum legatum, rogat et hortatur quatenus, — cum ex unione quae per Sedem Apostolicam de magistro et fratribus hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum Hierosolymitani cum fratribus militiae Christi de Livonia provenerit, multiplex utilitas speretur, — regi Daciae inducat quod cum praefatis fratribus hospitalis, postquam ad partem Daciae pervenerint, quae sunt pacis et tranquillitatis habeat, et eisdem devotione perpetua sibi constituat obligatos, praesertim cum ipsi de castro Reveli parati sint ad faciendum quod tam ipsis quam eidem regi sit congruum. — (REG. 18, f. 286 v°; ann. XI, c. 66; — MOREAU 1191, f. 271, partim ex RAYNALDO; — POTTHAST 10316.)

« .. episcopo quondam Mutinensi, penitentiario nostro, Apostolicae Sedis legato. De unione quae —. Dat. ut supra. »

3654

Viterbe, 14 mai 1237.

Eidem scribit : « Quibus nuper Livonia sit affecta doloribus, relatu nobis innotuit et tibi merentium facies revelavit. Igitur, cum illatum sibi dispendium sit per exquisitum diligentie studium abolendum, fraternitati tue presentium auctoritate mandamus quatenus nichil in ipsa ex quo aliquid possit consurgere scandalum vel discrimen, de novo facias absque mandato Sedis Apostolicae specialia. » — (REG. 18, f. 286 v°; ann. XI, c. 67.)

« Eisdem. Quibus nuper Livonia —. Dat. Viterbii, II idus maii, anno undecimo. »

3655

Viterbe, 19 mai 1237.

Thomae de Bello Manso (= de Beaumès), archidiacono

Cameracensis, significat se ei, cum sit genere nobilis, et honestis moribus litterarumque scientia decoret, indulgere ut archidiaconatum suum Cameracensem, curam animarum habentem, cum vicodominatu Remensi et praeposita Sancti Gaugerici Cameracensis, quos se proponebat canonicè fuisse adeptum, et quibus similis cura non erat annexa, valeat retinere. — (REG. 18. f. 286 v^o; ann. XI, c. 68.)

« *T[home] de Bello Manso, archidiacono Cameracensi.* Quamvis ne quis —. Dat. Viterbii, XIII kalendas junii, anno undecimo. »

3656

Viterbe, 12 mai 1237.

Archiepiscopo Nidrosiensi significat se confirmare quoddam statutum quod suffraganei Nidrosiensis ecclesiae, — attendentes tenuitatem reddituum Nidrosiensis archiepiscopatus, et magnas expensas quas, propter itineris longitudinem, ad Sedem Apostolicam veniendo faciebant li qui pro tempore ad ipsius archiepiscopatus regimen eligebantur, cum nonnisi per Romanum Pontificem valerent consecrari, — eliderant, videlicet ut quilibet suffraganeorum ipsorum solverent Nidrosiensi electo in subsidium expensarum certam pecuniae quantitatem. — (REG. 18. f. 286 v^o; ann. XI, c. 69; — MOREAU 1191, f. 264; — POTTHAST 10345.)

« .. *archiepiscopo Nidrosiensi.* Cum a nobis —. Dat. Viterbii, III idus maii, anno undecimo. »

3657

Viterbe, 11 mai 1237.

Eidem, quaerenti an, deficiente in quibusdam ecclesiis suffraganeorum ipsius archiepiscopi « eucharistia, propter » frumenti penuriam, simplex oblata, undecumque confecta, » populo, ut sub quadam decipiatur pietatis specie, ac cervi- » sia vel potus alius, loco vini, cum vix aut nunquam vinum » reperiatur in illis partibus, sint tradenda », respondet « quod neutrum est penitus faciendum », cum in hoc sacramento « visibilis panis de frumento et vini de uvis debeat » esse forma » per sacerdotis ministerium consecrata, « quam- » quam dari possit populo panis simpliciter benedictus, prout » in quibusdam partibus fieri consuevit ». — (REG. 18. f. 287 r^o; ann. XI, c. 70; — POTTHAST 10310.)

« *Eidem.* Tue fraternitati, quaerenti —. Dat. Viterbii, V idus maii, pontificatus nostri anno undecimo. »

1. Ms. : vicodunatu. — Peut-être faut-il interpréter « vicod[eca]nato »; peut-être aussi y a-t-il dans le *Registre* une erreur, et « vicodominatu » est-il pour « vicecancellariatu ».

3658

Viterbe, 16 mai 1237.

Eidem libertates et immunitates ab Adriano [IV] et aliis Romanis Pontificibus, nec non libertates et exemptiones saecularium exactationum a regibus et principibus et aliis Christi fidelibus ecclesiis regni Norwagiae eidem archiepiscopo subjectis concessas, confirmat. — (REG. 18. f. 287 r^o; ann. XI, c. 71; — POTTHAST 10353.)

« *Eidem.* Cum irrefragabiliter sint —. Dat. Viterbii, XVII kalendas junii, anno undecimo. »

3659

Viterbe, 16 mai 1237.

Eidem significat se libertates et immunitates quas bonae memoriae Nicolai, Albanensis episcopus, tunc Apostolicae Sedis legatus, regni Norwagiae ecclesiis ipsi archiepiscopo subjectis indulserat, ratas habere et confirmare. — (REG. 18. f. 287 r^o; ann. XI, c. 72; — POTTHAST 10351.)

« *Eidem.* Solet annuere etc. —. Dat. ut supra. »

3660

Viterbe, 11 mai 1237.

Eidem mandat quatenus Gudmundum, Holensem episcopum, ipsius archiepiscopi suffraganeum, qui, licet oculorum lumine penitus esset privatus, clericos ad sacros ordines promoverat, — ipso episcopo Holensi manum imponente ac diacono legente verba quae idem episcopus in ordinatione faciendi dicere tenebatur, — a pontificali officii, nec non dictos clericos ab ordinum sic receptorum executione usque ad apostolicum beneplacitum suspendat. — (REG. 18. f. 287 r^o; ann. XI, c. 73; — POTTHAST 10341.)

« *Eidem.* Quia, sicut ex —. Dat. Viterbii, V idus maii, anno undecimo. »

3661

Viterbe, 11 mai 1237.

Eidem, de eadem re scribens, mandat quatenus eidem episcopum Holensem, qui, oculorum lumine omnino privatus, pontificale officium non jam poterat exercere, moncat ut episcopatu cedat; quod si cedere forte noluerit, eidem prouidum coadjutorem deputet. — (REG. 18. f. 287 r^o; ann. XI, c. 74; — POTTHAST 10342.)

« *Eidem.* Porrecta nobis tua —. Dat. ut supra. »

3662

Viterbe, 11 mai 1237.

Eidem sub eadem fere forma mandat quatenus Oredensem

episcopum, qui, « paralitico morbo laborans et continue in » firmitatis lecto decumbens », multis ab annis non jam poterat pontificale officium exercere, moneat ut eadē episcopatu: quod si forte cedere noluerit, eidem providum coadjutorem deputet. — (REG. 18, f. 287 r°; ann. XI, c. 75; — POTTHAST 10338¹.)

« *Eidem.* Tua nobis fraternitas —. Dat. ut supra. »

3663

Viterbe, 11 mai 1237.

Eidem mandat quatenus, si ecclesiae Scatholcensis (= Scatholtensis = Skalholt) viderit expedire, Scatholcensis (= Scatholtensis) episcopi, qui, insanabili, sicut credebatur, infirmitate gravatus, pastorale officium non jam poterat adimplere, cessionem, ipsius papae vice, recipiat, eique de bonis episcopaliibus ejusdem ecclesiae pro sustentatione sua provisionem congruam assignet. — (REG. 18, f. 287 v°; ann. XI, c. 76; — POTTHAST 10339.)

« *Eidem.* Prudenter agnoscens venerabilis —. Dat. ut supra. »

3664

Viterbe, 16 mai 1237.

Eidem mandat quatenus detestandam consuetudinem, quae in Nidrosiensibus partibus inoleverat, videlicet ut sacerdotes inibi existentes matrimonia contraherent, — multis excusationes frivolas praetendentibus, scilicet quod Adrianus [IV], ipsius papae praedecessor, tunc episcopus Albanensis, dum in partibus illis legationis officio fungeretur, hoc fieri permisisset, nullo tamen super hoc ejusdem legati documento exhibito, — studeat extirpare et in rebelles censuram ecclesiasticam exercere. — (REG. 18, f. 287 v°; ann. XI, c. 77; — MOREAU 1191, f. 276, ex cod. Vaticano 7024, f. 114; — POTTHAST 10352.)

« *Eidem.* Sicut ex parte —. Dat. Viterbii, XVII kalendas junii, anno undecimo. »

3665

Viterbe, 25 mai 1237.

Capitulo et clero civitatis et dioecesis Cenomanensis significat se suspensionum sententias ab archiepiscopo Turonensi in episcopum Cenomanensem latas relaxasse, et nolle eundem episcopum, ex eo quod, de appellatione confusus, quam ad Sedem Apostolicam interposuerat, divina officia celebrarit, aliqua irregularitate notari; eis mandat quatenus eidem

1. Avec l'incipit : « Quod nobis fraternitas », d'après HUNGER og HUITFELDT, *Diplomatarium Norvegicum*, VII, 1, 13.

episcopo intendat et obediunt humiliter et devote. — (REG. 18, f. 287 v°; ann. XI, c. 78; — MOREAU 1191, f. 285.)

« *Capitulo et clero civitatis et dioecesis Cenomanensis.* Noveritis quod nos —. Dat. Viterbii, VIII kalendas junii, anno undecimo. »

3666

Viterbe, 25 mai 1237.

Cancellario Parisiensi, magistro Oddoni de Castro Radulfi, Parisiensi canonico, et magistro L., Aurelianensi canonico, Parisius commoranti, de eadem re scribens, mandat quatenus, si eis constiterit suspensionum sententias ab archiepiscopo Turonensi in episcopum Cenomanensem latas, quas ipse papa relaxaverat, fuisse rationabiliter promulgatas, eundem episcopum ad praedictum archiepiscopum, mandato ejus pariturum, remittant. — (REG. 18, f. 287 v°; ann. XI, c. 79; — MOREAU 1191, f. 286.)

« .. cancellario, et magistris Oddoni de Castro Radulfi, Parisien[sibus], et L., Aurelianensi, Parisius commoranti, canonico. Venerabili fratre nostro .. episcopo Cenomanensi et dilecto filio magistro Andrea, archidiacono Transvigenensi, Turonen[sis] dioecesis, procuratore venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Turonensis, in nostra presentia constitutis, pro quibusdam suspensionum sententiis in prefatum episcopum ab eodem archiepiscopo post appellationem legitimam, ut idem episcopus asserit, promulgatis, nos sententias ipsas relaxavimus ad cautelam, ipso episcopo in presentia dicti procuratoris prestante corporaliter juramentum, quod parebit mandatis que idem archiepiscopus sibi propter hoc fecerit, si constiterit in ipsum easdem sententias rationabiliter esse latas. Quocirca, de ipsorum episcopi et procuratoris assensu, mandamus quatenus, tam de appellatione quam suspensionum causis legitime cognoscentes, si constiterit premissas sententias rationabiliter promulgatas, eundem episcopum ad praedictum archiepiscopum, pariturum mandato ejus, juxta formam expressam superius, remittatis —. Dat. ut supra. »

3667

Viterbe, 31 mai 1237.

Episcopo Ostiensi et Thomae, tituli Sanctae Sabinae presbytero cardinali, Apostolicae Sedis legatis, mandat « quatenus universis potestatibus, consiliis, rectoribus et populis » civitatum seu locorum per Lombardiam, marchiam Tarvisinam et Romaniolam constitutis » inhiabant « quod inter » se ad invicem aliquam guerram facere non presumant;

» contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam » compescant. — (REG. 18, f. 287 v°; ann. XI, c. 80; — MORAUX 1191, f. 310; — POTTHAST 10384; — RODENBERG 709.)

« .. episcopo Ostiensi et T[home], tituli Sancte Sabine presbitero cardinali, Apostolicæ Sedis legatis. Presentium vobis auctoritate —. Dat. Viterbii, II kalendas junii, pontificatus nostri anno undecimo. »

3668

Viterbe, 12 mai 1237.

Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia « monasteria exempta ordinum sancti Benedicti et sancti » Marci, nec non canonicas regulares cuiuscumque profes- » sionis vel ordinis. Humiliatos quoque, et hospitalia nec non » ecclesias et loca in quibus correctio ad diocesanos non per- » tinet, vel que in possessione libertatis existunt, in provin- » cia Lombardie, Romaniolæ, marchie Tarvisine et Anco- » nitane, civitatum quoque et diocesium Venetiarum et » Januensium, monasteriis Cisterciensis ordinis et monia- » lium pauperum inclusarum [ordinis sancti Damiani] » dumtaxat exceptis », committit omni anno semel vel pluries visitanda; in eis corrigenda corrigat. — (REG. 18, f. 288 r°; ann. XI, c. 81; — POTTHAST 10343; — cf. POTTHAST 8027 et 8028; — cf. *supra*, n° 153.)

« .. priori provinciali fratrum Predicatorum in Lombardia. Succensa est quasi —. Dat. Viterbii, III idus maii, pontificatus nostri anno undecimo. »

3669

Viterbe, 7 mai 1237.

Episcopo Wigorniensis, qui meruerat per ipsius papæ manus in subdiaconum, diaconum et presbyterum ordinari ac postmodum in episcopum consecrari, et necesse habebat, sicut proponebat, plures litteratos clericos et honestos in suo servitio retinere, quos vix aut nunquam poterat invenire, nisi ipse episcopus valeret eis uberius providere, illam concedit quam archiepiscopo Eboracensi jam largitus fuerat, in bulla supra sub numero 3634 notata, facultatem, videlicet dispensandi eum tribus suis clericis, unicuique habentibus eum cura animarum beneficium, si fuerint legitimi et alias ad hanc gratiam obtinendam idonei, ut, non obstante constitutione concilii generalis, singuli recipere possint singula similia beneficia et illa eum pluribus retinere. — (REG. 18, f. 288 r°; ann. XI, c. 82.)

« .. episcopo Wigorniensis. Eo tibi gratiam —. Dat. Viterbii, nonis maii, anno undecimo. »

3670

[Mai 1237.]

Forma mandatorum apostolicorum [ab episcopo Florentino] Lucanis mittendorum, super satisfactione ab eis Romanæ et Lucanæ ecclesiis nec non hominibus de Carfaniana impendenda. — (REG. 18, f. 288 v°; ann. XI, c. 83; — cf. *supra*, n° 3399.)

« De mandatis faciendis Lucan[is]. Precipimus .. potestati, consulibus, consilio et populo Lucan[is], sub debito prestiti iuramenti et pena quatuor milium marcarum, ut in primis restituant ecclesiis et clericis, infra quindecim dies postquam mandatum nostrum receperint, omnia que estant de thesauris et aliis mobilibus, que clericis et ecclesiis abstulerant. Pro aliis vero satisfaciant usque ad sex annos, solvendo quolibet anno sextam partem ablatorum, juxta taxationem venerabilis fratris nostri .. episcopi Florentini. Potestas autem, consules, consiliarii et rectores tam civitatis quam societatum Lucan[arum] qui pro tempore fuerint, iuramento prestito teneantur, infra medietatem anni sui regimini et officii, illam sextam partem solvere, que anno illo solvi debet: ita quod nulla super hoc possit fieri transactio, refutatio vel colludium ex parte solventium et recipientium. Qui vero contra fecerint, sciant se excommunicationis sententiæ subjacere, nec tales pro potestate, consulibus, rectoribus vel consiliariis habeantur. Propter hoc autem nulli ecclesiasticarum personarum vel hominum suorum sive in rebus suis gravamen aliquod inferat vel jacturam, sive inferri permittat, vel diminuat aut subtrahat jura vel bona ecclesiastica, sive diminui vel subtrahi patientur.

» Item infra quindecim dies omnia statuta edita et consuetudines introductas² contra ecclesiasticam libertatem, quibus canonicis et imperialibus sanctionibus derogatur, penitus revocent, de suis capitularibus amoveant et eis de cetero non utantur, irritatis sententiis latis a tempore prime discordie contra clericos et ecclesias, et revocatis possessionibus et aliorum bonorum ecclesiasticorum assignationibus, et cassatis instrumentis super hoc confectis.

» Item castra, villas, loca, possessiones ac cetera bona et jura ecclesiastica ab omni donatione, turpi onere, publica functione, exactione, angaria et perangaria libera perpetuo conservabunt. Non invadant³ de

1. Cf. la pièce suivante.

2. *Ms.* : *introducet*.3. *Sic*, peut-être pour *non invadent*. — Dans cette pièce, et ailleurs encore, les formes du futur et celles du subjonctif présent sont constamment entremêlées et vraisemblablement prises parfois les unes pour les autres. — Cf. *supra*, t. II, col. 608, note.

cetero bona et jura ecclesiastica, sed pro posse suo eorum invasoribus se opponent. Ecclesiis, clericis et personis ecclesiasticis tallias vel collectas nullas imponent; libertates ecclesiasticas inviolabiliter servaturi.

» Item simili modo infra quindecim dies revocabunt jurisdictionem quam usurpaverant in terris episcopi Lucan[i], videlicet in castris Moriani, Aquileie, Sexti et Decimi: nec homines ipsorum locorum, et etiam Malliani et Sorbiani, et quorumlibet aliorum locorum episcopi memorati, angariis, perangariis, exactionibus, vel collectis seu aliis omnibus gravabunt de cetero vel affligent: nec jurisdictionem aliquam in terris, castris, villis, hominibus et familiaribus Lucani episcopi de cetero exercebunt. Non negabunt pedagium quod in castris Morian[i] et Decimi vel alibi pro episcopo Lucano ab antiquo accipi consueverat, sed infra quindecim dies revocabunt pedagium quod in dictis locis vel aliis terris Lucan[i] episcopi, pro civitate imponere presumpserunt. Preterea non recipient de cetero homines ditorum locorum in suos cives; et quos forsitan receperunt, non impediunt nec inhibebunt quin episcopo Lucano vel communitati predictorum locorum, pro possessionibus et juribus que tenent ibidem, plene respondeant, sicut ante quam cives fierent, facere consueverant.

» Item non ponent rectores in castris, villis et terris predictis ad episcopum Lucanum spectantibus, sed in ipsis libere Lucanum episcopum et suos officiales jurisdictione sua uti permittent, nec in aliquo impedire presument¹. Potestas quoque, consules vel rectores, ac consiliarii et officiales omnes Lucani qui pro tempore fuerint, quolibet anno jurabunt quod supradicta omnia, que tempus futurum respiciunt, et alia, suis temporibus observabunt, et facient inviolabiliter observari ac scribi in statuto civitatis: a quo annuatim jura[hu]nt² cives Lucani nullo unquam tempore removenda, ut successores eorum et cives Lucani ad ipsorum observantiam, et ad faciendum ea servari similiter teneantur.

» Item promittent firmiter, sub debito predicti juramenti et pena prescripta, per patentes litteras, publica manu scriptas et sigillo communitatis munitas, quod predicta omnia in perpetuum firmiter observabunt. Porro judices, consiliarii, principales auctores nec non et ministri qui ceperunt clericos, frugerunt ecclesias et domos ecclesiasticas spoliaverunt, mittantur ad Sedem

Apostolicam, juxta quantitatem excessus satisfacturi et penitentiam recepturi. Aliorum vero dampnorum et injuriarum satisfactionem mandato nostro et providentie reservamus.

» Ad hec mandamus ut omnibus Carfanin[is] perpetuam pacem servent, nullam jurisdictionem ibi exercent, de banno extrahant homines de Barga, et alios de Carfangnan[a], ut segura sint per civitatem et districtum Lucanum tam persone quam bona ipsorum.

» Item non vocent ad judicium suum omnes de Carfanian[a].

» Item absolvant eos a juramentis, fidelitatis, pactis, et obligationibus et societatis factis in prejudicium juris Ecclesie Romane et libertatis Carfanian[is].

» Item, si discordia, quod absit, in Carfanian[a] fuerit, non recipient partem aliquam vel fovebunt.

» Item possessiones quas tenent Luce¹, vel in pace ipsos habere permittent, vel restituent pretium. Super aliis vero possessionibus quas coguntur emere, et super pedagio et super castris que dicuntur tenere Lucani, de districtu Carfanian[is], terminato per litteras apostolicas et imperatorum privilegia, inquisita, sine strepitu judicii, per judices datos ab Ecclesia, veritate, decernet dominus papa quod justum fuerit, et Lucani tenebuntur servare.

» Item, de dampnis et injuriis illatis Ecclesie et Carfangnin[is], reservatur mandato et providentie Sedis Apostolice satisfactio decernenda.

» Item castra libere rehedificari permittent in Carfanian[a], cum super hoc mandatum apostolicum emanaverit. »

3671

Viterbe, 16 mai 1237.

Episcopo Florentino significat Lucanos, ad cor reversos, a Sede Apostolica postulasse sibi et Lucanæ ecclesie episcopalem honorem restitui, quo propter suos in Romanam et Lucanam ecclesias excessus privati fuerant, et eis magistrum Wercium in episcopum fuisse concessum; ei mandat quatenus eisdem Lucanis mandata apostolica ipsi episcopo sub bulla transmissa², diligenter exponat et eis injungat ut ea integre observent, aliis mandatis ad idem negotium spectantibus adjunctis. — (REG. 18, f. 289 r; ann. XI, c. 84; — cf. *supra*, n° 3399.)

a .. episcopo Florentino. Redemptor noster, cum [etc..

1. Il faut entendre : *quas Carfanini tenent Luce*.

2. Ces « mandata » ne sont autre chose que la pièce immédiate précédente, imprimée sous le n° 3670.

1. Peut-être pour *presument*.

2. Ms. : ad quod annuatim jurant.

ut supra. in litteris sub numero 3399 notatis, mutatis mutandis. usque] paterna benignitate eorum precibus, de fratrum nostrorum communi consilio, annuimus : et. eidem ecclesie Lucane de pastore nobili providentes, venerabilem fratrem nostrum magistrum Wercium¹, virum probatum a nobis morum honestate et in scientia litterarum, eis in patrem et episcopum, consecrationis munere sibi de manibus nostris impenso, duximus concedendum —. Quocirca fraternitati tue firmiter precipiendo mandamus quatenus Lucam personaliter accedere non postonas, et. convocatis consulibus, consilio et populo universis, mandata que tibi sub bulla nostra transmittimus, in presentia eorum aperiens, ac ipsa diligenter exponens eisdem, sub debito juramenti et pena in mandatis predictis contenta, ipsis ex parte nostra injungas ut mandata ipsa universa et singula integre debeant observare. Tu autem, de predictis omnibus confici faciens publica instrumenta, et patentes litteras, publica manu scriptas et sigillo communis munitas, quibus contineatur quod predicti consules, consilium et populus, sub debito prestiti juramenti et pena prescripta, promittant quod predicta omnia in perpetuum firmiter observabunt, recipiens ab eisdem, et prefata mandata bullata diligenter reservans, illa omnia nobis studeas quamcunctius destinare. Dat. Viterbii, XVII kalendas junii, anno undecimo. »

3672

Viterbe, 18 mai 1237.

Priori provinciali fratrum Prædicatorum in Lombardia mandat quatenus monasterium de Columbario, Mutinensis diocesis, in spiritualibus et temporalibus, tum propter longos litigiorum circuitus, quos idem monasterium de Columbario habuerat cum monasterio de Marola, tum propter malitiam habitantium in eodem, collapsum, cum juriis et pertinentiis suis fratribus de Campaniola concedat, eosdemque fratres in possessionem jamdicti monasterii de Columbario induat, monachis et conversis ejusdem monasterii de Columbario notentibus prædictorum fratrum de Campaniola ordinem assumere, in prædicto monasterio de Marola vel ejus obedientiis collocatis. « assignaturus tertiam partem possessionum prædicti monasterii de Columbario, seu mille libras imperia-
» lium, prout dicti fratres magis elegerint, cum cruce et
» textu Evangeliorum deauratis, antiphonarioris et breviiaris,
» que ipsorum [fratrum de Campaniola] ordini non conve-
» niunt, jamdicto monasterio de Marola ». — (REG. 18,

1. Ms. : venerabilem fratrem nostrum .. magistrum Wercium.

f. 289 v°; ann. XI, c. 85; — POTTHAST 10358¹; — cf. supra, n° 2951.)

« .. priori provinciali fratrum Prædicatorum in Lombardia. Cum monasterium de Columbario —. Dat. Viterbii, XV kalendas junii, anno undecimo. »

3673

Viterbe, 18 mai 1237.

J. de Odolina, — ex quo ipse papa, mediante T[homa], tituli Sanctæ Sabinae presbytero cardinali, omnia jura quae « in castro Baconis » haecenus idem J. habuerat, pro pace et quiete ejusdem castri et totius Sabiniae, quae regio, occasione quaestionis motae contra « homines de Bacono », graves patiebatur molestias et majores poterat formidare, pro mille octingentis libris denariorum senatus ad opus Ecclesiae emerat, et cui nondum de hoc pretio fuerat satisfactum, — significat se velle « esse notum quod mille libras Proveniensium » senatus in Natali, et octingentas in proxima futura Resurrectione Domini persolvere » ei « Ecclesia Romana tenetur ». — (REG. 18, f. 289 v°; ann. XI, c. 86.)

« Nobili viro J. de Odolina. Cum, mediante dilecto —. Dat. ut supra. »

3674

Viterbe, 15 mai 1237.

Episcopo Wigornensi, quem in beneficiis ad ipsius episcopi donationem spectantibus, ipse papa intendebat specialiter honorare, — cum, sicut idem episcopus asserbat, sextum decimum numerum illa beneficia non excederent, et necesse haberet idem episcopus provisionis gratia prosequi clericos in ipsius servitio existentes, — idem indulget, sub eadem fere forma, quod supra, in bulla sub numero 3645 notata, archiepiscopo Cantuariensi, videlicet ut, cum ab Apostolica Sede mandatum fuerit in Anglia, seu in Cantuariensi provincia vel in dioecesi Wigornensi, clericis in beneficiis providendi, illi quibus hujusmodi mandatum dirigitur, de praedictis beneficiis alicui providere non possint, nisi apostolicum rescriptum expressam de hac indulgentia fecerit mentionem. — (REG. 18, f. 289 v°; ann. XI, c. 87.)

« .. episcopo Wigornensi. Intendentes juxta persone —. Dat. Viterbii, idibus maii, anno undecimo. »

3675

Viterbe, 23 mai 1237.

Friderico, Romanorum imperatori, nuntiat se, diligenter

1. Avec l'incipit : « Cum monasterium in », d'après RIFOLL, Bullarium Prædicatorum, I, 94, n° 165.

auditis quae [Hermannus], magister hospitalis Sanctae Mariae Theutonicoorum, et magister P[etrus] de Vinca sibi retulerint, [Raynaldum], episcopum Ostiensem, et Th[omam], tituli Sanctae Sabinae presbyterum cardinalem, cum plenae legationis officio in Lombardiam misisse; monet eum ut quae sint devoti filii, circa Ecclesiam prosequatur. — (REG. 18, f. 289 v°; ann. XI, c. 88; — MOREAU 1191, f. 328, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10375; — RODENBERG 707.)

« F[ridericus], Romanorum imperatori semper Augusto. Jerusalem et Sicilie regi illustri. Diligenter auditis que —. Dat. Viterbii, X kalendas junii, anno undecimo. »

3676

Viterbe, 23 mai 1237.

Potestati et consilio Mediolanensibus mandat quatenus, pro pace inter ipsos et imperatorem reformanda, in octavis instantis Pentecostes procuratores sufficienter instructos Mantuam transmittant, qui, omni occasione remota, mandatis [Raynaldi], episcopi Ostiensis, et Th[omae], tituli Sanctae Sabinae presbyteri cardinalis, quos cum plenae legationis officio illuc ipse papa destinaverit, parere possint. — (REG. 18, f. 290 r°; ann. XI, c. 89; — MOREAU 1191, f. 329, *partim* ex RAYNALDO; — cf. POTTHAST 10376 et 10378; — RODENBERG 708.)

« .. potestati et consilio Mediolanen[sibus]. Scilis et scimus —. Dat. ut supra. »

3677. — In eundem modum .. potestati et consilio Alexandrin[is].

3678. — In eundem modum .. potestati et populo Novariensibus.

3679. — In eundem modum .. potestati et consilio Brixien[sibus]. — (POTTHAST 10378.)

3680. — In eundem modum .. potestati et consilio Verceilensibus.

3681. — In eundem modum .. potestati et consilio Placentin[is].

3682. — In eundem modum .. potestati et consilio Bononiensibus. — (POTTHAST 10376.)

3683. — In eundem modum .. potestati et consilio Laudensibus.

3684. — In eundem modum .. potestati et consilio Cuman[is].

3685. — In eundem modum .. potestati et consilio Faventin[is].

3686

[Viterbe, 23 mai 1237.]

« In eundem modum .. potestati et consilio Mantuan[is],

1. Avec la date VIII kalendas junii (= 25 mai).

GRÉGOIRE IX, t. II.

usque: procuratores [donec] pro nob[is] habeatis, ita sufficienter etc., usque: sollicite provisuri ut, quantum in vobis est, super hiis provenire valeat quod optamus, eum timendum sit etc., usque in finem. » — (REG. 18, f. 290 rs.)

3687

Viterbe, 25 mai 1237.

Conventui monasterii Venusini significat se curam ipsorum monasterii, — ne idem monasterium, quod longo tempore jam vacaverat, gravem in spiritualibus vel temporalibus, si non esset qui ejusdem curam gereret, sustineat laesionem, — Leoni, ejusdem monasterii priori, donec ipsi papae placuerit, commisisse, eisque mandat quatenus eidem Leoni plene intendant, ejusque monita et mandata suscipiant et observent. — (REG. 18, f. 290 r°; ann. XI, c. 90.)

« Conventui monasterii Venusini. Ne monasterium Venusin[um] —. Dat. Viterbii, VIII kalendas junii, anno undecimo. »

3688

Viterbe, 25 mai 1237.

« In eundem modum eidem priori [ut commissam sibi sollicitudinem fideliter et prudenter studeat exercere]. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 290 r°.)

3689

Viterbe, 17 mai 1237.

Neophytos in Cheurin (= Körös) et locis adjacentibus constitutos exhortatur quatenus fratres ordinis Praedicatorum de Hungaria benigne et hilariter admittant, et coelestis doctrinae pabulum quod eis iidem fratres duxerint proponendum, avidis auribus et attentis cordibus audiant. — (REG. 18, f. 290 r°; ann. XI, c. 91; — POTTHAST 10355.)

« Neophitis in Cheurin et locis adjacentibus constitutis. Gaudiorum immensitate profundimur —. Dat. Viterbii, XVI kalendas junii. »

3690

Viterbe, 16 mai 1237.

Fratribus ordinis Praedicatorum pro conversione terrae Ceurin praedican[tibus] concedit ut, si qui gentis terrae ejusdem, postquam baptismi perceperint sacramentum, sive clerici sive laici, ex aliquo casu sententiam excommunicationis incurrerint, eis absolutio[n]is beneficium, si humiliter illud postulandum duxerint, impendant. — (REG. 18, f. 290 v°; ann. XI, c. 92; — POTTHAST 10350.)

« Fratribus ordinis Praedicatorum pro conversione terre

Ceurin predicantibus. Ut facile provenire —. Dat. Viterbii, XVII kalendas junii, anno undecimo. »

3691

Viterbe, 16 mai 1237.

Eisdem in terra Courin, in qua episcoporum copiam non habebant, beneficendi pallas altaris et sacerdotales vestes ac cœmeteria concedit facultatem. — (REG. 18, f. 290 v°; ann. XI, c. 93; — POTTHAST 10351.)

« *Eisdem.* Sperantes quod multitudo —. Dat. ut supra. »

3692

Viterbe, 21 mai 1237.

Sancti Adriani de Sala (= Szala), de Ticham et de Suchsard abbatibus, Vesprimiensis et Quinqueecclesiensis diocesium, de querelis abbatibus et conventus monasterii de Caparnuch (= Kapornak), ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis, contra Vesprimiensem episcopum, qui dictum monasterium indebitis exactionibus aggravabat, scribit, eisque mandat quatenus eundem episcopum Vesprimiensem peremptorie citent ut infra terminum quem ei præfixerint, per se vel per procuratorem coram Sede Apostolica compareat. — (REG. 18, f. 290 v°; ann. XI, c. 91; — POTTHAST 10370.)

« .. *Sancti Adriani de Sala, .. de Ticham et .. de Suchsard abbatibus, Vesprimiensis et Quinqueecclesiensis diocesium.* Dilecti filii .. abbas —. Dat. Viterbii, XII kalendas junii, anno undecimo. »

3693

Viterbe, 21 mai 1237.

Vaticium monet et hortatur quatenus nihil contra imperium Romanie machinetur nullamque Johanni, imperatori Constantinopolitano, inferat molestiam, sed potius Romanie Ecclesie « filium et devotum » se demonstret. — (REG. 18, f. 291 r°; ann. XI, c. 95.)

« *Nobili viro Vtacio spiritum consilii senioris.* Cum in Grecis —. Cum igitur pro subsidio Terre Sancte per universum mundum predicari mandaverimus verbum crucis, et, postquam clamor tube insonuit salutaris, per ora predicatorum elangentes et invitantis ad pugnam mitite Christiane, divina gratia inspirante, tot nobiles et potentes ac tot strenui bellatores assumpserint signum crucis, quod pene illorum est innumerabilis multitudo, per quos et alios Christi fideles, quorum

fere infinitus est numerus, sic poterit imperio Romanie in potenti manu et extento brachio, auctore Domino, in proximo subveniri, quod omnis conatus adversantium destruetur et optata pace idem imperium respirabit: nobilitatem tuam monendam duximus at[tentius] et hortandam, mandantes quatenus, utilitati tue prudenter consulens, et saluti ac indemnitati providere precavens in futurum, presertim propter animarum pericula, strages corporum, locorum excidia et rerum dispendia, que ob cladem bellorum, quod avertat Dominus! sequerentur, nichil periculi, nichil dispendii contra dictum imperium machineris¹, nullamque karissimum in Christo filio nostro J[ohanni], imperatori Constantinopolitano illustri, et suis molestiam inferas vel gravamen, sed potius impendas auxilium, consilium et favorem², ita quod te Romane Ecclesie filium et devotum tam fide quam operum exhibitione demonstres, nosque in benedictionibus dulcedinis et gratiarum actionibus te prosequi merito debeamus —. Dat. Viterbii, XII kalendas junii, anno undecimo. »

3694

Viterbe, 21 mai 1237.

Assanum, dominum Blachorum (= Vlachorum, = Valachorum) et Bulgarorum, rogat et monet quatenus episcopum Perusinum. — quem, juxta ipsius Assani desiderium, ad tractandum cum ipso Assano de statu imperii et civitatis Constantinopolitanorum, de latere suo ad illas, id est Romanie, partes papa mittit. — benigne recipiat; interim [Johanni], Constantinopolitano imperatori, auxilium præstet. — (REG. 18, f. 291 r°; ann. XI, c. 96; — MOREAU 1191, f. 282, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10368.)

« *Nobili viro Assano, domino Blachorum et Bulgarorum.* Nobilitatis tue litteras —. Dat. ut supra. »

3695

Viterbe, 21 mai 1237.

Regem Hungarie rogat quatenus Perusinum episcopum, pro statu Constantinopolitani imperii ad partes Romanie, commisso sibi legationis officio, ab ipso papa destinatum, cum ad ipsum regem venerit, benigne recipiat³. — (REG. 18,

1. Ms. : machinetis.

2. Ms. : auxilium, consilium, auxilium et favorem.

3. POTTHAST, lorsqu'il imprime, dans l'analyse de cette bulle : « et J[ohannem], quondam Bosnensem episcopum, eidem Perusino junctum », et fait intervenir ainsi un personnage qui, en réalité, ne figure pas dans le texte du document, paraît faire une confusion entre cette pièce et la pièce écrite 10385 dans ses *Regesta* (cf. *infra*, ann. XI, c. 110; n° 3716).

f. 291 r°; ann. XI. c. 97; — MOREAU 1191, f. 283; — POTTHAST 10369.)

« .. *illustri regi Ungarie*. Si prevenisset Dominus —
Dat. ut supra. »

3696

Viterbe, 20 mai 1237.

Capitulo Albensi, Vesprimiensis diocesis, mandat quatenus, — cum ab episcopo Vesprimiensi, abbate de Bocham, Cisterciensis ordinis, Vesprimiensis diocesis, et fratre Rembaudo, priore provinciali Hospitalis Hierosolymitani in Hungaria, procuratoribus a Praenestino episcopo deputatis, Michael, lator presentium, ad Albensem praeposituram et ad ea quae sint eidem praepositurae annexa, fuerit restitutus, — id ipsi efficiant, quoad eandem restitutionem, quod sibi iidem procuratores injunxerint, non obstantibus aliis litteris apostolicis quas antea de eadem re ipsi receperint. — (REG. 18, f. 291 v°; ann. XI. c. 98; — MOREAU 1191, f. 278; — POTTHAST 10367.)

« *Capitulo Albensi, Vesprimiensis diocesis*. Presentium vobis auctoritate —. Dat. Viterbii, XIII kalendas junii, anno undecimo. »

3697

[Viterbe, 20 mai 1237.]

Episcopo Vesprimiensi, abbati de Bocham, Cisterciensis ordinis, Vesprimiensis diocesis, et fratri Rembaudo, priori provinciali Hospitalis Hierosolymitani in Hungaria, de eadem re scribens, mandat quatenus, cum Praenestinus episcopus ipsis injunxerit ut Michael, latorem presentium, ad Albensem praeposituram et ad ea quae sint eidem praepositurae annexa, restituant, id sine mora exsequantur, non obstante quod Albensi capitulo olim ipse papa injunxerit ut eidem non intenderent, quousque mandatum apostolicum super hoc reciperent speciale. — (REG. 18, f. 291 v°; ann. XI. c. 99; — MOREAU 1191, f. 279; — POTTHAST 10366; — cf. J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II (1897), p. 511, n° 2161.)

« .. *episcopo Vesprimiensi, .. abbati de Bocham, Cisterciensis ordinis, Vesprimiensis diocesis, et fratri Rembaudo, priori provinciali Hospitalis Hierosolymitani in Hungaria*. Presentium vobis auctoritate —. »

3698

Viterbe, 22 mai 1237.

Magistro et fratribus hospitalis Sanctae Mariae Theutoniarum Hierosolymitani concedit ut fratres clericos ordinis sui ad ecclesias in quibus jus patronatus habent, dioecesanis

episcopis praesentare possint, eidem dioecesanis de spiritalibus et ipsis magistro fratribusque de temporalibus responsuros. — (REG. 18, f. 291 v°; ann. XI. c. 100; — POTTHAST 10371.)

« .. *magistro et fratribus hospitalis Sanctae Mariae Theutoniarum Hierosolymitani*. Signorum evidentia declarante —. Dat. Viterbii, XI kalendas junii, anno undecimo. »

3699

Viterbe, 20 mai 1237.

[Ludovico IX,] regi Franciae, scribit de excessibus [Raymundi VII], comitis Tholosani, qui praecipue cives Massiliae, contra [Raymundum Berengarii], comitem Provinciae, dominum suum, rebellantes, in suos homines receperat eosque in sua iniquitate defendebat; eum rogat quatenus eundem comitem Tholosanum cogat ut ab his desistat; baronibus, militibus aliisque hominibus regi Franciae inhiibet ne in auxilium praedictorum Massiliensium et comitis Tholosani contra praefatum comitem Provinciae aliquem mittant vel ipsi veniant. — (REG. 18, f. 291 v°; ann. XI. c. 101; — MOREAU 1191, f. 280, *partim* ex RAYNALDO; — POTTHAST 10361; — RODENBERG 706, ex RAYNALDO.)

« .. *illustri regi Francie*. Ex parte karissimi in Christo filii nostri [Jacobi], Aragon[um] regis illustris, et nobilis viri .. comitis Provincie nostris est auribus intimatum quod, cum civitas Marsilie, que noscitur ad ipsius comitis dominium pertinere, eidem comiti rebellis existens, se nobili viro .. comiti Tolosano, non sine magna perfidia et temeritate, subjecerit et ab ipsius comitis Provincie jurisdictione conditionaliter se subtrahere minime dubitavit: idem comes Tolosanus, cives Marsilie in homines suos minus juste recipiens, non solum eos in hac iniquitate defendere, sed, contra praefatum comitem Provincie ac ipsius terram insurgens, eum multipliciter molestare presumpsit, contra ipsum, ut creditur, ob illud rancore concepto, quod idem comes Provincie dictum comitem Tolosanum, olim, ad mandatum Ecclesie, in obsidione Avinionis, cum clare memorie [Ludovico], patre tuo, pro defensione fidei et ecclesiasticae libertatis zelo fidei ac devotionis accensus, studuit impugnare. Quare, cum dictus rex ad expugnandos Sarracenos et obsidendam civitatem Valentie, signo crucis assumpto, proposuerit potenter accelerare, ac eundem comitem Provincie, cui nulla potest ratione deesse, inultis ex causis defendere teneatur, idem rex, ne a tam sancto proposito retardetur, et praefatus comes Provincie nobis humiliter supplicavit ut super hoc providere curaremus eidem. Ceterum ad audientiam

nostram. venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Viennensi. Apostolice Sedis legato. insinuante. pervenit quod. dicto comite Tolosano¹ salarium debitum magistris Tolose regentibus. contra juramentum super hoc prestitum. non solvente. Tolosanum studium. in detrimentum ac subversionem fidei Christiane. cum ex hoc heretica pravitas ibi fortius invalescat. irreparabiliter dissipat. Ipsius quoque bajulus. venerabilem fratrem nostrum .. Vasionen[sem] episcopum. confectum senio. genere nobilem. de domo sua turpiter eiciens. castrumque ac civitatem ecclesie sue sibi auferens. alia dampna gravia multiplicesque injurias irrogavit eidem. Dictus etiam comes. detestanda salinarum pedagia. que pater suus olim abjuraverat. in terra² Venexini de novo instituens. ac in multis Dei Ecclesiam et ejus prelatos vexare presumens. ansu sacrilego ecclesiarum bona et redditus occupat. nec. sepe monitis a prefato archiepiscopo. aliquid de hiis emendare procurat. Propter que. licet excommunicationis sententia sit ligatus. absolutionem tamen. vel potius claves Ecclesie vilipendens. multa hiis contra Deum et Ecclesiam presumit pejora committere. que grave esset presentibus explicare. Nos igitur. attendentes quod. si predictus rex contra eosdem Sarrazenos. hac retardatus occasione. procedere non valeret. utilitas quam ex hoc Christiane fidei credimus provenerunt. ex mora hostibus Christi vires summentibus fortiores. forsitan deperiret. et ex hoc tanta possent guerrarum pericula in Albigen[sium] ac Provincie partibus suboriri. quod. nisi antequam amplius invalescant. occurratur eidem. vix aut nunquam ex postfacto ipsis salutari remedio poterit obviari; negotium³ quoque pacis et fidei. ad quorum observationem dictus comes Tolosanus in manu venerabilis fratris nostri R[omani]. Portuensis episcopi. tunc Apostolice Sedis legati. juramento prestito se astrinxit. grandi discrimini subderetur. eo quod. durante inibi guerrarum turbine. fidem nostram possent heretici securius expugnare; Terre insuper Sancte subsidium. ad quod etiam ipse comes se transferre tenetur. grande. quod absit! exinde incurreret detrimentum. ob id quod in prefatis guerris et discordiis ipsum comitem expendere oporteret ea que nunc deberet sue transfretationis usibus reservare. idemque comes semper inveniretur ad transfretandum inabilis. si tempus

sibi concessum a nobis non conservationi licet sed consumptioni prohibere potius deputaret: serenitatem regiam rogandum duximus et hortandam⁴ quatenus. prudenter considerans quantum tui honoris lesionem incurres. nisi. cum possis. prenotatis periculis obvies. et quod nos. qui. ad tuarum precum instantiam. prefato comiti prorogavimus terminum transfretandi. ut interim. prout tanto esset opportunum negotio. se pararet. et per hoc preteritorum culpas delictorum redimeret. non ut. injuste occupando bona fidelium et eosdem contra justitiam impugnando. novos excessus veteribus⁵ cumularer. si deinceps in hac presumptione⁶ persisteret. factum⁴ sibi et tibi pro eo gratiam revocare. cumque ad desistendum a predictis. quibus juste possumus coherere remediis. merito cogemur; teque tolerare⁵ nullatenus deceat ut aliquis tui jurisdictioni subiectus. contra Deum et justitiam. aliorum bona et precipue dicti comitis Provincie. tui socii. cuius molestia a tuo detrimento et injuria non est aliquatenus aliena. diripiat et invadat: prefatum comitem Tolosanum⁶ ut dictam civitatem Marsilie contra dictum comitem Provincie. in sui juris prejudicium. non defenso et alias ab ipsius molestatione desistat. quem nos etiam ad id et ut alia predicta corrigat. nostris duximus litteris ammonendum. per te ac nobiles viros .. Carcasone et .. Sancti Egidii marescalcos. vassallos tuos. tradita tibi celitus potestate compellens. baronibus. militibus et aliis hominibus regni tui ne in auxilium predictorum civium et comitis Tolosani. contra prefatum comitem Provincie vel ejus terram. mittere vel venire presumant. regis studeas litteris inhibere; ita quod ex hoc Deum et justitiam videaris diligere. nosque celsitudinem tuam dignis possumus in Domino laudibus commendare. Dat. Viterbii. XIII kalendas junii. anno undecimo. »

3700. — « In eundem fere modum B[lauche]. regine France. ut super hiis apud eundem regem interponat efficaciter

1. Ici s'arrêtent RAYNALDI, *Annales*, t. XIII, p. 418, col. 2, SBARALEA, *Bullar. Franciscan.*, t. I, p. 224, col. 1, et RODENBERG.

2. Ici s'arrête la copie de la collection MOREAU, qui finit avec ces mots : « veteribus, usque in finem. »

3. Ms. : presumptione.

4. Ms. : factamque. — Le rédacteur de la bulle s'est embrouillé lui-même dans ces interminables périodes; la construction est la suivante : « nos, qui ... prorogavimus terminum ..., factam sibi ... gratiam revocare ... cogemur... »

5. Il faut entendre : *consideransque quod te tolerare...*

6. Le copie du *Registre* avait commencé à écrire *Toletanum*, qu'il a corrigé ensuite en *Tolosanum*.

1. Ms. : Toletano.

2. Ms. : terram.

3. Il faut entendre ici : *attendentes quoque quod negotium pacis ...*; et plus loin : *attendentes insuper quod Terre Sancte subsidium...*

partes suas. » — (REG. 18, f. 292 v ; — POTTHAST 10361* ; — cf. RODENBERG, p. 609, note 1.)

3701

Viterbe, 19 mai 1237.

« In eundem modum .. *episcopo Sitracensis*, usque in finem. Quocirca mandamus quatenus, personaliter ad dictum regem accedens, apud eum super hiis interponas efficaciter partes [tuas], et ipsum ad id attentius moneas et inducas. Dat. Viterbii, XIII kalendas junii, anno undecimo. » — (REG. 18, f. 292 v*.)

3702

Viterbe, 18 mai 1237.

« In eundem fere modum *archiepiscopi et episcopis per regnum Francie constitutis*, usque : deputaret ; mandamus [quatenus] quilibet vestrum in sua diocesi ne quis in auxilium predictorum civium vel comitis Tolosani, quem ut a predicti comitis Provincie molestatione desistat et alia premissa corrigat, apostolicis litteris duximus ammonendum, contra ipsum comitem Provincie aut ejus terram mittere aut venire presumat, publice inhibere curetis. Alioquin, cum excommunicato communicare non liceat, si contra monitionem vestram, quod non credimus, ab aliquo presumptum fuerit, presumptores hujusmodi, quamdiu idem comes Tolosanus pertinaciter in excommunicatione persistit, cum vobis ab eodem archiepiscopo¹ id denuntiatum fuerit, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescatis. Dat. Viterbii, XV kalendas junii, anno undecimo. » — (REG. 18, f. 292 v*.)

3703

Viterbe, 18 mai 1237.

« In eundem fere modum .. *archiepiscopo Viennensi, Apostolice Sedis legato*, usque : compescant. Quocirca mandamus quatenus, si qui eorum monitis contraire presumpserint, id ipsis, ut contra presumptores hujusmodi juxta traditam sibi formam procedant, denuntiare procurent. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 292 v*.)

3704

Viterbe, 18 mai 1237.

« In eundem fere modum *nobili viro .. comiti Tolosano spiritu consilii senioris*, usque : mandantes² quatenus, prudenter

attendens quod non modicum tui honoris [bonum] incurreres, si prenotatis periculis aliquam occasionem prestares, vel si a subsidio Terre Sancte, ad quod ex voto teneris accedere, te ob id contingeret retardari, et provide considerans quod nos, qui tibi, ad instantiam regis et regine Francie etc., usque : contra Deum et justitiam, catholicorum bona diripias aut invadas : dictam civitatem contra dictum comitem, in ipsius juris prejudicium, in aliquo non defendens, et alias prores ab ejusdem molestatione desistens, alia predicta studiosè emendare. Nos enim predicto archiepiscopo nostris damus litteris in mandatis quod, nisi premissa duxeris emendanda, id venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis et episcopis per regnum Francie constitutis denuntiare procuret, ut quilibet ipsorum, sicut eisdem litteris nostris injungimus, in sua diocesi etc., usque : inhibere procurent, et, cum excommunicato etc., usque : compescant. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 292 v ; — POTTHAST 10357 ; cf. *ibid.*, 10361*¹ ; — cf. RODENBERG, p. 609, note 1.)

3705

Viterbe, 18 mai 1237.

« In eundem fere modum *nobili viro .. comiti Britannie*, usque : deputaret : nobilitatem tuam rogandam duximus et hortandam, mandantes quatenus, prudenter attendens quod non modicum tui honoris lesionem incurreres, si prenotatis periculis aliquam occasionem, quod nulla credimus ratione, prestares, vel si a subsidio Constantinopolitani imperii, ad quod teneris accedere, te ob id contingeret retardari, prefatis civibus et comiti Tolosano contra predictum comitem Provincie vel terram ipsius, ob reverentiam Apostolice Sedis et nostram, nullum prebeas auxilium, emulium vel favorem, ita quod ex hoc devotionem tuam dignis in Domino laudibus commendemus. Nos enim venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis et episcopis per regnum Francie constitutis nostris dedimus litteris in mandatis ut quilibet etc. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 292 v ; — cf. POTTHAST 10361*² ; — cf. RODENBERG, p. 609, note 1.)

3706

Viterbe, 18 mai 1237.

« In eundem fere modum *nobili viro .. comiti Marchie*, usque : prestares, vel si a subsidio Terre Sancte, ad quod, sicut intelleximus, ex voto teneris accedere etc., ut supra. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 293 r ; — cf. POTTHAST 10361*³ ; — cf. RODENBERG, p. 609, note 1.)

1. C'est-à-dire *archiepiscopo Viennensi* — Cf. *supra*, n° 3699, et *infra*, n° 3703.

2. Mandantes, qui ne se rencontre pas dans les bulles précédentes, est probablement ici pour *mandamus* (cf. *infra*, n° 3707) ; à moins qu'il ne faille suppléer la formule « nobilitatem tuam rogandam duximus et hortandam », qui se lit dans la pièce sui-

vante 3705, ou encore que, dans la pièce 3699, on doive, entre *hortandam* et *quatenus*, restituer *mandantes*.

1. Cette seconde mention à la date du 20 mai *XIII kalendas junii*.

2. A la même date du 20 mai.

3. A la même date du 20 mai.

3707

Viterbe, 18 mai 1237.

« In eundem fere modum *civibus Marsilie*, usque : mandamus quatenus, considerantes attente quod, proter prenotata pericula, civitas vestra magna exinde incurere poterit detrimenta, ad mandatum dicti comitis Provincie, ut tenemini, redire ac ei de suis iuribus respondere curetis. Alioquin, si exinde vobis aliquid periculum seu dampnum emergerit, temeritati vestre merito poteritis imputare. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 293 r°.)

3708

Viterbe, 18 mai 1237.

Vicensi et Ilerdensi episcopis mandat quatenus bona a rege Aragonum, regis Aragonum tunc existentis patre, alienata revocent. — (REG. 18, f. 293 r°; ann. XI, c. 102; — MOREAU 1191, f. 275, ex RAYNALDO; — sine signo chronologico in RAYNALDO, *Annales ecclesiasticæ*, ad ann. 1237, § 26, t. XIII, p. 496, col. 1; — omisit POTTHAST.)

« .. *Vicensi et .. Ilerdensi episcopis*. Ex parte karissimi in Christo filii nostri .. Aragon[um] regis illustris nostris est auribus intimatum quod, cum regnum ejus Apostolice Sedi sit subditum et speciali Ecclesie Romane protectioni commissum, clare memorie .. pater suus, postquam a felicitis recordationis [Innocentio] papa, predecessore nostro, in regem exitit coronatus, multa de bonis suis et regni, in prejudicium honoris et dignitatis regie ac Apostolice Sedis, pro sue alienavit libito voluntatis. Quocirca mandamus quatenus predicta bona taliter alienata legitime revocetis. Contradictores etc. Dat. ut supra. »

3709

Viterbe, 20 mai 1237.

Priori provinciali fratrum Prædicatorum in Lombardia mandat quatenus monasteria Comensi episcopo subjecta, quibus idem episcopus, pluribus negotiis impeditus, officium visitationis non poterat impendere, ipse visitet et reformet. — (REG. 18, f. 293 r°; ann. XI, c. 103; — POTTHAST 10365.)

« .. *priori provinciali ordinis fratrum Prædicatorum in Lombardia*. Prosequi nequeuntibus que —. Dat. Viterbii, XIII kalendas junii, anno undecimo. »

3710Viterbe, 1^o juin 1237.

Consilio et superstitibus civitatis Urbevetanæ, qui, quibusdam poenis in ipsorum civitatis statuto inscriptis non sufficientibus, pro eo quod modicæ erant aut fere nullæ, novas constitutiones ediderant ad compescendas malignorum

malitias et corrigendos insolentium excessus, mandat quatenus contra constitutiones easdem, his exceptis quæ irrogant poenam sanguinis vel cruciatum corporis, non veniant. — (REG. 18, f. 293 r°; ann. XI, c. 104; — POTTHAST 10391.)

« *Consilio et superstitibus civitatis Urbevetanæ*. Ex parte dilecti —. Dat. Viterbii, kalendis junii, anno undecimo. »

3711

Viterbe, 29 mai 1237.

Electo Rothomagensi mandat quatenus abbati Sancti Carrauni Carnotensis, in abbatem Sancti Johannis [in Valle] Carnotensis electo, faciat a suis subditis in eadem ecclesia Sancti Johannis, non obstante defectu, si quis fuerit, in processu electionis, obedientiam et reverentiam exhiberi, nisi contra ejusdem abbatis personam aliquid fuerit obiectum et probatum; alioquin faciat eidem ecclesie per electionem canonicam de persona idonea provideri. — (REG. 18, f. 293 r°; ann. XI, c. 105; — MOREAU 1191, f. 298.)

« .. *electo Rothomagensi*. Olim W., suppiore. J., de Braioto, G., de Agrimonte, W., de Luceio prioribus, et quibusdam aliis canonicis ecclesie Sancti Johannis Carnotensis, ordinis sancti Augustini, nobis exponen- tibus, intellecto quod, ecclesia ipsa vacante et die ad eligendum prefixa, .. prior ejusdem ecclesie ac sequaces ejus, ad electionem per viam scrutinii procedentes, nulla collatione habita et alias forma concilii non servata, .. abbatem Sancti Carrauni Carnotensis, ejusdem ordinis, eis contradicentibus et invitis, non postulare sed eligere presumpserunt; et, electione hujusmodi per bone memorie .. Carnotensem episcopum, post appellationem ad nos, ne ad confirmationem ipsius, utpote minus canonice sic presumpse, procederet, interpositam, confirmata, dictus abbas, quosdam ex canonicis supradictis a suis administrationibus amovens, in alios, quia volebant sibi, sicut nec debebant, obedientiam exhibere, de facto excommunicationis sententiam promulgavit : nos, de utriusque partis procuratorum assensu, dilectis filiis .. decano Rothomagensi et collegis suis nostris dedimus litteris in mandatis ut, vocatis propter hoc evocandis et auditis hinc inde propositis, quod canonicum esset, appellatione postposita, statuentes, facerent quod decerneret. per censuram ecclesiasticam firmiter observari, ac duobus de canonicis ipsis hujusmodi negotium prosequentibus ministrari expensas necessarias, usque ad decisionem ipsius, de bonis ecclesie memorate; contradicentes etc., usque : compescendo. A quibus dictus abbas ob manifestum gravamen ad audientiam nostram appellans,

ad .. decanum et .. cantorem Sancti Johannis de Nongento Rotrodi, Carnotensis diocesis, super appellatione sua nostras litteras impetravit. Cum autem coram predictis iudicibus processum in negotio aliquandiu extitisset, idem abbas, considerans eandem ecclesiam, occasione questionis hujusmodi, gravium expensarum sarcina pregraviari, ac volens tam ipsius indemnitati quam quieti proprie precavere, nobis humiliter supplicavit ut providere super hoc salubriter curaremus. Nos igitur, nolentes eandem ecclesiam per litigiorum circuitus diutius fatigari, ac supplentes, si quis defectus in processu electionis fuit, de nostre plenitudine potestatis, mandamus quatenus, nisi ex parte dictorum canonicorum, infra duos menses post monitionem tuam, in personam ipsius abbatis objectum fuerit legitime aliquid et probatum, per quod a regimine ipsius ecclesie sui merito amovendus, cum persona litterata et idonea videatur, extunc tam ab ipsis quam ab aliis ecclesie ipsi subjectis facias dicto abbati obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. Quod si objectum fuerit infra eundem terminum legitime ac probatum, tu, quicquid de ipso factum est, penitus irritans, facias eidem ecclesie per electionem canonicam de persona idonea provideri. Contradictores etc. Dat. Viterbii, IIII kalendas junii, anno undecimo. »

3712

Viterbo, 19 mai 1237.

Episcopo Bergamensi mandat quatenus in monasteriis monialium Sancti Petri de Colonia, Vallis Marinae et Sanctae Gratae, ordinis sancti Benedicti, Bergamensis civitatis et diocesis, corrigenda et reformanda corrigat et reformet; quod si aliquid ex eisdem monasteriis in suo ordine reformari nequeat, in Cisterciensi ordine reformetur. — (REG. 18, f. 293 v°; ann. XI, c. 106.)

« .. episcopo Bergamensi. In Sancti Petri de Colonia, Vallis Marinae et Sanctae Grate monasteriis monialium, ordinis sancti Benedicti, civitatis tue et diocesis, lege tibi diocesana subjectis, virtutum loco tot vitia indigna referri litteris, successisse dicuntur, ut nedum laicis in scandalum sed religiosis etiam veniat in stuporem. Verum, cum discrimen hujusmodi ex tua negligentia, cum corrigere valeas, videatur potissimum exoriri, fraternitati tue districte precipiendo mandamus quatenus —, predicta monasteria, omni tarditate et occasione postpositis, personaliter visitare sollicitus, corrigas et reformes ibidem, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis officio noveris indigere. sollicitè provisurus ut, si forte ipsorum aliquod salu-

briter in tuo nequeat, in Cisterciensium ordine reformetur, eisdem monialibus que jamdicti ordinis habitum suscipere noluerint, in aliis monasteriis sui ordinis collocatis. Contradictores [etc., usque :] compescendo. Alioquin dilecto filio .. priori provinciali ordinis fratrum Predicatorum in Lombardia nostris damus litteris in mandatis ut ipse mandatum nostrum — exequatur. Dat. Viterbii, XIII kalendas junii, anno undecimo. »

3713

Viterbo, 20 mai 1237.

Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia mandat quatenus resignationem abbatis monasterii de Marola, Regin[ae] diocesis, Camaldulensis ordinis¹, recipiat, et injungat ejusdem monasterii conventui ut sibi de persona idonea infra terminum in generali concilio definitum provideant per electionem canonicam in abbatem; quod si per » conventum eundem supradicta provisio non poterit prove- » nire ». ipse eidem monasterio, de consilio peritorum, personam idoneam praeficiat in abbatem. — (REG. 18, f. 293 v°; ann. XI, c. 107; — POTTHAST 10361; — cf. supra, n° 3672.)

« .. priori provinciali fratrum Predicatorum in Lombardia. Ex parte dilecti —. Dat. Viterbii, XIII kalendas junii, anno undecimo. »

3714

Viterbo, 30 mai 1237.

Magistris Guidoni [seu Guiardo] de Lauduno², cancellario Parisiensi, et Petro de Columna, Parisiensi canonico, mandat quatenus compositionem quae inter episcopum et ecclesiam Metensens, ex una parte, ac Juvenalem Mannetti et Angelum Magalotti, civis Romanos, ex altera, super quibusdam summis pecuniae a praedictis episcopo et ecclesia eisdem Romanis, nec non et quibusdam Senensibus et Metensibus mercatoribus, debitis, intervenerat, faciant observari. — (REG. 18, f. 294 r°; ann. XI, c. 108; — MOREAU 1191, f. 304.)

« Magistris Guidoni seu Guiardo] de Lauduno, cancellario, et Petro] de Columna, canonico Parisiensibus. Cum super quibusdam debitis venerabilis frater noster .. episcopus et ecclesia Metensens nonnullis creditoribus tenerentur, tandem, dilecto filio nostro S[inibaldo], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbitero cardinali, a nobis audire concessio, inter Ricc[ardum], canonicum Sancti Salvatoris Metensis, procuratorem ipsius epis-

1. Cf. infra, le capitulum 233 de la XI^e année.

2. Gui de Laon, plus connu sous le nom de Guiard de Laon, devenu par la suite évêque de Cambrai (cf. infra, ann. XII, c. 94).

copi. ex parte una, et quosdam mercatores Romanos, ex altera. amicabilem compositio intervenit: quam idem episcopus non observans, non satisfacit eisdem. Postmodum vero pro Juvenali Mannetti et Angelo Magalotti, civibus Romanis, contra eundem episcopus, cui uterque ipsorum per se quamdam summam pecunie mutuarat, bone memorie .. episcopo Cathalaunensi dedimus firmiter in preceptis ut, redditus episcopatus Metensis colligi faciens, prefato Metensi episcopo competenti provisione taxata, exinde predictis civibus satisfaceret sicut a nobis injungeretur eidem; quod si posset inter eos compositio amicabilem provenire, juxta eam satisfactio, usuris omnino cessantibus, sequeretur; si vero episcopus de jure suo vellet potius experiri, sibi prelegeret terminum competentem, quo per se vel procuratorem idoneum compareret, satisfactionem debitam impensurus, nichilominus tamen in predictorum collectione reddituum procedendo. Qui cum viam ultimam elegisset, ei et dictis civibus in nostra presentia constitutis dilectum filium nostrum T[homam], tituli Sancte Sabine presbiterum cardinalem, dedimus auditorem. Coram quo licet hinc inde fuerit diutius altercatum, demum, eo mediante, prout continentur publica instrumenta, quorum unum ejusdem T[home] cardinalis et Jacobi Trecensis, procuratoris dieti Metensis episcopi, et alia tam cardinalis quam episcopi predictorum sunt munita sigillis, ad compositionem amicabilem devenerunt; in qua, inter alia, continetur quod, reservatis quingentis maris pro sua sustentatione ipsi Metensi episcopo annuatim, quibus ipsum volumus esse contentum, universi episcopatus redditus et proventus, ac subsidium quod fieri sibi mandamus, in solutionem illorum que debentur mercatoribus Romanis, juxta instrumentorum ipsorum tenorem, et quibusdam mercatoribus Senensibus, usque ad mille marcas, nec non Meten[sibus], usque ad duo milia marcarum dumtaxat, sine diminutione qualibet, convertantur; dilectis quoque filiis .. Sancti Petri Dervensis, Cathalaunensis diocesis, et .. Sancti Vincentii Metensis abbatibus per litteras nostras injunximus ut, omnes proventus et redditus, ac subsidium hujusmodi, preter quam a monasterio Gorziensi, integre colligentes, deductis quingentis maris argenti pro sustentatione episcopi memorati, solvendis eidem, in debitorum solutionem, sicut dictum est, residuum convertere non omitterent, solutione annis singulis jamdictis mercatoribus proportionaliter facienda. Ideoque mandamus quatenus, compositionem eandem facientes ab utraque parte inviolabiliter observari, si prefatus episcopus vel quilibet alius dictos collectores impedire presumpserit,

quominus mandatum apostolicum exequantur, vos eos a tali presumptione, appellatione remota, pro censuram ecclesiasticam compeccatis, auxilio nichilominus nobilis viri .. ducis Lothoringie, .. majoris, .. scabini, tredecim juratorum universitatis Metensis, et aliorum quos expedire videritis, si necesse fuerit, advocato. Non obstantibus aliquibus litteris a Sede Apostolica impetratis vel etiam impetrandis, que plenam de presenti non fecerint mentionem, seu constitutione de duabus dietis [etc.]. Quod si non ambo etc. Dat. Viterbii, III kalendas junii, anno undecimo. »

3715

Viterbe, 30 mai 1237.

Sancti Petri Dervensis et Sancti Vincentii Metensis abbatibus, de eadem re scribens, mandat quatenus, proventus et redditus Metensis episcopatus colligentes, deductis quingentis maris argenti pro sustentatione Metensis episcopi, in solutionem debitorum Metensis ecclesie residuum convertant. — (REG. 18, f. 294 v°; ann. XI, c. 109.)

« .. Sancti Petri Dervensis, Cathalaunensis diocesis, et .. Sancti Vincentii Metensis abbatibus. Cum super quibusdam —. Dat. ut supra. »

3716

Viterbe, 31 mai 1237.

Regem Hungarie rogat ut Romanie imperio, continuis angustiis fatigato, subveniat, et student quod proveniat ut Assanus Ecclesie devotione continua complacent et Vatacius ad ipsius gremium reverlat; et significat se Perusinum episcopum et J[ohannem], quondam Bosnensem episcopum, ad partes Romanie destinare, quos ei commendat! — (REG. 18, f. 294 v°; ann. XI, c. 110; — MOREAU 1191, f. 284, *partim* ex RAYNALDO; — POTTHAST 10385.)

« .. *Illustri regi Ungarie*. Ad assumendum hilariter —. Dat. Viterbii, II kalendas junii, anno undecimo. »

3717Viterbe, 1^o juin 1237.

Archiepiscopum Coloensem ejusque suffraganeos rogat et obsecrat quatenus Perusinum episcopum et J[ohannem], quondam Bosnensem episcopum, quos ad partes Hungarie des-

1. On a vu plus haut (n° 3695) que POTTHAST avait fait une confusion entre cette pièce et celle qui porte le n° 10369 dans ses *Regesta*; aux références indiquées par POTTHAST sous le n° 10385, il faut ajouter : RAYNALDI, *Annales*, ad ann. 1237, § 71, t. XIII, p. 504, col. 2; le texte que RAYNALDI donne de cette pièce est d'ailleurs incomplet du début et de la fin.

tinat, sperans quod per eorum industriam necessitatibus imperii Romaniae optatum subsidium prodeatur, admittant hilariter, eisque omne quod possint, consilium et auxilium praebent; eidem imperio, pluribus angustiis fatigato, de bonis suis subveniant et per fideles suos subveniri faciant, additis quibusdam indulgentiis. — (REG. 18, f. 294 v; ann. XI, c. 111; — MOREAU 1191, f. 311; — POTTHAST 10387.)

« .. archiepiscopo Colocensi ejusque suffraganeis. Creditam nobis sollicitudinem —. Dat. Viterbii, kalendis junii, anno undecimo. »

3718. — In eundem modum .. archiepiscopo Strigontensi et suffraganeis ejus.

3719Viterbe, 1^{er} juin 1237.

Archiepiscopus, episcopus, abbates, priores, praepositos, decanos, archidiaconos, archipresbyteros et alios ecclesiarum praefatos in Bulgaria et Blachia (= Vlachia, = Valachia) constitutos rogat et obsecrat quatenus episcopum Perusinum, ab ipso papa ad Romaniae partes destinatum, hilariter admittant, eique omne quod possint, consilium et auxilium tribuant, ita ut Assanus, dominus Bulgarorum et Blachorum, in defensionem imperii Romaniae invalescat, ab inferendo eidem imperio discrimine, desistente Vatacio; praefati episcopi monitis et mandatis intendant, eique in securo conductu, in eundo et redundo, et aliis necessariis, sicut Sedis Apostolicae legato, provideant. — (REG. 18, f. 295 r; ann. XI, c. 112; — MOREAU 1191, f. 314; *ibid.*, f. 313, non integra, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10389.)

« Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, praepositis, decanis, archidiaconis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum praefatis in Bulgaria et Blachia constitutis. Ratione preminentis officii —. Dat. ut supra. »

3720Viterbe, 1^{er} juin 1237.

Assanus, dominum Bulgarorum et Blachorum, rogat et hortatur quatenus Perusinum episcopum, ad ipsius praesentiam a Sede Apostolica legatum destinatum, quo decent honore, recipiat et pertractet, eique super his quae ipsi Assano ex parte papae retulerit, fidem adhibeat; eum sollicitat ut Romaniae imperium a molestiis et pressuris quas patiat, reddat feliciter expeditum. — (REG. 18, f. 295 v; ann. XI, c. 113; — MOREAU 1191, f. 316; — POTTHAST 10388; — cf. *supra*, n^o 3694.)

« Nobili viro Assano, domino Bulgarorum et Blachorum. Licet officii nostri —. Dat. ut supra. »

GRÉGOIRE IX, t. II.

3721

Viterbe, 30 mai 1237.

Sancti Petri Dervensis, Catalaunensis dioecesis, et Sancti Vincentii Metensis abbatibus mandat quatenus procurent ut quibusdam civibus Romanis de summa pecuniae eis ab episcopo et ecclesia Metensibus debita satisfiat. — (REG. 18, f. 296 r; ann. XI, c. 111; — MOREAU 1191, f. 308.)

« .. Sancti Petri Dervensis, Catalaunensis dioecesis, et .. Sancti Vincentii Metensis abbatibus. Cum venerabilis frater noster .. episcopus et ecclesia Metenses in quadam summa pecuniae dilectis filiis Angelo Romani de Sposa, Bartholomaeo et Angelo Malialard[i], Angelo Catelin[i], Johanni Temperi et Johanni, filio ipsius Angeli de Roman., Romanis civibus, tenerentur, tandem, dilecto filio nostro S[ui]baldo, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbitero cardinali, a nobis auditore concesso, inter Riccardum, canonicum Sancti Salvatoris Metensis, procuratorem ipsius episcopi, ex parte una, et eosdem cives, ex altera, compositio amicabilem intervenit; quam idem episcopus non observans, non satisfecit eisdem. Postmodum vero praefato episcopo et dictis civibus in nostra praesentia constitutis dilectum filium nostrum Th[om]am, tituli Sanctae Sabinae presbiterum cardinalem, dedimus auditorem. Coram quo licet hinc inde fuerit diutius litigatum, demum, eo mediante, prout continent publica instrumenta, sigillis dictorum cardinalis et episcopi roborata, ad compositionem amicabilem devenerunt; in qua [etc., ut supra, in litteris sub numero 3714 notatis, usque :] sibi mandamus, in solutionem debitorum, juxta instrumentorum ipsorum tenorem, sine diminutione qualibet convertantur. Ideoque mandamus quatenus, deductis quingentis marcis argenti pro sustentatione episcopi memorati, solvendis eidem, de residuo memoratis civibus de tribus milibus et octingentis nonaginta et una marcis, et septem solidis et octo denariis sterlinguorum, sicut in instrumentis continetur eisdem, satisfacere procuretis. Quod si non ambo etc. Dat. Viterbii, III kalendas junii, anno undecimo. »

3722

Viterbe, 2 juin 1237.

Abbatibus et monachis Sanctae Mariae de Monte Mirteti supra Nympham significat se ipsorum monasterium, ab ipso papa, tunc in minori officio constituto, propriis sumptibus constructum et dotatum, sub beati Petri et sua protectione suscipere et eorum possessiones confirmare. — (REG. 18, f. 296 r; ann. XI, c. 115; — MOREAU 1191, f. 318; — POTTHAST 10393.)

« .. abbatibus Sanctae Marie de Monte Mirteti supra Nympham

ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Illius qui hominem —. Preterea quascumque possessiones etc., usque : et illibata permanent. In quibus hec propriis duximus vocabulis exprimenda : locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis; libertates et immunitates olim a nobis, tunc Ostiensi et Velletrensi episcopo existentibus, monasterio vestro indultas : Sancti Clementis et Sancti Erasmi ecclesias, cum pertinentiis earundem; grangiam in tenimento Nimphe, cum possessionibus et pertinentiis suis : medium casale lacus Sanationis¹, cum pertinentiis suis; grangiam Turiaui, in tenimento Fluminis Frigidi, cum possessionibus et pertinentiis suis, et molendina que habetis —. Amen. Amen. Dat. Viterbii, per manum magistri Guillelmi, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, III nonas junii, indictione VIII^a², Incarnationis Dominice anno M^oCC^oXXXVII^o, pontificatus vero donni Gregorii pape noni anno undecimo. »

3723

Viterbe, 27 mai 1237.

Regem Francie monet quatenus illis regni Francie cruce signatis, qui debitorum oneribus gravabantur, sic provideat, ut, donec de ipsorum reditu vel obitu certissime cognoscatur, per regios officiales ad solvenda debita non compellantur. — (REG. 18, f. 296 v^o; ann. XI, c. 116; — MOREAU 1191, f. 287; — PORTRAST 10381, *falso initio*.)

« .. illustri regi Francie. Dum hominis merita —. Ecce peculiaris eterni Patris hereditas luget, quia ipsam impie opprimit impietas Paganorum, ad ejus liberationem multi barones et milites et alii in regno Francie — crucis signaculum susceperunt, parati se morti pro Christo exponere, parati in Terre Sancte subsidio pugnare pro gloria, ut possint, dante Domino, triumphare. In quo jam evidenter colligimus quod regnum predictum, cujus ministerio quandoque Terram Sanctam divina dispositio de manibus Paganorum eripuit, et Constantinopolitanum imperium ad obedientiam Ecclesie Romane reducens, Ecclesiam ipsam, illius studio, a multis interdum periculis liberavit, sibi quasi pharetram circa femur noster Redemptor acceperit, ex qua sagittas electas extrahens, ipsas, ut sibi gentes et regna subiciat, in arcu brachii potentis emittit. Verum, cum multi ex cruce signatis predictis, sicut ex ipsorum relatione recepimus, graventur oneribus debitorum.

1. Ms. : lacu Sanationis.

2. Pour indictione X^a; cf. *supra*, n. 3587, 3603 et 3604.

qui, si cogantur debita solvere, a tam pio compellerentur proposito resiliere, iidem nobis humiliter supplicarunt ut, cum dignius sit debitorum solutionem protrahi, quam Dei servitium et predictae Terre Sancte subsidium impediri, eis paterna curaremus providentia subvenire. Nos igitur, attendentes quod breve vel nullum habet in se solutio prorogata dispendium, que non est peremptoria, debitorum, sed compendium exinde grande producitur, unde totius Christianitatis utilitas procuratur : serenitatem regiam rogandam duximus et monendam quatenus, ut aliquod eterno regi, qui te ad regni solium sublimavit, retribuas, dictis cruce signatis sic in regno tuo super debitorum dilatione provideas, ut ipsi, donec de ipsorum reditu vel obitu certissime cognoscatur, se in solvendis debitis per te vel officiales tuos aculeum compulsions¹ non sentiant, et interim usurarum interesse seu penarum incommoda non incurrant; nec enim habebit alienjus duritia unde contra te juste submurmuret, si privatorum utilitati communem et publicam prefers, si suam et totius orbis salutem a creditoribus impediri, concessa debitoribus dilatione modica, non permittas; et dignus est bona que cruce signatis Christus divinis applicanda servitiis crediti, ipsius obsequiis, cujus omnia esse noscuntur, non subtrahi, quam, Dei retardato servitio, ex eis satisfactionem creditoribus exhiberi. Dat. Viterbii, VI kalendas junii, anno undecimo. »

3724. — In eundem modum E[ngelbergi]², illustri regine, relicte clare memorie Ph[ilippi], regis Francorum, et nobilibus mulieribus .. Flandrie, .. Bononie et .. Brocensis comitissis. — (REG. 18, f. 297 r^o; — MOREAU 1191, f. 290.)

3725. — In eundem modum nobilibus viris comitibus et aliis baronibus regni Francie. — (REG. 18, f. 297 r^o; — MOREAU 1191, f. 290.)

3726

Viterbe, 1^o juin 1237.

Cruce signatis regni Francie significat se Cenomanensem episcopum in Franciam destinare, qui, ad illos veniens, inquirat de his que ad passagium transmarinum expediunt, et quod invenerit, ipsi pape intimet. — (REG. 18, f. 297 r^o; ann. XI, *post* c. 116; — MOREAU 1191, f. 290.)

« In eundem modum universis cruce signatis regni

1. Phrase altérée ou mal construite; au lieu de *aculeum compulsions*, on attendrait un verbe, tel que *compelli*.2. La reine ainsi désignée dans le *Registre* par l'initiale E., ne peut être qu'Ingeburge de Danemark, veuve de Philippe-Auguste, décédée au mois de juillet de l'année précédente, à Corbeil.

Francie, usque : verum, cum per nuntios vestros ad nostram presentiam accedentes, quos benigne recepimus et intelleximus diligenter, quedam petitiones ex parte vestra propositae fuerint coram nobis, nosque votis vestris annuere, quantum cum Deo possumus, intendamus : ecce venerabilem fratrem nostrum .. Cenomanensem episcopum, virum providum et discretum, in Franciam destinamus, qui, ad vos in colloquio inter vos prefixo, cui venerabiles fratres nostros .. Bituricensis, .. Remensis, .. Rothomagensis, .. Turonensis, .. Senonensis et .. Lugdunensem archiepiscopos, prout eis nostris damus litteris in mandatis, interesse volumus, veniens, per vos et ipsos communi voluntate vestra super hiis, et aliis per eosdem nuntios nobis expositis, que ad passagium vestrum expedire creditis, plenius inquisita, quod super hoc invenerit, nobis sine more dispendio intimare procuret, ut in hoc prout, secundum Deum, Terre Sancte succursui expedire viderimus, procedamus. Dat. Viterbii, kalendis junii, anno undecimo. »

3727. — In eundem modum .. *episcopo Nivernensi, et nobilibus viris .. duci Burgundie, .. Nivernensi, .. Montis Fortis et .. Windocinensi comitibus, Roberto de Coriniano et Droon[i] de Merloto, crucesignatis.* — (REG. 18, f. 297 r°; — MOREAU 1191, f. 290 v°.)

3728

Viterbe, 5 juin 1237.

« In eundem fore modum, ut supra, in ea que dirigitur crucesignatis, *predictis archiepiscopis.* [Eos rogat quatenus, amoto cujuslibet difficultatis obstaculo, ad dictum colloquium accedant, advocatis aliquibus ipsorum suffraganeis, et cum eisdem crucesignatis super illorum petitionibus et aliis, que successui Terrae Sanctae expedire viderint, ordinare et ipsi papae rei seriem quantoocius intimare eurent.] Dat. Viterbii, nonis junii, anno undecimo. » — (REG. 18, f. 297 r°; — MOREAU 1191, f. 291.)

3729

Viterbe, 5 juin 1237.

Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum prelatibus regni Francie mandat quatenus molestas res crucesignatorum sic compescant, quod jura dominorum temporalium eorumdem crucesignatorum non turbentur. — (REG. 18, f. 297 r°; ann. XI, c. 117; — MOREAU 1191, f. 319.)

« *Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum prelatibus regni Francie.* Cum crucesignatos receperimus sub pro-

tectione Apostolice Sedis et nostra, ac vobis nostras direxerimus litteras, continentes ut ipsos non permitteretis ab aliquibus indebite molestari, donec de ipsorum reditu vel morte constaret, vos, occasione hujusmodi, ipsos quominus propriis dominis de redditibus et servitiis consuetis et delitis respondeant, contra justitiam defensatis. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, nostrarum litterarum vobis directarum forma servata, ipsos, cum intentionis nostre non fuerit ex protectione predicta aliorum jura in aliquo enervare, sic iniquos eorum molestatores curetis auctoritate vobis commissa compescare, quod propter hoc dominorum jura temporalium non turbentur; mandatum nostrum taliter impleri, quod ex hoc iterato vobis scribere non cogamur. Dat. Viterbii, nonis junii, anno undecimo. »

3730

Viterbe, 28 mai 1237.

Bituricensi, Remensi, Rothomagensi, Turonensi, Senonensi et Lugdunensi archiepiscopis mandat quatenus, pecuniam legatam vel quocumque modo collatam in subsidium Terrae Sanctae in regno Francie colligi facientes, eam apud fideles viros et Deum timentes, conservandam usque ad tempus passagii et in praefato subsidio de apostolico consilio expendendam, committant, provisuri ne praefata pecunia modo aliquo valeat deperire. — (REG. 18, f. 297 v°; ann. XI, c. 118; — MOREAU 1191, f. 293.)

« .. *Bituricensi, .. Remensi, .. Rothomagensi, .. Turonensi, .. Senonensi et .. Lugdunensi archiepiscopis.* Fraternalitati vestre presentium —. Dat. Viterbii, V kalendas junii, anno undecimo. »

3731

Viterbe, 28 mai 1237.

Archidiacono Senonensi, et Simoni ac Johanni de Perticis, canonicis Senonensibus, mandat quatenus homines de Antisiodoro crucesignatos cogant ut Guidoni, comiti Nivernensi et Forensi, crucesignato, ipsorum domino, a cuius jurisdictione, praetextu crucis, se eximere moliebantur, — nolentes nisi in iudicio ecclesiastico alicui de ipsis conquirenti respondere, et censum aliosque redditus eidem comiti debitos ei solvere denegando, — de ipsius iuribus, ut tenebantur, respondeant. — (REG. 18, f. 297 v°; ann. XI, c. 119; — MOREAU 1191, f. 291.)

« .. *archidiacono, Symoni et Johanni de Perticis, canonicis Senonensibus.* Sua nobis nobilibus —. Dat. ut supra. »

3732

Viterbe, 29 mai 1237.

Electo et capitulo Rothomagensibus significat se velle ipsorum mandato, archiepiscopi vel ecclesie Rothomagensis authentico sigillo munito, fidem in Anglia adhiberi. — (REG. 18, f. 297 v°; ann. XI, c. 120; — MOREAU 1191, f. 297.)

« .. electo et capitulo Rothomagensibus. Sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, mittentibus vobis in Angliam, pro causis vestris et negotiis imminentibus, procuratores idoneos, cum mandato sigillo authentico archiepiscopi vel ecclesie roborato, nisi etiam per testes probetur consensus mandantium eorumdem, mandato ipsi fides ab Anglicis non habetur, consuetudine, que dicenda est corruptela potius, allegata. Quia vero satis presumitur de consensu ex quo in mandato sigillum authenticum est impressum, mandato hujusmodi fidem volumus omnimodam adhiberi. Dat. Viterbii, IIII kalendas junii, anno undecimo. »

3733

Viterbe, 5 juin 1237.

Magistro Alexandro, capellano suo, Apostolice Sedis legato, scribit de enormibus excessibus episcoporum insule Corsicæ, eique mandat quatenus, ad prædictam insulam accedens, corrigat et reformet ibidem, circa prælatos, clericos et laicos, reformanda et corrigenda. — (REG. 18, f. 297 v°; ann. XI, c. 121; — cf. supra, n. 3420 et 3421.)

« Magistro Alexandro, capellano nostro, Apostolice Sedis legato. Ad nostram noveris audientiam pervenisse quod venerabiles fratres nostri episcopi in insula Corsicæ constituti, multa committentes enormia, que litem correctionis Apostolice Sedis exposcunt, indifferenter viros uxoratos et filios sacerdotum ad sacros ordines promovent, eisdem curam animarum, prelaturas, ordines, dedicationes ecclesiarum, mediante symoniaca pravitate, concedunt, ac judicia non tantum per ignem et aquam permittunt fieri, sed ut sic fiat, presumunt licentiam elargiri. Mulieres quoque pregnantas seu pre angustia partus viam universe carnis ingressas, in cimiteriis ecclesiarum sepeliri minime permittentes, et dampnandas asserentes eas potius, ut paganas, sacerdotibus ut mulieribus viduis et repudiatis possint matrimonialiter copulari, et laicis ut dividi ab eorum uxoribus per libellum repudii valeant, indulgere presumunt. Idem insuper, circa sacramentum matrimonii multipliciter delinquentes, sacramentum baptismatis pueris, sicut alia divina provecitis, interdicentes omnino, super injectione manuum in clericos, amicitie vel alicujus pretextu gratie, cum injectoribus propria

temeritate dispensant, et, sacerdotibus ecclesiarum rebus humanis exemptis, uxoribus et eorum filiis imedietatem bonorum ecclesiarum ipsarum jure hereditario impendentes, baptizatos pueros, cum decedunt, non tradunt ecclesiasticæ sepulture. In articulis quoque fidei pluribus aberrantes, sententiam sanguinis dictare ac proprio ore proferre, et multa alia parientia periculum animarum committere non verecunt. Cum igitur, quo specialius insula Corsicæ ad Apostolicam Sedem pertinere dinoscitur, eo majorem de ipsa curam gerere teneamur, mandamus quatenus, personaliter ad insulam predictam accedens et habens pre oculis solum Deum, corrigas et reformes ibidem, circa prelatos, clericos et laicos, que super statu ecclesiasticæ honestatis et catholice fidei, correctionis et reformationis officio noveris indigere. Contradictores etc. Dat. Viterbii, nonis junii, pontificatus nostri anno undecimo. »

3734

Viterbe, 5 juin 1237.

Episcopo Xanetonensi et abbati de Gondonio significat se episcopum Convenarum ad administrationem monasterii Sanctæ Mariæ Silvæ Majoris reduxisse, eisque inquisitionem committit de præfati monasterii statu et de modo quo, ante amotionem suam ab administratione jamdicta, idem monasterium gesserit memoratus episcopus. — (REG. 18, f. 297 v°; ann. XI, c. 122; — MOREAU 1191, f. 320; — cf. supra, n. 3372 et 3373.)

« .. episcopo Xanetonensi et .. abbati de Gondonio, Cisterciensis ordinis, Agennensis diocesis. Licet olim, auditis que super statu monasterii Sanctæ Mariæ Silvæ Majoris, ordinis sancti Benedicti, Burdegalensis diocesis, a quibusdam ipsius monachis fuere proposita coram nobis, venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Convenarum ab administratione dicti monasterii, que sibi dudum commissa fuerat, duxerimus ammouendum : intellecto tamen postmodum per eundem episcopum, apud Sedem Apostolicam constitutum, qualiter sibi, ad instantiam tam bonæ memoriæ .. archiepiscopi Burdegalensis, quam .. prioris et conventus ejusdem, per Sedem Apostolicam cura fuerat et sollicitudo commissa, ipsum ad administrationem eandem duximus reducendum, discretioni vestre per apostolica scripta mandantes quatenus, litteris nostris super ejus amotione ad venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Burdegalensem et conjudices suos vel episcopum

1. En vertu d'une bulle d'Honorius III, du 20 juillet 1233 (Prestutti n° 4444).

ipsam directis, nequaquam obstantibus, revocato in statum debitum quicquid postquam idem episcopus et dicti monachi miserunt nuntios vel iter arripuerunt ad Sedem Apostolicam veniendi, constitit in eorum prejudicium temere attemptatum, inquisita super statu monasterii prefati et qualiter se circa ipsius curam habuerit episcopus supradictus, ac de universis circumstantiis diligentius veritate, que inveneritis, studeatis nobis vestris litteris fideliter intimare, ut, per fidelem vestram relationem instructi, provideamus super hoc prout, secundum [Deum], viderimus expedire; proviso ut non permittatis prefatum episcopum in .. priorem de Noveio et ejus socios animadvertere, pro eo quod venerunt vel miserunt nuntios ad Sedem Apostolicam contra ipsum, et ne idem episcopus aliquid de bonis ipsius monasterii alienare presumat. Contradictores —. Dat. Viterbii, nonis junii, anno undecimo. »

3735

Viterbe, 7 juin 1237.

Potestatem, consilium et populum Tudertinos, qui quaedam castra in Tudertina dioecesi constituta destruxerant, et quaedam alia in Amelensi dioecesi constituta occupabant, monet et hortatur quatenus ad obedientiam Ecclesiae redeant, super omnibus injuriis et offensis Ecclesiae Romanae ab ipsis illatis, mandatis apostolicis parituri; alioquin ipse papa Fuliginati et Spoletano episcopis mandat ut eos excommunicationis vinculo astringant et civitatem Tudertinam banno sex milium marcarum argenti et ecclesiastico interdicto supponant. — (REG. 18, f. 298 r°; ann. XI, c. 123; — PORTHAIST 10398.)

« .. potestati, consilio et populo Tudertin[is]. Licet supra id —. Dat. Viterbii, VII idus junii, anno undecimo. »

3736

Viterbe, 3 juin 1237.

Episcopo Clugiensi, cum patriarcha Gradensis, senectute contractus et infirmitate gravatus, a Sede Apostolica licentiam cedendi postulasset, mandat, invitus et non modicum turbatus, quia idem patriarcha commissam sibi ecclesiam laudabiliter gubernaverat, quatenus ejusdem patriarchae, qui in certamine didicerat « quam difficilia sint onera pre- » sulatus et quam laboriosa militiis vita hominis super ter- » ram ». cessionem recipiat, eique congruum et honestam provisionem pro eadem patriarchalibus assignare procuret. — (REG. 18, f. 298 v°; ann. XI, c. 124.)

« .. episcopo Clugiensi. Usque in senectam —. Dat. Viterbii, III nonas junii, pontificatus nostri anno undecimo. »

3737

Viterbe, 29 mai 1237.

Electo Rothomagensi committit ut cum Drocone de Trublevilla, Rothomagensi canonico, crucesignato, qui plura obtinebat beneficia, possit dispensare ut duas ecclesias retineat, ita ut de perceptis ex obtentis beneficiis proventibus idem canonicus competens subsidium per manus ipsius electi imperio Romaniae transmittat. — (REG. 18, f. 298 v°; ann. XI, c. 125; — MORREAU 1191, f. 295; — cf. supra, n° 2826.)

« .. electo Rothomagensi. Exhibite nobis tue devotionis littere continebant quod, orta olim inter bonae memorie M[auricium], archiepiscopum Rothomagensem, predecessorem tuum, et dilectum filium Droconem de Trublevilla, canonicum Rothomagensem, crucesignatum, super pluralitate beneficiorum curam animarum habentium, que idem obtinebat canonicus, materia questionis, que tempore dicti predecessoris tui, utpote morte preventi, non potuit terminari; tandem, ad commotionem tuam, prefatus canonicus super premissis dispositioni et ordinationi tue spontaneus se submitit. Tu vero, super hiis tractatu habito diligenti, considerans humilitatem ipsius et tenuitatem prebende quam in Rothomagensi ecclesia obtinebat, fecisti eum dimittere personatus omnes, vicarias et beneficia omnia quibus cura erat animarum annexa, duabus dumtaxat sibi ecclesiis reservatis, quarum proventus valent centum viginti libras Turonens[ium] annuatim; ita tamen si infra festum beati Michaelis, quem terminum eidem canonico prefixisti, posset dictas ecclesias de gratia Sedis Apostolice retinere. Nos igitur, de circumspectione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, ac volentes Illius intuitu sibi facere gratiam, pro cuius amore crucis est signaculo insignitus, presentium tibi auctoritate committimus ut super hoc cum eo valeas dispensare, prout, secundum Deum, videris expedire, ita videlicet ut, de perceptis ex obtentis beneficiis hactenus proventibus, competens subsidium per manus tuas transmittat imperio Romanie. Quantitatem vero subsidii tuis litteris nobis studeas intimare. Dat. Viterbii, III kalendas junii, anno undecimo. »

3738

Viterbe, 7 avril 1237.

Gaurido, archidiacono Turonensi, attendens scientiam, honestatem morum et nobilitatem generis quibus adjuvari dicebatur, scribit: « Auctoritate tibi presentium indulgemus » ut cantoniam Andegavensem, quam te proponis canonicus » assecutum, libere retinere valeas una cum archidiaconatu » Turonensis ecclesie, curam animarum habente, in eju- » archidiaconum es assumptus, ita tamen quod in eorum al-

» Iero facias per idoneum vicarium deserviri. » — (REG. 18. f. 298 v°; ann. XI, c. 126.)

« *Gaufrido, archidiacono Turonensi.* Cum sic dicaris —. Dat. Viterbii, VII idus aprilis. pontificatus nostri anno undecimo. »

3739

Viterbe, 7 mai 1237.

[Eidem] Gaufrido, decano Turonensi, cum quo ipse papa dispensaverat ut archidiaconatum quem in Turonensi ecclesia obtinebat, posset libere retinere una cum cantoria quam dudum in Andegavensi ecclesia fuerat assecutus, et qui de archidiacono in decanum ejusdem ecclesiae Turonensis erat assumptus, indulget ut decanatum Turonensem una cum praedicta cantoria valeat retinere. — (REG. 18. f. 298 v°; ann. XI, c. 127.)

« *Gaufrido, decano Turonensi.* Dignum et conveniens —. Dat. Viterbii, nonis maii, anno undecimo. »

3740

Viterbe, 5 juin 1237.

Præposito et conventui ac generali capitulo Mortariensibus, — qui, occasione questionis exortae inter ipsos, ex una parte, et abbatem conventumque Sancti Petri in Celo Aureo de Papiæ, Mortariensis ordinis, ex altera, super celebrandis capitulo et electione abbatis Sancti Petri praedicti et praepositi Mortariensis, cum eisdem abbate et conventu quaedam statuta ediderant, — significat se quod ab eis super hoc factum fuerat, confirmare. — (REG. 18. f. 298 v°; ann. XI, c. 128; — POTHAST 10396; — cf. *supra*, n° 224.)

« .. *praeposito et conventui ac generali capitulo Mortariensibus.* Cum a nobis —. Ex parte siquidem vestra nobis extitit inlimum quod, cum inter vos, ex parte una, et .. abbatem et conventum Sancti Petri in Celo Aureo Papien[sis], Mortariensis ordinis, ex alia, super celebrandis capitulo et electione abbatis dicti Sancti Petri et praepositi vestri frequenter questio fuisset exorta, vos tandem, cupientes materiam hujusmodi questionis equa providentia remove, sic cum eisdem abbate et conventu duxistis unanimiter et concorditer deliberatione provida statuendum, ut uno anno, in festo sancte Crucis mensis septembris, apud vestram, sequenti vero apud ejusdem Sancti Petri ecclesias, in festo sancti Augustini mensis augusti, generale capitulum Mortariensis ordinis celebraretur, et que in utroque capitulo fuerint regulariter instituta, in utraque ac reliquis ecclesiis Mortariensis ordinis irrevocabiliter

observentur; obeunte vero te, filii preposite, vel tuorum quolibet successorum, nullus preponatur ibidem, nisi quem vos, conventus, cum prioribus ecclesiarum ipsarum ac ecclesiarum subjectarum eisdem, canonice, absque vitio, duxeritis eligendum. Statistis insuper quod simili modo abbas Sancti Petri, cum substitutus fuerit, eligatur, qui corrigendi praepositi et canonicorum vestrorum excessus et visitandi vestram ecclesiam liberam habeat facultatem; quod tibi, filii preposite, et successoribus tuis in Sancti Petri ecclesia reservatur, prout in instrumento inde confecto dicitur plenius contineri —. Dat. Viterbii, nonis junii, anno undecimo. »

3741. — In eundem fere modum . *abbati et conventui Sancti Petri in Celo Aureo Papiensis, Mortariensis ordinis.*

3742

Viterbe, 11 juin 1237.

Glasguensi et Dunkeldensi episcopis scribit de miserabili statu ecclesiae Dunblanensis, quae olim per centum annos et amplius vacaverat, et recenter pene per decem annos iterum fuerat pastore destituta; eis significat insuper episcopum quem ipse Dunkeldensis episcopus, nec non Sancti Andreae et Brechinensis episcopi, — quibus ipse papa ejusdem ecclesiae provisionem commiserat, — ibidem praefecerant, eam adeo invenisse desolatam, quod in ea nullum erat collegium, « sed in ecclesia ipsa discooperata quidam capellanus ruralis » divina officia celebrabat; unde eis mandat quatenus quartam partem decimarum omnium ecclesiarum parochialium Dunblanensis diocesis faciant praefato episcopo assignari, ut ipse episcopus [de his decimis necessaria] decano et canonicis, quos ipse papa vult et mandat ibidem institui, assignet; alioquin sedem episcopalem ad monasterium Sancti Johannis canonicorum regularium [de Perth, ejusdem diocesis Dunblanensis, transferant, eligendi episcopos, cum ecclesia ipsa vacaverit, canonicis ipsis in posterum potestate concessa. — (REG. 18. f. 299 r°; ann. XI, c. 129; — POTHAST 10400.)

« .. *Glasguensi et .. Dunkeldensi episcopis.* Venerabilis frater noster —. Dat. Viterbii, III idus junii, anno undecimo. »

3743

Viterbe, 11 juin 1237.

Episcopo Civitatis, abbati Sanctae Trinitatis Montis Sacri, Sipontinae diocesis, et Gualtero, monacho Sancti Fortunati Montis Virgillii, Beneventanae diocesis, scribit de causa quae inter Barensen archiepiscopum, ex una parte, et capitulum ecclesiae Sancti Nicolai [Barensis], ex altera,

vertebatur. super obedientia et rebus aliis quas idem archiepiscopus a dicta ecclesia sibi debere proponebat, eisque mandat quatenus infra tres menses testes super principali negotio iterum repentant, et testes a praedicto capitulo super facto excommunicationis eidem archiepiscopo objectae productos recipiant; nonnullis aliis mandatis ad eandem causam pertinentibus adjectis. — (REG. 18. f. 299 r°; ann. XI, c. 130; — cf. *supra*, n° 3297.)

« .. episcopo Civitatis, .. abbati Sancte Trinitatis Montis Sacri, Syonjane diocesis, et Gualtero, monacho Sancti Fortunati Montis Virgiliti, Beneventane diocesis. In causa que [etc., ut supra, in litteris sub numero 3297 notatis, usque :] admitti non debet ad presens. Ceterum pro parte dicti capituli propositum extitit quod, ante contestationem litis, protestati fuerunt ut, si aliquo tempore probarent dictum archiepiscopum fore aliqua excommunicatione ligatum, litis contestatio et alius processus penitus non valeret, vel, si probarent ecclesiam Sancti Nicolai in aliquo spoliatam per eundem archiepiscopum, non procederetur ad intentionem ipsius archiepiscopi, donec prius esset ipsa ecclesia restituta; et quia protestatio predicta non inveniebatur in actis, offerebat se procurator dicte ecclesie per testes quod protestatio ipsa facta fuerat in curia et admissa a iudice, probaturum; et dicebat eundem archiepiscopum pro eo excommunicatum existere, quia, non causa correctionis, inici manus violentas in Nicolaum Emanuel, Nicolaum Sifandi, Nicolaum Sanguis Retic, et in Melliciacum Ziticar., clericos ipsius ecclesie Sancti Nicolai, et presbiterum Leonem de Noa et Petrum de Palo, diaconum, fecit carceri mancipari, adjungens ecclesiam Sancti Nicolai esse per eundem archiepiscopum spoliatam. Quare, ipso se admitti ad omnia predicta prohabenda petente, dictus cardinalis, de mandato nostro et fratrum nostrorum consilio, ipsum procuratorem dehere probare protestationem fore factam in curia et ab auditore admissam, et quod idem archiepiscopum verberari prenomatos clericos et alios incarcerationi, et non correctionis causa, mandasset, interloquendo decrevit; et quia constitit eidem cardinali quod ipsum capitulum super spoliatione predicta directe egerat in libello porrecto contra eundem archiepiscopum, et testes dederat super ipsa, prout petiverant, non admisit eosdem. Quocirca, de utriusque partis procuratorum assensu, mandamus quatenus, non obstantibus litteris super eodem negotio directis ad dilectos filios .. priorem Sancti Jacobi de Heremitis de Eulo, P., primicerium Beneventanum, et magistrum Johannem de Franco, canonicum Capuanum, cum iidem per easdem non duxerint procedendum, infra tres menses post

receptionem presentium, testes super principali receptos, super eo iterum repentes, et recipientes testes quos dicti capitulum super objectione excommunicationis prefate producerint, ipsisque receptis, depositiones eorum sub sigillis vestris ad nos fideliter transmittentes, prefigatis eidem capitulo terminum peremptorium infra quem, si voluerint probare dictam protestationem fuisse factam in curia et ab auditore admissam, coram prefato cardinali cum testibus paratis super hoc compareant, et eis nichilominus injungatis ut infra ipsum peremptorium [terminum] eidem cardinali, cum omnibus privilegiis et aliis munimentis et rationibus suis, processuri, quantum de jure fuerit, super principali negotio, se presentent. Expensas vero super predictis vobis a prenominata ecclesia Sancti Nicolai faciatis exolveri, et, si idem archiepiscopus probationes aliquas super eisdem dare voluerit, recipientes easdem, expensas inijusmodi pro rata testium suorum vos faciatis ab eodem archiepiscopo ministrari. Contradictores etc. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, III idus junii, anno undecimo. »

3744

Viterbe, 13 juin 1237.

Alexandro, capellano suo, Apostolice Sedis legato, mandat quatenus, in insulam Corsicæ, que juris Apostolice Sedis erat, personaliter, cum oportunitatem haberit, accedens, ea omnia que de juribus prædictæ Sedi Apostolice debitis invenerit ab aliquibus indebite detineri, ad jus et proprietatem ejusdem Sedis revocet, et his omnibus que Romana Ecclesia in eadem insula obtinebat, virum fidelem et providum præficiat, qui ibidem utiliter præesse valeat. — (REG. 18. f. 300 r°; ann. XI, c. 131; — cf. *supra*, n. 3120-3121 et 3733.)

« Alex[andro], capellano nostro, Apostolice Sedis legato. Pati nolentes ut —. Dat. Viterbii, idibus junii, pontificatus nostri anno undecimo. »

3745

Viterbe, 30 mai 1237.

Episcopo Silvanectensi, abbati ecclesie Sancti Corneli, Compendiensi et archidiacono in Latiniaco, Parisiensis diocesis, mandat quatenus causam inter Ingerannum, dominum Cocciaci seu Cocciaci, ex una parte, et decanum capitulumque Laudunenses, ex altera, exortam, — que causa, propter multiplices exceptiones a prædictis Laudunensibus, terram prædicti nobilis sub interdicto diutius detinentibus,

l. Ma. : voluerint.

oppositas, eorumque tergiversationes, septennio et amplius jam elapso non potuerat ad finem perducere, — infra quatuor menses vel ipsi terminet, vel sufficienter instructam ad Sedem Apostolicam terminandam remittant, cum indulgentia apostolica quam praedicti decanus et capitulum se habere dicebant, quod invasores bonorum suorum excommunicare valerent. — (REG. 18, f. 300 r°; ann. XI, c. 132; — MOREAU 1191, f. 300; — cf. supra, n° 397.)

« .. *episcopo Silvanectensi, .. abbati Compendien[sis] ecclesie et .. archidiacono in Latiniac[o] Parisien[sis].* Sua nobis nobilis — Dat. Viterbii, III kalendas junii, pontificatus nostri anno undecimo. »

37-16

Viterbe, 13 juin 1237.

Episcopo Terulano mandat quatenus, — secundum provisionem Raynerii, Sanctae Mariae in Cosmidin diaconi carlinalis, cui ipse papa inquisitiones in monasterio Tremitano a Trojano primum et a Dragonariensi postea episcopis factas, examinandas commiserat, — ordinem Cisterciensem in praefato monasterio Tremitano introducet et illud de personis monasterii Case Novae, ejusdem Cisterciensis ordinis, reformet. — (REG. 18, f. 300 v°; ann. XI, c. 133; — cf. supra, n. 1699 et 3239.)

« .. *episcopo Terulano.* Olim, intellecto miserabili statu monasterii Tremitani, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, quod in spiritualibus lapsum erat et in temporalibus diminutum, per venerabiles fratres nostros .. Trojanum primo, ac demum .. Dragonariensem episcopos et collegas eorum inquisitionem fieri mandavimus in eodem. Cum autem dicti episcopi factas per eos inquisitiones ad Sedem Apostolicam transmisissent, et nos eas examinandas dilecto filio nostro R[ainerio], Sanctae Mariae in Cosmidin diacono cardinali, duxerimus committendas, idem cardinalis citari fecit legitime .. abbatem et conventum monasterii supradicti, ut super hiis coram eo per se vel per procuratorem idoneum comparerent. Tandem vero, post plures terminos eisdem abbati et conventui assignatis, abbate pro se tantum cum .. decano ipsius monasterii comparente, nullus apparuit pro conventu. Cumque dictus cardinalis eidem abbati copiam inquisitionum mandaverit exhiberi, et abbas ipse, usus consilio saniori, non iudicium sed misericordiam postulans humiliter et instanter, regimen praefati monasterii sponte in ejusdem cardinalis manibus resignavit: praedictus cardinalis, de mandato nostro hujusmodi cessione recepta, premissas inquisitiones examinans, prout convenit, diligenter, cum invenisset jamdudum monaste-

rium in spiritualibus et in temporalibus adeo deformatum, quod nulla spes esset de cetero ut reformari in ordine suo posset, conventus absentia, qui absentes erant contumaciter, non obstante, de speciali mandato nostro providit monasterium ipsum ad Cisterciensem ordinem transferendum, ac introducendum in illud ordinem memoratum, statuens ut ejus reformatio fiat per monachos monasterii Case Novae, ejusdem ordinis. Pennensis diocesis, et incorporetur ordini memorato, dictum monasterium Tremitanum eidem monasterio Case Novae de nostro beneplacito committendo. Nos igitur, quod ab eodem cardinali super hoc factum est, gratum et ratum habentes, mandamus quatenus, personaliter ad monasterium ipsum accedens et jamdudum ordinem in praefato Tremitanum monasterium introducens, illud de personis monasterii Case Novae studeas reformare, personis ibidem degentibus, quae instituta et habitum Cisterciensis ordinis noluerint suscipere, in locis aliis sui ordinis collocatis. Contradictores etc. Dat. Viterbii, idibus junii, anno undecimo. »

37-17

Viterbe, 9 juin 1237.

Gregorio dicto Rubeco, canonico Anagnino, Parisius commoranti, mandat quatenus proventus beneficii quod Pandulfus, electus Anagninus, — cui ipse papa concesserat ut beneficia ecclesiastica quae obtinebat, usque ad ipsius papae voluntatis beneplacitum valeret retinere¹, — in ecclesia Remensi habebat, faciat eidem Pandulfo a praedictae Remensis ecclesiae capitulo, praeter quotidianas distributiones, ministrari, et revocet in irritum quicquid de jamdudum beneficio et ejus proventibus in ipsius praedictum, post ipsius electionem, fuerit praesumptum. — (REG. 18, f. 300 v°; ann. XI, c. 134.)

« *Gregorio* dicto Rubeco, canonico Anagnino, Parisius commoranti. Cum dilecto filio — Dat. Viterbii, V idibus junii, anno undecimo. »

37-18

Viterbe, 9 juin 1237.

« In eundem modum *magistro Th., subdiacono nostro, canonico Coronensi*, usque: quatenus eidem proventus beneficii sui ecclesiae Corinthiensis etc., usque in finem. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 300 v°.)

37-19

Viterbe, 9 juin 1237.

« In eundem modum *eidem Gregorio*, usque: quatenus ei-

1. Cf. infra, n° 3750.

dem proventus beneficii sui ecclesie Aurelianusensis etc., usque in finem. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 300 v°.)

3750

Viterbe, 8 juin 1237.

Pandulfo, electo Anagnino, concedit ut beneficia sua ecclesiastica usque ad ipsius papae voluntatis beneplacitum valeat retinere. — (REG. 18, f. 300 v°; ann. XI, c. 135.)

« *Pandulfo, electo Anagnino. Ad faciendam tibi —. Dat. Viterbii, VI idus junii, anno undecimo. »*

3751

Viterbe, 18 juin 1237.

Orlandino, priori fratrum Praedicatorum Senensi, mandat quatenus cessionem Hugolini, abbatis monasterii Insularum, Vulturnanae diocesis, recipiat, et faciat eidem monasterio in abbate de persona idonea per electionem vel postulationem canonicam provideri. — (REG. 18, f. 301 r°; ann. XI, c. 136; — POTHAST 10409.)

« *Fratri Orlandino, priori fratrum Praedicatorum Senensis. Prudenter agnoscens dilectus —. Dat. Viterbii, XIII kalendas julii, anno undecimo. »*

3752

Viterbe, 12 juin 1237.

Universis Christi fidelibus in regno Marrochitano commorantibus significat se laetari quod ecclesia Marrochitana, sterilis haecenus, fecunda tunc reddatur, et [Agnellum, ordinis fratrum Minorum], ad ejusdem ecclesiae titulum episcopum consecrasset et eidem ecclesiae de pastore providisse; eis mandat quatenus eundem episcopum benigne recipiant ejusque mandatis obediant. — (REG. 18, f. 301 r°; ann. XI, c. 137; — MOREAU 1191, f. 323, *partim* ex RAYNALDO; — POTHAST 10403.)

« *Universis Christi fidelibus in regno Marrochitano commorantibus. Letamur quod ecclesia —. Dat. Viterbii, II idus junii, anno undecimo. »*

3753

Viterbe, 11 juin 1237.

Patriarchae Hierosolymitano, nec non Nazareno et Caesariensi archiepiscopis repetit litteras ad ipsos pro Aimerico, nepote bonae memoriae [Gaufridi], Tripolitani episcopi, directas, eisque declarat provisionem eidem Aimerico per easdem litteras factam ad redditus archidiaconatus Tripolitani

non esse extendendam. — (REG. 18, f. 301 r°; ann. XI, c. 138; — cf. *supra*, n° 3639.)

« .. patriarche Hierosolymitano, .. Nazareno et .. Caesariensi archiepiscopis. Cum inter venerabilem [etc., ut supra, in litteris sub numero 3639 notatis, usque :] alie assignentur. Unde nos vobis dedimus nostris litteris in mandatis ut provisionem hujusmodi faceretis auctoritate nostra, sublato appellationis ob[staculo], firmiter observari. Contradictores [etc.]. Nolentes igitur verba provisionis ejusdem aliis interpretanda relinquere, sic super hiis intellectum nostrum duximus declarandum, ut videlicet rehabilitio vel recompensatio seu satisfactio dicto Aymerico pro supradictis prebenda et redditibus faciendi, ad archidiaconatus redditus nullatenus extendatur. Quocirca mandamus quatenus provisionem sepefactam super hoc secundum declarationis nostre tenorem faciatis, appellatione remota, firmiter observari, juxta priorum continentiam litterarum. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, III idus junii, anno undecimo. »

3754

Viterbe, 19 juin 1237.

Abbatibus de Ripalta et Sanctae Mariae Coronatae, Cisterciensis ordinis, Trojanae et Lesinae diocesium, significat se eorum curae monasterium Sancti Bartholomaei de Carbonaria, — quod ad monasterium Pulsanense dicebatur pertinere, — in spiritualibus et temporalibus deformatum, visitandum, corrigendum et reformandum committere, eisque mandat quatenus ejusdem monasterii Sancti Bartholomaei abbatissam et conventum ita sub clausura consistere faciant, quod nemini ad eas ingrediendi, nec eis egrediendi ex eodem monasterio sit facultas. — (REG. 18, f. 301 v°; ann. XI, c. 139.)

« .. de Ripalta et .. Sanctae Mariae Coronatae abbatibus. Cisterciensis ordinis, Trojanae et Lesinae diocesium. Cum monasterium Sancti Bartholomei —. Dat. Viterbii, XIII kalendas julii, anno undecimo. »

3755

Viterbe, 20 juin 1237.

Archiepiscopo Capuano, — qui episcopum Aquinatem, pendente causa quae inter ipsos archiepiscopum et episcopum, super eo quod idem archiepiscopus praedictum episcopum sibi metropolitico jure assererat esse subjectum, coram Sede Apostolica vertebatur, excommunicatum denunciabat et a suffraganeis suis faciebat denunciari, — significat eidem episcopo Sedis Apostolicae communionem non negari, eique

mandat quatenus a praedicta denuntiatione cesset et suffraganeis suis districte interdicat ne, eadem causa pendente, eundem episcopum excommunicatum denuntient; in omnibus Capuanae ecclesiae jure salvo. — (REG. 18. f. 301 v°; ann. XI. e. 110.)

« .. archiepiscopo Capuano. Sua nobis venerabilis — Dat. Viterbii, XII kalendas julii, anno undecimo. »

3756. — In eundem fere modum *episcopis suffraganeis ecclesie Capuane.*

3757

Viterbe, 15 juin 1237.

Abbati Clarevallensi mandat quatenus, — cum ipse papa inquisitionem super factis Petri, abbatis monasterii Sancti Stephani Divionensis, qui, praeter alia facinora quae ei tribuebantur, homicida et falsarius esse dicebatur, abbati Maceriarum nec non Bituricensi et Eduensi decanis, et postea, loco praedicti Aednensis decani, abbati Cistercii commisisset, et Sinibaldus, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, cui ipse papa formam praedictae inquisitionis examinandam traderat, plene cognovisset, aliorum cardinalium consilio fultus, nihil esse contra praedictum Petrum abbatem sufficienter probatum, — eundem Petrum, si se super praedictis criminibus purgaverit, absolvat et bonae famae esse nuntiaret; quod si in eadem purgatione defecerit, eum a praefati monasterii regimine amoveat et faciat eidem monasterio de persona idonea in abbatem provideri. — (REG. 18. f. 301 v°; ann. XI. e. 141; — cf. *supra*, n° 3182.)

« .. abbati Clarevallensi, Cisterciensis ordinis, *Lingonensis diocesis.* Exhibita nobis dilecti filii P[etri], abbatis monasterii Sancti Stephani Divionensis, petito continelat quod dudum nobis suggestum fuit quod idem, impudicus factis et verbis [etc., ut supra, in litteris sub numero 3182 notatis, paucis mutatis, usque :] per Franciam et Burgundiam publice divulgatum. Unde nos, moti ex premissis quae contra dictum abbatem fuere proposita coram nobis, .. abbati Maceriarum, Cisterciensis ordinis, Cabilonensis diocesis, et .. Bituricensi et .. Eduensi decanis nostris dedimus litteris in mandatis ut, inquisita super hiis diligenter et sollicitè veritate, quod invenirent, nobis fideliter rescriberent, prefigerent eidem abbati terminum preceptorium competentem, quo se nostro conspectui presentaret, pro meritis recepturus. Ceterum, dicto decano Eduensi a cognitione negotii ex certa causa suspicionis amoto, et loco ipsius a nobis .. abbate Cistercii subrogato, ipsius inquisitoribus per iterata scripta mandavimus ut in ipso negotio procederent juxta priorum continen-

tiam litterarum. Qui, rite inquisitionem secundum formam eis traditam facientes, quod super hiis invenirent, nobis sub sigillis suis fideliter transmiserunt, dicto abbate l, propter senectutem nimiam et proprii corporis gravitatem, per ipsos a necessitate veniendi personaliter ad nostram praesentiam excusato, sicut eorum presentate nobis littere continebant. Cumque postmodum forme inquisitionis hujusmodi et relationis inquisitorum ipsorum examinationem primo venerabili fratri nostro .. Penestrino episcopo, et tandem, eodem alibi constituto, dilecto filio nostro S[inibaldo], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbitero cardinali, ex officio nostro duxerimus committendam, idem cardinalis, de consilio ejusdem Penestrini et venerabilis fratris .. Sabinensis episcoporum, ac dilecti filii nostrorum Th[ome], tituli Sancte Sabine presbiteri cardinalis, plene cognito quod nichil sufficiens super hiis probatum fuerat contra eum, ne tamen fama ipsius, hujusmodi occasione, in posterum lederetur, ejus purgationem super objectis cum duobus abbatibus, se tertio, et quatuor presbiteris indixerunt. Nos igitur, quod per eosdem episcopos et cardinales super hoc factum est, ratum habentes et firmum, mandamus quatenus, a sepefato abbate indicta sibi hujusmodi purgatione recepta, ipsum super premissis absolvere et bone fame nuntiare procuret; si vero in eadem purgatione defecerit, eum a praefati monasterii regimine amovens perpetuo, facias eidem de persona idonea in abbatem per electionem canonicam provideri. Dat. Viterbii, XVII kalendas julii, anno undecimo. »

3758

Viterbe, 16 juin 1237.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus testes recipiat et examinet super articulis ex parte regis Angliae priori Norwicensi, in Norwicensem episcopum electo, objectis, et ejusdem Norwicensis electionis causam terminet, alioquin eam sufficienter instructam ad examen apostolicum remittat. — (REG. 18. f. 302 r°; ann. XI. e. 142.)

« O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato. Dilectis filiis Symone, monacho, et magistro Th[oma], clerico conventus ecclesie Norwicensis, ex parte una, ac magistro Willelmo de Kilkenn[ia], clerico karissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Anglorum, ex altera, procuratoribus pro electionis negotio de .. priore Norwicensi in episco-

1. Il faut entendre : abbate Sancti Stephani Divionensis.

pum ejusdem ecclesie celebrare. in nostra presentia constitutis. dicti procuratores conventus. inter cetera. proponere curaverunt quod. ecclesia ipsa pastoris solacio destituta et die ad eligendum prefixa. post licentiam eligendi ab eodem rege. prout est moris. obtenta[m]. omnes qui debuissent. voluerunt et potuerunt commode interesse. ad tractandum de electione in capitulo conuenerunt. Cum autem. assumptis quibusdam de collegio fide dignis. et per eos secreto et singillatim votis omnium exquisitis. et in scriptis redactis publicatisque. mox in communi fuisset. habita diligenti collatione. repertum quod totus conventus. exceptis paucis. qui postea in majoris partis desiderium declinarunt. consenserat in priorem ipsum. invocata Spiritus Sancti gratia. omnes [eum] unanimiter et concorditer in pastorem et episcopum elegerunt; quorum electioni cum dictus prior. multa fratrum suorum vietus instantia. consentiret. et idem rex. humiliter requisitus. suum ei denegaret assensum. a venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Cantuariensi. loci metropolitano. eandem confirmari electionem cum instantia petierunt. Sed. opponente se dicto rege. et quasdam exceptiones per procuratores suos contra electum et electionem hujusmodi proponente. ac ex parte ipsius regis voce ad nos appellationis emissa. idem archiepiscopus exceptiones propositas et responsiones ad eas factas. ad examen duxit apostolicum remittendas. Quare dicti procuratores conventus nobis humiliter supplicauerunt ut. contradictione ipsius regis et premissis exceptionibus nequaquam obstantibus. cum nec rex sit in talibus admittendus et eadem exceptiones rationabiles non existant. quibus. si essent etiam rationabiles. veritas non assistit. et per replicationes legitimas eliduntur. electionem eandem. utpote de persona idonea canonice celebratam. auctoritate curarem apostolica confirmare. Procurator vero ejusdem regis proposuit ex aduerso quod. cum intersit ipsius regis tales in regno suo preesse ecclesiis. qui sibi per vite meritum et aliis proficiant in exemplum. et contra eundem priorem talia sint obiecta. quod [eum] non solum ab obtinendo. sed etiam. si promotus esset. repellerent ab obtento. quo loco et tempore se idem procurator offerebat legitime probaturum. non confirmandam electionem ipsam. sed infirmendam potius assererat. Nos igitur. auditis hiis et aliis que fuerunt proposita coram nobis. verbum Apostoli¹. dicentis: « Nemini cito manum imposueris² ». attendentes. ac volentes super hoc ex officii nostri debito providere.

1. Ms. : apostolici.

2. 1 TIM. V, 22.

devotioni tue. de fratrum nostrorum consilio. per apostolica scripta mandamus quatenus. vocatis qui fuerint evocandi. testes nominatos super articulis quos tibi sub bulla nostra mittimus interclusos. prudenter recipias et examines diligenter; et. auditis hinc inde propositis. causam. si de partium voluntate processerit. sine studeas canonico terminare. faciens etc. Alioquin ipsam sufficienter instructam ad nostrum remittas examen. prefixo partibus termino peremptorio competenti. quo nostro se conspectui representent. justam. auctore Domino. sententiam recepture. Dat. Viterbii. XVI kalendas julii. anno undecimo. »

3759

[1237.]

Articuli a procuratore regis Angliæ propositi. contra priorem Norwicensem et electionem de eo in episcopum Norwicensem a capitulo Norwicensi celebratam. super quibus testes sint recipiendi. — (REG. 18. f. 302 v^o; ann. XI. e. 113.)

« *De articulis obiectis .. electo Norwicensi.* Inter cetera ista fuerunt contra .. priorem Norwicensem. in episcopum Norwicensem electum. [objecta]. super quibus sunt testes recipiendi :

» Videlicet quod duxit originem de conditione servili ;

» Item quod longam corporis sui continentiam. filia teste. convincitur non habere ;

» Item quod tam electus quam electores commiserunt vitium symonie. emendo videlicet ab .. abbate de Belrepos jus patronatus ecclesiarum de Baweburk. [de] Himingham et de Costesheia ;

» Item quod tam electus quam electores commiserunt vitium symonie. recipiendo quosdam in monachos ecclesie sue. pecunia mediante. »

3760

Viterbe. 22 juin 1237.

Abbatibus Sancti Michaelis Discaleatorum de Pisis et Sancti Michaelis de Guano. Lucanæ diocesis. mandat quatenus. non obstantibus litteris ad archiepiscopum Transensensem super eodem negotio a Sede Apostolica impetratis. ad monasterium Pulsanense. quod ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinebat. abbas solacio destitutum. in spiritualibus deformatum et in temporalibus diminutum. accedat et ibi corrigenda et reformanda corrigat et reformet; insuper eidem monasterio in abbatem de persona idonea provident. cui faciant a subditis obedientiam exhiberi et per aliquem vicinorum episcoporum munus benedictionis impendi. recepturi ab eodem abbate pro Romana Ecclesia fidelitatis juramentum; formam autem juramenti quod idem

abbas praestiterit, per ejus patentes litteras, ipsius sigillo signatas, ad Sedem Apostolicam quantocius destinat. — (REG. 18, f. 302 v^o; ann. XI, c. 114; — cf. *supra*, n^o 3107.)

« .. Sancti Michaelis Discalciatorum, Pisan[*e*], et .. Sancti Michaelis de Guam[*o*], *Luenne diocesis*], abbatibus. Cum monasterium Pulsanense — Dat. Viterbii, X kalendas julii, anno undecimo. »

3761

Viterbe, 22 juin 1237.

Praeposito et capitulo Sancti Petri Wiscegradensis (= de Wischehrad, = de Vyschrad) concedit ut pro annuo censu duodecim marcarum, — quem Coelestinus [III] papa, propter vililitatem monetae qua tempore promissi census regnum Bohemiae utebatur, in quinque marcis boni argenti redege- rat, — annuum censum quinque marcarum annis singulis, cum vilitas monetae a tempore privilegii praedicti Coelestini papae fuisset probata, de cetero Ecclesiae Romanae persolvant. — (REG. 18, f. 303 r^o; ann. XI, c. 145; — POTTHAST 10110.)

« .. preposito et capitulo Sancti Petri Wiscegradensis. Cum olim in censuali libro nostro perspexerimus contineri quod ecclesia vestra, que ad nos nullo pertinet mediante, annuum censum duodecim marcarum tunc monete currentis Ecclesie Romanae solvere tenebatur, vobis proponentibus coram nobis quod per felices recordationis Coelestinum papam, predecessorem nostrum, propter vililitatem monetae qua tempore promissi census regnum Boemie utebatur, in quinque marcis boni argenti redactus fuerat idem census, prout ejusdem pape privilegium nobis exhibitum continebat, et supplicantibus ut eodem quinque marcarum censu dignaremur esse contenti : nos, qui nostris temporibus pati nolumus ut jura Sedis Apostolice minuantur, in hujusmodi negotio cautelam debitam adhibere volentes, venerabili fratri nostro .. episcopo Mersburgensi litteris nostris injunximus ut super vililitate monetae a tempore indulti ecclesie Wiscegradensis a Sede Apostolica privilegii, sollicitè inquireret veritatem, et quod super hoc tam per testes quam alias probationes legitimas inveniret, autenticis penes se pro cautela retentis, sub sigillo suo nobis fideliter intimaret. Qui, mandatum nostrum exequens sollicitè ac prudenter, depositiones testium productorum et alias probationes a vobis exhibitas ad nostrum remisit examen, sigillo proprio interclusas. Quas cum per dilectum filium magistrum Ber.¹, notarium nostrum, tunc causarum

1. Ber[nardum]?

Camere nostre auditorem, examinari fecerimus diligenter, quia vililitatem monetae a tempore dicti privilegii sufficienter invenimus esse probatam, nos, vestris supplicationibus annuentes, volumus ut annuum censum quinque marcarum boni argenti nobis et successoribus nostris, juxta praefati predecessoris nostri privilegium, annis singulis de cetero persolvatis. Dat. Viterbii, X kalendas julii, pontificatus nostri anno undecimo. »

3762

Viterbe, 26 juin 1237.

Priori provinciali fratrum Praedicatorum in provincia Terraconensi mandat quatenus ordinem Pauperum Catholicorum, nuper approbatum, visitet et reformet, eisque concedat ut unam, quam magis elegerint, de religionibus approbatis assument. — (REG. 18, f. 303 r^o; ann. XI, c. 146; — MOREAU 1191, f. 321; — POTTHAST 10411.)

« [...] priori provinciali fratrum Praedicatorum in provincia Terracon[ensi]. Qui celestia simul —. Hac siquidem ratione felices recordationis Innocentius papa, predecessor noster, inductus, venientes ad Sedem Apostolicam quondam Durandum de Najac et socios ejus, qui tunc temporis dicebantur Pauperes de Lugduno, paternam benignitatem suscipiens, et tam de articulis fidei et sacramentis Ecclesie quam de conversatione vite illos examinans diligenter, quia ipsos invenit et fidem sapere orthodoxam et catholicam astruere veritatem, nec non et vite laudabilem et honestam, eos, de fratrum suorum consilio, reconciliari fecit ecclesiastice unitati ac denunciari vere catholicos et fideles, prout in ipsius litteris perspeximus plenius contineri. Verum quia, sicut ex parte [...] prioris et fratrum Praedicatorum Pauperum in Terraconensi et Narbonensi provinciis existentium fuit propositum coram nobis, idem predecessor noster nullam eis concessit de regulis approbatis, sed, retento Pauperum Catholicorum nomine, ipsis ut procederent in azimis sinceritatis et veritatis¹, injunxit, nobis humiliter supplicarunt ut vel eis nomen Catholicorum Pauperum confirmare, vel unam de approbatis regulis concedere curarem. Ne igitur religionum diversitas gravem in Ecclesia Dei confusionem inducat, mandamus quatenus, de diocesanorum consilio et assensu, personaliter ad loca ipsorum accedens, ac impendens eisdem visitationis officium, vice nostra, corrigendo et reformando, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis officio no-

1. 1. Con. V. 8.

veris indigere, concedas eis ut assumant unam, quam magis elegerint, de religionibus approbatis, secundum ipsius regulam famulatum debitum Domino impensuri, ipsosque ad observationem ipsius postmodum per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas. Dat. Viterbii, VI kalendas julii, anno undecimo. »

3763

Viterbe, 25 juin 1237.

Willelmo Assalit, W. de Archiaco et Pontio de Ponte, canonicis Xanetonensibus, mandat quatenus quamdam pravam consuetudinem et juri contrariam, qua iudices monasterii Sanctae Mariae Xanetonensis, ordinis sancti Benedicti, et prioratum eadem monasterio subjectorum, in causis civilibus hominum terrae praedicti monasterii, « nec partes de calumpnia in causis hujusmodi nec testes prestare » faciebant « juramentum », in irritum revocent. — (Rég. 18, f. 303 v°; ann. XI, e. 117.)

« Willelmo Assalit, W. de Archiaco et Pontio de Ponte, canonicis Xanetonensibus. Homines terre monasterii —. Dat. Viterbii, VII kalendas julii, anno undecimo. »

3764

Viterbe, 22 juin 1237.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus processum prioris de Bolton et ejus conjugium in causa inter episcopum Lincolniensem, ex parte una, et priorem monasterii Sanctae Frideswidae, Lincolnienensis diocesis, ab eodem episcopo amotum, ex altera, exorta, irritum nuntiet, et eosdem iudices suspensos compellat ut ad ipsius papae praesentiam veniant, pro meritis recepturi. — (Rég. 18, f. 303 v°; ann. XI, e. 148.)

« O[toni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato. Ex parte venerabilis fratris nostri .. Lincolnienensis episcopi fuit propositum coram nobis quod, cum, ad repetitum sepe clamorem conventus monasterii Sanctae Frideswidae, sue diocesis, de incontinentia et aliis excessibus .. prioris ejusdem, qui de multis et gravibus fuerat infamatus, diligenter inquirens, ipsum ab officio prioratus, suis culpis exigentibus, per definitivam sententiam amovisset, et ille, proponens se ab eadem sententia Sedem Apostolicam appellasse, ac nullam faciens de incontinentia mentionem nostras ad .. priorem de Bolton, et conjuges suos, Eboracensis diocesis, impetrasset litteras, continentes ut, in appellationis causa legitime procedentes, confirmarent vel infirmarent sententiam, prout justitia suaderet : iidem iudices, non contenti quod

praedictam sententiam perperam infirmarunt, sed mandati fines nichilominus excedentes, ipsum¹, corrupti per sordes, in centum et quadraginta marcis, pro dampnis et expensis quas idem amotus in lite se fecisse asseruit, condemnarunt, sub pena suspensionis et excommunicationis injungentes eidem ut eas certo termino solvere procuraret. Propter quod ad nostram duxit audientiam appellandum. Quare fuit ex parte ipsius episcopi humiliter postulatum a nobis ut, cum dicti iudices male judicando fecerint litem suam, ipsos ad interesse vel in quantum bonum et equum religioni judicantis visum fuerit, faceremus eidem episcopo condemnari. Ideoque mandamus quatenus, si est ita, processum eorundem iudicum nullum esse penitus nuntians, ipsos suspensos venire ad nostram presentiam pro censuram ecclesiasticam, appellatione remota, co[m]pescas², pro meritis recepturos. Dat. Viterbii, X kalendas julii, anno undecimo. »

3765

Viterbe, 26 juin 1237.

Episcopo Olorensi, abbati Casae Dei, Auxitanae dioecesis, et fratri Willelmo Arnaldi, de ordine Praedicatorum, inquisitori haereticorum in partibus Tholosanis, mandat quatenus in negotio inquisitionis de excessibus Lascurrensis episcopi faciendae, — quod negotium antea priori Sanctae Mariae Deauratae de Tholosana, et archidiaconis de Levitania et Basiliquensi, Tarviensis diocesis, quorum processum Aegidius, Sanctorum Cosmae et Damiani diaconus cardinalis, irritaverat, a Sede Apostolica commissum fuerat, — procedant. — (Rég. 18, f. 303 v°; ann. XI, e. 149; — cf. *supra*, n° 2881.)

« .. episcopo Olorensi, .. abbati Casae Dei, Auxitanae dioecesis, et fratri W[illelmo] Arnald[us], de ordine Praedicatorum, inquisitori haereticorum in partibus Tholosanis. Cum olim dilectis filiis .. priori Sanctae Marie Deauratae, Tolosane, et .. de Levitania et .. Basiliquensi, Tarviensis dioc[es]um, archidiaconis nostris dederimus litteris in mandatis ut ipsi, ad ecclesiam Lascurrensis personaliter accedentes, super multis excessibus qui de venerabili fratre nostro .. episcopo Lascurrensi Apostolicae Sedi fuerant nuntiati, si super premissis infamatum p[re]fatum episcopum invenirent, inquirent super hiis³ plenius veritatem, et que de ipso episcopo invenirent, nobis per suas litteras intimarent.

1. Il faut entendre : *ipsum episcopum*.

2. Ms. : de Aurat.

3. Après *super multis excessibus* ... les deux mots *super hiis*, empruntés peut-être à la pièce 2881, paraissent superflus; de toutes façons, la phrase est mal construite.

ac. ejusdem ecclesie capitulo correctionis et reformationis officium impendentes. corrigere et reformare ibidem. que corrigenda et reformanda. solum Deum habentes pre oculis, invenirent: tandem, duobus ex eis in hujusmodi negotio perperam procedentibus. eodemque postmodum ad nos per appellationem delato. dilectum filium nostrum E[gidium], Sanctorum Cosme et Damiani diaconum cardinalem. concessimus partibus auditorem; qui, auditis et intellectis utriusque partis rationibus, examinatoque diligenter processu iudicium eorumdem, ipsum, quia contra justitiam attemptatus fuerat, mediante justitia irritavit. Nos igitur, prefate ecclesie ex officio nostro providere volentes, pre[ci]piendo mandamus quatenus in eodem negotio procedatis iuxta priorum continentiam litterarum, et. ne prefatum negotium, propter ministri defectum, aliquatenus retardari contingat. vobis et dilecto filio Arnaldo de Lobier, archidiacono Vallis Veteris, Lascurrensis diocesis. hujusmodi negotium prosequenti, per dictos episcopum et capitulum in expensis necessariis facientes usque ad finem negotii provideri, contradictores etc., usque: compescendo. eundem Arnaldum ab excommunicatione sententiis quas in litteris cardinalis predicti vobis transmissis, inveneritis annotatas, ad cautelam absolvere procuretis: proviso quod. si eum constituerit super eo pro quo excommunicatus existit, fuisse culpabilem. eundem ad satisfaciendum dietis episcopo et capitulo, [m]onitione premissa, per censuram ecclesiasticam. appellatione postposita. compellatis. Non obstante indulgentia que fratris ordinis fratrum Predicatorum a Sede Apostolica est concessa. ne de causis que sibi per litteras apostolicas committuntur. cognoscere teneantur. Quod si non omnes etc., tu, frater episcopo, etc. Dat. Viterbii, VI kalendas julii, anno undecimo. »

3266

Viterbe, 27 juin 1237.

Episcopum Convenarum vehementer increpat quod, antequam ad possessionem monasterii Silve Majoris restitutus fuerit, de prioratu Sancti Pauli, [Suessionensis diocesis], ad dictum monasterium pertinente, disposuisset. eique mandat quatenus quae contra mandata apostolica effecerit, revocet. — (REG. 18, f. 301 r; ann. XI, c. 150; — MOREAU 1191, t. 330; — cf. supra, n° 3734.)

« .. Convenarum episcopo. De nimia potes. si tamen vera sunt que dicuntur. non tam levitate quam ambitione notari, quod, sicut, dilectis filiis B., priore de Noveio, et monachis monasterii Silve Majoris referen-

tibus, nobis innouit. tu, adhuc existens in curia, et nondum ad possessionem ejusdem monasterii, a quo te amovendum duximus, restitutus. immemor eorum que tibi injunximus viva voce, quosdam provisores per litteras tuas, in quibus te restitutum dicebas, a prioratu Sancti Pauli, ad monasterium ipsum spectante, in quo per venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Suessionensem, loci diocesanum, de assensu et voluntate predictorum prioris et monachorum. ordinati fuerant, amoveri, et institui alios, et in nonnullis mutari statum ejusdem monasterii mandavisti. Ut igitur fame tue consulas et saluti, mandamus quatenus, si qua sunt per illas litteras, vel earum occasione, presumpta. sine difficultate qualibet prudenter revocans per te ipsum, que tibi viva voce mandavimus. celeriter studeas adimplere, ita quod nec ex dilacione dispendium nec ex dissimulatione ruborem incurrere te contingat. Alioquin damus venerabili fratri nostro .. episcopo Naxtonensi et dilecto filio .. abbati de Gundonio, Cisterciensis ordinis. Agennensis diocesis, nostris litteris in mandatis ut, te ad id, auctoritate nostra, sublato appellationis impedimento, cogentes, destituendi priores, eiciendi monachos qui venerunt seu miserunt etiam contra te, alienandi quoque vel obligandi bona prefati monasterii, et recipiendi mutuum, inquisitione pendente, interdicant tibi omnem penitus facultatem. Dat. Viterbii, V kalendas julii, anno undecimo. »

3267

Viterbe, 19 juin 1237.

Abbati Beatæ Mariæ de Josaphat Carnotensis mandat quatenus episcopum Carnotensem et magistrum Johannem dictum Presbyterum, ab eodem episcopo in canonium ecclesie Carnotensis, in decani Carnotensis et ejusdem ecclesie detrimentum, intrusum, citet, ut coram ipso papa se presentent, de illa intrusione responsuri. — (REG. 18, f. 304 r; ann. XI, c. 151; — MOREAU 1191, f. 326.)

« .. abbati Beate Mariæ de Josaphat Carnotensis. Dilectus filius .. decanus ecclesie Carnotensis exposuit coram nobis quod, licet in eadem ecclesia de antiqua et approbata consuetudine sit obtentum ut, cum episcopus aliquam vult in ea conferre prebendam, prius ipsi decano personam nominet, cui sit collatio facienda, que, si fuerit idonea, per ipsum ex parte capituli episcopo presentetur, et per indulgentiam Apostolice Sedis statutum et inhibitum esse noscatur, ne quis in alia ecclesia beneficium habens, nisi ei cesserit, efficiatur canonicus Carnotensis: nuper tamen venerabilis frater noster. Carnotensis episcopus, contra consuetudinem et indulgentiam

hujusmodi pro sua veniens voluntate, magistrum Johannem dictum Presbiterum, perjurum et excommunicationis vinculo innodatum, qui etiam contra ipsam ecclesiam in causa quam habet idem decanus cum [...] abbate et conventu monasterii Sancti Petri Carnotensis, usque ad finem cause patrocinari tenetur, prestito juramento, non renuntiato beneficio quod alibi obtinebat, post appellationem a .. procuratore ipsius decani ad nos legitime interjectam, sibi per alium pro sua voluntate faciens presentari, eum de facto, cum de jure nequiverit, instituit vel potius intrusit in canonicum ecclesie memorate, sibi prebendam que fuerat quondam G., Dunensis archidiaconi, conferendo, in non modicum detrimentum ipsius decani et ecclesie Carnotensis. Supplicante igitur ipso decano ut super hoc curaremus sibi et eidem ecclesie sine more dispendio providere, mandamus quatenus peremptorie dictos episcopum et magistrum ex parte nostra citare procures, ut infra duos menses post citationem tuam, se, cum rationibus suis, personaliter seu per procuratores idoneos, nostro conspectui representent, facturi et recepturi quod dictaverit ordo juris. Quod autem inde feceris, nobis per tuas litteras studeas intimare. Dat. Viterbii, XIII kalendas julii, anno undecimo. »

3768

Viterbe, 27 juin 1237.

Magistris Petro de Papa, subdiacono suo, et Petro de Columna, canonicis Parisiensibus, mandat quatenus Johannem, clericum Anagninum, cupientem scholasticis disciplinis insistere, in aliqua ecclesiarum provincie Romensis, consuetudine vel statuto, juramento vel alia firmitate vallatis, non obstantibus, etiam si in ecclesia in qua ei duxerint providendum, alii sit de mandato apostolico provixum, recipi faciant in canonicum, eique de prebenda, quam cito se facultas obtulerit, provideant. — (REG. 18. f. 301 v°; ann. XI, c. 152.)

« *Magistris P[etro] de Papa, subdiacono nostro, et P[etro] de Columna, canonicis Parisiensibus.* Quia, sicut sol —. Dat. Viterbii, V kalendas julii, pontificatus nostri anno undecimo. »

3769

Viterbe, 1^{er} juillet 1237.

Electo Rothomagensi committit Virziliacense monasterium visitandum, eique diversa dat mandata ad ejusdem monasterii reformationem et ad illud visitationis negotium parti-

mentia. — (REG. 18. f. 301 v°; ann. XI, c. 153; — MOREAU 1191. f. 332.)

« .. *electo Rothomagensi.* Olim monasterio Virziliacensi, quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, [...] abbate Belle Ville et collegis suis a Sede Apostolica [visitatoribus] deputatis, et ex parte [...] abbatibus ejusdem monasterii voce ad nos ab eis appellationis emissa, dicti visitatores, post appellationem eandem in negotio procedentes, post diversas obtentas a nobis litteras processum suum ad Sedem Apostolicam transmiserunt. Procuratoribus igitur ipsius abbatibus Virziliacensis, ex parte una, et J[ohanne] de Edua et Guidone, monachis dicti monasterii, de predictorum visitatorum mandato visitationis negotium prosequentibus, ex altera, propter hoc in nostra presentia constitutis, dilectum filium nostrum S[tephanum], tituli Sancte Marie Transyberim presbiterum cardinalem, eis concessimus auditorem. Coram quo petentibus dictis monachis dictum aperiri processum, sibi que de expensis factis et faciendis in prosecutione negotii provideri, ac ex adverso prefatis procuratoribus respondentibus id fieri non debere, cum fuisset coram eo tam super hoc quam super diversis appellationum causis et quibusdam aliis articulis diutius litigatum, tandem Gaufridus, monachus, predictorum J[ohannis] et G[uidonis] socius, superveniens, et a venerabili fratre nostro .. episcopo Autisiodorensi et collega ipsius, quibus premissa appellationis causam commisisse dicitur, ex manifesto gravamine appellasse proponens, appellationis sue negotium [aliis] committi petiit cognoscendum. Cum autem idem cardinalis ea que fuere proposita coram ipso, nobis et fratribus nostris prudenter et fideliter retulisset, nos, attendentes quod, per varietates appellationum hujusmodi et litigiorum circuitus, grave monasterium ipsum patiebatur in spiritualibus et temporalibus detrimentum, ac volentes eidem ex officii nostri debito providere, mandamus quatenus, premissis litteris et processibus per eas habitis, nec non et appellationibus interjectis nequam obstantibus, adhibitis tibi visitatoribus generalibus, si fuerint in Lugdunensi provincia, susceptionis presentium tempore, deputati, una cum eis vel ipsorum duobus, alioquin solus, personaliter ad monasterium supradictum accedens et habens pre oculis solum Deum, impendas ipsi, juxta formam dictis visitatoribus traditam, visitationis officium, vice nostra, et tam ordinationes nuper a nobis super reformatione ordinis et observantia regulari, quam statuta salubria a venerabili fratre nostro .. Nivernensi episcopo et collegis suis,

visitoribus deputatis a Sede Apostolica eidem monasterio. edita. et alia regularia instituta facias ibidem inviolabiliter observari, ac predictos J[ohannem], G[uldonem] et G[aufridum], ac monachos alios qui, occasione prefate visitationis, exierunt de monasterio memorato, fraterna in Domino caritate tractari. Si quas vero sententias contra predictos monachos eadem occasione inveneris esse latas. denunties non tenere. eos nichilominus, si per te inventi fuerint culpabiles, pena debita castigando. Ceterum, cum Johannes, Guido et Gaufridus predicti de mandato visitorum visitationis negotium fuerint prosecuti, prout superius est expressum, et pro reformatione monasterii longo tempore laborarint, volumus et mandamus ut, pro expensis factis in ipsius prosecutione negotii, septuaginta libras Turonen[sium] eis facias sine difficultate qualibet ab abbate persolvi. nisi ex adverso probatum fuerit, infra mensem post monitionem tuam, eos tantundem de bonis monasterii percepisse. ab omnibus aliis expensis prefatum monasterium et abbatem denuntians non teneri. Contradictores etc. Dat. Viterbii. kalendis julii, anno undecimo. »

3770

Viterbe, 5 juillet 1237.

Aegitiani episcopo concedit ut, — cum in confinio Aganorum quaedam essent loca deserta, de quibus non erat in memoria hominum, quod ibi fuerint Christiani, et, licet plurimum expediret ut eadem fideles incoheret, nullus tamen adhuc potuisset reperiri, qui ad hoc pecuniam et laborem sufficientem impenderet; cum quoque castra Sarraconorum capta, pro defectu sumptuum, desererentur, propter quod infideles poterant de facili illa occupare et in Christianorum praedivitiis fortius communiare; cum insuper ipse episcopus pro populatione ac retentione eorundem locorum expensas facere esset paratus, — illa suae dioecesi aggregare possit. — (Reg. 18, f. 305 r°; ann. XI, c. 154; — MOREAU 1191, f. 326 A.)

« .. Egitiani episcopo. Gravis et diuturna —. Dat. Viterbii. III nonas julii, anno undecimo. »

3771

Viterbe, 10 juillet 1237.

Archiepiscopo Rothomagensi, episcopo Parisiensi et abbati Cisterciensi mandat quatenus, Willelmo, abbate Praemonstratensi, ad administrationem Praemonstratensis monasterii restituto, inquirent de causa inter eundem Willelmum et quosdam ejusdem monasterii visitatores exorta, et eidem abbati, nec non et priori et conventui Praemonstratensibus terminum peremptorium praefigant, quo coram papa se prae-

sentent. — (Reg. 18, f. 305 r°; ann. XI, c. 155; — MOREAU 1191, f. 328 A.; — cf. *supra*, n° 3586.)

« .. archiepiscopo Rothomagensi, .. episcopo Parisiensi et .. abbati Cisterciensi, Cabillonensis diocesis. Cum dudum Willelmo, Praemonstratensis abbas, ad nostram presentiam accessisset, nos, intellecto quod Hugo, quondam prior Praemonstratensis, in abbacia Praemonstratensi fuerat intrusus contra sui ordinis instituta, de fratrum nostrorum consilio eum inde sententialiter amoves, dictum Willelmum restituimus ad eandem, providendo quod, postquam idem abbas plenam restitutionem haberet, si quis super eadem abbacia questionem movere vellet eidem, ad examen Sedis Apostolice questio hujusmodi deferretur, primo te, filii abbas, et collegis tuis, deinde vobis executoribus deputatis. Nuper autem dilecti filii .. Sancti Martini Laudunensis, et .. Cussiaccensis et quidam alii abbates Praemonstratensis ordinis, et .. prior et conventus Praemonstratenses, proponi facientes, inter cetera, coram nobis quod, cum per eodem Sancti Martini Laudunensis et Cussiaccensem abbates, ejusdem ordinis, tertio ipsorum collega, videlicet .. abbate Floreffiensi, excusato legitime ac committente duobus reliquis vicem suam, visitatio fieret in eadem, prout annuatim per ipsos abbates fieri consuevit, secundum privilegium et consuetudinem ordinis approbatam, et contra personam ipsius abbatis ex parte conventus multa essent objecta, propter quae depositionis ei periculum imminabat, probationibus jam paratis, idem abbas, dicens quod cedebat abbacie regimini, suum in manibus dictorum visitorum sigillum spontaneus resignavit et absolverit ab obedientia sua conventum, .. abbati de Lucerna, quem sibi elegerat, tanquam canonicum ejus, nichilominus obedientiam faciendo, ut inquisitionem effugeret memoratam, super hiis provideri ecclesie et ordini Praemonstratensibus cum instantia postularunt. Quocirca mandamus quatenus, relaxantes ad cautelam suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententias, si quae a vobis, vel prefatis executoribus vel eodem² Praemonstratens[is], in memoratos priorem et conventum, vel eorum aliquos, aut in personas ordinis, prolatae fuerint, et revocantes nichilominus in irritum quicquid per vos vel eosdem in prejudicium personarum ordinis et nuntiorum eorum extitit attemptatum, postquam dicti nuntii iter arripuerint ad Sedem Apostolicam veniendi, eodem Willelmo ad administrationem, tam in spiritualibus quam

1. Ms., : quas.

2. Ms., : eidem.

in temporalibus, plenarie restituto, postquam pacificam possessionem habuerit, inquiratis apud ipsam ecclesiam, de plano et sine judiciali strepitu, super premissis et aliis negotiis contingentibus, plenius veritatem, que inveneritis, nobis fideliter rescripturi; prefigendo tam eidem abbati quam priori et conventui supradictis terminum peremptorium competentem, quo se nostro conspectui per procuratores idoneos, vel idem abbas personaliter, representent, justam a nobis, auctore Deo, sententiam recepturi; interim ipsi abbati deponendi abbates vel animadvertendi in eos, eiciendi vel excommunicandi canonice ad hoc ut testium copia subtrahatur, contrahendi debita contra statutorum nostrorum tenorem, alienandi bona ipsius ecclesie vel etiam aliarum, collectas vel exactiones ab ecclesiis seu grandis ordinis faciendi, vel alius exercendi, propter quod monasterium Premonstratense vel ecclesie ordinis grave detrimentum in spiritualibus et temporalibus patiatur, interdicta penitus potestate. Non obstantibus aliquibus litteris a Sede Apostolica impetratis, que plenam de premissis non faciant mentionem, et indulgentia qua ipsi ordini est indulgum ut, si que cause inter ecclesias vel personas ordinis super spiritualibus fuerint committende, non alius quam personis ordinis committantur, et constitutione de duabus dietis —. Dat. Viterbii, VI idus julii, anno undecimo. »

3772

Viterbo, 1 juillet 1237.

Abbati et priori Locii Crescentis, Bisuntinae diocesis, mandat quatenus, ad monasterium Lutrense (= Lure), Bisuntinae diocesis, — quod ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinebat, quodque, quorundam nobilium eidem vicinorum, qui suos ibidem procurabunt praefici, faciente analitia, tanto tempore dicebatur vacavisse, quod ad Sedem Apostolicam ejus ordinatio erat devoluta, — accedant et ibidem corrigenda et reformanda reformet et corrigant; insuper provideant eidem monasterio de persona idonea in abbatem, cui, ab ipsis confirmato, faciant munus benedictionis impendi et obedientiam exhiberi, recepturi ab eo pro Romana Ecclesia fidelitatis juramentum; formam autem juramenti quod idem abbas praestiterit, ad Sedem Apostolicam per litteras ejusdem abbatis, ipsius sigillo signatas, quatenus transmittant. — (REG. 18, f. 305 v; ann. XI, c. 156.)

« .. abbati et [..] priori Locii Crescentis, Bisuntinae diocesis. Ex parte dilectorum —. Dat. Viterbii, IIII nonas julii, pontificatus nostri anno undecimo. »

GRÉGOIRE IX, t. II.

3773

Viterbo, 11 juillet 1237.

Abbatibus Sancti Crispini Majoris Suessionensis, Sancti Vincentii Laudunensis et Cari Campi mandat quatenus Reginaldum, priorem de Cruce Sancti Adoeni, Sancti Medardi Snessionensis monachum, si cum idoneum repererint, in abbatem praedicto monasterio Sancti Medardi, instantem postulante ejusdem monasterii conventu, praeficiant, eique faciant obedientiam exhiberi et munus benedictionis impendi, recepturi ab eo pro Romana Ecclesia fidelitatis juramentum; alioquin faciant eidem monasterio de alia persona idonea per electionem canonicam provideri; formam autem juramenti quod idem abbas praestiterit, per litteras ejusdem abbatis, ipsius sigillo signatas, ad Sedem Apostolicam quatenus transmittant. — (REG. 18, f. 305 v; ann. XI, c. 157.)

« .. Sancti Crispini Majoris Suessionensis, .. Sancti Vincentii Laudunensis et .. Cari Campi, Cisterciensis ordinis, abbatibus, Ambianensis diocesis. Presentatum nobis electionem quam nuper in abbatem suum dilecti filii .. prior et conventus monasterii Sancti Medardi Suessionensis, ad nos, ut dicitur, nullo medio pertinentis, de dilecto filio fratre Reginaldo, priore de Cruce Sancti Adoeni, ejusdem monasterii monacho, celebrarunt, facientes examinari, prout convenit, diligenter, licet ipsam canonicam invenerimus quoad formam, qua tamen electus, ante confirmationem obtentam, administrationi spiritualium nimis prepropere se ingressit, recipiente monachis obedientiam manalem, prout dilecti filii Robertus, prepositus de Riparia, et Eustachius de Duaco, monachi dicti monasterii, procuratores predictorum prioris et conventus, confessi sunt coram nobis, eam justitia cassavimus exigente. Verum iidem procuratores nobis humiliter supplicarunt ut, cum idem prior de Cruce in hoc non ex malignitate, sed ex simplicitate peccarit, et, propter prerogativam meritum ipsius et instantem necessitatem ac utilitatem monasterii, vota omnium fratrum in multa concordia convenerint in eundem, provideri de ipso prefato monasterio mandaremus —. Dat. Viterbii, V idus julii, anno undecimo. »

3774

Viterbo, 11 juillet 1237.

Episcopo Olorensi, abbati Casae Dei, Auxitanae diocesis, et fratri Willelmo Arnaldi, de ordine Praedicatorum, inquisitori haereticorum in partibus Tholosanis, — quibus paulo antea, per litteras supra sub numero 3765 notatas, inquisitionem de excessibus Lascarronis episcopi commiserat, — mandat quatenus, non obstante earundem litterarum tenore, super aliis peccatis de praetato episcopo, qui, inter alia,

hominibus maculatur, nuntiatis, inquirunt, mandata, p[re]sentiam
idem negotium confirmantia addens. — (Reg. 18, l. 306 v°;
ann. XI, c. 158.)

.. episcopo Olorensi, .. abbati Cisterciensis, .. archidiacono
Tolosanensi, et fratri Willelmo Arnald[i], de ordine Prædicatorum,
inquisitori hereticorum in partibus Tolosanensibus. Ad nostram
olim noveritis audientiam pervenisse quod Lascurrrensens
canonicus —, concubinarum filias quas publice reti-
nent, more sibi secularium copulatas, de bonis prefate
ditantes et dotantes [Lascurrrensens] ecclesie, ac ejus
redditus seu applicantes usibus parentele —, solum
religionis habitum deferunt —, se turpibus non dubi-
tantes questibus immiscere. Porro hiis venerabilis, si
dici potest, frater noster .. episcopus Lascurrrensens
causam dare dinoscitur, qui —, more furis non intrans
per ostium, in locum alterius, quem canonicus sciebat
electum, licet, plures curas animarum habeens, ineligibilis
esset, intrudi, [et], intrusionis sue pendente causa,
se fecit in episcopum consecrari —. Idem etiam irre-
gulariter in regulari conversatur ecclesia, eos qui fe-
cundiores sibi offerunt pecunie loculos, ad ordines et
beneficia promovet veluti magis dignos, et, sacrilegio
et perjurio et aliis diversis criminibus maculatus, alio-
rum non audeat errata corrigere, cum tacitus ipse sibi
respondeat eadem se que corrigi, commisisse. Propter
quod — dilectis filiis .. priori Sancte Marie Deaurate 1,
Tolosane, et .. de Levitania et .. Basiliquensi, Tar-
vicensis diocesis, archidiaconis dedimus nostris litte-
ris in mandatis ut ipsi, ad Lascurrrensensem ecclesiam
[etc., ut in epistola supra sub numero 3765 notata,
paucis mutatis, usque :] mediante justitia irritavit.
Nunquam autem, inter cetera, illud horribile facinus,
quod premissa scelera sicut novitate sic et crudelitate
superat, nostris auribus de ipso episcopo, quod cum
dolore referimus, nuntiatur, quod idem, electum pre-
dictum ad statum a quo ipsum sua fraude dejecerat,
reducere, sequi a loco quem turpiter occuparat, turpius
deici, ex conscientia corrupta presagens, et malitie ve-
teris Caii heres existens, ipsum per Augerium de Mor-
lano, nepotem suum, interficere miserabiliter procuravit.
Insuper, Arnaldum 2 de Forcada presbiterum, canoni-
cum Lascurrrensensem, sine manifesta et rationabili causa
in cimiterio ecclesie Beati Juliani faciens inhumaniter
publice verberari, eum, donec non modica extitit ob
hoc soluta sibi pecunie quantitas, tenuit carceri man-
cipatum. Nos igitur, prefate ecclesie ex officio nostro

providere volentes, mandamus quatenus, [non obstante
alio inquisitionis tenore ad vos obtento] 1, super pre-
missis excessibus de prefato episcopo nuntiatis, in
loco tuto ubi expedire videbitis, de plano et remotis
frivolis exceptionibus que ad retardationem negotii
obici poterunt, inquiratis plenius veritatem, et que de
ipso episcopo inveneritis, nobis per vestras litteras
fideliter intinnetis, ut in hiis procedamus juxta quod,
secundum Deum, viderimus procedendum, et, contra
B. de Denguin, archidiaconum ejusdem ecclesie, qui
de morte dicti electi dicitur culpabilis extitisse, in-
quisita plenius veritate, tam dicto episcopo quam eidem
archidiacono peremptorie 2 competentem terminum pre-
ligatis, quo nostro se conspectui representent, pro me-
ritis recepturi. In aliis vero capitulo Lascurrrens[is]
personaliter, appellatione remota, correctionis et re-
formationis officium impendatis, invocato ad hoc, si
opus fuerit, auxilio brachii secularis. Ceterum, ne pre-
fatum negotium, propter ministri defectum, retardari
contingat [etc., ut in eadem epistola supra sub nu-
mero 3765 notata, usque in finem]. Dat. Viterbii,
V idus julii, anno undecimo. »

3755

Viterbe, 15 juillet 1237.

Herdensi et Vicensi episcopis, et fratri Raymundo, ordinis
Prædicatorum, capellano et penitentiario suo, mandat qua-
tenus, — cum regnum Majoricarum, dudum a Sarracenis in-
vasum, cultui Christiano, per ministerium regis Aragonum et
aliorum fidelium, restitutum fuisset, — ecclesie Majoricane,
pastore carenti, talem præficiant in episcopum et pastorem,
qui tanto congruat oneri et honori; ei faciant a subtilis ejus
obedientiam debitam exhiberi et consecrationis gratiam
impendant, recepturi ab eo pro Romana Ecclesie fidelitatis
juramentum. — (Reg. 18, l. 306 v°; ann. XI, c. 159; — MO-
REAU 1191, l. 327 A, *partim* ex RAYNALDO; — POTTHAST 10415.)

« .. Herdensi et .. Vicensi episcopis, et R[aimundo],
ordinis fratrum Prædicatorum, capellano et penitentiario
nostro. Licet, secundum Apostolum —. Dat. Viterbii,
idibus julii, anno undecimo. »

3776

Viterbe, 15 juillet 1237.

Eisdem mandat quatenus, si Tortusensis episcopus, a con-

1. Le membre de phrase que nous imprimons ici entre cro-
chets / a été ajouté, de la même main que le corps du texte, dans
la marge.

2. Sic, probablement pour *peremptorium*.

1. Ms., de Aurat. — Cf. *supra*, t. II, col. 698, note 2.

2. Ms.: Arnald.

« fractus senio et corporis debilitate gravatus », pastorale officium, sicut ipsi papae proponebatur, non jam posset adimplere, cessionem ejus recipiant, eique de bonis episcopaliibus pro sustentatione sua provisionem honestam et congruam assignent. — (REG. 18, f. 307 r°; ann. XI, c. 160.)

« *Eisdem*. Prudenter agnoscentis venerabilis —. Dat. ut supra. »

3777

Viterbe, 15 juillet 1237.

« *Eisdem* mandat quatenus, accedentes ad ecclesiam Oscensensem vacantem, ejus provisio ad Sedem Apostolicam erat devoluta, talem ei praeficiant « in episcopum et pastorem, de » gremio ejusdem ecclesiae, si fuerit inventus idoneus, alioquin aliunde, qui tanto congruat oneri et honori », et faciant ei a subditis ejusdem ecclesiae obedientiam debitam exhiberi et « a suffraganeis Terraconensis ecclesiae, absque ipsis » ecclesiae Terraconensis [tunc vacantis] prejudicio, cui dicta » Oscensis ecclesia metropolitico jure » suberat, munus consecrationis impendi. — (REG. 18, f. 307 r°; ann. XI, c. 161.)

« *Eisdem*. Ecclesia Oscensi vacante —. Dat. ut supra. »

3778

Viterbe, 13 juillet 1237.

« *Eisdem* episcopo Emonensi et electo Tergestino, quibus jam inquisitionem faciendam ipse papa commiserat super negotio cathedralis ecclesiae in monasterio de Oberemburch creandae vel ecclesiae Petenensis ad illud transferendae, plane designat super quibus articulis inquirere debeant. — (REG. 18, f. 307 r°; ann. XI, c. 162; — cf. *supra*, n° 3590.)

« .. episcopo Emonensi et .. electo Tergestino. Supplicavit nobis venerabilis frater noster .. patriarcha Aquilegensis ut, cum dioecesi suam, propter diffusionem ipsius, non absque animarum discrimine, nequeat visitare, in monasterio de Oberemburch, ordinis sancti Benedicti, quod ad ipsum nullo modo pertinere proponitur, creandi cathedralem ecclesiam, vel transferendi ad illud Petenensem ecclesiam, quae adeo dicitur desolata, quod, paucis vel nullis canonicis morantibus in eadem, de reformatione ipsius spes aliqua non supersit, sibi licentiam largiremur. Nos quidem, ejus precibus inclinati, vobis dedimus in mandatis ut, si hoc Aquilegensis [ecclesiae] expediret et ad id capituli sui consensus accederet, nec non de statu Petenensis ecclesiae, et si dictum monasterium ex hoc servetur indemne, et utrum sufficiens ac idonea provisio futuris episcopo et capitulo assignetur, ac de universis negotiis

circumstantiis sollicitè inquirentes, quae inveneritis, nobis fideliter vestris curaretis litteris aperire. Vos quidem rescripsistis nobis quod, ad creationem hujusmodi cathedralis ecclesiae capituli Aquilegensis accedente consensu, patriarcha predictus futuro episcopo redditus trecentarum et quinquaginta marcarum argenti, computatis proveniunt memorati monasterii, cujus statu in melius reformato, fratur numerus ibidem augeri creditur, cum larga dioecesi assignavit. Verum, cum, si[cut] prudenter advertitis, nobis juxta mandati nostri seriem non duxeritis plenarie rescribendum, iterato vobis per apostolica scripta mandamus quatenus, quantum dioecesis assignata eidem cathedrali ecclesiae in longum protendatur et latum, et si populata sit, nec non quot in ea plebes et ecclesiae habeantur, et quantitatem reddituum monasterii sepedicti, et etiam quantum de suo prefatus patriarcha jamdudum cathedrali ecclesiae providerit assignandum, sollicita diligentia perquirentes, quod inveneritis, nobis fideliter rescribitis, scituri quod modica nobis videtur provisio quam vestris litteris expressistis. Dat. Viterbii, III idus julii, anno undecimo. »

3779

Viterbe, 15 juillet 1237.

« *Magistro Johanni de Dia*, clerico, — supplicante Valentinae ecclesiae procuratore, cujus obsequiis idem Johannes insistebat, — concedit ut, non obstante quod unum obtinebat beneficium cum cura animarum, liceat ei aliud, similem curam habens, recipere et retinere, proviso quod in eorum altero personaliter serviat et in altero faciat per idoneum vicarium deserviri. — (REG. 18, f. 307 v°; ann. XI, c. 163.)

« *Magistro Johanni de Dia*, clerico. Ad faciendam libri —. Dat. Viterbii, idibus julii, anno undecimo. »

3780

Viterbe, 16 juillet 1237.

« *Otoni*, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus sorores monasterii de Cornebury, Hierofordensis dioecesis, regulam beati Augustini profiteri volentes, ab observantia ordinis Hospitalis Hierosolymitani absolvat, eisque concedat ut secundum eandem regulam in eodem monasterio vivere valeant. — (REG. 18, f. 307 v°; ann. XI, c. 164; — J. DELAVILLE LE ROUX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II (1897), p. 513, n° 2167; — cf. *supra*, n° 3103.)

« *Otoni*, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono

sardenti, Apostolice Sedis legato. Meminimus nos dudum venerabili fratri nostro .. episcopo Coventrensi dedisse nostris litteris in mandatis ut dilectis in Christo filiabus sororibus monasterii de Cornelur.. Herefordensis diocesis, ab observantia ordinis Hospitalis Jerosolimitani, cujus habitum ex quadam simplicitate susceperat, absolueret. paratis beati Augustini regulam profiteri, concederet ut secundum ipsam valeret ibidem vivere et dignum Domino reddere famulatum, maxime cum in ordine Hospitalis ipsius non consueverit fieri collegium dominarum. Verum, cum negotium huiusmodi, propter fratrum dicti Hospitalis in Anglia difficultates et dilaciones nimias per quinquennium et amplius protelatum, perduci non potuerit ad effectum, procuratoribus tandem partium, propter hoc apud Sedem Apostolicam constitutis, venerabilem fratrem nostrum .. Sabinensem episcopum concessimus auditorem. Nos igitur, ab eodem nobis fideliter recitatis que procuratores ipsi proposuerant coram eo, tam predictorum fratrum quam sororum ipsarum honestati ex officio nostro salubriter ac ita finaliter providere volentes, ut idem negotium ulterius per inania minime deducatur, mandamus quatenus, prefatas sorores regulam beati Augustini profiteri volentes, ab observantia ordinis memorati Hospitalis alsolvens, ipsarum habitu deposito et professione recepta, concedas eisdem ut secundum iamdudum regulam illi vivere valeant et dignum Domino reddere famulatum; Hospitalis prefati et cuiuslibet alterius in omnibus aliis iure salvo. Contradictores etc. Dat. Viterbii, XVII kalendas augusti, anno undecimo. »

3781

Viterbe, 21 juillet 1237.

Laoniensi et Ardiactiensi episcopis, nec non abbati Sancti Thomae Dublinensis mandat quatenus de causa electi Clochorensis e-
clesie inquirant et referant. — (REG. 18, f. 307 v°; ann. XI, c. 165; — POTTHAST 10419.)

« .. Laoniensi et .. A[r]diactiensi episcopis, et .. abbati Sancti Thomae Dublinensis. Constitutus in presentia — . Dat. Viterbii, XII kalendas augusti, anno undecimo. »

3782

Viterbe, 18 juillet 1237.

Abbati monasterii Beatae Mariae de Burgo Medio Blesensis, archidiacono Blesensi et fratri Johanni de Monte Mirabili, ordinis Praedicatorum, mandat quatenus causam exortam inter Guillelmum de Buxis, praepositum ecclesiae Remensis,

ex parte una, et decanum Aurelianensem, Rogerium, archidiaconum de Balgentiaco, G[ui]donem?, magistrum scholarum Aurelianensem, et magistrum P. de Toriaco, canonicum Aurelianensem, ex altera, super electione de eodem praeposito in episcopum Aurelianensem ab ipso decano et aliis primum celebrata, et deinde quasi nulla oppugnata, ad Sedem Apostolicam decidendam remittant. — (REG. 18, f. 308 v°; ann. XI, c. 166; — MOREAU 1191, f. 332 A; — POTTHAST 10418; — cf. Ch. CUISARD, *Élection de Guillaume de Bussi ...*, dans *Mémoires de la Société archéologique et historique de l'Orléanais*, t. XXV (1894), p. 561-620.)

« .. abbati Beate Marie de Burgo Medio et .. archidiacono Blesensibus, Carnotensis diocesis, et fratri Johanni de Monte Mirabili, ordinis Praedicatorum. Subrota inter dilectos filios G[uillelmum] de Buxis, praepositum ecclesiae Remensis, ex parte una, et .. decanum, R[og]erium, archidiaconum de Baugentiac, G., magistrum scholarum, et magistrum P. de Toriaco, canonicum Aurelianens[em], ex altera, super electione in episcopum Aurelianensem de praeposito ipso facta, materia questionis, Th. clericus, ejusdem praepositi procurator, et idem decanus et praedicti tres propter hoc ad Sedem Apostolicam accesserunt. Quibus in nostra presentia constitutis, dictus praepositus procurator quod, ecclesia Aurelianensi vacante, et die ad eligendum praefixa, praesentibus, tum per se tum per procuratores idoneos, omnibus qui debuerunt, voluerunt et potuerunt comode interesse, ac Spiritus Sancti gratia invocata, post tractatus varios et diversos, sex de collegio fide dignis, quorum unus decanus extitit memoratus, eligendi, vice omnium, de gremio ipsius ecclesiae vel eliam aliunde, plenam capitulum contulit potestatem, usque ad consumptionem cujusdam candele, deputate ad hoc specialiter, duraturam; qui, tractatu inter se habito diligenti, in eundem praepositum, virum utique litteratum, providum et honestum, consenserunt unanimiter, ac de ipso eidem ecclesiae providerunt; quem dictus decanus, pro se et quinque reliquis fide dignis, de mandato et consensu ipsorum, in episcopum Aurelianensem elegit, et, durante adhuc candela praedicta, ipsum electum, prout spectabat ad eum, de ipsius ecclesiae consuetudine, nominavit, personam ejusdem, huiusmodi electionem in ecclesia publicam, omnibus qui ad eam convenerant, multipliciter commendando. Praefatus vero praepositus,

1. HAURÉAU, *Notices et extraits des manuscrits, etc.*, t. XXI, II^e partie, p. 240, et, d'après lui, POTTHAST ont imprimé *Toriaco*; *Toriaco* (= *Toury*) est bien la forme donnée par le *Registre* ici et dans la pièce 170 de la XII^e année.

a venerabili fratre nostro .. archiepiscopo et capitulo Remensis postulatus et ab eis eidem ecclesie Aurelianensi concessus. ad nuntiorum ipsius et multorum religiosorum instantiam electioni de se facte consensit; que omnia, vel aliqua que sufficiant, predictus procurator tum per decretum electionis tum per alia instrumenta que decanus ipse subripuit, ad quorum exhibitionem ipsum petiit coartari, et probationes alias, se obtulit probaturum. Unde a nobis humiliter postulavit ut, eidem decano et sequacibus suis, qui, contra factum proprium temere veniendo, adversus electum ipsum materiam discordie suscitarent, silentium imponentes, premissam electionem, de viro multe litterature, honeste vite et clare fame canonice celebratam, auctoritate curarum apostolica confirmare¹, multis magnorum virorum nobis litteris presentatis, qui eum apud nos multipliciter commendarunt. Ex adverso vero decanus proposuit memoratus quod, ecclesia supradicta vacante, de communi assensu capituli, sex predictis sub hac forma commissa fuit potestas providendi ecclesie, vice omnium, de pastore, videlicet ut primo tractarent de persona idonea de gremio ipsius ecclesie ac providerent de illa, si omnes in eam unanimiter concordarent; alioquin de alia dumtaxat idonea extra gremium ejusdem ecclesie undecumque; potestate ipsorum tamdiu duratura quamdiu accensa candela duraret, que ad hoc fuerat deputata. Die autem ad eligendum prefixa, Gervasius, ejusdem ecclesie canonicus, citra voluntatem capituli super quoddam lignum quod erat in capitulo, posuit globum cere, cui candela superposita extitit antedicta. Cum autem predicti sex, tracta[n]tes inter se diutius, non possent in unam venire personam, et jam finiretur candela, duobus de capitulo euntibus ad ostium domus in qua erant, et clamantibus successive ut festinarent, quia vix possent redire ad capitulum candela durante, tandem, consumpta jam candela, ita quod licinius² occiderat super lignum, quod, beneficio cere supposite, tantum ardebat adeo debilitet, quod .. succentor, timens ne extingueretur penitus flatu venti vel aura, motu transeuntium³ consurgente, tenebat capam suam interim⁴ circa illud, idem decanus dixit quod in eundem prepositum concordarunt. Quo facto, statim decanus, proponens ad se nominationem electi, ratione decanatus

sui, spectare, cum quereret tam a compromissariis quam aliis canonicis qui erant in capitulo tunc presentes, si vellent ut dictum prepositum eligeret, vice omnium, et tanquam decanus ex parte sua nominaret eundem, et responsum fuisset ei ab uno de canonicis ut hoc a singulis quereretur, ab omnibus canonicis tunc presentibus in capitulo, non inchoando a compromissariis vel majoribus de ecclesia, sed singillatim a singulis¹, prout sedebant, in ordine requisivit. Quibus annuentibus requirenti, predictus decanus, quibusdam de canonicis absentibus, qui post factum compromissum diverterant ad hospitia sua, dixit: « Et ego, in » nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, eligo prepositum Remensem, magistrum Willelhum² de » Buxis, vice omnium, et ipsum ex parte mea tanquam » decanus nomino in episcopum et pastorem. » In quorum prolatione verborum erat predictus licinius³ jam extinctus. Hiis itaque sic peractis, littera decreti, in qua scriptum erat: « Ego decanus elegi et subscripsi », et sic de quolibet et aliorum, sequenti die veneris facta fuit, et fere ab omnibus sigillata. Die vero sabbati subsequenti, presentes canonici nichilominus plures litteras sigillarunt, quarum quedam ad prepositum, pro consensu, quedam autem ad archiepiscopum et quedam ad capitulum Remens[es] predictos, pro eodem preposito Aurelianensi ecclesie concedendo, quedam vero ad venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Senonensem, pro confirmatione obtinenda, ex parte capituli mittebantur: non tamen continebatur in earum aliquibus, quod propter hoc aliqui nuntii mitterentur. Cum autem decanus et multi de capitulo, arrepto itinere, Parisius pervenissent, et, auditis multis sinistris de ipso preposito, et habito cum viris religiosis et jurisperitis consilio, diceret² .. archidiacono de Soliaco, Roberto et quibusdam aliis canonicis qui ibant cum ipso, quod salva conscientia et fidelitate qua tenebatur ecclesie, per ea que audierat et dicerat, non poterat ulterius in negotio ipso procedere, nec debebat, sed redire ad capitulum ut super hiis quid facto opus esset, consilium haberetur: quia dictus archidiaconus de Soliaco et quidam alii canonici se ituros ad electum nichilominus asserabant, decanus idem inhibuit, et tam ipse quam dictus magister seolarum qui erat cum eo, ne ex parte capituli requireretur assensus prepositi, ad nostram audientiam appellarunt: et sic, quibusdam de sinistris ipsis eidem expositis, decanus

1. HAUREAU: celebrari.

2. Forme altérée du mot *elychnium* (mèche). — Dans la pièce précitée 170 de la XII^e année: *licinium*.

3. *Ibid.*: *transeuntium*.

4. HAUREAU: inter.

1. HAUREAU: singillatim et singulis.

2. Dans la pièce précitée 170 de la XII^e année: *licinius*.

3. Sous-entendu: *idem decanus*.

redit ad capitulum, exponens eis reditus sui causam. Ceterum prefatus archidiaconus de Soliaco, R[obertus] et quidam de supradictis, appellatione contempta, nichilominus ad prepositum accesserunt, consensum ejus, ut dicitur, requirentes, quamquam super hoc non haberent litteras capituli nec mandatum; ad quorum petitionem idem prepositus, non requisitus a capitulo nec visis ejus aliquibus litteris, electioni de se facto consensit. Fuit etiam ab eodem Senonensi archiepiscopo ne ad confirmationem electionis procederet, expressis quibusdam causis, ex parte ipsius decani et quorundam sibi adherentium, ad Sedem Apostolicam appellatum; quorum appellatio dictus archiepiscopus detulit reverenter. Quare, cum in electione hujusmodi nec compromissi forma nec scrutinii penitus sit servata, et idem prepositus originem duxerit de conditione servili, patre servo videlicet et ancilla, et ante electionem manus injecerit in quendam clericum Suesionensem temere violentas, et commiserit sacrilegium, faciendo extrahi quendam clericum de ecclesia Remensi, qui ad eam confugerat, et detrudi in carcerem, ubi etiam expiravit, quem venerabilis frater noster .. episcopus Portuensis, dum in Francia legationis officio fungeretur, excommunicavit, culpis suis exigentibus, et privavit in perpetuum omni ecclesiastico beneficio habito et habendo, quodque de incontinentia cum .. abbatissa de Avnai, cui misit arietem unum habentem cornua et genitalia deaurata, cum qua etiam dicitur danthavisse¹, ac de pluribus aliis mulieribus sit graviter infamatus; que omnia, vel que sufficiant, ipsa, in quantum contra personam electi vel processum electionis faciunt, prefato procuratore lite contestando negante, dictus decanus et pars sua se obtulerunt legitime probaturos: electionem eandem non confirmandam sed infirmandam potius asserbant. Lite vero coram nobis super premissis legitime contestata, quia nobis de ipsis non extitit facta fides, mandamus quatenus, vocatis qui fue[r]int evocandi, facientes vobis electionis exhiberi decretum, detentores ad exhibitionem ipsius et predictorum instrumentorum, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo, receptis probationibus et auditis que partes duxerint proponenda, negotium sufficienter instructum infra quatuor menses a receptione presentium, ad nostrum referatis examen.

1. Sans doute pour *dansarisse* (avoir dansé), d'après HAUREAU. — Il est à noter que le membre de phrase : « cum qua etiam dicitur danthavisse », a été supprimé dans la pièce 170 de la XII^e année.

prefigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo per se vel per procu[r]atores] id[em] nostro se conspectui representent, justam, auctore [Domino], sententiam recepture. Testes autem qui super tribus articulis, processu electionis scilicet, conditione servili et privatione beneficii, ac eodem articulo contingentibus, fuerint nominati etc., usque : perhibere. Non obstantibus constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, et indulgentia, si quam aliqui vestrum habent, ne inviti teneamini de causis cognoscere, que vobis a Sede Apostolica committuntur. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, XV kalendas augusti, anno undecimo. »

3783

Viterbo, 23 juillet 1237.

Archiepiscopo Burdegalensi mandat quatenus episcopi Xanctonensis, — qui, sicut in ipsius episcopi et quorundam abbatum Xanctonensis dioecesis litteris ferebatur, tanta corporis debilitate et infirmitate laborabat, ut jam non sufficeret ad exsequendum officium pastorale et ecclesiam Xanctonensem, in medio pravæ nationis positam, rogendam, — cessionem recipiat, licet cedendi licentia, pluries petita, a Sede Apostolica ei fuerit hætenus denegata; provisionem congruam et honestam eidem episcopo de bonis episcopalibus faciat assignari. — (REG. 18, f. 309 v^o; ann. XI, c. 167; — MOREAU 1191, f. 339.)

« .. archiepiscopo Burdegalensi, Venerabilis fratris nostri —. Dat. Viterbii, X kalendas augusti, anno undecimo. »

3784

Viterbo, 27 juillet 1237.

Episcopo Claromontensi significat se pallium, ex parte archiepiscopi Lugdunensis per Johannem, archipresbyterum Brivatensem, et Petrum, ecclesie Lugdunensis clericum, ejusdem archiepiscopi nuntios, postulatum, ipsi episcopo per predictos nuntios, eidem archiepiscopo assignandum, mittere, eique mandat quatenus illud eidem assignet et ab ipso juramentum fidelitatis, Ecclesie Romanæ nomine, recipiat; formam autem juramenti quod idem archiepiscopus præstitit, ejusdem archiepiscopi sigillo signatam, per proprium nuntium ipse episcopus ad Sedem Apostolicam quantumvis destinet. — (REG. 18, f. 309 v^o; ann. XI, c. 168; — MOREAU 1191, f. 311; — cf. *supra*, n. 3514-3519.)

« .. episcopo Claromontensi. Cum pallium insigne —. Dat. Viterbii, VI kalendas augusti, anno undecimo. »

3785

Viterbe, 27 juillet 1237.

« In eundem fere modum .. *archiepiscopo Lugdunensi*. Eum de precedentibus litteris ad episcopum Claromontensem directis certiorum facit, eumque monet et hortatur quatenus humilitatem et justitiam servet, et Lugdunensem ecclesiam sollicitè spiritualiter et temporaliter augetet. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 309 v°; — MOREAU 1191, f. 311 v°.)

3786

Viterbe, 28 juillet 1237.

Archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato, mandat quatenus comiti Tholosano, beneplacitis et mandatis apostolicis super his quæ negotium pacis et fidei respiciant, nec non super aliis quæ ipsi objecta fuerint, stare cupientem, et propter hoc nuntios ad Sedem Apostolicam transmissuro, nullum opponat obstaculum, quin prelatos et alias religiosas personas super præmissis ad ipsum papam possit libere destinare. — (REG. 18, f. 309 v°; ann. XI, c. 169; — MOREAU 1191, f. 313; — POTTHAST 10122.)

« .. *archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato*. Inter alia pietatis —. Dat. Viterbii, V kalendas augusti, anno undecimo. »

3787

Viterbe, 22 juillet 1237.

Archiepiscopo Turonensi mandat quatenus Leonensis episcopi, tanta corporis impotentia et debilitate laborantis, ut non jam exercere possit officium pastorale, cessionem recipiat, ipsum ad hoc, si difficultatem adhibuerit, compellens, eique provisionem congruam et honestam de bonis episcopalibus faciat assignari. — (REG. 18, f. 310 r°; ann. XI, c. 170; — MOREAU 1191, f. 338; — POTTHAST 10120.)

« .. *archiepiscopo Turonensi*. Cum multa precum —. Dat. Viterbii, XI kalendas augusti, anno undecimo. »

3788

Viterbe, 30 juillet 1237.

Decano Rothomagensi, archidiacono Augi, Rothomagensis diocesis, et Girardo de Salotel, canonico Rothomagensi, examinandum committit causam exortam inter Otrannum, abbatem monasterii Columbensis, Carnotensis diocesis, ex una parte, et episcopum Carnotensem, ex altera, — qui episcopum contra prædictum abbatem inquisitionem occultam fecisse dicebatur, eumque ab ejusdem monasterii regimine removerat; — eis mandat quatenus eundem abbatem, si restituendum noverint, restituant; adjectis nonnullis aliis mandatis idem negotium contingentibus. — (REG. 18, f. 310 r°; ann. XI, c. 171; — MOREAU 1191, f. 346.)

« .. *decano, .. archidiacono Augi, et magistro G[irardo]*

de Salotel, canonicis Rothomagen[sibus]. Otrannus, abbas monasterii Columbensis, ordinis sancti Benedicti, Carnotensis diocesis, in nostra constitutus presentia nobis graviter est inquestus quod venerabilis frater noster .. episcopus Carnotensis, gravi contra eum, ut dicitur, rancore concepto, ad monasterium ipsum accedens, sub pretextu visitationis quam ibidem se facturum dicebat, et inquisitionem occulte faciens contra eum, abbate ipso penitus nesciente, quamquam nec clamosa insinuatō contra ipsum nec infamia precessisset, nec etiam a die promotionis sue tantum temporis fuisset elapsus, quod aliqua de ipso dilapidationis suspitio haberetur, receptis quibusdam testibus conspiratoribus et adversariis manifestis, quos, postquam venit ad ejus notitiam, paratus fuit incontinenti legitime reprehendere, dictum abbatem administratione temporalium, fultus laicali potentia, spoliavit. Cum autem, volens utcumque quod male gesserat, palliare, quasi per subsequenter processum justificaretur iniquitas precedentis, in inquisitione procederet memorata, idem abbas excipiendo proposuit coram ipso quod, cum esset, ipso procurante, ut dictum est, spoliatus, et expensas ad prosecutionem negotii necessarias non haberet, non erat antequam restitueretur, in negotio procedendum. Et quia pfectus episcopus, hanc ejus exceptionem admittere contra justitiam denegans, nec expensas sibi necessarias faciens de bonis monasterii ministrari, quamvis eas cum instantia petisset, in inquisitione procedebat eadem, dictus abbas, sentiens indebite se gravari, nostram audientiam appellavit; at ipse, appellatione contempta, nullo juris ordine observato, sed quodam impetu, in spiritu ire sue, eundem per iniquam diffinitivam sententiam removit a regimine monasterii supradicti. Et licet a sententia ipsa predictus abbas ad nostram duxerit audientiam appellandum, jamdictus tamen episcopus, appellatione hujusmodi vilipensa, dedit monachis licentiam eligendi, et Symonem, ejusdem monasterii monachum, electum ab eis, de facto, ut dicitur, instituens in abbatem, tam in ipsum Otrannum] abbatem quam adherentes eidem, et generaliter in omnes qui cum haberent etiam pro abbate, excommunicationis sententiam fulminavit. Quare nobis supplicavit instanter ut, predictam excommunicationis sententiam facientes nullam penitus nuntiarum, super præmissis congruum remedium apponere curaremus. Quia vero nobis non constitit de præmissis, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, ad monasterium ipsum personaliter accedentes, ac relaxantes præfatam excommunica-

tionis et alias, si quas in eodem abbatem et adherentes sibi. tulit sententias memoratus episcopus. juxta formam Ecclesie, ad cautelam, revocato in statum debitum quicquid post supradictas appellationes vel eorum alteram, inveneritis temere attemptatum, inquiratis ex officio vestro, sine judiciali strepitu, super premissis omnibus sollicitè veritatem, et, si sepedictum abbatem restituendum noveritis, justitia suadente, et restitutiis eundem et restitutum nichilominus defendatis. Ea vero que super processu inquisitionis inveneritis, remittatis ad nos sub sigillis vestris fideliter interclusa, facientes eidem abbati et uni monacho in expensis necessariis de bonis monasterii provideri. Contradictores etc., usque : compescendo; prefixo tam eidem abbati quam eis qui se duxerint opponendos. termino preceptorio competenti, quo per se vel per procuratores idoneos compareant coram nobis, justam, auctore Domino, sententiam recepturi. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, III kalendas augusti, anno undecimo. »

3789

Viterbe, 28 juillet 1237.

Patriarchae Jacobitarum orientaliu gratulatur quod ad unitatem Romane Ecclesie hortatu fratrum Praedicatorum redierit et ipsorum habitum induerit. — (REG. 18. f. 310 v°; ann. XI, c. 172; — MOREAU 1191, f. 311, *partim* ex RAYNALDO; — POTTHAST 10421.)

« .. patriarche Jacobitarum orientaliu. Causam Contidori omnium — Profusus in Domino gaudiis exultamus quod, cum tu, sicut litteris et relatu fide dignorum accepimus, comitiva prelatorum et aliorum tue provincie comitatus, in Sanctam Civitatem processeris, preceptorus ibidem paratam penitentibus indulgentiam Redemptoris, ad sacram exhortationem dilectorum filiorum fratrum ordinis Predicatorum, per quos Dei spiritum locutum fuisse confidimus, relicto invio erroris pristini, te ad veritatis et vite semitam convertisti, prestio corporali sollemniter juramento, quod Sacrosancte Romane Ecclesie studebis humiliter cunctis temporibus obedire, sicut in chaldeis et arabicis litteris a te super hoc concessis, contineri dicitur, et ditorum fratrum testimonio comprobatur; quorum assertio grata nobis apparuit, quod habitum ipsorum assumpseris, ut, positus sub obedientia cui Petri clavis habetur assidue gratiosa, facilius ad patriam dirigaris. Quid ad ista? Letetur celum et exultet terra —. Dat. Viterbii, V kalendas augusti, anno undecimo. »

3790

Viterbe, 29 juillet 1237.

« In eundem modum .. archiepiscopo Jacobitarum Egypti, usque : accipimus, in Sanctam Civitatem processeris etc., usque : cunctis temporibus obedire. Quid ad ista? Letetur celum et exultet terra etc., usque : misericorditer aperitur. Dat. Viterbii, III kalendas augusti, anno undecimo. » — (REG. 18. f. 311 r°; — MOREAU 1191, f. 345.)

3791. — In eundem modum .. archiepiscopo Nestorinorum in Oriente.

3792

Viterbe, 29 juillet 1237.

Patriarchae Hierosolymitano, Apostolice Sedis legato, nec non archiepiscopi, episcopi et ceteris ecclesiarum prelatiis in Syriae partibus constitutis mandat quatenus illos ex seclavis qui pure et simpliciter propter Deum —, et non ad obtinendam libertatem, qua, secundum terrae consuetudinem, baptismum percipientibus indulgebatur, — adscribi collegio fidelium cupiant et deponant, in pristina servitute permanenti, baptizari libere permittant. — (REG. 18. f. 311 r°; ann. XI, c. 173; — POTTHAST 10421.)

« .. patriarche Jerosolimitano, Apostolice Sedis legato, archiepiscopis et episcopis et ceteris ecclesiarum prelatiis in Syrie partibus constitutis, presentes litteras inspecturus. In transmarinis partibus —. Dat. ut supra. »

3793. — In eundem modum .. magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani. — (J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jerusalem*, t. II (1897), p. 513, n° 2168.)

3794. In eundem modum .. magistro et fratribus militie Templi

3795. — In eundem modum .. preceptor et fratribus hospitalis Sancte Marie Teutoniarum Jerosolimitani in Acon.

3796

Viterbe, 31 juillet 1237.

Bernardo, archiepiscopo quondam Compostellano, significat se confirmare provisionem de mandato apostolico ei, post ipsius cessionem, ab Auriensi et Lucensi episcopis factam, qui ei pro sustentatione MMD marabottinos assignaverant; insertis sub sua bulla praedictorum episcoporum litteris super praedicta provisione MMD marabottinorum confectis, in Registro vero abrogatis. — (REG. 18. f. 311 r°; ann. XI, c. 174.)

« [Bernardo]. archiepiscopo quondam Compostellano. Olim prudenter agnoscens Dei misericordiam in fla-

gellis, et atten lens quod longa et insanabili, sicut creditur, infirmitate gravatus, pastorale non poteras officium, ut expedit, adimplere, nobis per tuas litteras humiliter supplicasti ut, oneri pontificalis officii cedere te parato, cessionem tuam recipere curaremus. Cum autem nos venerabilibus fratribus nostris . . . Auriensi et . . . Lucensi episcopis nostris dedissemus litteris in mandatis ut, consideratis circumstantiis universis, si ecclesie Compostellane expedire viderent, recipientes cessionem hujusmodi, vice nostra, tibi de bonis archiepiscopalibus pro sustentatione tua provisionem honestam et congruam assignarent, et facerent provisionis ipsius pacifica possessione gaudere — ; iidem, diligenter mandatum apostolicum exequentes, tua spontanea cessione recepta, tibi pro sustentatione tua provisionem duorum milium et quingentorum marabuttinorum Legionensium, in certis locis percipiendum, annis singulis, assignarunt, prout in ipsorum litteris exinde confectis plenius dicitur contineri. Quare fuit ex parte tua nobis humiliter supplicatum ut provisioni hujusmodi adiceremus apostolici muniminis firmitatem. Nos igitur, tuis devotis supplicationibus inclinati, quod ab eisdem episcopis provide factum est in hac parte, ratum habentes, idem auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, [tenorem¹ litterarum dictorum episcoporum presentibus inseri facientes, qui talis est :

3797 Saint-Jacques de Compostelle, 10 février 1236.

[Litteræ Laurentii, Auriensis, et Michaelis, Lucensis episcoporum, ad Gregorium papam nonum super provisione MMO marabuttinorum ab eis Bernardo, archiepiscopo quondam Compostellano, post ejus cessionem, facta; inserto ejusdem Gregorii papae mandato ad ipsos episcopos directo, de provisione eidem archiepiscopo facienda. — (Res. 18, f. 311 v.)]

« In nomine Domini. Amen. Nos I[^aurentius], Auriensis, et M[ichaelis], Lucensis Dei gratia episcopi, » recepto rescripto apostolico sub hac forma :

3798

Pérouse, 19 mai 1235.

[Litteræ Gregorii papae noni ad Auriensem et Lucensem

1. Tout ce qui est imprimé ici entre crochets [], c'est-à-dire les deux pièces vidimées dans cette bulle (charte des évêques d'Orense et de Lugo, et bulle de Grégoire IX lui-même, de 1235), ainsi que la formule de vidimation, est marqué, dans le *Registre*, du signe d'annulation *va-cat*.

GRÉGOIRE IX, I, II.

episcopos directas, de ~~cessione~~ Bernardi, archiepiscopi Compostellani. — edavatis excommunicationum sententias, » si forte idem archiepiscopus tenetur aliquibus, ad eam » telam », — jam in Rogesto hujus pontificis supra sub numero 2572¹ insertas :

« Gregorius episcopus etc., venerabilibus fratribus . . . » Auriensi et . . . Lucensi episcopis etc. Prudenter agnoscens venerabilis — Dat. Perusii. XIII kalendas » junii, pontificatus nostri anno nono . . .

« accessimus ad Compostellanam ecclesiam, ibique » lecto rescripto apostolico in pleno capitulo, habito » consilio cum majoribus ecclesie, mandatum Summi » Pontificis curavimus adimplere, absolventes venerabilem fratrem nostrum Bernardum, Compostellanum archiepiscopum, a cujuslibet excommunicationis vinculo, si quo tenebatur, sive sibi noto sive » incognito, et, absolute obtenta, quia intelleximus » ecclesie expedire, ejus spontaneam recepimus cessionem, non resignantis dignitati pontificali, sed loco. » Ad hec assignavimus ei provisionem in duobus milibus quingentis marabottin[is] Legionensium annuatim. Quorum mille quingent[os] marabott[inos] » posuimus sive assignavimus in altari Sancti Jacobi², » in redditibus archiepiscopalibus, percipiendis per » duos terminos in anno, medietatem in peregrinatione Pasche, et aliam medietatem in peregrinatione » Sancti Michaelis. In ecclesiis de Clunia, assignavimus ei marabott[inos] CCXXV. In ecclesiis de Ponte » Veteri, marabott[inos] C. In ecclesiis de Caddis de » Reis, marabott[inos]³ XXXVII et dimidium. In ecclesia de Noya, marabott[inos]⁴ XXV. Assignavimus » ei preterea prestimonium de Vama integre, cum totis suis directuris, et cum voce perticarie et cum ecclesia Sancti Vincentii de Vama, sicut ipsum prestimonium hactenus possedit Compostellanus archiepiscopus et possidet, cum ecclesia et perticaria ipsius » loci ; et computavimus et posuimus predictum prestimonium de Vama, cum omnibus directuris suis, » in marabott[inis]⁵ CCL ; assignantes ei insuper » prestimonium de Voyro, tam in temporalibus quam » in ecclesia ; et posuimus ipsum prestimonium⁶ et » panem ipsius prestimonii in marabott[inis]⁶ LXXXV.

1. A cet endroit, au lieu de *tenetur aliquis*, il faut lire, comme ici, *tenetur aliquibus*.

2. Sous-entendu : *Compostellani*.

3. Ms. : *marabott[inos]*.

4. Ms. : *marabott[inis]*.

5. Sous-entendu : *de Voyro*.

6. Ms. : *marabott[inis]*.

« Dedimus etiam ei palmerium caracterium, cum ecclesia, et postimus totum, tam denarios quam panem, in marabott[inis]¹ LXVIII et quartas III. Et concessimus ei etiam feligresiam de Ortilde, cum hominibus de Quintanis, tam vocem regiam et caracterium; cuius redditus, ut ipse archiepiscopus asserit, vix pervenit ad solidos quinquaginta, qui faciunt marabott[inos]² VI et quartam. Et assignavimus ei preterea in thesauro Sancti Jacobi marabott[inos]² CGVI et quartam. In omnibus ecclesiis quas ei assignamus, damus sibi jus patronatus, cum redditibus earum et servitiis clericorum; ita quod in ecclesiis in quibus non representat archiepiscopus, sed instituit, instituat per se; in eis vero in quibus ipse representat archidiaconis, representet eisdem. Adiciamus insuper quod, si quocumque casu diminuantur redditus B[ernardo] archiepiscopo³ superius assignati, suppleatur de bonis mense archiepiscopalis. Usum insuper ejusdam baptizati, Roderici nomine, in vita ipsius archiepiscopi assignamus ad ortum suum colendum. Et mandavimus predictum archiepiscopum induci in possessionem rerum omnium predictarum, reservantes nobis potestatem cohercendi impediens et rebelles. Ut autem ista inconcussa serventur, sigillorum nostrorum munimine roboramus. Actum apud Sanctum Jacobum, in palatio domini archiepiscopi, sub era M^oCC^oXXXV^o, et quarto idus februarii. »]

« Nulli ergo etc.. nostre confirmationis etc. Si quis autem etc. Dat. Viterbii, II kalendas augusti, anno undecimo. »

3799

Viterbe, 31 juillet 1237.

Abbat[i] Cellae Novae Auriensis, archidiacono de Arievelant et Johanni Didaci, canonico Auriensi, de eadem rescribens, mandat quatenus eundem B[ernardum], archiepiscopum Compostellanum, non permittant super provisione ei facta indebito ab aliquibus contra confirmationis apostolicae tenorem molestari. — (REG. 18, f. 312 r^o; ann. XI, c. 175.)

« .. abbat[i] Celle Novae Auriensis, .. de Arie Velant archidiacono et Johanni Didaci, canonico Auriensibus. Olim prudenter agnoscens —. Dat. ut supra. »

1. Ms : morabot[inis].

2. Ms. : marabot[inos].

3. Ms. : B. archiepiscopi.

3800

Viterbe, 8 août 1237.

Comitem Tholosanum increpat quod pacem inter Ecclesiam et regem Francorum, ex una parte, et ipsum comitem, ex altera, initam non servaverit, eumque rogat et hortatur quatenus ab his cesset, quae contra eandem pacem praesumpserit. — (REG. 18, f. 312 r^o; ann. XI, c. 176; — MOREAU 1191, f. 352.)

« Nobili viro .. comiti Tolosano spiritum consilii sanioris. Nobis et pluribus aliis in admirationem vertitur, quod, divini postposito timore nominis, Deum et Ecclesiam excessibus inculcatis offendere non vereris. Sane relatu fide dignorum accepimus quod, cum tu formam pacis inter Ecclesiam et karissimum in Christo filium nostrum .. illustrem regem Francorum, ex parte una, et te, ex altera, per venerabilem fratrem nostrum .. Portuensem episcopum, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legatum, initam, prestito corporaliter juramento, promiseris inviolabiliter observare : tu tamen, famam negligens et, salutem, predictam pacem in multis infringere presumpsisti, plura monita Sedis Apostolice tibi directa, ut a tali presumptione desisteres, non solum deducens nequiter in contemptum, sed committens pejora prioribus, quasi apud Deum et homines taliter haberi valeas, quod est impossibile, gratiosus. Verum, etsi nobis ex hiis causa legitima tribuatur, ut, secundum penam que in predicta forma describitur, contra tuam insolentiam procedamus, tamen, quia libenter mansuetudinem ire preferimus et rigorem juris lenitate misericordie temperamus, nobilitatem tuam rogandam et hortandam duximus in Domino Jhesu Christo, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus, prudenter advertens quod per offensam Dei et Ecclesie tibi nichil adicitur, sed materia temporalis dispendii et eterni supplicii procuratur, super hiis que contra prefatam formam presumpsisse dinoceris, cessando a consuetis excessibus, satisfactionem exhibere plenariam non moreris; preces et mandatum nostrum taliter impleturus, ut eorum quibus olim Sedem Apostolicam conturbasti, reddamur immemores, et tibi sicut ceteris devotis Ecclesie habeamur in benedictionibus liberales. Alioquin, ne venie multiplicata facilitas incentivum tibi tribuat delinquendi, vereri poteris ne te ac totam terram que tibi juxta predictam formam dimissa fuisse dinoscitur, in predicti regis incidisse commissum¹, et reductum in statum in quo fueras ante pacem, quoad ipsum regem et Ecclesiam, nec non, hominibus terre tue a fidelitate et ho-

1. Cf. supra, t. II, col. 415, n^o 3199.

magio ac aliis obligationibus quibus tibi tenentur, penitus absolutis, incurrisse penas alias in sepe-dicte forme serie declaratas, denunciari publice faciamus. Dat. Viterbii, VI idus augusti, anno undecimo. »

3801

Viterbo, 8 août 1237.

« In eundem fere modum .. archiepiscopo Viennensi, Apostolice Sedis legato etc., usque; publice faciamus. Quocirca mandamus quatenus dictum comitem ad hoc moneas et inducas, nobis quod super hoc inveneris, fideliter rescripturus. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 312 r°; — MOREAU 1191, f. 353 v°.)

3802

Viterbo, 8 août 1237.

Avinionensis mandat quatenus a reparatione pontis, portaliū et fossatorum terrae suae, nec non a constructione murorum et litiarum desistant, confratrum qui contra libertatem Ecclesiae se colligaverant, dissolvant, et unionem cum comite Tholosano contra comitem Provincie quam citius abjurent. — (REG. 18, f. 312 r°; ann. XI, c. 177.)

« *Populo Avinionensi spiritum consilii etc.* Salute filiorum Ecclesie nichil carius reputantes, dudum in desiderio gessimus ut vos hiis intentos per que divinam et Apostolice Sedis possetis mereri gratiam, ilares audiremus. Sed ecce, sicut mirantes accepimus, ad ingrata Deo et nobis jugiter anhelantes, contra formam pacis inter Ecclesiam et karissimum in Christo filium nostrum .. illustrem regem Francorum, ex una parte, ac vos, ex altera, inite, juramenti prestiti religione contempta, temere veniendo, pontem dirutum terre vestre reficitis, et, erigendo portalia nec non fossata etiam reparando, muros ejusdem terre, adjecto sibi novo munimine litiarum, rehedificare presumitis, non absque detrimento multiplici catholice puritatis; quam vobis una cum libertate Ecclesie odibilem statuentes, vos ad invicem contra illas cujusdam confratrie vinculo colligastis; et, licet pro dissolutione illius nostra reperitis monita et mandata, nedum quod ea deducere volueritis ad effectum, immo, protrahentes ingenium ad pejora, nobili viro .. comiti Tolosano vos ad hoc alligastis vinculo juramenti, ut, vestro fultus auxilio, specialem Ecclesie filium nobilem viro .. comitem Provincie, quem fervor devotionis et fidei reddit multipliciter gratiosum, vexationibus consuetis turbare valeat, et statum terre pacificum per guerre turbinem reddere dissolutum. Preterea, ut nec signum alicujus

devotionis videatur in vobis, Tancolum civem Papiensem, quem scitis excommunicatione ligatum et libertatis ecclesiastico depressorem, prefectum civitatis vestre regimini; qui, si Dei spiritum haberetis, debebat a vobis tanquam odibilis Domino confutari. Quid ad ista? Nonne vos ipsi cognoscitis quod a rectitudinis tramite dampnabiliter deviat, quod, persequendo tam patenter Ecclesiam, iram Dei meremini sempiternam? Igitur, redeuntes ad cor et rationem preferentes arbitrio voluntatis, a reparatione predictorum pontis, portaliū et fossatorum, nec non muris et litis construendis penitus desistendo, prefatam confratrum dissolvere ac predicti comitis Tolesani unionem dampnabilem studeatis, omni occasione postposita, quam citius abjurare; sollicite provisi ut nos in offensa prefati comitis Provincie seu libertatis ecclesiastico, sicut gratiam divinam et nostram diligitis, ulterius non turbetis; presertim cum vobis non immerito sit timendum quod, nisi a predictis et consimilibus desistatis excessibus, dato fine monitis, vos justo judicio exponat Ecclesia, ut sectatores heretice pravitatis. Dat. ut supra. »

3803

Viterbo, 8 août 1237.

Potestatem et populum Avinionenses rogat et hortatur quatenus Henrico de Ravello, senescallo imperiali in Provincia, libertatis ecclesiasticæ, sicut asserbatur, depressori, nullum prorsus favorem vel auxilium tribuant, et eum a molestatione archiepiscopi et ecclesie Arelatensis, quos dicebatur multis vexationibus perturbare, cohibeant. — (REG. 18, f. 312 v°; ann. XI, c. 178; — cf. ROBERTICO, post n° 710.)

« .. potestati et populo Avinionensibus spiritum consilii sa[n]ioris. Ad executionem rei —. Dat. ut supra. »

3804. — In eundem modum consilio et populo Massiliensibus.

3805

Viterbo, 8 août 1237.

Consilium et populum Arelatenses, qui s'accepti circa promotionem fidei et defensionem libertatis ecclesiasticæ vigilare, fugat et hortatur quatenus archiepiscopo Arelatensi et comiti Provincie assistant, ut per ipsos Arelatenses predicti archiepiscopus et comes suorum jurium possessionem pacificam habeant. — (REG. 18, f. 312 v°; ann. XI, c. 179; — MOREAU 1191, f. 351; — cf. ROBERTICO, p. 1 n° 710.)

« *Consilio et populo Arelaten[sibus]*, Sinceritatem vestram dignis —. Dat. ut supra. »

3806

Viterbe, 8 août 1237.

Comitum Provincie regat et monet quatenus, circa defensionem libertatis ecclesiasticæ studens se sollicitum exhibere, archiepiscopum et ecclesias Arelatenses, nec non alias ecclesias terræ suæ gratia sua proseguendo, ipsos a malignorum incursumibus, et præcipue Henrici de Ravello, senescalei imperialis in Provincia, qui prædictæ libertatis gravissimè turbatur persequitur, non permittat vexari. — (REG. 18, f. 313 r^o; ann. XI, c. 180; — MOREAU 1191, f. 355; — cf. RODENBERG, *post* n^o 710.)

« Nobili viro .. comiti Provincie. Virtutum Domino faciente —. Dat. ut supra. »

3807

Viterbe, 8 août 1237.

Henricum de Ravello, senescalem imperialem in Provincia, graviter inerepat quod archiepiscopum Arelatensem, ejusque ecclesiam et terras, cum quibusdam aliis divino timore carentibus, persequatur, eique mandat quatenus ab eorum molestatione desistat; alioquin episcopo Neumausensi (= Neumausen) ipse papa mandat ut ipsum ad id per censuram ecclesiasticam compellat. — (REG. 18, f. 313 r^o; ann. XI, c. 181; — MOREAU 1191, f. 356; — POTTHAST 10127; — RODENBERG 710.)

« Nobili viro Henrico de Ravello¹, senescaleo imperiali in Provincia, spiritum etc. In hoc potissime —. Dat. ut supra. »

3808

Viterbe, 1 août 1237.

Abbatî et conventui monasterii Sanctæ Mariæ de Gloria, Florentinis ordinis, Anagninæ diocesis, quorum monasterium erat ipsius papæ « novella plantatio », concedit « molendinum » nunc apud Aquam Putridam constitutum, quod « dicebatur » de Januitellis, ad Romanam Ecclesiam tantum spectans, et « quod ab obligatione pignoris qua olim A. Parisii, civis Romani, hereditibus Romana Ecclesia pro eodem molendino » tenebatur », de mandato apostolico speciali ipsi abbas et conventus pro summa quadraginta et octo librarum denario- rum senatus de pecunia ejusdem monasterii liberaverant. — (REG. 18, f. 313 r^o; ann. XI, c. 182; — cf. *supra*, n^o 709.)

« .. abbatî et conventui Sancte Mariæ de Gloria. Florentinis ordinis, Anagnine diocesis. Religiosorum locorum devoti —. Dat. Viterbi, II nonas augusti, anno undecimo. »

1. Ms. : Ravello

3809

[Viterbe, 4 août 1237.]

Eisdem simili forma scribit : « medietatem casalis positi » in territorio Nimphano, in loco ubi dicitur lacus Senationis, quod a communitate Nimphana enimus, cum adhuc » ossemus in minori officio constituti, de quo casali altoram » medietatem donavimus monasterio nostro de Monte Mir- » teti¹, vobis et per vos eidem monasterio vestro, pietatis in- » tuitu, de speciali gratia duximus perpetuo concedendam. » — (REG. 18, f. 313 r^o; ann. XI, c. 183; — MOREAU 1191, f. 331 r.)

« Eisdem. Religiosorum locorum etc. —³. »

3810

[Viterbe, 4 août 1237.]

Eisdem, quorum monasterium de bonis ipsius papæ constructum et dotatum fuerat, indulget supplicantibus ut de terris et possessionibus quas ipse papa eidem monasterio contulerat, et de aliis ad opus ejusdem monasterii de ipsius papæ elemosyna acquisitis vel acquirendis, nemini teneantur decimas solvere. — (REG. 18, f. 313 r^o; ann. XI, c. 181; — MOREAU 1191, f. 325 A¹.)

« Eisdem. Cum vos in —⁵. »

3811

Viterbe, 29 juillet 1237.

Magistro D., Sanctæ Mariæ, et P. Muniz, Sancti Jacobi de Alanker prioribus, Ulixbonensis diocesis, et P. Petri, canonico Sancti Vincentii Ulixbonensis, scribit Stephanum, magistrum scholarum [Ulixbonensem], — cum causa quæ inter ipsum, qui pro electo Ulixbonensi se gerebat, et magistrum Johannem, decanum Ulixbonensem, ipsius papæ capellanum, super electione seu provisione de eodem [Stephano] facta, vertebatur, coram ipso papa diu ventilata esset, et tandem « non restaret nisi sententia proferenda », — tam juri quam liti spontaneum cessisse; nec non se ipsum papam ejusdem Stephani cessionem admisisse, provisionem ejusdem ecclesiæ, pro eo quod in illo negotio capitulum Ulixbonense multipliciter peccaverat, Sedi Apostolicæ reservasse, et ipsos priores et canonicum, ne eadem ecclesia ob vacationem diutinam gravem incurreret, præsertim in temporalibus, læsionem, procuratores ejus quoad temporalia ordinasse; unde eis

1. Cf. *supra*, t. II, col. 675, n^o 3722. — A cet endroit, le *Registre* porte : *mediam casale lacu Sanationis*.

2. Avec ce renvoi inexact : *ann. XI, epist. 153*.

3. Il n'y a pas de *Dat.*, à cette pièce, à la fin de laquelle on lit seulement : « Nulli ergo etc., ut supra. »

4. Avec ce renvoi inexact : *ann. XI, epist. 154*.

5. Même observation, au sujet de la date, que pour la pièce précédente.

mandat quatenus, de bonis mobilibus inventis ibidem duo inventaria facientes, quorum unum teneat capitulum, altero penes ipsos procuratores remanente, universos redditus et proventus episcopales fideliter colligant, et tam eisdem redditus ac proventus quam cetera bona ad mensam episcopi pertinentia, et ornamenta episcopalia, nec non et instrumenta ecclesiae, quousque eidem fuerit provisum de pastore, integre conservent. — (REG. 18, f. 313 r; ann. XI, e. 185; — cf. *supra*, n. 2157, 2171 et 3113.)

« *Magistro D. Sancte Marie, P. Muniz, Sancti Jacobi de Alanker prioribus, Urbibonensis diocesis, et P. Petri, canonico Sancti Vincentii Urbibonensis.* Causa que vertebatur —. Dat. Viterbii, IIII kalendas augusti, anno undecimo. »

3812

Viterbe, 6 juillet 1237.

Riccardo clerico, rectori ecclesiae Sancti Jacobi de Almadan, significat se cum eo petente dispensare ut canonice fiat et praebendam in aliqua ecclesia cathedrali, si ei canonice conferatur, recipere et cum eadem ecclesia Sancti Jacobi de Almadan, retinere valeat. — (REG. 18, f. 313 v; ann. XI, e. 186.)

« *Riccardo* clerico, rectori ecclesiae Sancti Jacobi de Almadan. Tuis precibus grato —. Dat. Viterbii, II nonas julii, anno undecimo. »

3813

Viterbe, 11 août 1237.

Archidiacono et magistro Johanni de Franco, canonico Capuani, mandat, supplicante Salernitano archiepiscopo, quatenus monasterium Sancti Prisci de Nuceria, graviter collapsum, in suo ordine, id est sancti Benedicti, si fieri possit, reformare student; quod si id nequiverit fieri, de consilio praedicti archiepiscopi Cisterciensem seu Florentem ordinem in monasterium memoratum introducere procurent, « personis ibidem morantibus, que noluerint ordinem ipsum » suscipere, in aliis locis sui ordinis collocatis; salvo jure » Salernitane ecclesiae in his que prefati ordinis non obveniunt instituti ». — (REG. 18, f. 313 v; ann. XI, e. 187.)

« .. *archidiacono et magistro Johanni de Franco, canonico Capuani.* Venerabilis frater noster .. Salernitanus archiepiscopus sua nobis insinuatione monstravit quod, cum in monasterio Sancti Prisci de Nuceria, ordinis sancti Benedicti, diocesana sibi lege subjecto, duodecim monachi cum abbate consueverint Domino famulari, nunc, peccatis exigentibus, ad illam miseriam miserabiliter noscitur devenisse, quod, nuper

ejus abbate, suis culpis exigentibus, juxta septa dicti monasterii turpiter interfecto, in eo non nisi quatuor monachi remanserunt. Quos cum non solum habitus, sed turpis infamia et inhonesta vita interius exteriusque denigret, idem archiepiscopus nobis humiliter supplicavit ut, cum nulla spes sit de cetero quod reformari in ordine suo possit, introduci alium ordinem in ipsum monasterium mandaremus —. Dat. Viterbii, III idus augusti, anno undecimo. »

3814

Viterbe, 7 août 1237.

Episcopo Aegitaniensi, — qui in ipsius papae praesentia exposuerat « quod pro defensione Egitaniensis ecclesiae, recuperatione juris sui, reparatione civitatis, munitione castrorum contra infidelium et aliorum perversorum insultus, » constructione quoque ipsius ecclesiae, et pro multis aliis » causis, multa necessario » oportebat ipsum expendere, ad quae non sufficiebant ejusdem ecclesiae redditus, — concedit postulanti licentiam retinendi Sancti Petri de Covelliana et Sanctae Mariae de Celorico regales ecclesias, in Aegitaniensi dioecesi constitutas, quibus pro ipsius episcopi diligentiam multa commoda dicebantur provenisse, et in eisdem per idoneum vicarium serviendi. — (REG. 18, f. 313 v; ann. XI, e. 188.)

« .. *episcopo Egitaniensi.* De Apostolice Sedis —. Dat. Viterbii, VII idus augusti, anno undecimo. »

3815

Viterbe, 11 août 1237.

Archiepiscopo Lundensi mandat quatenus, — non obstante quadam terrae Roskildensis prava consuetudine, qua, « si » probatur per duodecim testes, qui *novandi* dicuntur, quod » decedens aliquis in testamento alieni non dimisit, testamentum decedentis non valet, licet contrarium per authenticas litteras et idoneos testes probetur, — Margaritam mulierem, Roskildensis dioecesis, matrem et heredem Exberni militis, compellat ut testamentum ejusdem Exberni, — qui, in extremis agens, certas res de bonis suis certis personis conferri et alia bona per manus episcopi Roskildensis, executoris praedicti testamenti, pauperibus et piis locis erogari mandaverat, — permittat, quoad ea quae in piis usus legata erant, per eundem episcopum executoris mandari, — (REG. 18, f. 314 r; ann. XI, e. 189; — POTTHAS 10130.)

« .. *archiepiscopo Lundensi.* Venerabilis frater noster —. Dat. Viterbii, III idus augusti, anno undecimo. »

3816

Viterbe, 2 août 1237.

Abbati et conventui monasterii Sanctae Mariae de Gloria,

Florentis ordinis, Anagninae diocesis, significat se eis confirmare jus patronatus quod Gilbertus, marescallus Angliae, comes de Pembroc (= Pembroke), in ecclesia de Whitleg. (= White), Wintoniensis diocesis, prout spectabat ad ipsum, eis et eorum monasterio, reservata sibi et heredibus suis vicarii praesentatione, concesserat; insertis sub sua bulla praedicti comitis litteris super eadem concessione confectis. — (Reg. 18, f. 314 r^o; ann. XI, c. 190.)

« .. abbatii et conventui monasterii Sancte Marie de Gloria, Florentis ordinis, Anagnine diocesis. Cum a nobis —. Dat. Viterbii, III nonas augusti, anno undecimo. »

3817

Londres, 16 octobre 1236.

[Charta vero donationis praedicti Gilberti, marescalli Angliae, comitis de Pembroc, haec est:]

« Sanctissimo patri in Christo et domino Gregorio, Dei gratia Summo Pontifici, humilis filius suus »
 « et devotus Gilbertus, marescallus Angliae, comes [de] »
 « Pembroc, pedum oscula beatorum. Sanctitati Vestre »
 « significo me, ob reverentiam Sedis Apostolice et devotionem quam erga Sanctam Paternitatem Vestram »
 « specialiter habeo, in perpetuum dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse monasterio Sanctae Mariae de Gloria, Florentis ordinis, diocesis Anagninae, quantum ad patronum pertinet, jus patronatus ecclesiae de Whitleg., Wintoniensis diocesis, cum omnibus pertinentibus ad eandem, reservata michi et heredibus meis praesentatione vicarii¹, ad competentem portionem in eadem. In cujus rei testimonium presens scriptum meo sigillo muni. Actum London[ia], in domo hospitalis de Runchivalle, die jovis proxima ante festum Sancti Luce evangeliste, anno gratie M^oCC^oXXXVI^o. »

3818

Latan, 26 octobre 1237.

Episcopum capitulumque Wintonienses de eadem donatione certos facit, eosque rogat et monet quatenus, cum ratam habentes, eandem ecclesiam de Whitleg. praedicto monasterio Sanctae Mariae de Gloria concedant, patentes litteras suas super hoc fratri Deodato, monacho et procuratori monasterii memorati, praesentium latori, assignando. — (Reg. 18, f. 314 r^o; ann. XI, c. 191.)

« .. episcopo et capitulo Wintonien[sibus]². Cum dilec-

1. Ms. : vicarie.

2. Cette bulle a été, dans le *Registre*, réécrite, pour la presque

tus filius nobilis vir Gilbertus, marescallus Angliae, comes de Pembroc, jus patronatus quod in ecclesia de Whiteleg., Wintoniensis diocesis, obtinebat dilectis filiis .. abbati et conventui ac monasterio nostro Sanctae Mariae de Gloria Anagnin[is]. Florentis ordinis, pia liberalitate donarit, praesentatione sibi et heredibus suis vicarii reservata, sicut in ejusdem patentibus litteris perspeximus contineri, universitatem vestram rogandam duximus attentius et monendam, mandantes quatenus, donationem eandem, ob reverentiam divinam et nostram, ratam habentes, dictam ecclesiam prefato monasterio, immo nobis in ipso, ad ejus usus perpetuo detinendam, liberaliter concedatis. patentes litteras vestras super hoc dilecto filio fratri Deodato¹, monacho et procuratori monasterii memorati, latori praesentium, assignando; preces et mandatum nostrum taliter impleturi, quod nos gratum et acceptum habere possimus ac devotionem vestram exinde cum gratiarum actionibus commendare; quicquid enim monasterio ipsi feceritis, nobis fieri proprie reputamus. Dat. Laterani, II kalendas novembris, anno undecimo. »

3819

Latan, 26 octobre 1237.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, de eadem re scribens, mandat quatenus rectori ejusdem ecclesiae de Whitleg., libera ejus resignatione recepta, in aequivalenti ecclesiastico beneficio, quod ad praesentationem non pertinet saecularis, in regno Angliae, quam citius se obtulerit facultas, provident, et praedictam ecclesiam eidem monasterio Sanctae Mariae de Gloria, ad proprios ejus usus perpetuo detinendam, concedat; eam, competentis vicariae per ipsum cardinalem taxatione praemissa, fratri Deodato, monacho et procuratori memorati monasterii, assignet, cum patentibus suis [id est ipsius cardinalis] litteris, concessionem et assignationem illas continentibus. — (Reg. 18, f. 314 r^o; ann. XI, c. 192.)

« O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato². Cum dilectus filius etc.,

totalité, depuis les mots : « comes de Pembroc », sur une autre bulle plus courte, qui a été grattée; toute la fin de la bulle réécrite, depuis : « presentium assignando », débordé dans la marge.

1. La forme complète du nom de ce procureur, désigné seulement par l'initiale *D.*, dans les pièces 3818-3822, est donnée par la pièce 299 de la XI^e année (in *e. m.*).

2. Cette bulle, comme la précédente, a été modifiée après coup; et comme le texte substitué au texte primitif était plus long que celui-ci, la fin, depuis : « prelibati, non differas », en a dû être écrite dans la marge.

ut supra, usque : contineri, et nos jus patronatus hujusmodi abbati et conventui ac monasterio memoratis auctoritate apostolica duxerimus confirmandum, volentes ut ad usus ejusdem monasterii, pro fratribus ipsius necessitatibus, dicta ecclesia reservetur, mandamus quatenus, .. rectori ecclesie nominate, libera ejus resignatione recepta, in equivalenti ecclesiastico beneficio, quod ad presentationem non pertinet secularis, in regno Anglie, auctoritate nostra providere procurans quam citius obtulerit se facultas, dictam ecclesiam prefato monasterio, ad proprios ejus usus perpetuo detinendam, eadem auctoritate concedas, et eam, competentis per te vicarie taxatione premissa, dilecto filio fratri D[eodato], monacho et procuratori monasterii prelibati, non differas assignare, ac patentes litteras tuas, concessionem et assignationem hujusmodi continentes. Contradictores etc. Dat. Laterani, VII kalendas novembris, anno undecimo. »

3820

Lateran, 26 octobre 1237.

Gilberto, marescallo Anglie, comiti de Pembroke (= Pembroke), de eadem re scribens, gratias agit quod praedicto monasterio Sanctae Mariae de Gloria, immo ipsi papae in illo, jus patronatus quod idem comes obtinebat in praedicta ecclesia de Whitleg., Wintoniensis diocesis, dederit, et patentes suas litteras inde confectas ad papam destinaverit; addit : « alias patentes litteras tuas, per quas nobis donaveras ecclesiam siam memoratam, tibi per dilectum filium fratrem D[eo] datum, monachum et procuratorem monasterii prelibati, » latorem presentium, mittimus cancellatas. » — [Rss., 18, f. 311 v^o; ann. XI, e. 193.]

« Nobili viro G[ilberto], marescallo Anglie, comiti de Pembroke². Quod monasterio nostro —. Dat. Laterani, VII kalendas novembris, anno undecimo. »

3821

Lateran, 26 octobre 1237.

Archiepiscopo Cantuariensi, qui duas vacantes ecclesias ad ipsius donationem spectantes, summam quinquaginta marcarum sterlingorum annuatim valentes, monasterio Sanctae Mariae de Gloria saepedicto conferre providerat, mandat quatenus praedictas ecclesias fratri D[eodato], monacho et procuratori ejusdem monasterii, faciat assignari, cum paten-
tibus suis id est ipsius archiepiscopi litteris, concessionem

et assignationem illarum continentibus. — [Rss., 18, f. 311 v^o; ann. XI, e. 191.]

« .. archiepiscopo Cantuariensi¹. Cum monasterio nostro Sancte Marie de Gloria Anguin[fo], Florensis ordinis, in quinquaginta marcarum sterlingorum pensione annua teneris, tu, liberare te volens ab hujusmodi onere pensionis, duas vacantes ecclesias ad donationem tuam pleno jure spectantes, dictam marcarum summam, exceptis earum competentibus vicariis, annuatim valentes, dicto monasterio pro usibus ejus conferre, ob nostram reverentiam, providisti, sicut per dilectum filium magistrum Ber.² de Setia, scriptorem nostrum, nuntium tuum, nostris nuper auribus intimasti. Nos igitur, devotionem tuam cum gratiarum actionibus exinde in Domino commendantes, fraternitati tue mandamus quatenus eas dilecto filio fratri D[eodato], monacho et procuratori ejusdem, ad proprios usus ejus perpetuo detinendas, sine dilatione aliqua facias assignari, et patentes litteras tuas, concessionem et assignationem hujusmodi plenarie continentes; mandatum nostrum taliter impleturus, quod devotio tua cognoscatur, ut speramus, ex opere, nosque pleniores gratias teneamus tue sinceritati referre; quod enim ipsi monasterio feceris, nobis proprie fieri reputamus. Dat. ut supra. »

3822

Lateran, 26 octobre 1237.

Abbati et conventui Sancti Augustini Cantuariensis gratias agit quod jus patronatus quod in ecclesia de Littleburn. (= Littlebourn) habebant, ipsi papae contulerint, easque rogat et monet quatenus litteras super hac concessionem ipsi papae assignatas, nomine monasterii Sanctae Mariae de

1. Cette bulle a subi, comme les bulles 191 et 192 de cette même XI^e année (n. 3818 et 3819), des modifications. Le texte portait primitivement : « mandamus quatenus *dictas ecclesias .. procuratori monasterii memorati* ad proprios usus ejus perpetuo detinendas... »; *procuratori* a été expuncté par un trait soulignant ce mot, et on a écrit : « mandamus quatenus *dictas ecclesias monasterio memorato* ad proprios usus ejus perpetuo detinendas... »; enfin, à l'expression *dictas ecclesias monasterio memorato*, qui, évidemment par suite d'un oubli, n'a pas été biffée, on a substitué, dans la marge extérieure, ce texte définitif : « *eas dilecto filio fratri D., monacho et procuratori ejusdem* ». — En outre, la formule finale : « quod enim ipsi... reputamus », formule qui est à rapprocher de la formule finale de la pièce 191 de cette même année (n^o 3818), a été ajoutée après coup dans la marge de fond.

2. Ber[nardum]? Ber[trandum]? Plus vraisemblablement *Bernardum*. — Cf. *supra*, t. II, col. 695, note 1.

1. Ms. : diota.

2. Contrairement aux deux précédentes, cette bulle ne paraît pas avoir été modifiée après coup.

Monte Mirteto, Florensis ordinis, cui ipse papa illam eorum magistro conferri solebat, renovat. — (REG. 18, f. 314 v^o; ann. XI, e. 195.)

« .. abbati et conventui Sancti Augustini Cantuariensis¹. Quod per patentes litteras vestras, quas dilectus filius J. de Ferentino, camerarius noster, nobis ex parte vestra fideliter assignavit, jus patronatus quod habeatis in ecclesia de Littleburn., nobis liberaliter contulistis, gratiarum vobis referimus debitas actiones, devotionem vestram exinde plurimum in Domino commendantes. Quia vero hujusmodi gratiam monasterio nostro Sancte Marie de Monte Mirteto, Florensis ordinis, conferri volumus, eamque gratiorem in ipso quam si nobis fieret, reputamus, ecce per dilectum filium fratrem D[ecodatum], procuratorem ejusdem monasterii, latorem presentium, premissas vobis litteras remittimus cancellatas. Universitatem vestram rogamus at[tentius] et monemus, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus, ob reverentiam divinam et nostram, eandem litteras, dicti monasterii nomine, sine difficultate qualibet renovetis et prefato procuratori assignetis eandem; mandatum nostrum etc., ut supra. Dat. ut supra. »

3823

Latran, 26 octobre 1237.

Magistro Ber. de Setia, scriptori suo, mandat quatenus, ab abbate et conventu Sancti Augustini Cantuariensis receptis patentibus litteris, nomine monasterii Sanctae Mariae de Monte Mirteto, Florensis ordinis, super juris patronatus quod iidem abbas et conventus in ecclesia de Littleburn. obtinere noscebantur, donatione confectis, rectori ejusdem ecclesiae de Littleburn., libera ejus resignatione recepta, in aequivalenti beneficio, quod ad praesentationem non pertineat saecularis, in regno Angliae, quam citius se obtulerit facultas, provident, et praesentem ecclesiam eidem monasterio Sanctae Mariae de Monte Mirteto, ad proprios ejus usus perpetuo detinentiam, concedat; eam, competentis vicariae per ipsum magistrum Ber. taxatione praemissa, fratri D[ecodato], procuratori² memorati monasterii, assignet. [cum patentibus suis, id est magistri Ber., litteris, concessionem et assigna-

1. Cette pièce, contrairement à la précédente, ne semble pas avoir subi de modifications.

2. Il est clair qu'il faut ici *procuratori*, comme dans la pièce précédente, et non *monacho* et *procuratori*, comme dans les pièces 191 à 194 de cette XI^e année, le même religieux pouvant bien être à la fois procureur de deux abbayes, mais ne pouvant appartenir simultanément à l'une et à l'autre.

tionem illas continentibus ? — (REG. 18, f. 314 v^o; ann. XI, e. 196.)

« Magistro B[er.]¹ de Setia, scriptori nostro. Devotioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, a dilectis filiis .. abbate et conventu [monasterii] Sancti Augustini Cantuariensis receptis patentibus litteris, nomine monasterii nostri Sancte Marie de Monte Mirteto, Florensis ordinis, super juris patronatus quod in ecclesia de Littleburn. obtinere noscuntur, donatione confectis, .. rectori ejusdem ecclesiae etc., ut supra, in CLXXXII littera, usque : assignare. Contradictores etc. : mandatum nostrum taliter impleturus, quod nos diligentiam tuam possimus merito commendare. Dat. ut supra. »

3824

Viterbe, 3 août 1237.

Abbati et conventui Sanctae Mariae de Gloria, Anagninae dioecesis, Florensis ordinis, supplicantibus tenimentum quod dicebatur « Polinianum, in territorio Castri Antieuli si- » tum, cum omnibus pertinentiis suis, et medietatem cesarum² de Porzano, de quibus Apostolica Sedes, ad quam » ea pertinere » noscebantur, « fractum percipiebat vel mo- » dieum aut nullum, sub unius oboli auri censu Ecclesie Ro- » mane, in proprietatis et domini signum, annis singulis » persolvendo », concecit. — (REG. 18, f. 314 v^o; ann. XI, e. 197; — cf. supra, n^o 799.)

« .. abbati et conventui Sancte Marie de Gloria, Anagninae dioecesis, Florensis ordinis. Caritatis debitum, cui —. Dat. Viterbii, III nonas augusti, pontificatus nostri anno undecimo. »

3825

[Viterbe, 3 août 1237.]

Eisdem simili forma terras quas in tenimento Nimphano, in locis quae dicebantur Via alturae ac Fraxetum, amunte ipso papa, emerant, confirmat, eisque indulget ut eis liceat in praedictis Via alturae et Fraxeto emere de cetero plures terras, et ut cultores quibus ad laborandum dederint « terras illas quas in tenimento predicto sub silice » habeant ad praesens, et quas in posterum eos configerit habere, ad onus illud quod *Quarta Curie* dicebatur, minime teneantur. — (REG. 18, f. 315 r^o; ann. XI, e. 198; — cf. supra, n^o 799.)

« Eisdem. Caritatis debitum etc. — 2. »

1. Cf. supra, n^o 3821, t. II, col. 734, note 2.

2. La date, qui n'est pas indiquée, est très vraisemblablement la même que pour la bulle précédente.

3826

Viterbe, 3 août 1237.

Priori et conventui Norwicensibus significat abbatem et conventum de Bello jus patronatus quod in ecclesia de Trillawe (= Thurlow), Norwicensis diocesis, obtinebant, magistro et fratribus hospitalis Sancti Ascentii Anagnini dedisse, eosque rogat et monet quatenus, eandem donationem ratam habentes, patentes litteras suas, ratificationem illam continentem, procuratori ejusdem hospitalis assignent; noverint quicquid eidem hospitali fecerint, ipsum papam sibi proprie fieri reputare. — (Reg. 18, l. 315 r^o; ann. XI, c. 199.)

« .. priori et conventui Norwice[n]sibus¹. Cum dilecti filii .. abbas et conventus de Bello, diocesis Cicestrensis, jus patronatus quod in ecclesia de Trillawe, Norwicensis diocesis, obtinebant, dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis nostri Sancti Ascentii Anagnini et eidem hospitali pia liberalitate donarint, presentatione sibi et successoribus suis etc., ut supra, in CLXXXI littera, usque : ratam habentes, patentes litteras vestras, ratificationem hujusmodi plenarie continentem, procuratori hospitalis memorati liberaliter assignetis : preces etc., usque in finem. »

3827

Latan, 1 novembre 1237.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, de eadem re scribens, mandat quatenus rectori ejusdem ecclesie de Trillawe (= Thurlow), libera ejus resignatione recepta, in aequivalenti ecclesiastico beneficio, quod ad praesentationem non pertinet saecularis, in regno Angliae, quam citius se obtulerit facultas, provideat, et praedictam ecclesiam, competentis vicariae per ipsum cardinalem taxatione praemissa, hospitali memorato conferat et procuratori praedicti hospitalis assignet. — (Reg. 18, l. 315 r^o; ann. XI, c. 200.)

« O[tt]on[is], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinali, Apostolice Sedis legato². Cum dilecti filii .. abbas et conventus de Bello etc., ut supra, usque : presentatione sibi et successoribus suis vicarii reservata, sicut in eorundem patentibus litteris perspeximus contineri, nos, jus patronatus hujusmodi magistro et

1. Bulle en partie refaite; le texte recrit en remplace un autre, qui était plus court. — Nous supposons que la date est la même que pour les deux bulles précédentes; il se pourrait cependant qu'elle fût la même que pour la pièce très analogue 191 de la XI^e année (n^o 281b), pièce à laquelle renvoie le rédacteur même du *registre*.

2. Bulle également refaite; le texte recrit est sensiblement plus long que le texte grec, et a dû être presque entièrement ajouté dans la marge.

fratribus ac hospitali praedictis auctoritate apostolica confirmando, volentes ut ad usus hospitalis ejusdem, pro fratrum et pauperum necessitatibus, dicta ecclesia transferatur, mandamus quatenus rectori ecclesie nominat, libera ejus ab ipso resignatione recepta, in equivalenti etc., ut supra, in CLXXXII littera, usque : dictam ecclesiam, competentis per te vicarie taxatione praemissa, hospitali conferas memorato etc., usque : assignare, Contradictores etc. Dat. Laterani, II nonas novembris, anno undecimo. »

3828

Latan, 1 novembre 1237.

Abbati et conventui de Bello, de eadem re scribens, gratias agit quod praedicto hospitali Sancti Ascentii Anagnini, immo ipsi papae in illo, jus patronatus quod idem abbas et conventus in praedicta ecclesia de Trillawe (= Thurlow) obtinebant, dederint, et patentes suas litteras inde confectas ad papam destinarent; alias eorum patentes litteras, per quas ipsi papae idem hospitale donaverant, per procuratorem hospitalis praebiti, latorem praesentium, ad eos mittit cancellatas. — (Reg. 18, l. 315 r^o; ann. XI, c. 201.)

« .. abbati et conventui de Bello¹. Quod hospitali nostro Sancti Ascentii Anagnini etc., ut supra, in CLXXXIII littera, usque : in ecclesia de Trillawe, Norwicensis diocesis, etc., usque in finem. »

3829

Viterbe, 4 août 1237.

Magistro et fratribus hospitalis Sancti Ascentii de Anagnia significat se eis confirmare jus patronatus quod abbas et conventus de Bello, Cicestrensis diocesis, in ecclesia de Trillawe (= Thurlow), Norwicensis diocesis, prout spectabat ad ipsos, eis et eorum hospitali, reservata sibi et successoribus suis praesentatione vicarii, concesserant; insertis sub sua bulla praedictorum abbatis et conventus litteris super eadem concessione confectis. — (Reg. 18, l. 315 r^o; ann. XI, c. 202.)

« .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Ascentii de Anagnia. Cum a nobis —. Dat. Viterbii, II nonas augusti, pontificatus nostri anno undecimo. »

3830

28 novembre 1236.

[Charta vero donationis Radulfi abbatis et conventus de

1. Il n'y a pas de traces de remanements dans cette pièce.

Bello praelieto hospitali Sancti Ascentii Anagnini haec est :

« Radulfus, Dei gratia abbas de Bello, et ejusdem
 » loci conventus, venerabilibus in Christo fratribus ..
 » magistro et fratribus hospitalis Sancti Ascentii Ana-
 » gnini, eternam in Domino salutem. Noveritis nos,
 » ob reverentiam Sedis Apostolice et petitionem reve-
 » rendi patris domini Greg[or]ii pape noni specialem.
 » quantum ad patronos pertinet, concessisse et dedisse
 » et presenti carta confirmasse vobis et hospitali vestro
 » jus patronatus ecclesie de Trillawe, Norwicensis
 » diocesis, cum omnibus ad eandem pertinentibus,
 » perpetuo possidendam, reservata nobis et successori-
 » bus nostris presentatione vicarii in ea ministraturi,
 » ad competentem portionem in eadem, qui episcopo
 » Norwicensi et officialibus suis respondeat de episco-
 » palibus, et nobis et successoribus nostris satisfaciat
 » de pensione et procuracione debita et consueta. In
 » cujus rei testimonium presens scriptum vobis con-
 » cedimus, sigillorum nostrorum impressione roborat-
 » um. Actum anno gratie M^oCC^oXXXVI^o, IIII kalen-
 » das decembris. »

3831

Viterbo, 13 août 1237.

Consulibus Montispessulanis significat se confirmare con-
 ventionem quae inter ipsos et Magalonensem episcopum super
 electione consulum Montispessulanorum intervenerat,
 « dummodo viri catholici, et non suspecti de fide vel alioquin
 » infamie super vitio heretice pravitatis nota respersi, ad
 » consulatus officium assumantur ». — (REG. 18, f. 315 r^o;
 ann. XI, c. 203; — MOREAU 1191, f. 357.)

« Consulibus Montispessulan[is]. Cum a nobis —. Dat.
 Viterbii, idibus augusti, anno undecimo. »

3832

Viterbo, 11 août 1237.

Abbate et conventui Sancti Martini de Monte Viterbien-
 [sis], Cisterciensis ordinis, jus patronatus in medietate eccle-
 siae de Holcham, Norwicensis diocesis, eis collatum, anno
 1233, ab Henrico, rege Angliae, ad quem idem jus spectabat,
 nec non [alteram ?] medietatem ejusdem ecclesiae, quam eis
 Pandulfus, Norwicensis electus, anno 1219¹, accedente Nor-

1. Il y a entre ces deux dates 1233 et 1219 une contradiction au moins apparente, qui a été très justement remarquée dans la *Collectio bullarum sacrosanctae basilicae Vaticanae* (t. I, pp. 118-119, notes); la lettre de l'évêque élu de Norwich, en effet, a dû nécessairement suivre et non précéder l'acte de dona-

wicensis capituli assensu, concesserat, confirmat, litteris praelictorum regis et electi, nec non et litteris praelicti capituli Norwicensis, sub sua bulla insertis. — (REG. 18, f. 315 r^o; ann. XI, c. 204; — PORTHAIST 10129.)

« .. abbati et conventui Sancti Martini de Monte Viter-
 bien[sis], Cisterciensis ordinis. Cum a nobis —. Dat. Viter-
 bii, III idus augusti, anno undecimo. »

3833

Winchcombe, 13 août 1233.

[I. — Henricus [III], rex Angliae, universis fidelibus suis,
 clericis et laicis, significat se concessisse et confirmasse,
 quantum ad patronum pertinet, abbati et monachis Sancti
 Martini de Viterbio medietatem ecclesiae de Holcham; praecipit
 quod praelicti abbas et monachi eorumque successores
 medietatem praelictae ecclesiae libere et quiete teneant. — (REG. 18, f. 315 v^o; — *Collectio bullarum sacrosanctae basilicae Vaticanae*, t. I (1747), p. 118.)]

« Henricus, Dei gratia rex Anglie, dominus Ibernice,
 » dux Normannie et Aquitanie, comes Andegavie,
 » archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus,
 » comitibus, baronibus, justitiariis, vicecomitibus,
 » prepositis, ministris et omnibus ballivis et fidelibus
 » suis, salutem. Noveritis nos intuitu —. Dat. per ma-
 » num venerabilis patris Rad[ul]phi, Cicesterensis epis-
 » copi, cancellarii nostri, apud Winchcomb. XIII
 » die augusti, anno regni nostri XVII. »

3834

Reading, 11 avril 1219.

[II. — Pandulfus, Norwicensis electus, [Honorii III] papae
 camerarius, Apostolicae Sedis legatus, universis Christi fide-
 libus significat se monasterio Sancti Martini de Monte Vi-
 terbii, Cisterciensis ordinis, medietatem ecclesiae de Hol-
 cham, Norwicensis diocesis, in qua medietate dictum
 monasterium, ex donatione Henrici [III], regis Angliae, jus
 patronatus obtinebat¹, de consensu capituli Norwicensis

tion, par le roi, de son « jus patronatus », puisque le fait de cette donation y est expressément mentionné. Il est permis de supposer qu'il y a eu deux lettres du roi : l'une antérieure au 11 avril 1219, se rapportant à l'une des moitiés de l'église de Holcham; l'autre du 13 août 1233, seule insérée dans le *Registre*, et se rapportant à l'autre moitié de la même église.

1. Qu'il y ait eu une charte de donation de Henri III d'Angleterre antérieure au 11 avril 1219, et dont la lettre du 13 août 1233 reproduirait plus ou moins textuellement les termes, c'est bien ce qui semble ressortir du passage de la charte de l'évêque élu de Norwich, dont nous rapportons les expressions dans cette analyse.

concessisse et donavisse. — (REG. 18, f. 315 v°; — *Collectio bullarum sacrosanctae basilicæ Vaticanæ*, t. I, p. 118-119.)

« Universi Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint, Pand[ulphus], Dei gratia Norwicensis electus, domini pape camerarius, Apostolice Sedis legatus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra — Datum Rading., III idus aprilis, pontificatus d[omi]ni Honorii pape III tertio. »

[3835]

[III. — Willelmus prior et conventus Norwicenses universis significant se concessionem medietatis ecclesie de Holcham a Pand[ulfo], Norwicensi electo, pape camerario, apostolice legato, monasterio Sancti Martini de Monte Viterbii factam, ratam et gratam habere, et eidem concessioni consensum suum præbere. — (REG. 18, f. 315 v°; — *Collectio bullarum sacrosanctae basilicæ Vaticanæ*, t. I, p. 119.)]

« Omnibus ad quos littere iste pervenerint, Willelmus, prior Norwicensis, et conventus ejusdem loci salutem in Domino. Noverit universitas vestra — ipsius monasterii Sancti Martini duximus concedendas¹. »

3836

Viterbe, 11 août 1237.

Bonifacio, Bonocentro Guidoneti, Henrico Jacobi, Jacobo Lupi, Bernardo Prosperini Cendonazi et eorum sociis, mercatoribus Senensibus, quorum aliquos, pro recuperandis ipsorum debitibus in regno Franciæ commorantes, distrahi litiibus contingebat ad diversa loca, ad quæ non sine gravi rerum dispendio et personarum periculo accedere poterant, indulget ut nullus eorum, in eodem regno moram faciens, extra Parisiensem et Belvacensem civitates possit per litteras apostolicas conveniri, quæ de præsentibus expressam non fecerint mentionem; præsentibus post quinquennium minime valituris. — (REG. 18, f. 316 r°; ann. XI, c. 205.)

« Bonifatio, devoto nostro, Bonocentro Guidoneti², Henr[ic]o Jacobi, Jacobo Lupi, Bernardo Prosperini Cendonazi ac eorum sociis, mercatoribus Senensibus. Vestra nobis devoto —. Dat. Viterbii, III idus augusti, anno undecimo. »

3837

Viterbe, 19 août 1237.

Decano, cantori et Guidoni dicto Blanc, canonico ecclesie

1. Cette pièce n'est pas datée.

2. Ms.: Guidet.

sæcularis Sancti Aredii, Lemoviensis diocesis, mandat quatenus causam inter Guidonem, rectorem ecclesie de Salvitate, et abbatem conventumque Caroffenses super eadem ecclesia de Salvitate exortam, ad priores judices, videlicet magistrum Bertrannum, canonicum Sancti Frontonis Petragoricensis, ejusque collegam, examinandum remittat; alioquin eas ad secundos judices, videlicet cantorem Petragoricensem ejusque collegam, redire cogant. — (REG. 18, f. 316 r°; ann. XI, c. 206; — *MOUEAU* 1191, f. 358.)

« .. decano, .. cantori et Guidoni dicto Blanc, canonico ecclesie secularis Sancti Aredii, Lemoviensis diocesis. Exhibita nobis Guido, rector ecclesie de Salvitate, petitione monstravit quod, cum .. abbas et conventus Caroffenses, Pictavensis diocesis, contra ipsum super eadem ecclesia, quam canonicè se proponit adeptum, ad magistrum Bertrannum, canonicum Sancti Frontonis Petragoricensis, et suum collegam venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Viennensis, Apostolice Sedis legati, litteras impetrasset: lite pendente coram judicibus antedictis, prefati abbas et conventus quosdam a nobis super eodem negotio ad .. cantorem Petragoricensem et ejus collegam obtinuerunt litteras contra eum, nullam facientes de prioribus mentionem. Qui eum ad locum non tutum citarent eundem, ad quem, propter inimicitias capitales et etiam guerrarum discrimina, per se vel per procuratorem accedere non audebat, cum duo procuratores, ad petendum locum tutum destinati ab eo, in via capti fuerint et carcerali custodie mancipati, dictus rector, qui ob causas predictas copiam judicum premissorum habere non poterat, coram .. de Figiaco, .. de Montpensato et .. de Vallibus archipresbiteris et aliis bonis viris contestatione proposita et causa appellationis expressa, videlicet quod, propter metum corporis, sibi non erat pre-fatos judices adire securum, ne in eum ipsi ex hoc tanquam in contumacem procederent, ad nostram audientiam appellavit. Prescripti vero judices legi[tima] ejus appellatione contempta, in eum excommunicationis sententiam protulerunt. Ideoque mandamus quatenus, si est ita, dictam excommunicationis sententiam denuntiantes penitus non tenere, ac revocato etc., usque: attemptatum, partes ad priores judices remittatis; alioquin eas ad secundorum audientiam judicum redire cogatis, appellentem etc. Testes etc. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, XIII kalendas septembris, anno undecimo. »

3838

Viterbe, 25 août 1237.

Archiepiscopo Dublinensi, episcopo Midensi et archidia-

cono Cenonensi, Midensis diocesis, mandat quatenus faciant ut pax inter Mauricium filium Geroldi (= Fitzgerat), Gualterum de Lasci, Riccardum de Burgo, Gualterum de Riddelford et alios barones Hiberniae, ex parte una, et Gilebertum Marescallum, comitem de Pembroc, ac Gualterum et Anselmum, [ejusdem Gileberti] fratres, Darcensis diocesis, ex altera, roge Angliae, nec non pluribus praetatis et nobilibus Angliae et Hiberniae mediantibus, facta inviolabiliter observetur. — (REG. 18, f. 316 v°; ann. XI, c. 207; — POTHAST 10135.)

« .. archiepiscopo Dublinensi, .. episcopo Midensi et .. archidiacono Cenonensi, Midensis diocesis. Nobiles viri Mauricius —. Dat. Viterbii, VIII kalendas septembris, anno undecimo. »

3839

Viterbe, 13 août 1237.

Alatrino, subdiacono et capellano suo, mandat quatenus Tudertinos, recepto ab eorum singulis de parendo apostolicis mandatis juramento, ab excommunicatione absolvat, et, recepto similiter ab eis juramento de pace [cum Urbevetanis] servanda, episcopo, nec non fratribus Praedicatoribus et Minoribus, aliisque religiosi et clericis civitatis Tudertinae licentiam tribuat ad ipsam revertendi; et, ipsis reversis, interdicti sententiam cui eadem civitas subiacebat, relaxet; inserta sub sua bulla utriusque juramenti forma. — (REG. 18, f. 316 v°; ann. XI, c. 208; — POTHAST 10132.)

« Alatrino, subdiacono et capellano nostro. Devotioni tuae presentium —. Dat. Viterbii, idibus augusti, anno undecimo. »

[3840]

[Formula juramenti a singulis civibus Tudertinis praestandi, de parendo mandatis Ecclesiae Romanae. — (REG. 18, f. 316 v°; — A. THEINER, *Codex diplomaticus domini temporis Sanctae Sedis*, t. I, p. 109, col. 1.)]

« Prima forma talis est. Ego .. civis Tudertinus juro » stare universis et singulis mandatis domini pape » super excommunicatione in me et commune meum » mandato ipsius facta et promulgata, penis impositis » a suis nuntiis vel legatis, et in omnibus aliis et sin- » gulis que michi et communi meo duxerit injungenda, » vel per alium mandaverit facienda, et pro quibus » ego et commune meum habemus indignationem ejus: » et promitto bona fide me servaturum hec omnia. » Sic me Deus adjuvet, et hec sancta Dei Evangelia. » Amen. »

[3841]

[Formula juramenti a singulis civibus Tudertinis praestandi, de pace cum Urbevetanis servanda. — (REG. 18, f. 316 v°; — A. THEINER, *Codex diplomaticus domini temporis Sanctae Sedis*, t. I, p. 109, col. 1.)]

« Secunda forma talis est. Ego .. civis Tudertinus re- » nuntio et refuto omne jus et omnem actionem que » michi competunt et competere possent contra Urbe- » vetanos, omnes et singulos, civitatis Urbevetae, » comitatus et districtus ejus, super injuriis, captivis, » spoliis et dampnis omnibus que ipsi Urbevetai, » homines comitatus, adjutores vel aliquis eorum, Tu- » dertinis ipsis, hominibus comitatus et adjutoribus » eorum, ac michi specialiter intulerunt, occasione » obsidionis castri Loniani, faciens eis, universis et » singulis, refutationem et pacem perpetuam de pre- » dictis; ita quod nec per me nec per alium eos, » universos et singulos, propter hoc offendam vel » offendi procurabo in personis aut rebus. Do etiam » eis et promitto universis predictis et singulis in » personis et rebus securitatem et facultatem libe- » ram in veniendo, stando, redeundo, transeundo » ubique terrarum, et maxime in civitate Tuder- » tina, comitatu et districtu ipsius. Et hec omnia, » sicut superius enarrantur, me servaturum per hec » sancta Dei Evangelia juro, et sub obligatione omnium » bonorum meorum, mobilium et immobilium, que » habeo vel in posterum sum habiturus, domino pape » promitto, salvo in omnibus ipsius domini pape man- » dato. Sic me Deus adjuvet, et hec sancta Dei Evan- » gelia. Amen. »

3842

Viterbe, 26 août 1237.

Archiepiscopis et episcopis regni Franciae mandat quatenus sententias quas magister Benedictus de Guarcino, ipsius papae scriptor, tulit in quosdam ipsorum dioecesanos, mercatorum Florentinorum debitores, qui eisdem mercatoribus noluerint satisfacere, faciant observari, et clericos qui eisdem sententias contempserint, poena canonica puniant. — (REG. 18, f. 316 v°; ann. XI, c. 209; — MOREAU 1191, f. 362; — cf. *supra*, n. 3531 et 3535.)

« Archiepiscopis et episcopis regni Francie. Sua nobis dilecti filii mercatores Florentini petitione monstrarunt quod, cum dilecto filio magistro Ben[edicto] de Guarcino¹, scriptori nostro, dederimus nostris litteris

1. La forme complète de ce nom est donnée par la pièce 3534.

in mandatis, ut debitores eorum de regno Francie, tam ecclesiarum prelatos quam alios ad forum ecclesiasticum pertinentes, quod de pecunia eis debita, cum justis et moderatis expensis et debita restitutione dampnorum, usura omnino cessante, satisfaciant, ut tenentur, vel super hiis infra competentem terminum ab eo prefigendum eisdem, per procuratores idoneos, cum rationibus suis et processibus, si qui auctoritate litterarum nostrarum sunt habiti, facturi et recepturi quod dictaverit ordo juris, compareant coram nobis, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, cohereret, et prohiberet nichilominus ex parte nostra iudicibus ad quos super ipsa pecunia a nobis littere sunt obtente, ut per eas de cetero non procedant, sed mittant ad nos processus, si qui sunt habiti per easdem: licet predictus magister, mandatum apostolicum exequens diligenter, in debitoribus ipsis, vel quia venire ad iudicium citati renunt, vel quia, iustitia exigente condemnati, de debitis satisfacere pretermittunt, ecclesiasticam curet proferre censuram, illi tamen, clavibus Ecclesie vilipensis, juri parere seu satisfacere non procurant: propter quod exinde dicti mercatores dispendium non modicum patiuntur. Quocirca mandamus quatenus, sententias quas dictus magister in aliquos vestrarum diocesium rationabiliter tulerit, singuli vestrum facientes in sua diocesi auctoritate nostra, appellatione remota, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, clericos qui sententias ipsas propria temeritate contempserint, pena canonica puniatis. Dat. Viterbii, VII kalendas septembris, anno undecimo. »

3843

Viterbo, 26 août 1237.

Magistro Benedicto de Guarcino, scriptori suo, de eadem re scribens, mandat quatenus contra illos qui se pro praedictorum mercatorum Florentinorum debitibus principaliter obligarint, — de quibus in litteris antea ad ipsum Benedictum ab ipso papa directis nulla mentio facta erat, et contra quos ob hoc ipse scriptor non procedebat, unde praedicti mercatores sibi debitam pecuniam non poterant rehabere, — procedat. — (REG. 18, f. 317 r°; ann. XI, c. 210; — MOREAU 1191, f. 360.)

« Magistro Benedicto de Guarcino, scriptori nostro, Sua nobis dilecti —. Dat. Viterbii, ut supra. »

3844

Viterbo, 26 août 1237.

Eidem, de eadem re scribens, mandat quatenus, — cum

nonnulli ecclesiarum prelati et clerici regni Francie mandata quae ipse scriptor faciebat, exsequi non procurarent, et ipse scriptor ad singulas dioceses accedere non posset, — in qualibet diocesi praedicti regni in qua praedictorum mercatorum Florentinorum debitores existant, aliquem archidiaconum, priorem vel alium clericum ad ipsius scriptoris mandata exsequenda deputet, illum, si necesse fuerit, ut ipsius scriptoris curet pareri mandatis, per censuram apostolicam compellens. — (REG. 18, f. 317 r°; ann. XI, c. 211; — MOREAU 1191, f. 361.)

« Eidem, Dilecti filii mercatores —. Dat. ut supra. »

3845

Viterbo, 27 août 1237.

Archiepiscopo Rothomagensi et episcopo Parisiensi mandat quatenus mercatores Florentinos et eorum socios in mundis Campaniae commorantes, — qui super debitis suis et aliis rebus coram diversis iudicibus a Sede Apostolica delegatis per diversas litteras ad remota loca trahebantur frequentiter in causam, propter quod interdum gravia rerum dispendia et corporum etiam pericula patiebantur, — quando parati fuerint coram ipsis archiepiscopo et episcopo vel ipsorum altero se conquirentibus iustitiam exhibere, trahi coram aliis iudicibus a Sede Apostolica delegatis non permittant. — (REG. 18, f. 317 r°; ann. XI, c. 212; — MOREAU 1191, f. 363 v°.)

« ... archiepiscopo Rothomagensi et [...] episcopo Parisiensi, Cum, sicut mercatores —. Dat. Viterbii, VI kalendas septembris, anno undecimo. »

3846

Viterbo, 28 août 1237.

Abbati de Bocam, Cisterciensis ordinis, Vespriemiensis diocesis, R., priori Hospitalis Hierosolymitani in Hungaria, et magistro Lucae, canonico Jauriensi (= Genriensi), mandat quatenus Ceniadensis episcopi, adeo infirmitate gravati et oculorum lumine impediti, quod ad exerceendum pastoralis officium paene penitus inutilis esset effectus, cessionem recipiant, praefigentes Ceniadensi capitulo terminum competentem, infra quem sibi provideant per electionem canonice de persona idonea in partem. — (REG. 18, f. 317 r°; ann. XI, c. 213; — POTTHAST 10438; — cf. DELAVILLE LE ROUX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II (1897), p. 514, n° 2171.)

« ... abbati de Bocam, Cisterciensis ordinis, Vespriemiensis diocesis, R., priori Hospitalis Hierosolymitani in Europa, et magistro Lucae, canonico Jauriensi, Cum, sicut nostris —. Dat. Viterbii, V kalendas septembris, anno undecimo. »

3817

Viterbe, 31 août 1237.

Johannae, filiae [Simonis], comitis Pontivi (= Ponthieu)¹, concedit ut cum [Ferdinando], rege Castellae et Legionis, non obstante quod dictus rex eam tertia consanguinitatis, ex una parte, et quarta, ex altera, transversali linea continebat, matrimonium contrahere valeat. — (REG. 18, f. 317 v^o; ann. XI, c. 214.)

« *Nobili mulieri Johanne, nate nobilis viri .. comitis Pontivi. Fundamentum et fundator —. Cum itaque de matrimonio contrahendo inter te ac karissimum in Christo filium nostrum .. illustrem regem Castellae et Legionis, sicut ex ejus parte fuit propositum coram nobis, hactenus sit tractatum, quia dictus rex tertia consanguinitatis, ex una parte, et quarta, ex altera, transversali linea te contingit, non prius duxit ad consumationem ipsius matrimonii procedendum, quam super hoc ad Romanam recurreret Ecclesiam, matrem suam, nobis humiliter supplicans ut, cum, propter generositatem regiam, aliqua vix occurat suo digna conjugio, que ipsum in gradu prohibito non contingat, salubre consilium apponamus. Nos igitur, attendentes quod, ex eo quod ipsum regem glorificavit Dominus inter ceteros principes Christianos, dans sibi gloriosum adversus fidei nostre hostes, non absque miraculo divino, triumphum, non est exaltatum cor suum², nec in magnis super se neque in mirabilibus ambulavit³, sed magnanimitatem suam, in humilitatis spiritu, Deo et Ecclesie prona devotione substernit. propter quod personam suam speciali quadam prerogativa dilectionis et gratie sinceritatis brachiis amplexamur, ac sperantes, immo probabili presumptione tenentes quod in ejusdem Sacrosancte Romane Ecclesie, matris sue, devotione proficere debeat incessanter : ipsius regis devotis supplicationibus inclinati, de fratrum nostrorum consilio, nobilitati tue auctoritate presentium concedimus dispensando ut cum eodem rege contrahere valeas, impedimento hujusmodi non obstante. Nulli ergo nostre concessionis etc. Si quis autem etc. Dat. Viterbii, II kalendas septembris, anno undecimo. »*

3818

[Viterbe, 31 août 1237.]

« In eundem fere modum .. illustri regi Castellae et Legion[is], usque in finem. »

1. Cf. supra, n^o 3135.

2. Cf. PSAL. CXXX, 1

3. Cf. IBID., idem.

3819

[Viterbe, 31 août 1237.]

Philippae, filiae [Simonis], comitis Pontivi (= Ponthieu), similiter scribens, concedit ut cum Alfonso, filio [Ferdinandi], regis Castellae et Legionis, non obstante quod idem Alfonso eam quarta consanguinitatis linea transversali continebat, matrimonium contrahere valeat. — (REG. 18, f. 317 v^o; ann. XI, c. 215.)

« *Nobili mulieri Ph[ilippe], nate nobilis viri .. comitis Pontivi. Fundamentum et fundator —. Cum itaque de matrimonio contrahendo inter te et nobilen virum Alfonso, natum karissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Castellae et Legionis, sicut ex parte ipsius regis fuit propositum coram nobis, hactenus sit tractatum, quia dictus nobilis quarta consanguinitatis linea transversali te contingit, non prius ad consumationem ipsius matrimonii est processum, quam super hoc recursus ad Romanam Ecclesiam haberetur. Quare ex parte ipsius nobilis fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum, propter etc., usque : apponamus. Quia vero, ex illa gratia speciali qua eundem regem glorificavit Dominus inter principes Christianos, usque adeo ipsum diligimus, ut ad suum et suorum commodum et honorem efficaciter aspiremus — : ejusdem regis supplicationibus inclinati, de fratrum nostrorum consilio, nobilitati tue auctoritate presentium etc., ut supra, usque in finem. »*

3850. — In eundem fere modum nobili viro Alfonso, nato karissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Castellae.

3851

Viterbe, 28 août 1237.

Regi Castellae et Legionensi petenti indulget ut in locis quae de novo de Sarrazenorum manibus acquisierit et ad cultum fidei Christianae reducerit, possit rectores ecclesiarum, prima vice, loci episcopo praesentare, quos ipse episcopus secundum sanctiones canonicas admittere teneatur. — (REG. 18, f. 318 r^o; ann. XI, c. 216; — MOREAU 1191, f. 350.)

« .. illustri regi Castellae et Legion[is]. Fidem et devotionem —. Dat. Viterbii, V kalendas septembris¹, anno undecimo. »

1. La copie de la collection MOREAU donne la date : III (nonas, corrigé en V) kalendas augusti (= 30 juillet); cette copie ne paraît pas avoir été prise directement sur le *Registre*.

3852

Viterbe, 1^{er} septembre 1237.

Abbatē de Bokam, Cisterciensis ordinis, Vespriemiensis diocesis, R., priori Hospitalis Hierosolymitani in Hungaria, et magistro Lucae, canonico Gauriensi, scribit de excessibus quo Cenadiensis episcopus contra abbatem et monasterium Bistriensis commiserat, eisque mandat quatenus duobus ejusdem monasterii monachis negotium contra eundem episcopum prosequentibus, faciendū de bonis ipsius episcopi provideri, et testes quos utraque pars duxerit producendos, infra quinque menses recipiant et examinent, depositiones eorum et processum ad Sedem Apostolicam transmissuri, praefigendo postmodum partibus terminum peremptorium, quo compareant coram ipso papa; adjectis nonnullis mandatis aliis ad eandem causam pertinentibus. — (REG. 18, f. 318 r^o; ann. XI, c. 217; — MOREAU 1191, f. 368; — POTTIANT 1010; — cf. J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II (1897), p. 514, n^o 2172; — cf. *supra*, n. 2681, 3203 et 3317.)

« ... abbatē de Bokam, Cisterciensis ordinis, Vespriemiensis diocesis, R., priori Hospitalis Hierosolymitani in Ungar[ia]¹, et magistro L[uce], canonico Gauriensi. Cum olim intellectis —. Dat. Viterbii, kalendis septembris, anno undecimo. »

3853

Viterbe, 29 juillet 1237.

Capitū Ulixonensi, late scribens de facto electionis episcopi in ecclesia Ulixonensi, significat se cessionem Stephani, magistrī scholarum Ulixonensis, qui pro electo Ulixonensi se gerebat, duxisse admittendam, et ejusdem ecclesiae Ulixonensis provisionem, pro eo quod in processu electionis multipliciter peccaverant, Sedi Apostolicae reservasse. — (REG. 18, f. 318 v^o; ann. XI, c. 218; — cf. *supra*, n. 2157, 2174, 3113 et 3811.)

« Capitū Ulixonensi. In causa electionis que inter dilectum filium magistrum Johannem, decanum Ulixonensem, capellanum nostrum, et sibi adherentes, ex parte una, et Stephanum, magistrum scholarum, qui se pro electo Ulixonensi gerebat, ex altera, vertebatur, ex parte ipsius decani et sibi adherentium fuit propositum coram nobis quod, ecclesia Ulixonensi vacante, et appellatione interposita ne ordinatio vel electio nisi canonica fieret, ab omnibus approbata, vos, ad provisionem ipsius ecclesie per viam scrutiniū procedentes, venerabilem fratrem nostrum magistrum Vincentium, episcopum, tunc electum Egitanensem, in vestrum episcopum postulastis; ac deinde, .. ma-

jori archidiacono et Johanne Falberti, thesaurario Egitanien[si], concanonico vestris¹, ad presentandum nobis postulationem hujusmodi nuntiis ad Sedem Apostolicam destinatis, appellatione prius ad nos ne in prejudicium postulationis ejusdem mutaretur aliquid, interjecta, nostraque super hoc non expectato responso, vos, quibusdam vestrum irrequisitis penitus et contemptis, quondam magistrum Pelagium, priorem Vimaranesem, evidenter morbo incurabili laborantem, de quo postmodum fuit mortuus infra mensem, in vestrum episcopum elegistis. Et tandem, elapso a die mortis sue tempore a canone constituto, post octo videlicet menses et amplius, idem thesaurarius per compromissum electus fuit ad regimen ecclesie memorate; quo prestante electioni de se facto consensum, eodemque admissio ab omnibus pro electo, ita quod per mutuum consensum eligentium et electi quasi spirituale vinculum fuerat jam contractum, hujusmodi electione pendente, tractatus, pluribus de canonicis absentibus, fuit habitus de alio eligendo, et, quibusdam etiam absentibus et contemptis, totum jus electionis in venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum quondam Compostellanum, metropolitanum vestrum, si placeret electo vestro jus electionis sue transferre in eundem archiepiscopum, transtulistis; ac subsequenter, translationem hujusmodi revocantes, et assentes eundem electum vestrum velle jus electionis sue in ipsius archiepiscopi manibus resignare, dictos majorem archidiaconum vestrum et magistrum scholarum, procuratores constitutos a vobis, cum tali forma ad prefatum archiepiscopum destinastis, ut ipsi, facta resignatione a predicto electo vestro, tractarent cum eodem archiepiscopo de electione in ipsa ecclesia faciendā; et, si videretur eisdem procuratoribus expedire, transferrent eligendi potestatem in iamdudum archiepiscopum, vice vestra, prout lecte littere coram nobis vestre ac ipsius archiepiscopi continebant. Idem autem archiepiscopus, predicto electo in manibus suis cedente, nullaque in ipsum a prefatis procuratoribus eligendi potestate translata, nec deliberato ab ipsis etiam an expediret transferri in ipsum archiepiscopum hujusmodi potestatem, memoratum Stephanum elegit, pronuntiavit et dedit ecclesie vestre in episcopum et pastorem. Propter quod, cum sine lesione conscientie tolerari non posset fuit pluries contradictum et ad nostram audientiam semel et iterum appellatum. Quare petebatur a nobis quicquid de ipso Stephano per eundem archiepiscopum

¹ Ms. : vestro; — c'est bien vestres qu'il faut; cf., plus loin, *dictos majorem archidiaconum vestrum et magistrum scholarum*,

1. Ms. : Angar.

3817

Viterbe, 31 août 1237.

Johannae, filiae [Simonis], comitis Pontivi (= Ponthieu)¹, concedit ut cum [Ferdinando], rege Castellae et Legionis, non obstante quod dictus rex eam tertia consanguinitatis, ex una parte, et quarta, ex altera, transversali linea continebat, matrimonium contrahere valeat. — (REG. 18, f. 317 v^o; ann. XI, c. 214.)

« Nobili mulieri Johanne, nate nobilis viri .. comitis Pontivi. Fundamentum et fundator —. Cum itaque de matrimonio contrahendo inter te ac karissimum in Christo filium nostrum .. illustrem regem Castellae et Legionis, sicut ex ejus parte fuit propositum coram nobis, hactenus sit tractatum, quia dictus rex tertia consanguinitatis, ex una parte, et quarta, ex altera, transversali linea te contingit, non prius duxit ad consumationem ipsius matrimonii procedendum. quam super hoc ad Romanam recurreret Ecclesiam, matrem suam, nobis humiliter supplicans ut, cum, propter generositatem regiam, aliqua vix occurat suo digna conjugio, que ipsum in gradu prohibito non contingat, salubre consilium apponamus. Nos igitur, attendentes quod, ex eo quod ipsum regem glorificavit Dominus inter ceteros principes Christianos, dans sibi gloriosum adversus fidei nostre hostes, non absque miraculo divino, triumphum, non est exaltatum cor suum², nec in magnis super se neque in mirabilibus ambulavit³, sed magnanimitatem suam, in humilitatis spiritu, Deo et Ecclesie prona devotione substernit. propter quod personam suam speciali quadam prerogativa dilectionis et gratie sinceritatis brachiis amplexamur, ac sperantes, immo probabili presumptione tenentes quod in ejusdem Sacrosanctae Romanae Ecclesiae, matris suae, devotione proficere debeat incessanter : ipsius regis devotis supplicationibus inclinati, de fratrum nostrorum consilio, nobilitati tuae auctoritate presentium concedimus dispensando ut cum eodem rege contrahere valeas, impedimento hujusmodi non obstante. Nulli ergo nostre concessionis etc. Si quis autem etc. Dat. Viterbii, II kalendas septembris, anno undecimo. »

3818

[Viterbe, 31 août 1237.]

« In eundem fere modum .. illustri regi Castellae et Legion[is], usque in finem. »

1. Cf. *supra*, n° 3135.

2. Cf. PSAL. CXXX. 1

3. Cf. *IBID.*, *idem*.

3819

[Viterbe, 31 août 1237.]

Philippae, filiae [Simonis], comitis Pontivi (= Ponthieu), similiter scribens, concedit ut cum Alfonso, filio [Ferdinandi], regis Castellae et Legionis, non obstante quod idem Alfonso eam quarta consanguinitatis linea transversali continebat, matrimonium contrahere valeat. — (REG. 18, f. 317 v^o; ann. XI, c. 215.)

« Nobili mulieri Ph[ilippe], nate nobilis viri .. comitis Pontivi. Fundamentum et fundator —. Cum itaque de matrimonio contrahendo inter te et nobilem virum Alfonso, natum karissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Castellae et Legionis, sicut ex parte ipsius regis fuit propositum coram nobis, hactenus sit tractatum, quia dictus nobilis quarta consanguinitatis linea transversali te contingit, non prius ad consumationem ipsius matrimonii est processum, quam super hoc recursus ad Romanam Ecclesiam haberetur. Quare ex parte ipsius nobilis fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum, propter etc., usque : apponamus. Quia vero, ex illa gratia speciali qua eundem regem glorificavit Dominus inter principes Christianos, usque adeo ipsum diligimus, ut ad suum et suorum commodum et honorem efficaciter aspiremus — : ejusdem regis supplicationibus inclinati, de fratrum nostrorum consilio, nobilitati tuae auctoritate presentium etc., ut supra, usque in finem. »

3850. — In eundem fere modum nobili viro Alfonso, nato karissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Castellae.

3851

Viterbe, 28 août 1237.

Regi Castellae et Legionensi petenti indulget ut in locis quae de novo de Saracenorum manibus adquisierit et ad cultum fidei Christianae reducerit, possit rectores ecclesiarum, prima vice, loci episcopo praesentare, quos ipse episcopus secundum sanctiones canonicas admittere teneatur. — (REG. 18, f. 318 r^o; ann. XI, c. 216; — MOREAU 1191, f. 350.)

« .. illustri regi Castellae et Legion[is]. Fidem et devotionem —. Dat. Viterbii, V kalendas septembris¹, anno undecimo. »

1. La copie de la collection MOREAU donne la date : III (nonas, corrigé en V) kalendas augusti (= 30 juillet); cette copie ne paraît pas avoir été prise directement sur le *Registre*.

3852

Viterbe, 1^{er} septembre 1237.

Abbatē de Bokam, Cisterciensis ordinis, Vespriemiensis diocesis, R., priori Hospitalis Hierosolymitani in Hungaria, et magistro Lucae, canonico Geruensi, scribit de excessibus quos Cenadiensis episcopus contra abbatem et monasterium Bistriensis commiserat, eisque mandat quatenus duobus ejusdem monasterii monachis negotium contra eundem episcopum prosequentibus, faciendū de bonis ipsius episcopi provideri, et testes quos utraque pars duxerit producendos, infra quinque menses recipiant et examinent, depositiones eorum et processum ad Sedem Apostolicam transmissuri, praefigendo postmodum partibus terminum peremptorium, quo compareant coram ipso papa; adjectis nonnullis mandatis aliis ad eandem causam pertinentibus. — (REG. 18, f. 318 r^o; ann. XI, c. 217; — MOREAU 1191, f. 368; — POTTHAST 10140; — cf. J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II (1897), p. 514, n^o 2172; — cf. *supra*, n. 2681, 3203 et 3317.)

« .. abbatē de Bokam, Cisterciensis ordinis, Vespriemiensis diocesis, R., priori Hospitalis Hierosolymitani in Ungaria¹, et magistro Lucae, canonico Geruensi. Cum olim intellectus —. Dat. Viterbii, kalendis septembris, anno undecimo. »

3853

Viterbe, 29 juillet 1237.

Capitulo Ulixbonensi, late scribens de facto electionis episcopi in ecclesia Ulixbonensi, significat se cessionem Stephani, magistri scholarum [Ulixbonensis], qui pro electo Ulixbonensi se gerebat, duxisse admittendam, et ejusdem ecclesiae Ulixbonensis provisionem, pro eo quod in processu electionis multipliciter peccaverant, Sedi Apostolicae reservasse. — (REG. 18, f. 318 v^o; ann. XI, c. 218; — cf. *supra*, n. 2157, 2174, 3113 et 3811.)

« Capitulo Ulixbonensi. In causa electionis que inter dilectum filium magistrum Johannem, decanum Ulixbonensem, capellanum nostrum, et sibi adherentes, ex parte una, et Stephanum, magistrum scholarum, qui se pro electo Ulixbonensi gerebat, ex altera, vertebatur, ex parte ipsius decani et sibi adherentium fuit propositum coram nobis quod, ecclesia Ulixbonensi vacante, et appellatione interposita ne ordinatio vel electio nisi canonice fieret, ab omnibus approbata, vos, ad provisionem ipsius ecclesie per viam scrutinii procedentes, venerabilem fratrem nostrum magistrum Vincentium, episcopum, tunc electum Egitanensem, in vestrum episcopum postulastis; ac deinde, .. ma-

jori archidiacono et Johanne Falberti, thesaurario Egitanien[si], concanónico vestris¹, ad presentandum nobis postulationem hujusmodi nuntiis ad Sedem Apostolicam destinatis, appellatione prius ad nos ne in prejudicium postulationis ejusdem mutaretur aliquid, interjecta, nostroque super hoc non expectato responso, vos, quibusdam vestrum irrequisitis penitus et contemptis, quondam magistrum Pelagium, priorem Vimaranesem, evidenter morbo incurabili laborantem, de quo postmodum fuit mortuus infra mensem, in vestrum episcopum elegistis. Et tandem, elapso a die mortis sue tempore a canone constituto, post octo videlicet menses et amplius, idem thesaurarius pro compromissum electus fuit ad regimen ecclesie memorate; quo prestante electioni de se facto consensum, eodemque admissio ab omnibus pro electo, ita quod per mutuum consensum eligentium et electi quasi spirituale vinculum fuerat jam contractum, hujusmodi electione pendente, tractatus, pluribus de canonicis absentibus, fuit habitus de alio eligendo, et, quibusdam etiam absentibus et contemptis, totum jus electionis in venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum quondam Compostellanum, metropolitanum vestrum, si placeret electo vestro jus electionis sue transferre in eundem archiepiscopum, transtulistis; ac subsequenter, translationem hujusmodi revocantes, et assentes eundem electum vestrum velle jus electionis sue in ipsius archiepiscopi manibus resignare, dictos majorem archidiaconum vestrum et magistrum scholarum, procuratores constitutos a vobis, cum tali forma ad prefatum archiepiscopum destinastis, ut ipsi, facta resignatione a predicto electo vestro, tractarent cum eodem archiepiscopo de electione in ipsa ecclesia faciendā; et, si videretur eidem procuratoribus expedire, transferrent eligendi potestatem in iamdudum archiepiscopum, vestra, prout lecte littere coram nobis vestre ac ipsius archiepiscopi continebant. Idem autem archiepiscopus, predicto electo in manibus suis cedente, nullaque in ipsum a prefatis procuratoribus eligendi potestate translata, nec deliberato ab ipsis etiam ad expedire transferri in ipsum archiepiscopum hujusmodi potestatem, memoratum Stephanum elegit, pronuntiavit et dedit ecclesie vestre in episcopum et pastorem. Propter quod, cum sine lesione conscientie tolerari non posset, fuit pluries contradictum et ad nostram audientiam semel et iterum appellatum. Quare petebatur a nobis quicquid de ipso Stephano per eundem archiepiscopum

1. Ms. : vestro; — c'est bien *vestris* qu'il faut; cf., plus loin: *ditos majorem archidiaconum vestrum et magistrum scholarum*,

factum est. nullum penitus et irritum nuntiari, multis super hoc rationibus introductis. Et primo, quia, cum, prefatum Egitaniensem in episcopum vestrum unanimiter postulantes, nuntios ad presentandam nobis postulationem ipsam ad Sedem Apostolicam duxeritis destinandos, non expectato responso nostro, de facto, cum non possetis de jure, jamdictum priorem Vimaraneensem eligere presumpsistis: in quo videmini adeo peccavisse, quod a vobis presumpta electio nulla penitus dici debet: nam, postquam electio seu postulatio ad superioris deliberationis transfertur examen, cum ipsius admissio vel repulsio ejus judicio relinquatur, ipsius deliberatione pendente, ad electionem seu postulationem aliam non potest, absque superioris contemptu et grandis presumptionis nota, procedi. Secundo, quia, cum, nullam habentes, pendente responso nostro, eligendi penitus potestatem, elegeritis personam scienter impedimento perpetuo laborantem, et factum vestrum propter hoc valere non debuit, et vos ipso facto eligendi fuistis per sanctiones canonicas potestate privati. Tertio, quoniam a morte dicti prioris, etiam si alias factum vestrum valeret, fuistis adeo negligentes, quod, decurso tempore a canone diffinito, nullum jus eligendi predictum thesaurarium vel transferendi potestatem in alium habebatis; et sic nichil presumpta de ipso electione et in eundem archiepiscopum facta translatio valuerunt, cum nemo plus juris quam ipse habet, transferre in alium rite possit. Quarto, quia et si ejusdem thesaurarii electio valuisset, ipso jure in archiepiscopum facta translatio nulla fuit, tum quia ecclesia non vacante, tum etiam quia sub conditione collata fuit in alterius arbitrium hujusmodi translatio potestatis: quarum quolibet tam canonica quam civili sanctione dampnatur: nam, ecclesia non vacante, non solum non est de electione tractandum, sed nec etiam loquendum de ipsa, nec partes in ecclesia faciende; usque adeo quod, si ad tractandum de electione, laborante in extremis episcopo, citentur absentes, citati tali citatione, tanquam temeraria, non ardentur. Preterea, contracto legitime matrimonio inter aliquos vel sponsalibus per verba maxime de presenti, cum tractatus haberi non debeat de secundis, multo minus, ubi spirituale conjugium est contractum; et hinc inde contractantes mutuis sunt consensibus obligati, cum fortius sit spirituale vinculum quam carnale. Immo et si contractum per consensum electi non esset, eo tamen consentire volente, ab electione jam facta, cum electo sit ecclesia obligata, resilire nequeunt electores. Nec caret nota qui de hereditate sollicitus est viventis, in tantum quod, si quis bona vel partem bonorum viventis

donaverit, etiam si postea jure debeat succedere, quoniam adversus bonos mores et jus gentium festinavit, in totum sibi actiones hereditarie denegantur et ei aufertur hereditas, ut indigno. Vitiosa fuit nichilominus scriptura hujusmodi vel voluntas, per quam alieno arbitrio permittebatur translatio potestatis, que non solum in spiritualibus, que passim conditiones quaslibet non admittunt, sed etiam in testamentis et ultimis voluntatibus non valeret; captatoria enim institutio que ad secretum aliene voluntatis confertur, nullius penitus est momenti. Quinto, quia, et si valuisset translatio potestatis, fuit tamen per sequentes vestras litteras revocata: nam, licet primo in eundem archiepiscopum, si electo vestro placeret in eum jus electionis sue transferre, jus vestrum duxeritis transferendum, illud tamen per sequentes litteras, prout est expressum superius, revocastis; unde, cum archiepiscopus non posteriorum sed priorum auctoritate processerit litterarum, prout ex tenore provisionis sue colligitur evidenter, processus ejus, tanquam ab illo qui nullam super hoc potestatem habebat, penitus nullus fuit: nec valet etiam, si dicatur quod processerit per secundas, cum per procuratores ad transferendum deputatos a vobis, nulla translatio facta esset. Subsequens etiam declaratio ejusdem archiepiscopi, experimentis quod, si non valebat quod egerat ex potestate a vobis sibi collata, valeret nichilominus ex translata, quasi per elapsum temporis ad eum esset ecclesie vestre provisio devoluta, non valet: tum quia in provisione sua expressit se ad predicti electi vestri resignationem procedere ex vigore translationis a vobis in eum facte, per hoc tam resignationem quam electionem ipsius thesaurarii ratam habens: tum etiam quia, cum a tempore mortis supradicti prioris electi a vobis, octo menses et amplius effluxissent, non ad eum sed ad nos potius erat ecclesie provisio devoluta. Immo, ex quo de jure quo procederet, archiepiscopus dubitabat, abstinere debuit a processu, tanquam non habens procedendi tunc temporis potestatem, sicut alias de illo dicitur, qui, sui juris ignarus, non potest fideicommittere vel testari. Pro parte vero altera fuit responsum taliter ex adverso, quod, cum, premisse postulationis tempore, viginti unus canonicus tantum essetis in ecclesia residentes, aliis in remotis agentibus, qui nec vocari commode poterant nec debebant, et, quindecim ipsum Egitaniensem postulantes, sex reliqui in postulatione ipsa non consenserint in eundem, quamquam duo ex ipsis assensum suum eidem postulationi, mortuo dicto priore Pelagio, prestitissent, rite poteratis a postulatione recedere, presertim ante quam nobis presentata fuisset, cum ex ea

postulato non esset jus aliquod acquisitum, et priorem eligere supradictum. Quod si etiam eligendo dictum priorem, non expectato responso apostolico, forsitan peccassetis, cum in hoc ex simplicitate fuisset, non ex malignitate peccatum, non eratis propter hoc, ipso facto, eligendi potestate privati. Qui si privati essetis etiam potestate hujusmodi, ipso facto, potuistis tamen cum tribus qui non elegerant, et aliis qui non postulaverant, sed in contradictione durabant, illis vos admittentibus, penes quos totum jus eligendi remanserat, thesaurarium eligere memoratum. Nec videtur obesse quod de lapsu temporis allegatur, cum nunquam fueritis negligentis: nam, cum facta postulatio non esset unanimis, sed in contradictione potius celebrata, et presentata nobis etiam non fuisset, absque peccato credebatis ab ea recedere ac priorem eligere supradictum, eodemque sublato de medio, postulationem resumere ac responsum apostolicum expectare. Nec expectando peccastis, sed peccatum, si quod in non expectando commissum fuerat, purgavistis; et sic, subducto expectationis tempore, tantum temporis non effluxit, quod propter hoc jus amiseritis eligendi. Sed, esto quod vel lapsu temporis vel culpa propria nullam eligendi seu transferendi jus vestrum in alium haberetis penitus potestatem, ad eundem archiepiscopum provisio ecclesie debuit de jure devolvi: et sic archiepiscopus, et si non ex collata a vobis, providere tamen potuit ex concessa sibi a canone potestate. Ceterum, quod de translatione obicitur, facta ecclesia non vacante, non nocet, quia electio dicti thesaurarii, facta per compromissum, contradicente .. Santaranensi archidiacono, nulla fuit, cum, eo invito et contradicente, non debuerit compromitti, et nemo compromittendi in alium seu ponendi voluntatem suam in alterius arbitrio compellatur; et ita, cum nulla esset ejus electio, predicta ecclesia tunc vacabat, presertim cum idem thesaurarius electionem de ipso factam, quantum in eo fuit, in capitulo resignasset. Que si etiam, celebrata electione canonice, non vacaret, talis tractatus provisionem non deberet ecclesie impedire, cum non passim quolibet conditio in spiritualibus reprobetur: nam bene possunt duo sub tali conditione per electionem vocari, ut, si unum reprobari contingat, alius assumatur. Nec vere dici potest per solam electionem, ante confirmationem obtentam, ecclesiam non vacare, quia, licet per consensum mutuum sit initiatum spirituale conjugium, non tamen per confirmationem et consecrationem consummatum est neque ratum, nec electus administrationem spiritualium vel temporalium est adeptus, quamquam in remotis, ad Romanum

Pontificem nullo medio pertinentibus, propter utilitates ecclesiarum, dispensative aliter sibi provisum. Nec incidit tractatus hujusmodi vel translatio in tempus ecclesie non vacantis, sed in tempus facte potius cessionis: nam, si res mea michi sub conditione legatur, in hujusmodi legatis non testamenti facti tempus, sed conditionis explete potius, est spectandum, quia poterit valere legatum, si, existentis conditionis tempore, desierit esse mea; et ubicumque conditio apponitur, non ipsius adjecte tempus attenditur, sed eventus, ita quod cesset interim obligatio, quamdiu est an id futurum sit, in pendentis. Sed ad hoc fuit taliter replicatum quod, cum a vobis missa esset dicta nobis postulatio presentanda, nec fuisset competentis tempore revocata, ab ea postmodum, non expectato responso nostro, recedere nequivistis: alioquin magna absurditas sequeretur, quia et a vobis celebrata electio, dum tamen alias sine vitio deberet tanquam canonice confirmari, et a nobis admitti postulatio rite posset; et sic duos sponsores haberet ecclesia, seu duo capita, quasi monstrum. Nec ex facto predictorum, qui non postulaverant vel elegerant, potest adferre sibi juris aliquid pars adversa, quia vos ad electionem non tanquam admissi de gratia, sed jure proprio processistis. Nec est verum nec verisimile quod ex eo solo quod aliqui postulationi non prestiterint assensum, cum alias non inveniatur in postulatione peccatum, totum electionis jus remanserit penes ipsos. Quod si etiam remansisset, illud una vobiscum predictum eligendi priorem, non expectato responso apostolico, perdidissent. Nec debet etiam expectationis tempus subduci, quia, eligendo magistrum Pelagium ante responsum habitum, si quod vobis ex expectatione competebat beneficium, perdidistis. Immo de magna potestis in facto illo levitate notari, quia postulationi, mittendo ad Sedem Apostolicam, institistis, et, prefatum eligendo magistrum ante susceptionem responsi, reprobastis eandem, ac postmodum, eo mortuo, ipsam reprobatam voluistis resumere, responsum apostolicum expectando. Et sic, tempore vacantis ecclesie computato, nec vos eligendi seu transferendi jus vestrum in alium, nec idem archiepiscopus providendi habuistis aliquam potestatem. Ex eo autem quod dicit electionem thesaurarii nullam esse, nullum emolumentum consequitur pars adversa: tum quia tam vestre super facienda translatione transmissis archiepiscopo, quam ipsorum archiepiscopi et thesaurarii presentate nobis littere, quibus idem Stephanus usus est in judicio coram nobis, contrarium asseverant; tum etiam quia dictus archiepiscopus, tanquam ab electo vestro cessionem recipiens, ostendit

electione pendente, ecclesiam non vacare. Immo, hoc solum quod allegat, sufficeret contra eum, quia, si electio ipsa non valuit, totum tempus pendentis electionis ejusdem vestre debet negligentie imputari. Nec suffragatur parti altere quod de conditione hujusmodi allegatur : tum quia in spiritualibus, que puritatem requirunt, talis conditio non vendicabit sibi locum; tum etiam quia in omni condicionali obligatione, et origo attenditur et eventus : origo, utrum ratione personarum vel rerum que veniunt in obligationem, obligatio contrahatur; eventus, an sit conditio extitura : unde, cum, hic transferentes, nullum jus habueritis transferendi, nichil transferre penitus potuistis. Nos igitur, hiis et aliis que fuerunt proposita coram nobis, plenius intellectis, tandem, cum non restaret nisi sententia proferenda, et in ipsa postulatione sententie idem Stephanus tam juri, si quod ei competere videbatur, quam liti cesserit spontanea voluntate, cessionem ejus duximus attendendam, provisionem ipsius ecclesie, pro eo quod invenimus vos multipliciter peccavisse, Sedi Apostolice reservantes. Dat. Viterbii, IIII kalendas augusti, anno undecimo. »

3854

Viterbe, 3 septembre 1237.

Pand'ulfo, monacho monasterii Casinensis, significat se electionem quam nuper de eo vicedecanus et conventus ejusdem monasterii celebraverant, tanquam minus canonice celebratam cassavisse, sed ei usque ad ipsius papae beneplacitum praefati monasterii et terrae ipsius administrationem commisisse, ita tamen ut in spiritualibus utatur consilio Stephani de Corbaria, ejusdem monasterii monachi; ei insuper concedit ut, secundum memorati monasterii consuetudinem, decanum creare valeat in eodem; noverit ipsum papam vicedecano et conventui praedictis mandare ut ipsi Pand'ulfo, prout mentibus super praemissis intendant. — (REG. 18, f. 320 r°; ann. XI, c. 219.)

« Pand'ulfo, monacho monasterii Casinensis. Presentatam nobis electionem —. Dat. Viterbii, III nonas septembris, anno undecimo. »

3855. — In eundem fere modum .. vicedecano et conventui Casinensibus.

3856

Viterbe, 3 septembre 1237.

Potestati, consilio et populo Asininatibus petentibus concedit ut in sua civitate potestatem et alios officiales, sicut ceterae civitates ducatus Spoletani, libere creare possint, non

obstante ordinatione contraria, per Sedem Apostolicam confirmata. — (REG. 18, f. 320 v°; ann. XI, c. 220; — POTTHAST 10412; — RODENBERG 711.)

« .. potestati, consilio et populo Asinina[ibus]¹. Quia vos filios —. Dat. Viterbii, III nonas septembris, anno undecimo. »

3857

Viterbe, 28 août 1237.

Universis abbatibus et conventibus nec non et generali capitulo Praemonstratensis ordinis, — memoratis litteris ad archiepiscopum Rothomagensem, episcopum Parisiensem et abbatem Cistercii directis, supra sub numero 3771 notatis, — mandat quatenus Willelmo, Praemonstratensi abbati, ad administrationem Praemonstratensis monasterii restituto, debitam obedientiam exhibeant. — (REG. 18, f. 320 v°; ann. XI, c. 221; — MOREAU 1191, f. 364.)

« Universis abbatibus et eorum conventibus et generali capitulo Praemonstratensis ordinis. Cum nobis olim constiterit Hugonem, quondam priorem Praemonstratensem, in abbacia Praemonstratensi fuisse intrusum, contra sui ordinis instituta, nos, de fratrum nostrorum consilio, eum exinde sententialiter amoves, et dilectum filium W[illelmum], ejusdem loci abbatem, restituentes ad illam, quicquid per abbatem predictus gessit intrusus, irritum decrevimus et inane, pena ipsi et suis complicitibus infligenda secundum statuta ordinis memorati, providentes ut, postquam idem W[illelmus] plenam restitutionem haberet, si quis super abbacia questionem moveret eadem, ad examen Sedis Apostolice deferretur, primo .. abbate Cisterc[ii] et suis collegis, deinde venerabilibus fratribus nostris .. Rothomagensi archiepiscopo et .. episcopo Parisiensi et eodem abbate executoribus deputatis. Verum, quia postmodum dilecti filii .. Sancti Martini Laudunensis et .. Cussiacensis abbates, Praemonstratensis ordinis, et [...] prior et conventus Praemonstratenses in nostra fecerunt proponi presentia quod, cum per eosdem Sancti Martini Laudunensis et Cussiacensem abbates, tertio eorum collega, videlicet .. abbate Florensiensi, excusato legitime et committente duobus reliquis vicem suam [etc., ut supra, paucis mutatis, in litteris sub numero 3771 notatis, usque :] interdicta penitus potestate. Licet autem litterarumstrarum ad eundem archiepiscopum

1. Cette bulle n'est que la reproduction textuelle d'un passage de la pièce 112 de la IX^e année (cf. *supra*, n° 2639); cf. РОДЕНБЕРГ, n° 644, p. 540, et note.

et suos collegas obtenturam debitum velimus obtineri rigorem, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, tam in spiritualibus quam in temporalibus abbati obediens eidem, correctionem et reformationem, ac alia statuta et mandata salubria que idem abbas in vestro capitulo generali, vel specialibus monasteriis et personis ejusdem ordinis, fecerit, humiliter et devote recipere et observare curetis, nec presumatis quominus ipse sui exequatur officii debitum, impedire. Alioquin non poterimus equanimitè sustinere quin inobedientiam vestram graviter puniamus. Dat. Viterbii. V kalendas septembris, anno undecimo. »

3858

Viterbe, 28 août 1237.

Remensi archiepiscopo et Suessionensi episcopo, de eadem re scribens, mandat quatenus eundem abbatem Praemonstratensem et alias ejusdem ordinis Praemonstratensis personas, sententiae apostolicae parere procurantes, molestari non permittat; praesentibus pro triennio minime valituris. — (REG. 18, f. 321 r^o; ANN. XI, c. 222; — MOREAU 1191, f. 367.)

« .. Remensi archiepiscopo et .. episcopo Suessionensi. Cum nobis olim —. Dat. ut supra. »

3859

Viterbe, 31 août 1237.

Sancti Petri, Sancti Stephani et Sanctae Mariae in Campis Maguntinorum decanus mandat quatenus Conradum, [canonicum Coloniensem], praepositum Sanctae Mariae ad Gradus Coloniensis, — qui, cum Conradus de Bure, canonicus Coloniensis, procurator Conradi, praepositi Coloniensis, in corporalem possessionem suae, videlicet Coloniensis, praepositurae induceretur, una cum quibusdam complicitibus canonicum illum (suum), videlicet Conradum de Bure, per capillos expulerat a capitulo violenter, et postea, ejusdem canonici domum invadens, bonis omnibus ibidem inventis exinde asportatis, eum in carcerem conjecerat, — pulsatis campanis et candelis accensis, singulis diebus dominicis et festivis, excommunicatum cum eisdem complicitibus publice nuntiat; adjectis nonnullis mandatis ad rem eandem pertinentibus. — (REG. 18, f. 321 r^o; ANN. XI, c. 223; — POTTHAST 10439; — cf. supra, n. 2258, 2323, 3157 et 3427.)

« .. Sancti Petri. .. Sancti Stephani et .. Sanctae Mariae in Campis decan[is] Maguntin[is]. Exhibita nobis dilecti filii C[onradi], praepositi Coloniensis, petitio continebat quod, cum dudum C[onradus], praepositus Sanctae Mariae ad Gradus Coloniensis, ipsum praepositura sua Coloniensi per violentiam spoliasset, nos, post diversas commissiones ad iudices diversos hinc inde ab Apos-

tolica Sede obtentas, dilectis filiis . . abbati Eberbacensi, Maguntine diocesis. . . decano et . . scolastico Maguntinis dedimus nostris litteris in mandatis ut . . nullis litteris a Sede Apostolica impetratis vel etiam impetrandis obstantibus, que de illis plenam non facerent mentionem, ipsum, omni difficultate et occasione postpositis, in ejusdem praepositurae corporalem possessionem inducere ac inductum defendere procurarent, invocato ad hoc, si opus esset, auxilio brachii secularis: contradictores — compescendo. Sed, eis tandem Conradum de Bure, canonicum Coloniensem, procuratorem ipsius¹, ejus nomine, in possessionem eandem inducentibus, et assignantibus ei stallum clori et locum capituli consuetum, dictus praepositus Sanctae Mariae, spiritu nequitiæ concitatus, et quidam alii complices sui Coloniensium et Treverensium civitatum et diocesis, concanonicum ipsum, non absque iniectione manuum violenta, per capillos expulerunt exinde violenter, prout presentate nobis dictorum iudicum littere continebant: propter quod iidem iudices, illis excommunicatis publice nuntiatis, in perturbatores possessionis ipsius excommunicationis sententiam, exigente justitia, promulgarunt. Verum supradictus praepositus Sanctae Mariae, illatis dicto canonico injuriis non contentus, quandam ejus domum cum complicitibus supradictis invadens, bonis omnibus ibidem inventis exinde per violentiam asportatis, eundem canonicum detinet carcerali custodie mancipatum —, sibi et suis pejora prioribus comminando. Preterea, sicut accepimus, . . decanus Sancti Petri Trajectensis et ejus conjudices, ad quos memoratus praepositus Sanctae Mariae contra predictum praepositum Coloniensem a nobis litteras in forma simplici dicitur impetrasse, in preminatum abbatem Eberbacensem ejusque conjudices, in quos nulla est eis jurisdictio attributa, excommunicationis sententiam de facto, cum de jure nequiverint, promulgantes, inhibuerunt et inhibent ne quis eis obediat in hac parte: propter quod in negotio memorato debitus non potest haberi processus —. Mandamus quatenus sepefactum praepositum Sanctae Mariae ac ejus complices in hac parte tandem, appellatione remota, per Coloniensem provinciam et alia loca, prout expedire videritis, pulsatis campanis et candelis accensis, singulis diebus dominicis et festivis, excommunicatis publice nuntietis et faciatis etiam nuntiat, donec supradictis praeposito Coloniensi ac procuratori suo de

1. POTTHAST, n° 10284 (cf. supra, n° 3427), a confondu ce Conradus de Bure, canonicus Coloniensis, avec le Conradus, praepositus Coloniensis, dont il n'est que le procureur.

dampnis illatis et injuriis satisfaciant congruenter, et eum vestrarum testi[monio] li[terarum] ve[r]itas a[pp]areat, etc., usque :)]¹ absolventi. Loca quoque ad que pervenerint, dum ibidem exiterint contumaces, et ubi sepefatus canonicus tenetur in vinculis vel contigerit detineri, subiciatis ecclesiastico interdicto. Dictam vero excommunicationis sententiam nullam esse penitus nuntiantes, processum, si quis per litteras ipsas simplices habitus est, et quicquid ex eo secutum esse constiterit, revocetis, non permitentes sepedictum Coloniensem prepositum ab eodem preposito Sancte Marie seu aliquibus aliis super prepositura prefata ejusque pertinentiis, quamdiu stare juri coram sepedicto abbate ejusque conjudicibus super hiis paratus exiterit, per obtentas vel obtinendas a nobis litteras conveniri, nisi fecerint plenam de presentibus mentionem. Contradictores —. Non obstante constitutione de duabus etc., dummodo ultra tertiam vel quartam etc. non trabatur. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, II kalendas septembris, anno undecimo. »

3860

Viterbe, 5 septembre 1237.

Conventui monasterii Casinensis mandata dat de idoneis administratoribus, requisito majoris et sanioris partis conventus assensu, in eorum monasterio constituendis ab abbatibus de cetero, et de abolendis nonnullis pravis consuetudinibus in idem monasterium introductis. — (Reg. 18, f. 321 v°; ann. XI, c. 224.)

« *Conventui monasterii Casinensis.* Pro confessoris reverentia —. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis quod bona ipsi monasterio ad usum erogata conventus, vel que, pietatis intuitu, ad id erogari contingit, interdum in usus alios, tepescere non modicum propter hoc devotione fidelium, vobis invitit et renitentibus, transferuntur. Preterea, licet in sacristia, cellario, vestiario, infirmario et hospitali ejusdem monasterii singuli administratores per abbates et conventum qui fuere pro tempore, poni consueverint ab antiquo, et singulis officiorum ipsorum sint quedam possessiones et certi proventus ac redditus deputati, in eorum usus per administratores eosdem provide convertendi : tamen abbates loci contra hu-

jusmodi approbatam consuetudinem et a longis retro temporibus observatam, non absque vestra et multorum offensa, venire temere non verentur. quamplures litteras vestro communi sigillo, sine assensu vestro, pro suo libito sigillantes, in vestrum evidens prejudicium et gravamen, quibusdam de monachis qui vobiscum residentium faciunt personalem, contra regularia instituta, non absque sue salutis et fame dispendio, extra monasterium habere presumentibus obedientias et redditus speciales. Quidam etiam ex monachis extra monasterium constitutis, quamquam obedientias habeant et de illarum proventibus victum percipere valeant et vestitum, tamen ab eodem monasterio nichilominus vestimenta percipiunt; propter quod gravis materia scandali generatur. Nos igitur —, quod predicta bona ad usum erogata conventus vel in posterum eroganda, sine assensu majoris et sanioris partis ipsius, in alienos usus minime transferantur, sive quod alique littere vestro communi sigillo, sine hujusmodi assensu, nullatenus amodo sigillentur, sub excommunicationis pena districtius prohibentes, firmiter precipiendo mandamus ut de cetero futuri abbates monasterii memorati, secundum approbatam ipsius consuetudinem, tales administratores, requisito predicto assensu, constituent, qui, ordinatam in se caritatem habentes, memorata officia secundum Deum exercere scient et valeant, ac de receiptis omnibus et expensis coram sepedicta majori et saniori parte conventus reddant mense quolibet rationem. Sub eadem pena etiam omnino interdicitur quod de possessionibus, proventibus ac redditibus suprascriptis officiis deputatis, sepedicti abbates vel priores ejusdem monasterii, sine prefato assensu, nichil in alios usus usurper vel usurpari permittant. Ceterum ne aliqui monachorum in monasterio residentium obedientias vel redditus extra ipsum habere presument, cum non habere proprium sit de substantia monachatus, quin immo ne aliqui monachi extra monasterium constituti et obedientias obtinentes, quarum proventus ad victum sufficienti et vestitum, ab ipso vestimenta percipiant, sub eadem pena districtius inhibemus. Nulli ergo —. Si quis autem etc. Dat. Viterbii, nonis septembris, anno undecimo. »

3861

Viterbe, 7 septembre 1237.

Episcopo Lingonensi mandat quatenus, de comminationibus factis archiepiscopo Bisuntino a Radulfo et a P., decano et cantore Sancti Stephani Bisuntini, inquirat veritatem, et predictos decanum et cantorem, nec non Stephanum, archidiaconum Salinensem, adversus praedictum archiepiscopum

1. Nous adoptons l'interprétation des sigles *ve* et *a* proposée par WÜRDTEWIX, qui, le premier, a édité cette bulle, d'après le *Registre* même du Vatican, dans ses *Nona subsidia diplomatica*, t. IX (1787), p. 14-17; mais nous supposons une lacune, dans le *Registre*, entre le sigle *a* et le mot *atolventi*.

rebellem, compellat ut personaliter ad apostolicam praesentiam veniant; nonnullis aliis mandatis adjectis, causam quoque inter praedictos archiepiscopum et cantorem super cancellaria erat exorta, contingentibus. — (REG. 18, f. 322 r^o; ann. XI, c. 225; — MOREAU 1191, f. 374; — POTHAU 10415; — cf. J. BERNOLLI, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I (1892), p. 125, n^o 187.)

.. *episcopo Lingonensi*. Draco ille qui — Nuper dicitur accidisse quod, inter venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum et P., cantorem Sancti Stephani Bisuntiu[os], super cancellaria et rebus aliis exorta materia questionis, idem cantor, juris beneficio per quod equum ab iniquo decernitur, non contentus, sed proprie sequens arbitrium voluntatis, ad injurias se convertit, eidem archiepiscopo minas terribiles inferendo, quas postmodum T., frater ejus, non sine ipsius conventiva vel mandato, in injuriam Jhesu Christi — nefandis est acibus prosecutus. Cum enim archiepiscopus ipse ad civitatem Bisuntinam de diocesi remearet, idem T. et complices ejus, manu in ipsum irruentes armata, eum et socios suos tam verbis quam factis turpiter et inhoneste tractare ac de suis equis ipsos in terram deicere presumpserunt; nec solum diriperunt ornamenta episcopalia, palleum, libros et alia que samarii deferebant, ac omnes equos conitatus ejusdem, sed etiam non erubuerunt, non deferendo persone vel ordini, ipsum archiepiscopum, dimittendo ei capam pluvialem et camisiam tantum, propriis vestibus spoliare, magistrum Nicolaum, socium ejus, canonicum Bisuntinum, in captivitate nichilominus abducentes, quem idem T. ausu sacrilego detinet, pluribus affectum verberibus ac injuriis lacessitum. Cumque Radulfus, decanus Sancti Stephani Bisuntini, dicto archiepiscopo fuisset graviter comminatus et non modicam injuriam intulisset eidem, inhibendo sacerdotibus archidiaconatus de Anjoys², ne ipsum admitterent ad eorum ecclesias visitandas nec ei procuracionem aliquam exhiberent, Ricc[ardus], frater ejus, hiis omnibus, quasi ad offensam non sufficerent, non contentus, cum multis satellitibus depredando villam ipsius archiepiscopi, que Noeroy vulgariter appellatur, nobilem virum P. prepositum interfecit et quosdam vulneravit

de hominibus dicte ville. Ad hec, Stephanus, archidiaconus Salinensis, similem inhibitionem sacerdotibus sui archidiaconatus faciens adversus archiepiscopum supradictum, sententias ab eo latas in sibi rebelles irritas esse dixit, precipiendo illis ne ipsas aliquatenus observarent. Cum igitur ad hoc simul in sede justitie constituti, ut vindictam in nationibus et increpationes in populis faciamus¹, nolentes ut tam graves et enormes excessus, in quibus culpa esset relaxare vindictam, remaneant impuniti, ne vel presumptores hujusmodi de sua superbia glorientur vel aliis tribunatur audacia similia perpetrandi, sed volentes stultis secundum eorum stultitiam respondere, ne se reputent sapientes², mandamus quatenus, de combinationibus factis ipsi archiepiscopo a decano et cantore predictis inquisita plenus veritate, quod inveneris, nobis fideliter per tuas litteras intimans, dicos decanum, archidiaconum et cantorem, si rem inveneris ita esse, ad nostram personaliter venire presentiam, arrepto itinere infra mensem post citationem tuam, responsuros ipsi archiepiscopo super premissis injuriis, monitione premissa, pro censuram apostolicam, appellatione remota, compellas. Quos etiam nichilominus cites ex parte nostra, competentem eis terminum peremptorium prefendo, in quo, etiam si non constiterit de premissis, pro se vel procuratores idoneos, cum omnibus munitis et rationibus suis, compareant coram nobis, prosecuturi justitiam, si quam habent, adversus eundem archiepiscopum, super cancellaria et archidiaconatus suis, ac iuribus et pertinentiis eorundem. Quod si tibi constiterit prefatum T. dicto archiepiscopo et suis premissas injurias intulisse, ipsum et complices ejus, nec non omnes qui eis consilium, auxilium vel favorem in tanto facinore prestiterunt, tamdiu singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, per provinciam Bisuntinam excommunicatos publice nunties et facias ab omnibus artibus evitari, donec dicto archiepiscopo et suis satisfecerint competenter, et cum tuarum etc., usque : absolvendi. Loca etiam ad que interim devenerit T. prefatus, et in quibus idem canonicus detinetur vel constiterit detineri, quamdiu ibi fuerint, supponas ecclesiastico interdieto. Non obstantibus litteris super predictis cancellaria et archidiaconatus, ac iuribus et eorum pertinentiis, a Sede Apostolica impetratis. Dat. Viterbii, VII idus septembris, anno undecimo. »

1. Trompé par la forme des T dans l'écriture du copiste de La Porte du Theil, HAUREAU (*Gallia christiana*, t. XV, instr., col. 80 et 81), ici, et partout où l'initiale T reparait dans cette bulle, a lu J.

2. HAUREAU, *Ibid.*, col. 81; Amoyis, — qui semble en effet ce qu'a voulu écrire le scribe du *Registre*

1. Cf. PSAL. CXLIX, 7.

2. Cf. PROV. XXVI, 4-5.

3862

Viterbe, 3 septembre 1237.

Episcopo Novariensi fuisse scribit de « Vercellensium superbia furiosa », eique mandat quatenus in eos excommunicationis et interdicti sententias sollempniter publicet, et injungat Ottoni, Nicolao Carrarie et aliis officialibus civitatis Vercellensis, qui castra et terras ecclesie Vercellensis impugnavit et devastari fecerant, ipsisque ecclesie homines fecerant jurare quod potestati et communi predictis obedirent de cetero et subessent, Henrico quoque et Uberto de Mortario, Jacobo de Tizono et aliis, qui statuta contra libertatem ecclesie Vercellensis et clericorum ac ipsius hominum ediderant, ut infra certum tempus coram Romano Pontifice compareant. — (REG. 18, f. 322 v°; ann. XI, c. 226; — *POTTHAST* 10443; — cf. *supra*, n° 3539.)

« .. episcopo Novariensi. Vercellensium superbia furiosa — Dat. Viterbii, III nonas septembris. anno undecimo. »

3863

Viterbe, 10 septembre 1237.

Capitulo et clero Vercellensibus mandat quatenus, si Oddo de Mandello potestas, consiliarii et populus Vercellenses de omnibus dampnis et injuriis episcopo et ecclesie Vercellensibus ab ipsis irrogatis satisfactionem debitam noluerint impendere, de civitate Vercellensi ejusque finibus ad quinque miliaria exeant, quattuor dumtaxat sacerdotibus relictis ibidem. — (REG. 18, f. 324 r°; ann. XI, c. 227.)

« .. capitulo et clero Vercellensibus. Quam graviter Oddo de Mandello potestas, consiliarii et populus Vercellenses matrem suam, Vercellensem ecclesiam, persequantur, vos scitis plenius, qui persecutionem ipsorum in libro experientis didicistis; qualiter autem gravemur contra eos, juxta suorum meritorum exigentiam, manus nostras, obtente super hoc a nobis littere vos poterunt edocere. Quia vero non debet remanere gratia cum ingratissimis, universitati vestre in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus, nisi dicti potestas, consiliarii et populus infra duos menses post monitionem venerabilis fratris nostri, Novariensis episcopi, cui super hoc dirigimus scripta nostra, ad mandatum Ecclesie humiliter revertantur, de omnibus dampnis et injuriis venerabili fratri nostro, episcopo et ecclesie Vercellensibus, clericis et hominibus suis irrogatis, satisfactionem debitam impensuri, vos extunc, ad monitionem ejusdem, de civitate Vercellensi

et finibus ejus ad quinque miliaria exire nullatenus postponatis, ad eam minime reversuri absque nostra licentia specialia; quattuor dumtaxat sacerdotibus relictis ibidem, qui penitentiam morientibus et parvulis baptisma ministrent. Alioquin damus eidem Novariensi episcopo nostris litteris in mandatis, ut vos ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellat. Dat. Viterbii, III idus septembris, anno undecimo. »

3864

Viterbe, 13 septembre 1237.

Priori Sanctae Feliculae, Parmensis diocesis, et fratri Aegidio de Campaniola, Reginae dioecesis, mandat quatenus, — abbatissa et conventu monasterii Sancti Alex[andri] Parmensis supplicantibus ut ipsis, cum essent paratae inclusae Domino famulari et in melius vitam suam corrigere, Sedes Apostolica super hoc provideat, — non obstantibus litteris ad priorem provinciam fratrum Praedicatorum in Lombardia, et aliis ad ipsam Sanctae Feliculae priorem ejusque collegam super ejusdem monasterii Sancti Alex[andri] visitatione a Sede Apostolica obtentis, ad dictum monasterium accedentes, corrigant et reforment ibidem reformanda et corrigenda, et, statuentes ut dictae abbatissa et conventus sub regulari observantia inclusae perpetuo Domino famulentur, illis quae eandem reformationem et statuta ab ipsis visitatoribus edita recipere noluerint, de monasterio eodem expulsis et in aliis monasteriis ejusdem ordinis collocatis, alias personas idoneas ipsarum loco instituant ibidem. — (REG. 18, f. 324 r°; ann. XI, c. 228; — cf. *supra*, n. 1492 et 2750.)

« .. priori Sancte Feliculae et fratri Aegidio de Campaniola, Parmensis et Reg[in]e dioecesis. Dilecte in Christo — Dat. Viterbii, idibus septembris, anno undecimo. »

3865

Viterbe, 5 septembre 1237.

Episcopo Glasguensi mandat quatenus magistro Petro, camerario Raynerii, Sanctae Mariae in Cosmidin diaconi cardinalis, quem ipsi papae « de litterarum scientia et honestate » morum experta familiaritas et familiaris experientia notum reddiderant, faciat in Scotia in competentem ecclesiastico beneficio provideri. — (REG. 18, f. 324 v°; ann. XI, c. 229.)

« .. episcopo Glasguensi. Non debet circa — Dat. Viterbii, nonis septembris, anno undecimo. »

1. Cf., plus loin, les *capitula* 392 et 395 de la XI^e année et 210 de la XII^e année.

2. Cf. *PSAL.* XXXI, 1.

1. Il n'est pas spécifié dans cette bulle à quel ordre appartenait le monastère de Saint-Alexandre; c'était l'ordre de saint Benoît (cf. *supra*, n. 1492 et 2750).

3866

Viterbe, 1 septembre 1237.

Episcopo Mutinensem monet quatenus fratri Stephano, priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia, super concessione monasterii de Columbario, Mutinensis diocesis, fratribus de Campaniola, eorundem fratrum de Campaniola ordini incorporandi, consilium, auxilium et favorem impendat. — (Reg. 18, f. 324 v^o; ann. XI, c. 230; — cf. *supra*, n^o 3672.)

« .. episcopo Mutinensi. Cum instantia nostra cotidiana sit omnium ecclesiarum sollicitudo continua¹, intellecto quod monasterium de Columbario, Mutinensis diocesis, per malitiam habitantium in eodem, adeo in spiritualibus et temporalibus est collapsum, quod nulla spes est ut resurgere valeat de cetero per se ipsum, dilecto filio fratri Stephano, priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia, nostris dedimus litteris in mandatis ut, personaliter ad ipsum accedens, illud, cum iuribus et pertinentiis suis, dilectis filiis fratribus de Campaniola concedat, incorporandum ipsorum ordini et secundum statuta ipsius ordinis, auctore Domino, reformandum; eosque in corporalem possessionem ejus inducens, ne cives Mutinenses propter hoc habeant materiam murmurandi, monasterium ipsum de fratribus civitatum [Lombardie]² ac Marchie, que sunt de amicitia dictorum civium, studeat ordinare, invocato, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis; Rolandum vero, quondam priorem, ac alios monachos et conversos ejusdem [monasterii] monens attentius et inducens ut, saluti sue consulentes et fame, ordinem predictorum fratrum assumant, illos qui monitioni sue parere noluerint in hac parte, in aliis locis ordinis sancti Benedicti studeat collocare, tantum illis de ipsius monasterii redditibus et proventibus assignando, ne sint aliis onerosi, quod exinde, quoad vixerint, commode valeant sustentari; contradictores etc., usque : compescens, salvo jure ejuslibet in hiis que ordinis dictorum fratrum de Campaniola non obviant institutis. Quocirca fraternitatem tuam monendam duximus et hortandam, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus super hoc eidem fratri impendas consilium, auxilium et favorem, et fratres quos ibidem insituerit, taliter habeas commendatos, quod exinde divinam possis gratiam uberius promereri, et nos devotionem tuam commendare merito debeamus. Dat. Viterbii, II nonas septembris, anno undecimo. »

3867

Viterbe, 1 septembre 1237.

« In eundem fore modum eidem prior¹, usque non obviant institutis. Dat. ut supra, a. — (Reg. 18, f. 324 v^o.)

3868

Viterbe, 1 septembre 1237.

Fratri Stephano, priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia, de eadem re scribens, mandat quatenus potestatem, consiliarios et commune Mutinenses moneat et inducat ut, postquam in praedictum monasterium de Columbario praedicti fratres de Campaniola fuerint introducti, non permittant eos a Rolando, ejusdem monasterii quondam priore, vel a quibuslibet aliis molestari, sed eisdem fratribus de securitate provideant. — (Reg. 18, f. 324 v^o; ann. XI, c. 231.)

« Fratri Stephano, priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia. Cum instantia etc., ut supra, usque : per se ipsum, illud per te concedi mandavimus dilectis filiis fratribus de Campaniola, secundum statuta eorum ord[inis] reformandum, injungentes tibi nichilominus ut ipsum de fratribus civitatum Lombardie etc., ut supra, usque : sustentari. Quia vero, propter presumptionem ipsius Rolandi, qui, volens contra stimulum calcitrare¹, eidem monasterio inferre dampna per se ac suos consanguineos comminatur, expedit huic operi adhiberi manum auxilii .. potestatis, consiliariorum et communis civitatis ejusdem, universitatem ipsorum rogandam duximus et hortandam, nostris sibi dantes litteris in mandatis ut, tibi in executione mandati nostri favorabiliter assistentes, postquam in monasterio ipso fuerint dicti fratres inducti, non permittant eos vel idem monasterium ab ipso R[olando] et quibuslibet aliis, quantum in eis fuerit, temere molestari; sed, recepta super hoc a quibus necesse fuerit, secundum tuum arbitrium, sufficienti et idonea cautione, sic eis de securitate provideant, quod exinde divinam possint gratiam uberius promereri, et nos devotionem ipsorum commendare merito debeamus. Sententiam autem, si quam propter hoc rite tuleris in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Quocirca mandamus quatenus dictos potestatem, consiliarios et commune ad id diligenter moneas et inducas, et, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas. Proviso ne in universitatem Mutinensium interdicti etc. Dat. ut supra. »

1. A. 1. IX, 5 et XXVI, 14.

1. Cf. 2 Cor. XI, 28.

2. Cf. *infra*, n^o 3868.

3869

Viterbe, 4 septembre 1237.

« In eundem fere modum .i. potestati, consiliariis et communi Mutinensibus, usque : inviolabiliter observari. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 325 r°.)

3870

Viterbe, 15 septembre 1237.

Eidem, de eadem re scribens, mandat quatenus Rolandum, quondam priorem monasterii de Columbario, — quod monasterium, in spiritualibus et in temporalibus, propter malitiam habitantium in eodem, collapsum, ipse papa mandaverat per ipsum fratrem Stephanum fratribus de Campaniola concedi, incorporandum eorumdem fratrum ordini, — in alio loco ordinis sancti Benedicti, a monasterio praedicto remoto, collocet, eique de bonis monasterii praefati de Columbario, ac sit onerosus loco in quo eum locaverit, tantum assignet, quod exinde possit sustentari. — (REG. 18, f. 325 r°; ann. XI, c. 232; — POTTHAST 10418; — cf. supra, n° 3672.)

« Eidem. Cum monasterium de Columbario —. Dat. Viterbii, XVII kalendas octobris, pontificatus nostri anno undecimo. »

3871

Viterbe, 15 septembre 1237.

Eidem, per quem monasterium de Marola, ordinis Camaldulensis, Reginae dioecesis, ipse papa mandaverat visitari, mandat quatenus idem monasterium, quod dicebatur per malitiam habitantium in eodem in spiritualibus et in temporalibus esse collapsum, in ordine suo, si fieri possit, reformet; alioquin, ibidem diligenter inquirens, quod invenerit, ipsi papae intimet; ceterum G., abbas ejusdem monasterii, quem ad administrandam abbatiam senectus et debilitas reddebant impotentem, et qui, insufficientiam suam recognoscens, cedere erat paratus, cessionem recipiat, et eidem monasterio provideat de persona idonea per electionem canonicam in abbatem. — (REG. 18, f. 325 r°; ann. XI, c. 233; — POTTHAST 10417; — cf. supra, n° 3713.)

« Eidem. Cum monasterium de Marola —. Dat. ut supra. »

3872

Viterbe, 12 septembre 1237.

Petro, judici Arboreae, qui Ecclesiae Romanae quicquid juris obtinebat in terra sua, dederat, significat se ei ejusque filiis legitimis praedictam terram concedere et confirmare. — (REG. 18, f. 325 r°; ann. XI, c. 231; — cf. supra, n° 3422.)

« Nobili viro Petro, judici Arboreae, fidei nostro. Devotionis tuae sinceritas —. Sane petitio tua nobis exhibita

continebat quod tu, dignum ducens ut Ecclesia Romana tibi succedat in terra et aliis bonis tuis, cum non habeas filios ex legitimo matrimonio procreatos, nuper, pro salute anime tuae, terram quam tenes, spectare ad jus et proprietatem Romanae Ecclesiae recognoscens, quicquid juris in ea obtines. Ecclesiae Romanae pia et provida liberalitate donasti, terram ipsam dilecto filio magistro Alex[andro], capellano nostro, recipienti eandem nostram et Ecclesiae Romanae nomine, assignando; castro Gerapale et anno censu mille et centum bizantium ipsi Ecclesiae Romanae concessis nichilominus in presenti. Nos igitur, favorabilibus precibus tuis benignum impertientes assensum, praefatam terram tibi et filiis tuis legitimis concedentes, eam vobis auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, ita tamen quod, te absque liberis decedente, terra eadem ad Romanam Ecclesiam devolvatur —. Dat. Viterbii, II idus septembris, anno undecimo. »

3873

Viterbe, 12 septembre 1237.

Archiepiscopo Arborensi et episcopo Usellensi, de eadem re scribens, mandat quatenus praedictum Petrum, judicem Arboreae, non permittant contra praedictae concessionis et confirmationis tenorem ab aliquibus molestari. — (REG. 18, f. 325 r°; ann. XI, c. 235.)

« .. archiepiscopo Arborensi et .. episcopo Usellensi. Devotionis dilecti filii —. Dat. ut supra. »

3874

Viterbe, 12 septembre 1237.

Petro, judici Arboreae, concedendi aliqua de proventus terrae suae, usque ad congruam quantitatem, ecclesiis et piis locis, ac benefaciendi consanguineis suis in iudicatu Arboreae morantibus, quoad vixerint, concedit facultatem. — (REG. 18, f. 325 v°; ann. XI, c. 236.)

« Nobili viro Petro, judici Arboreae, fidei nostro. Devotionis tuae sinceritas —. Dat. ut supra. »

3875

Viterbe, 12 septembre 1237.

Archiepiscopo Arborensi et episcopo Sanctae Justae mandat quatenus ea de bonis terrae Arboreae quae a quondam B., iudice Arboreae, et quibusdam aliis, ejus successoribus, quibusdam laicis extra Arboream existentibus concessa et alienata fuerant illi-cite, ad jus et proprietatem Petri, judicis Arboreae, revocent, exceptis his quae ecclesiis et aliis piis

locis prædicti B. et successores ejus dederant. — (REU. 18. f. 325 v°; ann. XI. e. 237.)

« .. archiepiscopo Arborensi et .. episcopo Sancte Juste. Cum, sicut dilecto —. Dat. ut supra. »

3876

Viterbe, 7 septembre 1237.

Episcopo quondam Mutinensi, Apostolicæ Sedis legato, cum Lubusensis, Misnensis, Caminensis et Brandeburgensis episcopi super limitibus suarum dioecesium inter se sæpe contenderent, negotium limitationis prædictarum dioecesium committit. — (REU. 18. f. 325 v°; ann. XI. e. 238; — PORTNAST 10114; — RODENBERG 712.)

« .. episcopo quondam Mutinensi, Apostolicæ Sedis legato. Onus suscepti regiminis —. Dat. Viterbii, VII idus septembris, anno undecimo. »

3877

Viterbe, 30 mai 1237.

Sancti Petri Dervensis et Sancti Vincentii Metensis abbatibus mandat quatenus. — juxta compositionem quæ, Thoma, Sanctæ Sabinae presbytero cardinali, mediante, inter episcopum ecclesiamque Metenses, ex una parte, et Juvenalem Mannetti, civem Romanum, ex altera, super quadam summa pecunie a prædictis Metensibus prædicto Juvenali debita, intervenerat, — eisdem Juvenali de duobus milibus et trecentis maris sterlinguorum satisfacere faciant. — (REU. 18. f. 325 v°; ann. XI. e. 239; — MOREAU 1191. f. 302; — cf. supra, n° 3711.)

« .. Sancti Petri Dervensis, Cathalaunensis diocesis, et .. Sancti Vincentii Metensis abbatibus. Cum venerabilis frater noster .. episcopus et ecclesia Meten[ses] in quadam summa pecunie nobili viro Juvenali Mannetti, civi Romano, tenere[p]tur, tandem dilecto filio .. abbate Sancti Martini Trecentis sibi super hoc iudice ab Apostolica Sede concessio, inter dietos episcopum et [Juvenalem] amicabilem compositio intervenit, per eundem abbatem de voluntate partium confirmata: quam idem episcopus non observans, non satisfecit eidem. Postmodum vero prefatis episcopo et [Juvenali] in nostra presentia constitutus dilectum filium nostrum [Thomam], tituli Sanctæ Sabine presbiterum cardinalem, dedimus auditorem. Coram quo licet hinc inde fuerit diutius altercatum, demum, eo mediante, prout continet publicum instrumentum, sigillis cardinalis ejusdem et Jacobi Trecentis, procuratoris prefati episcopi, roboratum, ad compositionem amicabilem devenerunt; in qua, inter

alia, continetur quod, reservatis quingentis maris pro sua sustentatione ipsi episcopo annuatim, quibus ipsum volumus esse contentum, universi episcopatus redditus et proventus, ac subsidium quod fieri sibi mandamus, in solutionem debitorum, juxta ipsius instrumenti tenorem, sine diminutione qualibet convertantur. Ideoque mandamus quatenus, deductis quingentis maris argenti, pro sustentatione episcopi memorati solvendis eidem, de residuo memorato [Juvenali] de duobus milibus et trecentis maris sterlinguorum, sicut in instrumento continetur eodem, satisfacere procuretis. Quod si non ambo etc. Dat. Viterbii, III kalendas junii, anno undecimo. »

3878

Viterbe, 16 septembre 1237.

Electo Coronensi, nec non abbati et priori de Saracaz, Corinthiensi diocesis, Godefridi II^o de Villa Harduini, principis Achaïæ, supplicationibus annuens, mandat quatenus præceptor et fratris hospitalis Beati Jacobi de Andrevilla, Olenensis diocesis, a Godefrido I, patre ejusdem Godefridi II, fundati, sed nunc in spiritualibus et in temporalibus collapsi, licentiam concedat ad ordinem hospitalis Sanctæ Mariæ Theutonicorum de Romania, eum omnibus bonis suis, transeundi, si tamen quod de ipsius hospitalis Beati Jacobi exemptione proponatur, verum sit, et idem hospitale nulli alteri ordini sit subjectum. — (REU. 18. l. 326 r°; ann. XI. e. 240; — PORTNAST 10152.)

« .. electo Coronensi, .. abbati et .. priori de Saracaz, Corinthiensi diocesis. De locis divino —. Ex parte siquidem dilecti filii nobilis viri Godefridi, principis Achaïæ, fuit propositum coram nobis quod bone memorie .. pater suus ad honorem beati Jacobi, antecitate pie memorie .. Albanensis episcopi, tunc in partibus illis Apostolicæ Sedis legati, hospitale, cum ecclesia, eterne retributionis obtentu, fundavit; que idem legatus exemptionis privilegio, confirmato per Sedem Apostolicam, communicavit. Et quamquam ibidem, juxta fundatoris votum, religio et hospitalitas vise fuerint aliquandiu rellorere, tamen dictum hospitale, refrigerante caritate habitantium in eodem, in spiritualibus et temporalibus adeo collapsum esse dinoscitur, ut per se ipsum posse reformari facile non credatur. Cupiens igitur memoratus princeps ut in eodem loco, per divine laudis frequentiam et opera debite caritatis,

1. Cf. supra, n° 1627. — C'est par erreur qu'au n° 3409, nous avons imprimé *Uutiltelmo*; il s'agit de Geoffroy II de Villehardouin (→ vers 1215-1246), — fils aîné de Geoffroy I (→ 1218), — et non de son frère cadet et successeur Guillaume (→ 1278).

predicti fundatoris anime perempnis, quam vivens obtavit. felicitas impetretur, nobis humiliter supplicavit ut dilectis filiis . . . preceptori et fratribus hospitalis ejusdem. quorum ad hoc voluntas accedere dicitur et assensus. cum bonis omnibus eorumdem ad ordinem hospitalis Sancte Marie Teotoniconum de Romania, de benignitate solita [transeundi] licentiam largiremur: presertim cum, sicut asserit, per unionem hujusmodi Romanie imperio ac Terre Sancte profectibus utilitatis multe materia procuretur. Nos igitur, ejusdem principis supplicationibus inclinati, mandamus quatenus predictis preceptori et fratribus hospitalis Sancti Jacobi. si quod de ipsis exemptione proponitur. veritate fuleitur. et nulli alteri ordini est subjectum, auctoritate nostra postulata licentiam concedatis. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii. XVI kalendas octobris. anno undecimo. »

3879

Viterbe, 2 septembre 1237.

Archiepiscopum Mediolanensem ejusque suffraganeos, nec non abbates et alios ecclesiarum prelatos, tam exemptos quam non exemptos, per Mediolanensem provinciam constitutos non exemptos, per Mediolanensem provinciam constitutos rogat et monet quatenus episcopo, capitulo et clero Verellensibus, qui, pro libertate Verellensis ecclesie persecutionem patientes, exulare cogebantur, decenter et honeste provideant; alioquin ipse papa episcopo Novariensi mandat ut ipsos ad id compellat; non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam ultra suas dioceses ipsi archiepiscopus, suffraganei ejus, abbates et alii prelati non trahantur. — (REG. 18, f. 326 r°; ann. XI, c. 211; — cf. *supra*, n. 3862 et 3863.)

« .. archiepiscopo Mediolanensi et suffraganeis suis, abbatibus et aliis ecclesiarum prelati, tam exemptis quam non exemptis, per Mediolanensem provinciam constituti. Laborantibus pro ecclesiastica —. Dat. Viterbii, IIII nonas septembris, anno undecimo. »

3880 — In eundem fere modum .. Havennat[is] et .. Januensis archiepiscopis, abbatibus et aliis ecclesiarum prelati, tam exemptis quam non exemptis, per eorum provincias constituti.

3881 — In eundem modum .. Papiensi, .. Cumano, .. Platentino, .. Mantuano, .. Ferrariensi, .. Veronensi, .. Vicentino, .. Pauluano et .. Tervisino episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum prelati, tam exemptis quam non exemptis, per eorumdem episcoporum civitates et dioceses constituti.

3882

Viterbe, 16 septembre 1237.

Magistrum Benedictum de Guarino, scriptorem suum.

vehementer increpat quod, mandati apostolici de debitis a prelati et aliis personis ad forum Ecclesie pertinentibus, mercatoribus Florentinis solvendis fines excedens, contra laicos cruce signatos regni Francie predictorum mercatorum debitores processerit, eique mandat quatenus quod contra predictos laicos inchoaverit, revocet. — (REG. 18, f. 326 v°; ann. XI, c. 212; — MOREAU 1191, f. 380; — cf. *supra*, n. 3531, 3535, et 3812-3814.)

« Magistro Benedicto [de Guarino], scriptori nostro. Olim ad audientiam nostram ex parte mercatorum Florentinorum querela perlata, quod, cum non modicam summam pecunie diversis ecclesiarum prelati et aliis personis ad forum Ecclesie pertinentibus in regno Francie mutuo concessissent, iidem prelati et persone, non attendentes quod in concessione hujusmodi, suis propter hoc a gravibus periculis ecclesiis liberatis, grande fuerant comodum assecuti, et injuriam pro beneficio et dispendium pro gratia rependere non verentes, eisdem mercatoribus de dicta pecunia satisfacere contra justitiam denegabant: tibi nostris dedimus litteris in mandatis ut prelatos et personas predictas, non obstantibus quibuscumque litteris a Sede Apostolica impetratis vel processibus habitis per eandem, et quacumque indulgentia cruce signatis indulta, quod eisdem mercatoribus de dicta pecunia satisfactionem debitam exhiberent, vel infra certum terminum personaliter vel per procuratores idoneos, super premissis eisdem mercatoribus exhibitori justitiam, nostro se conspectui presentarent, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, cohortares. Sed tu, sicut audivimus, non considerans prudenter quod sub hujusmodi mandato laicos cruce signatos includi nostre intentionis non extitit, etsi de cruce signatis in genere in litteris apostolicis mentio facta fuerit, eo quod multi clerici crucis assumpere signaculum, et ad illas debet species descensus a genere fieri, quas sub predicato ipsius nature cursus permitti solitus contineri, extraneum de litteris ipsis sensum eliciens et mandati nostri, quod te non decuit, fines excedens, contra laicos cruce signatos regni predicti, juxta formam tibi traditam, que solum tibi contra clericos jurisdictionem tradidit, procedere non vereris, in eorum grave dispendium et maximum scandalum plurimorum. Cum enim, sicut bene nosti, karissimum in Christo filium Ludovicum, regem Francorum illustrem, nostris rogandum duxerimus litteris et monendum, ut circa debitores predictorum mercatorum sue jurisdictioni subjectos, quod ipsis de concessa eis pecunia satisfacerent, providere curaret, et

omnes laici ipsius regni, tam crucesignati quam non crucesignati, ei sint subditi, intelligere poteris et debeas quod illos per te extraordinarie cogi nolumus. quos per eundem regem ad satisfactionem jure ordinario mandabamus induci. Illud etiam non debebat ad tuam credulitatem accedere, ut indulgentiam quam crucesignatis laicis, ne possent nisi coram ordinariis conveniri, pro Terre Sancte et divini concessimus favore servitii, sine causa vellemus et ita de facili revocare. Verum, cum ille nec haberi nec habitus valere debeat processus ex litteris, cui causa non est efficiens intentio mandatoris, presentium tibi auctoritate districte precipiendo mandamus quatenus, contra crucesignatos laicos regni predicti nulla ratione procedens, si forsan contra eos in aliquo processisti, studeas absque difficultatis obstaculo revocare, ea que tibi pro facto dictorum Florentinorum per litteras diversas injunximus, sub illa adimplere cautela procurans, quod nec de inobedientia pro precepti nostri diminutione, nec pro excessu valeas de transgressione notari. Dat. Viterbii, XVI kalendas octobris, anno undecimo. »

3883

Viterbe, 17 septembre 1237.

« In eundem fore modum .. *archiepiscopo Senonensi*, usque : notari. Quocirca mandamus quatenus nobilibus et aliis crucesignatis Francie mandatum hujusmodi studeas publicare. Dat. Viterbii, XV kalendas octobris, anno undecimo. » — (REG. 18, f. 326 v°; — MOREAU 1191, f. 382 v°.)

3884

Viterbe, 16 septembre 1237.

« In eundem modum *nobilibus et aliis crucesignatis regni Francie*, usque : notari. Dat. Viterbii, XVI kalendas octobris, anno undecimo. » — (REG. 18, f. 326 v°; — MOREAU 1191, f. 382 v°.)

3885

Viterbe, 16 septembre 1237.

Eidem magistro Benedicto de gnarino, de eadem re scribens, audito quod eos qui se debitum praedictis mercatoribus solvisses offerrebat se probaturos, audire recusabat, mandat quatenus in hoc negotio sic caute procedat, quod nullus contra justitiam gravetur. — (REG. 18, f. 326 v°; ann. XI, c. 243; — MOREAU 1191, f. 382 v°.)

« *Eidem*. Ad nostram noveris audientiam pervenisse quod, cum olim tibi nostris dederimus litteris in man-

dati ut ecclesiarum prelatos et alios de foro Ecclesie debitores mercatorum Florentinorum in regno Francie constitutos, quod eis de debitis suis satisfactionem debitam exhiberent, vel infra certum terminum, exhibitori eis super premissis justitiam, nostro se conspectui presentarent, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, coharentes, tu eos qui solutionem debiti se offerunt probaturos, audire recusas. Verum, cum sic mercatores prefatos velimus in suo jure fovere, quod aliorum justitiam non ledamus, mandamus quatenus sic caute in hac parte procedas, quod aliquis contra justitiam non gravetur. Dat. Viterbii, ut supra. »

3886

Viterbe, 17 septembre 1237.

Archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato, consules et universitatem villæ Montis Possulani, sub Apostolicæ Sedis protectione consistentes, commendat, eique mandat quatenus inquisitionis negotium, quam super vitio hæreticæ pravitatis idem legatus in villa prædicta fieri mandaverat, sic prosequatur, « quod falsitatis vitium per testes aliquos non » obrepat, et innocentia sit immunis a pena », iniquitas vero non impunita remaneat. — (REG. 18, f. 327 r°; ann. XI, c. 244; — MOREAU 1191, f. 381.)

« .. *archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato*. Cum dilecti filii —. Dat. Viterbii, XV kalendas octobris, anno undecimo. »

3887

Viterbe, 15 septembre 1237.

Episcopo Pictavensi, referenti quod redditus quarundam ecclesiarum Pictavensis diocesis, habentium curam animarum annexam, adeo erant tenues et exiles, quod rectores earum vix poterant « ex eisdem redditibus per medietatem » temporis sustentari », concedit ut, cedentibus vel decedentibus aliquibus de rectoribus memoratis, tot ex prædictis ecclesiis unire valeat, quod eisdem præficiendi rectoris ex earum proventibus commode sustentari valeant. — (REG. 18, f. 327 r°; ann. XI, c. 245; — MOREAU 1191, f. 378.)

« .. *episcopo Pictavensi*. Lecta coram nobis —. Dat. Viterbii, XVII kalendas octobris, anno undecimo. »

3888

Viterbe, 15 septembre 1237.

Eidem similiter scribit de archipresbyteris et de archipresbyteris ejusdem diocesis, concessa ei archipresbyteratus

uniendi facultate. — (REG. 18, f. 327 r^o; ann. XI, c. 216; — MOREAU 1191, f. 379.)

« *Eidem.* Lecta etc. — Dat. ut supra. »

3889

Viterbe, 22 septembre 1237.

P. priori et fratribus hospitalis Sancti Viti de Furca Pen-
nensis supplicantibus concedit ut in ipsorum hospitali, ad Ro-
manam Ecclesiam nullo medio pertinente, — in quo nullus
de approbatis ordinibus observabatur, licet rationabiles con-
suetudines praedecessorum ipsorum de proprio non habendo,
de non edendis carnibus, de pannis lineis non vestiendis, de
medietate bonorum eis a fidelibus collatorum pauperibus ero-
ganda, eisdem ipsorum praedecessoribus fuerit per Sedem
Apostolicam confirmatae, — regula beati Augustini, praefatis
institutionibus in suo robore duraturis, perpetuo observetur.
— (REG. 18, f. 327 r^o; ann. XI, c. 217.)

« *P. priori et fratribus hospitalis Sancti Viti de Furca
Pennen[sis].* Pia vota Deum —. Dat. Viterbii, X kalen-
das octobris, anno undecimo. »

3890

Viterbe, 7 septembre 1237.

Universis magistris et scholaribus Parisiensibus, memoratis
statutis ab ipso olim editis circa modum licentiandi in theo-
logia et decretis, significat se inhibere ne Parisiensis epis-
copus seu quilibet alius contra illam licentiandi formam ve-
nire praesumat. — (REG. 18, f. 327 r^o; ann. XI, c. 218; —
MOREAU 1191, f. 372; — POTTHAST 104161; — DENIFLE et CHA-
TELAIN, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. I (1889),
p. 163, n^o 117; — cf. *supra*, n^o 607.)

« *Universis magistris et scholaribus Parisiensibus.* Qui
ad hoc potissime vota nostra dirigimus, ut Ecclesie
filiis quietis oportune gratiam proeuremus, olim pro
statu vestro pacifico pie statuimus observandum, quod
quilibet cancellarius Parisiensis extunc creandus coram
episcopo vel de ipsius mandato in capitulo Parisiensis,
vocatis ad hoc et presentibus pro universitate scolarium
duobus magistris, in sua institutione jurabit
quod ad regimen theologie ac decretorum bona fide,
secundum conscientiam suam, loco et tempore, secun-
dum statum civitatis et honorem ac honestatem facul-
tatum ipsarum, non nisi dignis licentiam largietur, nec
admittet indignos, personarum² acceptione sumnota.

1. Avec l'incipit, peut-être préférable : « Quia ad hoc, » d'après
DU BOULAY, *Historia Universitatis Parisiensis*, t. III (1666),
p. 161.

2. Dans la pièce 607 : « personarum et nationum. »

Ante vero quam quemquam licentiet, infra tres menses
a tempore petite licentie, tam ab omnibus magistris
theologie in civitate presentibus, quam aliis viris
honestis et litteratis, per quos veritas sciri possit, de
vita, scientia et facultia, nec non proposito et spe pro-
ficiendi, ac aliis que sunt in talibus requirenda, dili-
genter inquirat, et, inquisitione sic facta quid deceat
et quid expediat, bona fide, det vel neget, secundum
suam conscientiam, petenti licentiam postulata,
prout in apostolicis litteris super hoc concessis plenius
continetur. Verum, quia statuta edidisse non sufficit,
si firma illorum auctoritas non subsistit, ne Parisien-
sis episcopus qui pro tempore fuerit, seu quilibet alius,
contra predictam licentiandi formam aliquo modo ve-
nire presumat, auctoritate presentium districtius inhi-
bemus. Nulli ergo —. Si quis etc. Dat. Viterbii,
VII idus septembris, anno undecimo. »

3891

Viterbe, 20 septembre 1237.

Regi Castellae et Legionis, de verbo ad verbum iterans
litteras supra sub numero 3851 notatas, petenti indulget ut
in locis quae de novo de Sarracenorum manibus acquisierit
et ad cultum fidei Christianae reducerit, possit rectores
ecclesiarum, prima vice, loci episcopo praesentare, quos ipse
episcopus secundum sanctiones canonicae admittere liceatur.
— (REG. 18, f. 327 v^o; ann. XI, c. 219.)

« .. *illustri regi Castellae et Legion[is].* Fidem et devo-
tionem —. Dat. Viterbii, XII kalendas octobris, anno
undecimo. »

3892

Viterbe, 30 juillet 1237.

Abbatii monasterii Sancti Victoris Massiliensis usum mi-
trae et annuli, quem aliqui ejus praedecessorum ex speciali
Sedis Apostolicae indulto habuerant, indulget. — (REG. 18,
f. 327 v^o; ann. XI, c. 250.)

« .. *abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis.* Tue
probitatis merita —. Dat. Viterbii, III kalendas au-
gusti, anno undecimo. »

3893

Viterbe, 3 octobre 1237.

Archiepiscopo Barensi, nec non Melfiensi et Asculano epis-
copis scribit de nece L., prioris monasterii Venusini, eisque
inquisitionem in eodem monasterio faciendam committit. —
(REG. 18, f. 327 v^o; ann. XI, c. 251.)

« .. *archiepiscopo Barensi, .. Melfiensi et .. Asculano*

episcopis. Lecta coram nobis dilectorum filiorum conventus monasterii Venusini petitio continbat quod Jacobus de Alphanan., ejusdem monasterii monachus —, bone memorie L., priorem ejusdem monasterii, occidit, noctis tempore, sicut idem sponte confessus dicitur extitisse. Verum, quia quorundam assertionem tenetur quod quidam monachi conventus ejusdem fuerint ab hujusmodi scelere non immunes, mandamus [quateus], ad locum personaliter accedentes, inquisita super hiis diligentius veritate, si rem vobis ita esse constiterit, dictum Jacobum perpetuo carceri mancipantes, alios ejusdem complices in hac parte pena canonica puniatis; quod super hoc inveneritis et feceritis, nobis fideliter rescripturi. Si vero constiterit quod nullus alius de dicto monasterio preter eundem monachum super tanto flagitio culpabilis habeatur, eidem conventui, ne monasterium ipsum per vacationem diutinam contingat gravius solito in spiritualibus et temporalibus deformari, providendi sibi infra tres menses post monitionem vestram, per electionem canonicam, de persona idonea in abbatem, auctoritate nostra licentiam impendatis: mandantes eisdem quod nobis electionem hujusmodi representent, ut de ipsa, prout secundum Deum expedire viderimus, disponamus. Quod si non omnes etc. Dat. Viterbii, V nonas octobris, anno undecimo. »

3894

Viterbe, 3 octobre 1237.

Archiepiscopo Remensi et ejus suffraganeis, memorata discordia inter Ludovicum, regem Francie, et ecclesiam Belvacensem exorta, significat se, — cum non crederetur de pace inter regem et ecclesiam predictos reformanda posse tractari, donec de pastore provideretur eidem ecclesie, — suspensionem interdicti cui Remensis provincia, et specialiter Belvacensis diocesis, supposita fuerat, prorogasse usque ad sex menses postquam eidem ecclesie fuerit sic provisum. — (REG. 18, f. 327 v°: ann. XI, c. 252; — MOREAU 1191, f. 389; — cf. *supra*, n. 3321-3327 et 3503.)

« .. *archiepiscopo Remensi et suffraganeis ejus.* Licet ad correctionem —. Dat. Viterbii, V nonas octobris, anno undecimo. »

3895

Viterbe, 2 octobre 1237.

Abbati Sanctae Mariæ de Josophat Carnotensis mandat quatenus inhibeat ne adversus decanum Carnotensem vel procuratorem ejus, seu adversus canonicos adhaerentes appellationi pro ipso decano ad Sedem Apostolicam contra episco-

pum Carnotensem, et contra magistrum Johannem dictum Presbyterum, qui pro canonico Carnotensi se gerens, interjecta, aliquis procedat super his pro quibus predicti episcopus et magister ad eandem Sedem erant citati. — (REG. 18, f. 328 r°: ann. XI, c. 253; — MOREAU 1191, f. 387; — cf. *supra*, n° 3767.)

« .. *abbati Sancte Mariæ de Josophat Carnotensis.* Dilectus filius .. decanus Carnotensis proposuit coram nobis quod, cum ipse, contra venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Carnotensem et magistrum Johannem dictum Presbyterum, qui pro canonico Carnotensi se gerit, super eo quod idem magister in-ejusdem ecclesie canonicum, post appellationem pro ipso decano ad Sedem Apostolicam interjectam, per eundem episcopum est, ut dicitur, institutus, quadam sibi collata prebenda, deponens in nostra presentia questionem, nostras ad te impetravit¹ litteras, continentes ut dictos episcopum et magistrum peremptorie ad nostram presentiam citare curares, certum eis terminum preficendo: idem magister, auctoritate ejusdem commissionis, quam contra .. abbatem et conventum Sancti Vitoni Virdunensis, P. militem et quosdam alios clericos et laicos Senonensis et Carnotensis civitatum et diocesis, super decimis, possessionibus, redditibus et rebus aliis a nobis in forma simplici, ut dicitur, ad [..] abbatem Sancti Johannis Senonensis impetravit, pretextu illius clause *quidam alii*, citari fecit ipsum decanum et procuratorem ejus, ac quosdam canonicos Carnotenses adherentes appellationi predictæ, super inquietatione possessionis et proventuum ejusdem prebende ipsi magistro in illius presentia responsuros. Quare dictus decanus nobis humiliter supplicavit ut, cum tu sis mandatum apostolicum executus, occasione commissionis ejusdem vel aliequæ consimilis non permitteremus eum aliquatenus aggravari. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, inhibeas ipsi abbati et cuilibet alii, ut super hiis pro quibus dicti episcopus et magister ad nostram presentiam sunt citati, adversus eundem decanum vel procuratorem ejus, seu canonicos adherentes appellationi predictæ, auctoritate commissionis hujusmodi non procedant. Dat. Viterbii, VI nonas octobris, anno undecimo. »

3896

Viterbe, 6 octobre 1237.

Regi Francorum indulget ut, si quando eum vel ejus familiam excommunicatis communicare contingat, propter hoc

1. Sic, peut-être pour *impetravit*.

majori excommunicationis laqueo nequaquam ligari possint, dummodo non communicent in crimine criminosis. — (REG. 18, f. 328 v°; ann. XI, c. 254; — POTTHAST 10162.)

« .. *illustri regi Francie*. Cum, sicut ex parte tua nostris est auribus intimatum, nonnulli prelati regni tui et iudices a Sede Apostolica delegati, cum aliquos sibi obedire nolentes, vinculo excommunicationis astringunt, in participantes excommunicationis hujusmodi, non solum in crimine sed etiam alio modo, excommunicationis presumant sententias fulminare: tuis precibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus ut, si quando te vel familiam tuam hujusmodi excommunicationis communicare contingat, propter hoc majori excommunicationis laqueo nequaquam legari possitis, dummodo non communicetis in crimine criminosis. Nulli ergo —. Si quis autem etc. Dat. Viterbii, II nonas octobris, anno undecimo. »

3897. — In eundem modum *B[lanche]*, *illustri regine Francie*.

3898

Viterbe, 6 octobris 1237.

Eidem [reginae] concedit ut nullus in terras ejus interdicti sententiam promulgare audeat absque speciali Sedis Apostolicæ licentia. — (REG. 18, f. 328 r°; ann. XI, c. 255; — POTTHAST 10163 *.)

« *Eidem*. Gaudentes pro multiplici —. Dat. ut supra. »

3899

Viterbe, 6 octobris 1237.

Regi Franciæ, qui a Judæis Franciæ et eorum debitoribus Christianis non modicam acceperat pecuniæ quantitatem et de illa pecunia satisfacere desiderabat, concedit ut, cum hujusmodi pecunia crederetur ab ipsis Judæis nomine usurarum acquisita fuisse, et multi a quibus Judæi prædicti usuras extorserant, cognosci non possent, pecuniam quam ipse rex restituere teneretur, valeat in subsidium Constantinopolitanæ imperii destinare. — (REG. 18, f. 328 v°; ann. XI, c. 256.)

« .. *illustri regi Francie*. Ex parte tua nostris est auribus intimatum quod, cum a Judæis regni [tui] et eorum debitoribus Christianis, et ipsorum nomine, non modicam acceperis pecuniæ quantitatem: quia hujusmodi pecunia ab ipsis Judæis acquisita creditur nomine usurarum, tu, ne peccatum eorum tibi reputetur ad penam, satisfacere de pecunia desideras supradicta.

Quare nobis humiliter supplicasti ut, cum multi a quibus Judæi prædicti extorserunt usuras, cognosci non possint, et pecuniam quam istis restituere tenereris, velis in subsidium Constantinopolitanæ imperii destinare. serenitati tue quod id tibi efficere liceat, et per hoc apud Deum nichilominus proficiat ad salutem, tuque juxta quantitatem hujusmodi subsidii a satisfactionis debito libereris. indulgere de benignitate Sedis Apostolicæ curaremus. Tuis igitur precibus inclinati, auctoritate tibi presentium concedimus postulata. Dat. ut supra. »

3900

Viterbe, 6 octobris 1237.

Roberto, fratri [Ludovici], regis Francorum, idem indulget quod ipsi regi, in litteris supra sub numero 3896 notatis, indulserat, videlicet ut, si quando eum vel ejus familiam excommunicationis communicare contingat, propter hoc majori excommunicationis laqueo nequaquam ligari possint, dummodo non communicent in crimine criminosis. — (REG. 18, f. 328 v°; ann. XI, c. 257.)

« *Nobili viro Roberto, fratri karissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Francie*. Cum, sicut ex parte tua nostris est auribus intimatum, nonnulli prelati etc., ut supra, in CCLIII[*e*] littera, usque in finem. »

3901

Viterbe, 6 octobris 1237.

Archiepiscopus et episcopus regni Franciæ, audito ex parte regis Franciæ quod ipsorum aliqui ejus terram præpropere interdicto supponebant, mandat quatenus in prolatione sententiarum interdicti cum maturitate et gravitate procedant. — (REG. 18, f. 328 v°; ann. XI, c. 258; — MOREAU 1191, f. 395; — POTTHAST 10160.)

« *Archiepiscopus et episcopus regni Francie*. In divini celebratione —. Dat. Viterbii, II nonas octobris, anno undecimo. »

3902

Viterbe, 6 octobris 1237.

Capitulum Beati Martini Turonensis, supplicante [Ludovico], rege Francorum, mandat quatenus magistro Johanni, ipsorum capituli decano, — qui eidem regi pro expediendis negotiis quæ ad regiam audientiam perferrebantur, plurimum erat necessarius, et qui, taliter regalibus insistendo servitiis, ipsi ecclesiæ Beati Martini et aliis Gallicanis ecclesiis multo magis quam si resideret in ipsa ecclesia, credebatur fore fructuosus, — licentiam concedant, non obstante juramento

quod de residentia in eadem Beati Martini ecclesia facienda, eis praestiterat, usque ad duos annos ejusdem regis obsequiis immerandis. — (REG. 18, f. 328 v°; ann. XI, c. 259.)

« *Capitulo Beati Martini Turonensis. Ex parte karissimi —. Dat. ut supra.* »

3903

Viterbe, 6 octobre 1237.

Episcopo Cenomanensi significat se ei in officio pecuniae in regno Franciae pro subsidio imperii Constantinopolitani non solummodo distribuendae, sed etiam colligendae, fratrem Willelmum, ipsius papae paenitentiarium, collegam adjuvare, eique mandat quatenus, si fuerit impeditus, vices suas eidem paenitentiarario committat. — (REG. 18, f. 328 v°; ann. XI, c. 260; — MOREAU 1191, f. 397; — POTHIANT 10159.)

« .. *episcopo Cenomanensi.* Cum tibi nostris dederimus litteris in mandatis ut pecuniam quam in regno Francie pro subsidio imperii Constantinopolitani colligeres, juxta consilium dilecti filii fratris W[illelmi], penitentiararii nostri, in utilitatem prefati imperii expendere procurares, non minus in colligenda quam in distribuenda prefata pecunia, ejusdem fratris, qui crucesignatorum et patrie notitiam habet, credatur consilium oportunit, fraternitati tue presentium auctoritate mandamus quatenus cum ipso fratre prefatam pecuniam colligas, et, cum te propter negotium subsidii imperii Romanie, quod tibi commisimus, impeditum esse contigerit, vices tuas committas eidem. Dat. ut supra. »

3904

Viterbe, 23 septembre 1237.

Episcopo Silvanectensi et magistro G. Goin, canonico Remensi, causam inter Oddonem de Villa Terrici, decanum Bajocensem, ex parte una, et capitulum Bajocense, ex altera, super decanatu Bajocensi exortam, coram aliis iudicibus jam protractam, examinandam committit. — (REG. 18, f. 329 r°; ann. XI, c. 264; — MOREAU 1191, f. 385; — cf. *supra*, n. 3526 et 3582.)

« .. *episcopo Silvanectensi et magistro G. Goin, canonico Remensi.* Accedens ad Apostolicam Sedem dilectus filius O[ddo] de Villa Terrici, decanus Bajocensis, sua nobis petitione monstravit quod, cum causam que inter ipsum, ex parte una, et capitulum Bajocense, ex altera, super decanatu suo, cui, occasione quorundam criminum pro ipso decanum falso asserere fuisse commissam, ipso facto eum renuntiasse dicebant, vertitur,

dilectis filiis magistris Hugoni de Pisis, tunc cantori, nunc Rothomagensi archidiacono, Symoni¹, Parisiensi, et Petro Caligario, Morinensis canonicis, duxerimus committendam : dicto archidiacono vices suas magistro Ricc[ardo] Angeli, Abrincensi canonico, donec subdelegationem revocaret hujusmodi, committente, procurator dicti decani coram eodem Petro et magistro Radulfo, canonico Sancti Clodoaldi, subdelegato a dicto Symone, ad certam diem, eodem Ricc[ardo] absente et legitime excusato, excipiendo proposuit quod, cum prefatum capitulum decanum eundem cognitione causarum et quibusdam aliis iuribus ad ipsum, ratione decanatus, in cujus tunc erat possessione pacifica, de jure spectantibus, contra justitiam spoliassent, non tenebatur eis super premissis, nisi prius restitutione habita, respondere : et quia dictus P[etrus], ac magister O[ddo] de Castro Radulfi, canonicus Parisiensis, cui post dictam diem subdelegavit idem Symon, quotiens ipsum abesse contingeret, vices suas, et prefatus Ricc[ardus], in hujusmodi restitutionem fieri non debere per iniquam interlocutoriam decernentes, ad receptionem testium partis alterius super negotio principali, licet-lis contestata non esset et causa rationalis id non exposeret, contra justitiam procedebant, prefatus procurator decani predicti, sentiens ex hoc indebite se gravari, nostram audientiam appellavit. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, revocato etc., usque in causa ipsa juxta priorum etc., usque : procedatis ; alioquin partes ad dicti Petri et eorumdem subdelegatorum etc., usque : condemnantes. Non obstantibus litteris super eadem appellatione ad venerabilem fratrem nostrum .. Pictavensem episcopum et ejus collegas obtentis ; quas, et processum, si quis per eas est habitus, de certa scientia revocamus. Non obstante constitutione de duabus etc., dummodo ultra quintam vel sextam pars altera extra suam diocesim auctoritate presentium ad iudicium non trahatur. Dat. Viterbii, VIII kalendas octobris, anno undecimo. »

3905

Viterbe, 26 septembre 1237.

Archiepiscopo Lugdunensi, abbati Maceriarum, Cabillonensis diocesis, et decano Belnensi, Aedunensis diocesis, late scribit de facinoribus Heliae de Ventelorn. (= Ventadour), nepotis quondam Bernardi de Ventelorn, abbatis monasterii Tutellensis, qui in abbatem ejusdem monasterii se per violentiam procuraverat eligi : eis mandat quatenus, ad idem

1. S. Pagani, dans la pièce 3526; Simon de Seignois, dans la pièce 3582.

monasterium accedentes, in eo inquirant, et quae invenerint, ipsi papae transmittant, eidem Heliae intruso terminum preempatorium praefixuri, quo apostolico conspectui se praesentet; quod si eundem de dilapidatione habuerint suspectum, ipsum ab administratione temporalium suspendant, et duobus vel tribus monachis idoneis faciatis expensas ad prosecutionem negotii necessarias de bonis ejusdem monasterii ministrari. — (Reg. 18. l. 329 r°; ann. XI. c. 262.)

« .. archiepiscopo Lugdunensi, .. abbati Maeriarum, Cisterciensis ordinis, et .. decano Belnensi, Cabilonensis et Eduensis diocesis. Dissimulare hactenus non valentes presumptionem Helie de Ventedor., nepotis quondam B[ernardi de Ventedor.], abbatis monasterii Tutellensis, qui, sicut nostris fuit auribus intimatum, nondum ordinem regularem professus, ad ipsius monasterii regimen, quo indignus erat, aspirans, fultus potentia seculari, castra, fortelices, burgos et villas ac possessiones ejusdem, non absque multa effusione sanguinis et plurimorum nece, ausu diabolico occupavit, ac exposuit qui secum erant, raptoribus occupata, et presumpsit tandiu detinere, donec, post latam in eum propter hoc a bone memorie .. Lemovicensi episcopo, loci diocesano, excommunicationis sententiam, et appellationem ad nos semel et iterum interjectam, per secularis impressionis abusum, a quibusdam de monachis, nulla servata forma canonica, se in abbatem ipsius monasterii eligi procuravit, et, confirmatione non habita nec petita, confisus de viribus, non de jure, administrationi ejusdem monasterii se ingressit, juramenta fidelitatis ab ipsius hominibus, et obedientiam ac reverentiam a monachis per violentiam extorquendo : venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Viennensi, Apostolice Sedis legato, dedimus nostris litteris in mandatis ut, personaliter ad locum ipsum accedens et habens per oculos solum Deum, si rem inveniret taliter se habere, dictum Heliam ab administratione predicti monasterii sic presumpta prorsus excludens, ipsum ut prefata castra, munitiones et bona jamdicto restitueret monasterio, et dictos ejus fautores ut conventui memorati monasterii de dampnis et injuriis satisfacerent irrogatis, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam coartaret, et, ad eorum malitiam compescendam invocato, si necesse foret, auxilio brachii secularis, faceret sepe dicto monasterio de persona idonea per electionem canonicam provideri. Prefatis vero litteris eidem archiepiscopo presentatis, eoque ad monasterium ipsum personaliter accedente, jamdictus Helias, antequam idem archiepiscopus inquireret de premissis, quasi male concius

sibi, cessit; cuius a predicto archiepiscopo cessione recepta, die cessionis ipsius, appellatione prius a .. cantore, Guidone et fere duodecim monachis ejusdem monasterii ad nos ne idem Helias eligeretur, cum esset ineligibilis, interjecta, non absque timore, qui poterat cadere in constantes, et symonie vitio, ad scrutinium est deventum. Tandem, publicato scrutinio nullaque collatione facta, et alias forma concilii non servata, multiplici excommunicatione ligatus ab excommunicatis et qui erant, ipso jure, eligendi potestate privati, pro eo quod in prima electione ipsum indignum indigne scienter elegerant, est electus; et, administrationi spiritualium et temporalium ejusdem monasterii, non obtenta confirmatione, se ingerens impudenter. G. prepositum prepositura, [...] cantorem cantoria, Johannem priorem prioratu, et plures alios qui ei obstitarent, locis et officiis spoliavit, illa suis fautoribus conferendo; quorum quibusdam etiam duas, et quibusdam tres obedientias assignavit; et claustralibus qui eum elegerant, certos redditus percipiendos annuatim, contra jus et regulam beati Benedicti, concessit; que illis ante electionem suam dicitur promississe. Et licet ad quandam compositionem deveniret cum hominibus ville Rupis Amatoris, monasterio ipsi pleno jure subjecte, in enormem dicti monasterii lesionem, per quam promissit eis se ville Montis Pesulani consuetudines servaturum, et ut quilibet posset vendere signa peregrinis transeuntibus, que dicuntur vulgariter *caravelli*, quod erat monasterii speciale, et ut posset quilibet, tam in villa quam extra, libere condere testamentum, quod nulli eorum licuit ab antiquo, nisi de speciali permissione abbatis pro tempore existentis, ad cuius¹ observationem se obligavit tam juratoria quam fidejussoria cautione : idem tamen, jurisjurandi religione contempta, sub pacis imagine, villam fecit proditorie supradictam intrari, in qua plures de villa ipsa, eo mandante, fuerunt impie mutilati; ponensque spem suam totaliter in pecunie corruptela, que sanctuarium Domini concupivit, et ipsum per ambitum est adeptus, thesaurum monasterii, scilicet crucem auream, calices aureos, turibula et imagines quas reges Spanie et aliarum provinciarum fideles Christi ad idem monasterium cum summa devotione ac reverentia transmiserunt, nec non pluviales et casulas ac alia ornamenta, que valentiam mille quingentarum marcarum excedunt, alienare presumpsit, ac obventiones altaris beate Virginis pro quatuor milibus marcis et amplius fene-

1. Sous-entendu : *compositionis*.

ratoribus obligavit, aliaque debita pene infinita contraxit, que in usus detestabiles dicitur convertisse, preter argentum quod de crucifixis et tabulis deargentatis ad ornatum altaris, ausu diabolico, excrustavit. Domos quoque, vinea, molendina et possessiones alias, que habebat monasterium in villa de Briva, ultra mille marcas argenti valentia, distrahare non expavit, ac consumpsit in usus illicitos proventus et redditus dicte Rupis duorum annorum, summam quatuor milium marcarum et amplius excedentes. Et quamvis tres conventuales a Clunia^{ensi} et quinque alios prioratus a Tutellen^{si} monasteriis, primo electionis sue tempore, detineret, adhuc tamen eos detinet et proventus percipit eorumdem, contra sacrorum canonum et a nobis super hoc dudum edita instituta; aliaque nulla commisit et committit enormia et nefanda, que oculos divine majestatis offendunt et homines graviter scandalizant. Quia vero culpa esset in culpis hujusmodi relaxare vindictam, discretioni vestre in virtute obedientie per apostolica scripta mandamus quatenus, ad monasterium ipsum personaliter accedentes et habentes pre oculis solum Deum, inquiratis super hiis et aliis que inquirenda videritis, sollicitè veritatem, et que inventeritis, nobis sub sigillis vestris mittatis fideliter interclusa, eidem intruso terminum peremptorium prefixuri, quo personaliter nostro se conspectui representet, meritorum suorum stipendia recepturus: proviso prudenter ne, sub dubio inquisitionis eventu, prefatum monasterium honorum suorum dispendium patiat. Quod si habueritis eundem de dilapidatione suspectum, ipsum ab administratione temporalium suspendentes, ne prosecutio negotii pro defectu expensarum valeat impediri, duobus vel tribus monachis, quos idoneos esse noveritis, deputatis a vobis ad hujusmodi negotium prosequendum, faciatis de bonis ejusdem monasterii expensas necessarias ministrari, ac jamdieto inhibeatis intruso ut, pendente inquisitionis negotio, munus benedictionis recipere non presumat, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Contradictores etc. Quod si non omnes etc., tu, frater archiepiscopo etc. Dat. Viterbii, VI kalendas octobris, anno undecimo. »

3906

Viterbe, 29 septembre 1237.

Abbatì de Stragow (= Strahow), Præmonstratensis ordinis, nec non præposito et archidiacono Pragenses mandatum quatenus, — cum causa quæ inter Henricum, ducem Zlesie

et Cracoviae, et archiepiscopum capitulumque Genuenses jandudum vertebatur, post communicationis sententiam ab episcopo quondam Mutinensi, tunc in Præsie partibus apostolico legato, in eundem ducem latam, et litteras apostolicas ad ipsos iudices jam directas, maneret in suspenso, quia in prædictis litteris ad ipsos directis nulla erat eis super principali attributa cognitio, — eidem duci ad cautelam absolutionem impendant, eique spatium trium mensium terminum peremptorium præfigant, quo per procuratorem idoneum apostolico conspectui se præsentet, a super principali facturus et recepturus quod dicaverit ordo juris etc. (Reg., 18, f. 330 r.; ann. XI, c. 263; — Porras 10456; — cf. supra, n° 3205.)

« .. abbatì de Stragow, Præmonstratensis ordinis, .. præposito et .. archidiacono Pragenses. Nobilis vir H., — Dat. Viterbii, III kalendas octobris, pontificatus nostri anno undecimo. »

3907

Latan, 20 octobre 1237.

Abbatibus Sancti Philiberti Trenorehien[sis] et Maerianum mandatum quatenus redemptiones crucesignatorum terræ comitis Matisconensis crucesignati, qui propter infirmitatem, debilitatem seu pauperatam ad subsidium Terræ Sanctæ vel imperii Constantinopolitani sint inhabiles, eidem comiti, postquam in prædictum imperium transiverit, exhiberi faciant. — (Reg., 18, f. 330 v.; ann. XI, c. 264; — Moreau 1194 f. 398.)

« .. Sancti Phil[ibert]i Trenorehien[sis] et .. Maerianum abbatibus, Cabilonensis diocesis. Cum Vatacius, Dei et Ecclesie inimicus, graviter imperium Constantinopolitanum opprèsserit, et plures ipsius civitates et loca capiens, ea funditus devastavit, nos, attendentes quod in ipsius conservatione, ad cujus defensionem nobilis vir .. comes Matisconensis, accensus zelo devotionis et fidei, crucis assumpto signaculo, se accinxerit, specialiter Terræ Sanctæ subsidium noscitur promoveri, et si quod dominio Grecorum, qui magis Latinis odiunt quam Pagani, subicitur, de facili eidem Terræ sanctæ subsidium sequeretur, mandamus quatenus, redemptiones crucesignatorum terre dicti comitis, Lugdunensis, Matisconensis et Cabilonensis civitatum et diocesium, qui propter infirmitatem, debilitatem seu pauperatam ad subsidium Terræ Sanctæ vel ejusdem imperii sunt inhabiles, exceptis illis qui in terris de dominio aliorum comitum et baronum crucesignatorum existant, nomine ejusdem comitis ad inanus vestras recipientes, eas ipsi, postquam in imperium prædictum transiverit, per viros discretos et Deum timentes exhiberi integre

1. Cf. Is. III, 8.

faciatis. Contradictores etc. Dat. Laterani, XIII kalendas novembris, anno undecimo. »

3908

Viterbe, 5 octobre 1237.

Archiepiscopo Senonensi mandat quatenus magistro Paulo, clerico fratris Willelmi, ipsius papae paenitentiarum, qui eadem paenitentiarum diu serviverat, nec habebat beneficium unde valeret sustentari, in aliqua ecclesiarum Senonensis provinciae, quae non sit de mandato apostolico super alterius provisione gravata, provident in praebendali vel alio ecclesiastico beneficio. — (REG. 18, f. 330 v°; ann. XI, c. 265; — MOREAU 1191, f. 390; — POTTHAST 10458.)

« .. archiepiscopo Senonensi. Pro magistro Paulo — Dat. Viterbii, III nonas octobris, anno undecimo. »

3909

Viterbe, 6 octobre 1237.

Episcopo Ploecensi, decano Ploecensi et abbati de Kelbas, Caminensis diocesis, mandata dat de negotio Wladizlavi (= Boloslai V), ducis Poloniae, cum Henrico, duce Zlesiae, et Henrico, ejusdem Henrici filio, quod negotium primum archiepiscopo Gnezensi et episcopo Poznaniensi, tum autem, cum praedicti Henricus et ejus filius eundem archiepiscopum habere suspectum, Merseburgensi episcopo aliisque praefatis commissum fuerat. — (REG. 18, f. 330 v°; ann. XI, c. 266; — POTTHAST 10461* ; — *ovisit* THEINER, *Vetera monumenta Poloniae*; — et. *supra*, n. 2661-2663 et 3205.)

« [...] episcopo, .. decano Ploec[ensibus], et .. abbati de Kelbas, Caminensis diocesis. Dilecti filii nobilis viri Wladizlavi, ducis Poloniae, petitio nobis exhibita continebat quod, cum inter ipsum, ex parte una, et nobiles viros Henricum, duce[m] Zlesie, et Henricum, filium ejus, ex altera, fuisset gravis guerra suborta, tandem, mediantibus venerabilibus fratribus nostris .. Poznaniensi, .. Wratislaviensi et .. Lubicensi¹ episcopis, amicalibus] inter partes compositio intervenit, quod videlicet dicti duces H. et H., quicquid juris eis competeat vel competere poterat in terra quondam M. avi, et W., patrum ejusdem ducis Poloniae, quam idem pacifice possidebat, sponte penitus remittentes, juramento prestito promiserunt quod contra ipsum vel ejus terram guerram aliquam nullo tempore non moverent, nec etiam paterentur, quantum in eis esset, quod ei vel eidem terre suae insidie vel jacturae ab aliis inferrentur, sed, omnibus ejus adversariis adver-

santes, ipsius honorem modis omnibus conservarent; dicto Poznaniensi episcopo, in cujus diocesi dicta terra consistit, de ipsorum Wratislaviensis et Lubicensis episcoporum assensu, eis presentibus, in illos excommunicationis sententiam proferente, si venirent contra premissa vel aliquod predictorum: adjecto nihilominus communiter ab eisdem episcopis, ut ipsi duces H. et H. excommunicari possent a nobis, si compositionem hujusmodi non servarent. Sed iidem postmodum, juramenti religione ac excommunicatione contemptis, in terram dicti ducis Poloniae hostiliter irruentes, castrum Kalis, quod ipse, cum omnibus bonis suis sub Apostolice Sedis protectione receptus, Ecclesie Romane constituit censuale, ac quedam alia castra et possessiones ejus, per violentiam occuparunt. Quibus postmodum cum magno exercitu dicte terre fines ingressis, ad ejus residuum occupandum, idem dux Poloniae a venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Gnezensi et [...] episcopo Poznaniensi pro tractanda concordia ad exercitum ipsum adductus, metu amissionis residui dicte terre, ac etiam quia sibi persone periculum imminabat, per quamdam compositionem supradicta castra et possessiones, quibus spoliatus fuerat, parti alteri quietavit: quam compositionem dicti duces H. et H. obtinuerunt sibi sub consueta forma a Sede Apostolica confirmari, et dari eisdem archiepiscopo et episcopo in mandatis, ut eam, sicut sine pravitate provide facta esset et ab utraque parte sponte recepta, facerent per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, firmiter observari. Cum autem Apostolica Sedes, attendens, ut presumitur, quod dicti archiepiscopus et episcopus habebant facti notitiam pleniorum, unde causa hujusmodi per eos poterat melius pertractari, eam ipsis providerit committendam, dicti duces H. et H., intendentes examen eorum modis omnibus declinare, falso suggesto ipsos diu tenuisse negotium in suspenso, antequam etiam super hoc mandatum apostolicum recepissent, eis ut infra certum tempus procederent, et venerabili fratri nostro .. Mersburgensi episcopo et collegis ipsius ut, illis id efficere non curantibus, extunc ipsi procederent juxta traditam illis formam, dari obtinuerunt per nostras litteras in mandatis. Et cum primi iudices, apostolice mandato recepto, in executione ipsius non essent aliquatenus negligentes, illi, reputantes eundem archiepiscopum ut suspectum, ut duce[m] gravarent eundem, trahendo eum ad locum ad quem de terra ipsius per terram transitur eorum, citari eundem a secundis iudicibus, licet non esset ad eos ejusdem devoluta jurisdictione, procurarunt. In quorum presentia

1. Probablement pour *Lubicensis, Lubusensis* = Lebus).

dux ipse non solum non potuit comparere, sed nec etiam pro se aliquem destinare, propter illorum inimicitias capitales. Cumque postmodum venerabilis frater noster .. episcopus quondam Mutinensis, Apostolicæ Sedis legatus, auctoritate apostolica compositionem ipsam servari sine cause cognitione mandarit, idem dux Poloniæ ad Sedem Apostolicam provocavit. Unde nobis fuit humiliter supplicatum ut, non obstantibus litteris ad dictos Mersburgensem et collegas ejus obtentis, tum quia fraudulenter impetratae fuerunt aut presentationem aliarum, ad dictos archiepiscopum Gneznensem et Poznaniensem episcopum directarum, tum quia idem dux Poloniæ ad presentiam dicti Mersburgensis et collegarum suorum propter evidens impedimentum, scilicet propter inimicitias predictas, ire vel mittere non est ausus, super hiis providere sibi paterna sollicitudine curaremus, faciendo primam compositionem servari, et irritari secundam, utpote per metum extortam, quia cadere poterat in constantem. Ideoque mandamus quatenus, si vobis de hujusmodi fraude vel impedimento constiterit, inlubentes iudicibus ipsis ne litterarum ipsarum auctoritate procedant, et relaxantes ad cautelam excommunicationis vel interdicti sententias, si quas iidem iudices in prefatum ducem Poloniæ vel terram ejus forsitan promulgarunt, sufficienti ab eo cautione recepta quod, si constiterit eadem sententias rationaliter esse latas, super hiis pro quibus late fuerunt. Ecclesie coram vobis mandato parebit, partibus convocatis etc., usque : observari. Alioquin partes ad eorundem remittatis] exam[en]. impe[trantem] etc. Proviso ne in terram dictorum ducis Zlesie et Il., filii ejus, excommunicationis etc. Testes etc. Non obstante constitutione etc., dummodo ultra tertiam vel quartam etc. Quod si non omnes, tu, frater episcopus etc. Dat. Viterbii, II nonas octobris, anno undecimo. »

3910

Latan, 21 octobre 1237.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, apostolico legato, mandat quatenus, decano et capitulo Cassellensis ecclesie Laoniensem episcopum, Cassellensis ecclesie suffraganeum, in suum archiepiscopum postulantis, si postulationem eandem de persona idonea canonice celebratam invenerit, regem Angliæ inducat ut eidem postulationi assensum præbeat, et extunc prefatum episcopum dictæ Cassellensis ecclesie concedat in pastorem. — (REG. 18. f. 331 r°; ann. XI, c. 267; — POTTRAST 10466.)

« O[toni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono

cardinali, Apostolicæ Sedis legato. Dilectorum filiorum .. decani —. Dat. Laterani, XII kalendas novembris, anno undecimo. »

3911

Latan, 23 octobre 1237.

Episcopo et decano Plorensibus, nec non Crusviciensi (= de Kruschwitz) decano, Cujaviensis diocesis, scribit de negotio episcopi capitulique Wratislaviensium cum Henrico, duce Zlesie, et Henrico, ejusdem ducis filio, quod negotium a Sede Apostolica abbati Stravoviensi (= de Strahow), Praemonstratensis ordinis, ejusque collegis, constitutis « in terra » Sororii, filii dicti ducis », commissum fuerat, eisque mandata quatenus, si eis constiterit « quod dicti episcopus et capitulum coram iudicibus ipsis », id est coram abbate Stravoviensi ejusque collegis, « tute non valent causam proseguere » memoratam », præfigant partibus terminum peremptorium, quo per procuratorem coram ipso papa compareant; quod autem inde fecerint, ipsi papæ rescribant; alioquin eisdem iudicibus injungant ut, absque personarum acceptione, sic in hujus causae cognitione procedant, quod non videantur ad dexteram vel sinistram declinare. — (REG. 18. f. 331 v°; ann. XI, c. 268; — POTTRAST 10467.)

« .. episcopo Plorensi, et .. Plorensi et .. Crusviciensi¹, Cujaviensis diocesis, decanis. Lecta coram nobis —. Dat. Laterani, X kalendas novembris, anno undecimo. »

3912

Viterbe, 5 octobre 1237.

Blanchæ, reginæ Franciæ, significat se confirmare quod a Ludovico, rege Franciæ, ejusdem Blanchæ filio, factum fuerat super assignatione quarundam terrarum eidem reginæ, in excambium aliarum terrarum quas idem Ludovicus ex ejusdem reginæ dotalicio Roberto, comiti Atrebatensi, ipsius regis fratri, concesserat; inserto sub sua bulla tenore chartæ Ludovici regis super prædicto excambio factæ. — (REG. 18. f. 332 r°; ann. XI, c. 269; — MOREAU 1191. f. 391.)

« B[lanche], illustri regine Francie. Rei quam rectitudinis —. Dat. Viterbii, III nonas octobris, anno undecimo. »

3913

Compiègne, juin 1237.

[Ludovicus, rex Francorum, Blanchæ reginæ, ipsius matri, Meledunum, Corbolium, Stampas, Dorlanum, Pontisaram et Mellentum in dotalicio assignat, pro villis de

1. Ms. : Crusviciensi.

Hisdino et de Lens, quas ex ejusdem reginae dotalicio Roberto, comiti Atrebatensi, fratri suo, rex concesserat.¹

« In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Amen.
 « Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, notum facimus quod clare memorie rex Lud[ovicus], genitor noster, quando contraxit matrimonium cum karissima domina et matre nostra B[lancha], illustri Francorum regina, in dotaliciis assignavit eidem villam de Hisdin[o], cum pertinentiis suis, et villam de Lens, cum pertinentiis suis; et hec tenuit pacifice dicta domina et mater nostra a tempore mortis patris nostri, cum omni dominio, iustitia alta et bassa, pleno jure, sicut pater noster ea tenuit. Verum, quia rebus dotaliciis predictis indigebamus, pro utilitate nostra et regni nostri, et necessitate karissimi germani nostri .. comitis Atrebatensis, cui hec volumus assignare, cum sint vicina comitatui predicto, rogavimus dictam dominam et matrem nostram ut pro rebus predictis escambium reciperet a nobis equivalens et aptum sibi. Et cum ipsa hec nobis ad preces nostras favorabiliter concessisset, et terram predictam, cum jure quod habebat in emptione quam apud Villanas fecerat, sita in feudo Lensensi², in nostris manibus resignasset, nos, deliberato consilio, assignavimus et assignamus ei, pro escambio, Meledunum³, cum Castellario et aliis pertinentiis, sicut ea tenuit regina Adela, Corbolium, cum pertinentiis suis, Stampas, cum pertinentiis suis, Dordanum, cum boscis et pertinentiis suis, Pontisaram et Melentum, cum pertinentiis suis, facta prius diligenti extimatione eorum que habuit a patre nostro in dotem, et istorum que sibi pro escambio duximus assignanda. Presentibus autem prelatiis et baronibus, videlicet : P[etro] de Colle Medio], electo Rothomagensi, N[icola]o], Noviomensi, A[dam], Silvanectensi, et O. A. Dolensi episcopis, H[ugone], duce Burgundie, H[ugone], comite Blesensi et Sancti Pauli,

« A[malrico], comite Montis Fortis, Francie constabulario, J[ohanne], domino Nigell[e], Ingeranno de Cotiaco, Stephano de Sancto Cesar[e], Imberto de Bello Joc[o]⁴, Hard[uino] de Malliaco, senescale[o] Pictavensi, A[dam] et J[ohanne] de Bello Monte fratribus militibus, Gaufrido de Capella milite, et aliis quampluribus, concessimus et concedimus ei predicta loca in feudis, demaniis et pertinentiis suis, cum omni dominio et iustitia alta et bassa, pleno jure, quoad vixerit, possidenda integre et pacifice, in omnibus et per omnia, sicut ea integre et pacifice nos possidebamus, promittentes ea ipsi garantizare et defendere contra omnes. Item volumus et concedimus quod predicta a nobis pro escambio dicti dotalicii prefate domine et matri nostre assignata, sint² ejusdem juris et conditionis, quoad defensiones et quoad jurisdictionem nostram, et quoad omnia, cujus erant predicta castra sibi a patre nostro tempore dicti matrimonii assignata, quia, cum hec loco illius dotalicii duxerimus concedenda, dignum est quod ejusdem conditionis censeantur et juris. Post decessum supradicti domine et matris nostre, supradicta omnia ad nos et heredes nostros libere revertentur. Huic escambio et concessioni consenserunt dictus comes Atrebatensis et Alfonsus, fratres nostri. Quod ut firmum et stabile perseveret in posterum, presentem paginam sigilli nostri auctoritate et regii nominis caractere inferius annotato precepimus confirmari. Actum apud Compendium, anno Incarnationis Dominice M^oCC^oXXXVII^o*, mense junio, regni vero nostri anno undecimo. Assistentibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. Signum Roberti buticularii, Camerario nullo. Signum Amalrici constabularii. »

3914

Latron, 19 octobre 1237.

Sancti Dionysii in Francia et Sanctae Genovefae Parisiensis abbatibus, de eadem re scribens, mandat quatenus dictam Blancham reginam non permittant contra confirmationis apostolicæ tenorem super praedicta assignatione ab aliquibus molestari. — (Reg. 18, f. 332 v^o; ann. XI, c. 270.)

« .. Sancti Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis, et .. Sanctae Genovefae Parisiensis abbatibus. Rei quam relictum

1. La chartre par laquelle Louis IX constitue un apanage à son frere Robert d'Artois, en partie sur le douaire de la reine Blanche (Compiègne, juin 1237), a été plusieurs fois publiée, et est indiquée dans Bréquigny, *Table chronologique des diplômes*, t. V (1846), p. 520. — Un acte de Robert d'Artois concernant l'apanage qui lui est ainsi constitué par Louis IX, se trouve imprimé dans *Layettes du Trésor des Chartes*, t. II (1866), p. 349 a, n^o 2562 (juin 1237).

2. Ms. : Lensum.

3. Ms. : Meledunen.

4. Ne figure pas dans les listes chronologiques des évêques de Dol, mais peut aisément s'intercaler entre Clément de Vitre, élu vers 1232, et Étienne, qui siégeait en 1243.

1. Ms. : Bello Jot.

2. Ms. : sicut.

dinis —. Dat. Laterani, XIII kalendas novembris. pontificatus nostri anno undecimo. »

3915

Lateran, 23 octobre 1237.

Abbati Sanctae Genovefae [Parisiensis], nec non magistris Michaeli de Sancto Dionysio et Gerardo de Briveriis, regentibus Parisiis in decretis, mandat quatenus quodcumque contra Petrum, archidiaconum Belvacensem, pro negotio Belvacensis ecclesiae ad Sedem Apostolicam profectum, temere attentatum invenerint, in statum pristinum revocent; si vero sententias suspensionis et excommunicationis in eum a decano et capitulo Belvacensibus fulminatas, et postea de mandato apostolico ab Aegidio, Sanctorum Cosmae et Damiani diacono cardinali, ad cautelam relaxatas, invenerint juste latas, eum ad satisfactionem compellant. — (REG. 18, f. 332 v°; ann. XI, c. 271; — DUMÉLE ET CHATELAIN, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. I, p. 161, n° 119.)

« .. abbatii Sanctae Genovefae, ac magistris Michaeli de Sancto Dionysio et Gerardo de Briveriis, regentibus Parisiis in decretis¹. Constitutus in presentia nostra dilectus filius magister Petrus, archidiaconus Belvacensis, proposuit coram nobis quod, postquam a Belvaco iter arripuit, pro negotio Belvacensis ecclesiae, ad Sedem Apostolicam veniendi, .. decanus et capitulum Belvacenses, in eum suspensionis et excommunicationis sententias fulminantes, prohiberunt decanis et presbiteris archidiaconatus sui ne sibi tanquam archidiacono responderent, fructibus archidiaconatus et quibusdam aliis subtractis eidem, alia sibi gravamina plurima pro sue voluntatis arbitrio inferentes, ut, sic saltem laesisset injuriis ac sententiis involutus, a dicti negotii prosecutione cessaret. Unde, cum postmodum per dilectum filium nostrum Egidium, Sanctorum Cosmae et Damiani diaconum cardinalem, de speciali mandato nostro dictae sententiae relaxatae fuerint ad cautelam, sufficienti ab eo cautione recepta de satisfaciendo dictis decano et capitulo super hiis pro quibus dictae sententiae late fuerint, si eas apparuerit juste latas: mandamus quatenus, facientes ab eisdem decanis et presbiteris sibi consuetam et debitam obedientiam exhiberi, quecumque contra ipsum, postquam ad nos iter arripuit veniendi, temere attemptata inveneritis.

1. Une autre expédition de cette pièce a été insérée plus loin, dans le *Registre*, et forme le *capitulum* 420 de cette même XI^e année; cette seconde expédition porte la date VII kalendas martii (= 23 février 1238); dans l'adresse, les noms M. de Sancto Dionysio et G. de Briveriis s'y présentent sous la forme Michael de Sancto Dionysio et Ger. de Brueriis.

in statum pristinum reducendo, eundem coram vobis juri parere paratum, nequaquam permittatis a prefatis decano et capitulo indebite molestari —. Si vero prefatas sententias inveneritis juste latas, eum ad satisfactionem debitam compellatis —. Dat. Laterani, X kalendas novembris, anno undecimo. »

3916

Lateran, 21 octobre 1237.

Acluensis et Belnensis diocesium decanis mandat quatenus, — cum dux Burgundiae, « in armis strenuus et belli » exercitio circumspectus », assumpsisset crucis signum, et in forti manu proponeret in succursum Terrae Sanctae transire, — redemptiones votorum crucesignatorum Bisuntinae, Lingonensis et Acluensis civitatum et diocesium, qui propter infirmitatem, paupertatem seu debilitatem sint ad ejusdem Terrae subsidium inhabiles, exceptis illis qui in terris de dominio aliorum comitum et baronum crucesignatorum existant, ad manus suas nomine praefati ducis recipiant, et eas ei, postquam in Terram praedictam transierit, assignari per manus bonorum virorum et Deum timentium faciant. — (REG. 18, f. 332 v°; ann. XI, c. 272.)

« .. *Eduens et. Belnensis diocesium decanis*. Non indigne sibi —. Dat. Laterani, XII kalendas novembris, anno undecimo. »

3917

Lateran, 21 octobre 1237.

Magistro Benedicto de Guarcino, scriptori suo, mandat quatenus, non obstante inhibitione regis Francorum, diligenter procedat in exsequendo apostolico mandato, ad ipsum Benedictum antea directo, de debitoribus mercatorum Florentinorum in Francia ad satisfaciendum eis de hujusmodi debitis, vel ad exhibendum eis super his coram papa justitiam, cogendis. — (REG. 18, f. 332 v°; ann. XI, c. 273; — cf. *supra*, n. 3842-3845 et 3882-3885.)

« *Magistro Benedicto de Guarcino, scriptori nostro*. Sua nobis mercatores Florentini petitione monstrarunt quod, cum, ad preces nobilis viri .. potestatis et communis Florentinorum, nobis graviter congerentium super eo quod mercatoribus ipsis de pecunia quam nonnulli de regno Francie mutuarant, a pluribus eorum, diu post terminum expectatis, non fuerat satisfactum, te ad partes illas propter hoc specialiter duxerimus destinandum, in debitores eorum omnes et singulos, tam ecclesiarum prelatos quam alios ad forum Ecclesiae pertinentes, ut eos ad satisfaciendum ipsis de hujusmodi debitis, vel ad exhibendum eis super hiis in presentia nostra justitiam, cogeres, sub

certa forma tibi jurisdictione concessa: karissimus in Christo filius noster .. Francie rex illustris. licet ei direxerimus scripta nostra. ut provideret taliter in hac parte. ut subditi sui difficultatem deinceps non ingererent. quominus satisfacerent de pecunia in qua tenentur mercatoribus supradictis. pro sua tamen tibi. sicut asserunt. quod vix credimus. inhibuit voluntate. ut secundum mandati nostri tenorem in hujusmodi negotio procedere non deberes: propter quod ejusdem executioni mandati. sicut dicitur. supersedere curasti. Quocirca mandamus quatenus prudenter et sine dispendio more in exequendo mandato predicto procedas juxta priorum continentiam litterarum. ita quod de diligentia et sollicitudine tua te possimus non immerito commendare. Dat. Laterani. XII kalendas novembris. anno undecimo. »

3918

Latan. 25 octobris 1237.

Regi Francie indulget ut nullus in ipsius capellas interdicti sententiam. pro culpa officialium ipsius regis. valeat promulgare. nisi idem rex. postquam requisitus fuerit. eorum excessus emendare neglexerit. — (REG. 18. f. 333 r°; ann. XI. c. 271.)

« .. illustri regi Francie. Auctoritate tibi presentium —. Dat. Laterani. VIII kalendas novembris. anno undecimo. »

3919

Latan. 27 octobris 1237.

Roberto. comiti Atrebatensi. fratri [Ludovici]. regis Francorum. concedit ut ipse et ipsius uxor et familia in locis interdicto suppositis. clausis januis. interdictis et excommunicatis exclusis. non pulsatis campanis. suppressa voce. audire divina possint. dummodo ipse vel ipsius officiales causam non dederint interdicto. — (REG. 18. f. 333 r°; ann. XI. c. 275; — MOREAU 1191. f. 101.)

« Nobili viro [Roberto]. fratri karissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Francie. comiti Atrebatensi. Auctoritate presentium tibi —. Dat. Laterani. VI kalendas novembris. pontificatus nostri anno undecimo. »

3920

Latan. 27 octobris 1237.

Eidem concedit ut nullus in ipsius et uxoris personam pro excessu pro quo probabiliter dubitetur. excommunicationis sententiam. sine speciali Sedis Apostolicæ mandato. valeat

promulgare. quamdiu paratus fuerit coram ordinario suo iustitiam de ipso vel de uxore conquerentibus exhibere. nisi aliud rationabile appareat. quare id fieri non debeat vel non possit. — (REG. 18. f. 333 r°; ann. XI. c. 276; — MOREAU 1191. f. 102.)

« Eidem. Auctoritate tibi presentium —. Dat. ut supra. »

3921

Latan. 27 octobris 1237.

« In eundem modum nobili viro .. comiti Montis Fortis. constabulario Francie. Ei idem concedit quod Roberto. comiti Atrebatensi. super excommunicationis sententia in ipsum vel ipsius uxorem non promulganda. quamdiu paratus fuerit coram archiepiscopo Senonensi et episcopo Parisiensi iustitiam de ipso vel de uxore conquerentibus exhibere. Dat. ut supra. » — (REG. 18. f. 333 r°; — MOREAU 1191. f. 102.)

3922

[Latan. 27 octobris 1237.]

Eidem comiti Montis Fortis. Francie constabulario. idem concedit quod supra Roberto. comiti Atrebatensi. in litteris sub numero 3919 notatis. super auditione divinarum in locis interdicto suppositis. — (REG. 18. f. 333 r°; ann. XI. c. 277; — MOREAU 1191. f. 102 v°.)

« Eidem. Auctoritate tibi presentium etc., ut supra. in CCLXXV[s] epistola. usque in finem. »

3923

Latan. 28 octobris 1237.

Archiepiscopo Senonensi et fratri Willelmo. ipsius papæ paenitentiariorum. mandat quatenus redemptiones votorum crucesignatorum terræ comitis Montis Fortis. constabularii Francie. crucesignati. et provincie Senonensis. quos viderint ad subsidium Terræ Sanctæ inhabiles. usque ad tria milia marcarum argenti. nomine predicti comitis colligant. et. si ex predictis redemptionibus illa tria milia marcarum haberi non possint. ex aliis [pecuniis] in eadem provincia subsidio Terræ Sanctæ deputatis suppleant; eidem comiti. postquam in praedictam Terram Sanctam transiverit. easdem marcas. exceptis mille libris Turonensium. quas ante ipsius transitum pro apparatu ejus eidem concedant. per Templarios faciant assignari. — (REG. 18. f. 333 r°; ann. XI. c. 278; — MOREAU 1191. f. 103; — POTTHAST 10469.)

« .. archiepiscopo Senonensi et fratri W[illelmo]. penitentiariorum nostro. Non indigne sibi —. Hinc est quod. cum nobilis vir .. comes Montis Fortis. constabularius

Francie, in armis strenuus et belli exercitio circumspectus, assumpserit crucis signaculum, et in forti manu in prefatum [Terre Sancte] proponat transire succursum, mandamus quatenus, redemptiones votorum crucesignatorum terre sue et provincie Senonensis, quos propter paupertatem, infirmitatem seu debilitatem et alias videritis ad subsidium prefatum inhabiles, exceptis illis qui per fratres aliorum comitum et baronum crucesignatorum existant, usque ad tria milia marcarum argenti, nomine dieti comitis fideliter colligentes, si tantum ex huiusmodi redemptionibus haberi non possit, ex aliis predictae Terre subsidio in eadem provincia deputatis, supplere curetis; contradictores etc.; et ipsi, postquam in predictam Terram transiverit, easdem marcas, exceptis mille libris Turonensium], quas ante ipsius transitum pro apparatu suo concedatis eidem, per fratres militiae Templi Hierosolimitani faciatis integre assignari. — Dat. Laterani, V kalendas novembris, anno undecimo. »

3924

Latan, 28 octobre 1237.

Magistro militiae Templi Hierosolymitani, de eadem describens, mandat quatenus, si pecunia ab archiepiscopo Senonensi et fratre Willmo collecta non sufficiat, ipse suppleat de ea quam habet pro Terra Sancta depositam. — (REG. 18, f. 333 v°; ann. XI, c. 279; — POTHIER 10170.)

« .. magistro militiae Templi Hierosolimitani. Cum nobilis vir .. comes Montis Fortis [etc., ut supra, mutatis mutandis, in superiori epistola, usque :] faciant integre assignari. Verum, quia contingere poterit quod ex predictis redemptionibus et aliis tantum colligi in provincia predicta non possit, mandamus quatenus, si tibi per litteras dictorum archiepiscopi et penitentiarii constiterit quod ex redemptionibus ipsis et aliis predictam pecunie quantitatem pro predicto comite colligere nequiverint, tu illam de pecunia, si qua apud te pro predicta Terra deposita fuerit, dicto comiti supplere procures. Dat. Laterani, ut supra. »

3925

Latan, 27 octobre 1237.

Episcopo Magalonensi scribit a Cum, sicut ex parte tua » fuit nostro apostolatus reseratum, nonnulli milites et alii » vicinarum civitatum et diocesum, in comitatum nostrum

1. Peut-être faut-il lire ici, comme dans les pièces 3907 et 3916, in terris de dominio aliorum.

» Melgoriensem, quem tu nomine Sacrosancti Romani Ecclesie tenere dinoscis, armata manu frequentius irruentes, captis ipsis hominibus, cum animalibus et aliis bonis » spoliare presumant, nos, talium malitiis obviare volentes, » auctoritate tibi presentium presumptionem ipsorum per » excommunicationis sententiam, sublato appellationis obstaculo, compellendi liberam concedimus facultatem. » — (REG. 18, f. 333 v°; ann. XI, c. 280; — MOREAU 1191, f. 400.)

« .. episcopo Magalonensi. Cum, sicut ex —. Dat. Laterani, VI kalendas novembris, anno undecimo. »

3926

Latan, 31 octobre 1237.

Archiepiscopo Viennensi, Apostolice Sedis legato, nec non et Biterrensi et Carcassonensi episcopis mandat quatenus ecclesias Viennensis, Arelatensis, Narbonensis, Auxitanae et Bardagalensis provinciarum, nec non et Albigenensis, Caturencensis, Minutensis et Ruthenensis diocesium cogant ut, sub quibusdam conditionibus, debita (Amalrici) comitis Montis Fortis, constabularii Franciae, crucesignati, ejusdem comitis creditoribus exsolvant. — (REG. 18, f. 333 v°; ann. XI, c. 281; — MOREAU 1191, f. 411; — cf. J. BERNOLLI, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I (1892), p. 126, n° 188.)

« .. archiepiscopo Viennensi, Apostolice Sedis legato, .. Biterrensi et .. Carcassonensi episcopis. Debet pugnantium pro —. Sane nobilis vir .. comes Montis Fortis et bone memorie .. pater suus, olim laborando pro fide, pro Ecclesia contra hereticos in partibus Albigen[sium] militando, sic laborarunt utiliter, sic laborantes, Dei adjuti subsidio, profererunt, quod, de terra illa pravitate heretica fortius prolignata, fides inibi suo vigori est restituta catholica, et Ecclesia ab hereticorum exitiis oppressionibus liberata. Verum, cum dictus pater, [...] avunculus et [...] frater ipsius comitis pro fidei et Ecclesie liberatione proprium sanguinem, accensi zelo devotionis, effuderint, et iidem comes et pater se ad hoc magnis debitis, pro quibus de bonis suis quadraginta milia librarum Turonensium diversis exolverunt creditoribus, obligarint, equitas postulat et ratio persuadere videtur, ut Ecclesia, cujus negotium, ea ratum habente vel potius mandante, tam utiliter, tam salubriter gestum esse dinoscitur, dicto comiti aliquod conferat, in huiusmodi debitorum solutione, subsidium, cui resarciri non potest tantum personarum tam nobilium detrimentum, quia valde absurdum esse dinoscitur, si sincere devotionis affectui digna pro laboris effectu remuneratio subtrahatur. Ad hoc autem exemplum dominicum exhortationis inducit fortius argumentum, in quo

Caleb¹, eo quod murmur populi contra Dominum suscitatum. Spiritu plenus Sancto percussit terram quam suis calcavit vestigiis², a Domino in hereditatem accepit. Quocirca mandamus quatenus, prefata debita ecclesiis Viennensis, Arelatensis, Narbonensis, Auxitane et Burdegalensis provinciarum, et Albigenis, Caturcensis, Mimatensis et Rutenensis diocesium, proportionally pensatis earum facultatibus, imponentes ipsas ad huiusmodi debita, pro quibus dictus comes venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Burdegalensi octoginta libras annuatim, donec ei de mille et quingentis libris fuerit satisfactum, Raymundo de Catureo laico infra octo annos quatuor milia librarum, venerabili fratri nostro .. episcopo Agennensi mille libras, ac executoribus [testamentum] quondam Johannis Bistani mille et centum libras, et Petro de Barncol. trecentas libras Turonensium, pro negotio fidei teneretur exolvere, infra terminos predictos nomine dicti comitis creditoribus exolvant eisdem, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogentes. litteras refutationis ab ipsis creditoribus pro dicto comite recipere et solutionem sic factam in publica munimenta redigere procuretis. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, II kalendas novembris, pontificatus nostri anno undecimo. »

3927

Lateran. 30 octobre 1237.

Regem Francorum iterum exorat quatenus inhibitionem revocet, ab ipso rege magistro Benedicto de Guarcino, ipsius papae scriptori, factam, ne mandatum apostolicum exsequatur de debitoribus mercatorum Florentinorum in Francia ad satisfaciendum eis de huiusmodi debitis, vel ad exhibendum eis super his coram papa justitiam, cogendis. — (REG. 18, f. 334 r^o; ann. XI, c. 282; — cf. *supra*, n^o 3917.)

« .. *illustri regi Francie*. Olim mercatores Florentini, ad Sedem Apostolicam venientes, gravem in nostra presentia detulere querelam, quod. [com.] nonnullis prelatiis et aliis regni Francie, quorum bona absorbebantur voragine usurarum, ut eos ad huiusmodi tribulationis inopia³ liberarent, non modicam summam pecunie mutuo concessissent, ipsi, eis contumeliam pro gratia et pro honore rependentes injuriam, prefatam pecuniam

presumebant contra justitiam detinere: propter quod celsitudinem tuam duximus attentius exorandam, ut subditos tuos ad satisfaciendum eis tradita tibi celtius potestate compelleres, et ne de ipsis materia querelandi eisdem mercatoribus remaneret, attentius provideres; magistro vero Ben[edicto] de Guarcino, scriptori nostro, quem propter hoc in regnum Francie duximus destinandum, apostolicis injunximus litteris ut prelatos et alios debitores eorum ad forum Ecclesie pertinentes, moneret quod eis de pecunia ipsa satisfactionem, usura omnino cessante, exhiberent; alioquin eosdem ad exhibendum eis super hiis in presentia nostra justitiam, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, cohartaret. Sed ipsi mercatores, nuper ad Sedem Apostolicam redeuntes, coram nobis proponere curaverunt quod a subditis tuis eis aliqua satisfactio non impenditur, et eidem magistro interdixit, quod non credimus, regia celsitudo ne transmissum ad eum mandatum apostolicum exequatur. Verum, cum honor regis iudicium diligat¹ et subditorum nequitia, nisi corrigantur, ad injuriam superiorum accedat, serenitatem regiam, sicut iterum, sic at[tentius] exoramus quatenus, eosdem subditos ut dictis mercatoribus satisfaciatur, prefata potestate compellens, inhibitionem eidem magistro factam, ob reverentiam Apostolice Sedis et nostram, revoces, et ei ut mandatum nostrum facilius exequatur, consilium, auxilium tribuas et favorem. Illud autem ad favendum petitioni nostre celsitudinem tuam debet inducere, quod, si eisdem mercatoribus justitie denegatur effectus, illud forsani articuli² difficultatis emerget, quod de facili non poterit emendari. Dat. Laterani, III kalendas novembris, anno undecimo. »

3928

Lateran. 30 octobre 1237.

« In eundem fere modum .. *magistro Ben[edicto] de Guarcino*, scriptori nostro, usque: proponere curaverunt quod nec a subditis regis ejusdem nec a cruce signatis aliqua satisfactio eis impenditur, et tibi interdixit, quod non credimus, regia celsitudo ne transmissum ad te mandatum apostolicum exequaris. Quocirca mandamus quatenus omnes ordinarios dietorum cruce signatorum ut ipsos quod eisdem mercatoribus super debitis in quibus tenentur eisdem, congruam, usura omnino cessante, satisfactionem impendant, juxta officii tui debitum.

1. Cf. PSAL. XCVIII, 4.

1. Appelé ordinairement Caleb; il est fait allusion, dans ce passage, aux faits rapportés principalement dans Num. XIII, 31 et XIV, 24, et dans Jos. XIV, 6-15.

2. Cf. Jos. XIV, 9.

3. Cf. PSAL. XLIII, 24.

2. Ms. : articulis. — Le texte de ce passage semble altéré, et la restitution *articuli* est douteuse; peut-être faut-il supposer une forme peu usitée **articulum*, pour *articulus*, et lire : « illud forsani articulum... »; cf. Du CANGE, verbo « *articulum* ».

infra quatuor mensium spatium post monitionem tuam, non pollant, moneas et inducas; alioquin contra cruce-signatos ipsos procedere juxta formam primo tibi traditam non mititas. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 331 r.)

3929

Latan. 30 octobre 1237.

Senonensi et Rothomagensi archiepiscopis mandat quatenus prelatos ecclesiarum regni Francie in unum locum congregatos inducant ut cruce-signatis ejusdem regni pro apparatu belli congruum subsidium conferant, illa eisdem prelati concessa indulgentia, quae Terrae Sanctae succurrentibus in generali Lateranensi concilio concessa fuerat. — (REG. 18, f. 331 r.; ann. XI, c. 283; — MOREAU 1191, f. 109.)

« .. Senonensi et .. Rothomagensi archiepiscopis. Ad prosequendum Terre Sanctae ac crucis negotium illos potissime credimus obligatos, qui Christi deputati sunt famulati, et vivere ac habundare noscuntur de patrimonio crucifixi. Sane nobis ex parte cruce-signatorum regni Francie extitit supplicatum ut, cum ad vindicandam crucis injuriam signum crucis assumpserint, et bona sua Terre Sanctae subsidio ac pro Christi amore personas suas martirio deputarint, eis ab ecclesia Gallicana in aliquo congruo subsidio, pro apparatu belli et aliis Terre Sanctae succursui opportunis, provideri de benigntate Sedis Apostolice solita mandaremur. Attendentes igitur quod incongruum videretur et absolum, si laicis currentibus ad crucis obsequium, Ecclesia, cujus id commodum respicit et honorem, auxilium subtraheret opportunum, nec cleri militia Deum vere diligeret, si ea sola, dominicam hereditatem obtinens, pro ipso nichil laboris aut oneris sustineret, mandamus quatenus, ad locum communem et congruum prelati ecclesiarum regni Francie et aliis quos expedire noveritis, advocatis, ipsos quod cruce-signatis ejusdem regni pro apparatu predicto congruum subsidium conferant, diligenter et sollicitè, juxta datam vobis a Deo prudentiam, inducatis, nobis quid inde feceritis, rescripturi. Nos enim, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, illam eis, id juxta consilium vestrum facientibus, concedimus indulgentiam peccatorum, quae Terre Sanctae succurrentibus in generali concilio est concessa. Dat. ut supra. »

3930

Latan., 2 novembre 1237.

Fridericum, Romanorum imperatorem, rogat et monet quatenus cruce-signatis Francie et aliarum provinciarum, para-

tis proximo festo beati Johannis Baptistae in Terram Sanctam transire, in omnibus ad passageum oportetis consilium et auxilium impendat: ad eum de hoc rogatur Theod. 1, monachum Sancti Anastasii de Urbe, 60101. — (REG. 18, f. 331 v.; ann. XI, c. 281; — MOREAU 1191, f. 118; *ibid.*, f. 116, non *in lege*, ex RAYNALDO. — POTTHAST 10477; — RODENBERG 713.)

« Friderico], Romanorum imperatori semper augusto Jerusalem et Sicilia regi illustri. Inclinauit celos in —. Dat. Laterani. III nonas novembris, anno undecimo. »

3931

Latan., 4 novembre 1237.

Eundem rogat quatenus fratri Theod., monacho Sancti Anastasii de Urbe, ad ipsum missi, idem adhibeat super his quae ipsi ex parte papae pro negotio Terrae Sanctae proponant. — (REG. 18, f. 331 v.; ann. XI, c. 285; — POTTHAST 10478; — RODENBERG 714.)

« Eidem. Cum pro negotio —. Dat. Laterani, II nonas novembris, anno undecimo. »

3932

Latan., 1 novembre 1237.

Archiepiscopo Messanensi, de eadem re scribens, mandat quatenus apud praedictum imperatorem interponat super hoc partes suas, et, si imperator induci nequiverit ut cruce-signatis Francie, proximo festo beati Johannis Baptistae transfretare paratis, in navigiis aliisque rebus auxilium impendat, sollicitè studeat procurare quod idem imperator praedictis cruce-signatis in alio passagio statuendo hoc promittat. — (REG. 18, f. 335 r.; ann. XI, c. 286; — POTTHAST 10479; — RODENBERG 715.)

« .. archiepiscopo Messanensi. Accedentes ad Apostolicam —. Dat. ut supra. »

3933 — In eundem modum .. magistro hospitalis Sanctae Mariae Teutonicorum. — (Cf. POTTHAST 10479.)

3934

Latan., 4 novembre 1237.

Senonensem et Rothomagensis archiepiscopos certiores facit de litteris ab ipso papa super negotio passagei in Terram Sanctam ad Fridericum imperatorem, nec non ad Messanensem episcopum et ad magistrum hospitalis Sanctae Mariae Teutonicorum directis, supra sub numeris 3930, 3932 »

1. Th. dans cette pierre: Theod. dans la pierre suivante.

3933 notati, usque significat, — nuntius comitum, baronum et aliorum cruce-signatorum regni Francie supplicatibus ut, cum ad transeundum in Terram Sanctam in festo beati Johannis Baptistae proximo futuro, se duplici juramento obligassent, ad ipsorum passagium in praedicto termino ipse papa suum inclinet et praedicti Friderici imperatoris inducat assensum, — se, cum contingere valeat ut idem imperator ad favendum petitioni praedictorum cruce-signatorum super eodem passagio induci non possit, terminum itineris transmarini a praedicto festo beati Johannis Baptistae proximo futuro ad annum prorogasse; mandato adjecto quatenus, id per regnum Francie publicantes, inhi-beant ne quis ante praedictum novum terminum iter transmarinum arripiat. — (REG. 18, f. 335 r°; ann. XI, c. 287; — MOREAU 1191, f. 411; — POTTHAST 10480*; — cf. RODENBERG, p. 615, note 2.)

« .. Senonensi et .. Rothomagensi archiepiscopis. Accedentes ad Apostolicam Sedem nuntii nobilium virorum comitum, baronum, militum et aliorum cruce-signatorum regni Francie etc., ut supra, usque¹: sentiat adjutorum. Venerabilem quoque fratrem nostrum .. archiepiscopum Messanensem et dilectum filium [...] magistrum hospitalis Sancte Marie Teutonicorum rogandos duximus et monendos ut, super hoc apud dictum imperatorem interponentes efficaciter partes suas. ipsum ad id prudenter inducere non omittant. Verum, cum contingere valeat ut idem imperator ad favendum petitioni dictorum nobilium et aliorum cruce-signatorum induci non possit, et, principaliter considerata utilitate negotii, transitus eorum contra voluntatem ipsius imperatoris in termino praedicto minus utilis videatur : non obstantibus talibus juramentis, ipsum terminum a dicto festo usque ad annum duximus prorogandum, ita quod ex hujusmodi juramentis ullam culpam apud Deum seu notam apud homines non incurrant. Quocirca mandamus quatenus, id per regnum Francie publicantes, inhi-bee curetis ne quis usque ad praedictum terminum, sicut indulgentiam cruce-signatis concessam habere desiderat, iter arripiat transmarinum. De legato autem oportuno tempore providere curabimus, prout viderimus Terre praedictae subsidio expedire. Dat. ut supra. »

3935. — In eundem fere modum *nobilibus viris comitibus,*

1. La portion de la lettre supprimée ici par le rédacteur du *Registre* se trouve partie dans le *capitulum* 286, partie dans le *capitulum* 284 de cette XI^e année (cf. *supra*, n. 3932 et 3930); on peut lire le texte intégral de ces deux pièces dans RODENBERG, n. 715 et 713.

baronibus, militibus et aliis cruce-signatis regni Francie. — (REG. 18, f. 335 r°.)

3936

Latran, 30 octobre 1237.

Priori fratrum Praedicatorum, Parisiensis dioecesis, mandat quatenus, — ne Constantinopolitanum imperium ex dilatione subsidii irreparable detrimentum incurrat, — eos qui in succursum praefati imperii crucis assumpserint signaculum, vel sua vota commutasse noscantur, compellat ut in proximo futuro martio transeant, et illos ex eis qui, propter infirmitatem, debilitatem et paupertatem vel aliud impedimentum legitimum, sint inhabiles ad pugnandum, compellat ut vota sua secundum qualitates et facultates proprias redimant. — (REG. 18, f. 335 r°; ann. XI, c. 288; — POTTHAST 10474.)

« .. priori ordinis fratrum Praedicatorum, Parisiensis dioecesis¹. Ne Constantinopolitanum imperium —. Dat. Laterani, III kalendas novembris, anno undecimo. »

3937

Latran, 30 octobre 1237.

Archiepiscopo Burdegalsensi mandat quatenus in Burdegalsensi provincia per praedicationem cruce-signatos et alios catholicos inducat ut imperio Constantinopolitano, a Vatacio graviter oppresso, succurrant, nonnullis mandatis adjectis hoc negotium contingentibus, et variis indulgentiis concessis illis qui ad ipsius archiepiscopi praedicationem accesserint et in succursum praefati imperii crucem assumpserint. — (REG. 18, f. 335 r°; ann. XI, c. 289; — MOREAU 1191, f. 405; — cf. *supra*, n. 3395 et 3693.)

« .. archiepiscopo Burdegalsensi. Ad subveniendum imperio [etc., ut supra, in epistola sub numero 3395 notata, usque :] sequeretur, mandamus quatenus, per te ac alios viros idoneos quos ad officium praedicationis assumpseris, per provinciam Burdegalensem proponens publice verbum crucis in subsidium imperii Romaniae, et vota cruce-signatorum quorum ad id consensus accesserit, in imperii subsidium praefati commutans, ipsos et alios viros catholicos ut eidem succurrant imperio et ad id festinanter et viriliter se accingant, preceptis salutaribus moneas et inducas, spe ipsis proposita

1. Le mot *dioecesis* est vraisemblablement une addition du rubricateur, et le libellé de l'adresse devait être primitivement : « .. priori ordinis fratrum Praedicatorum Parisien[si]. » Cf. RIPPOLL, *Bullarium ordinis* [fratrum Praedicatorum], t. I (1729), p. 98, n° 175.

[etc., ut in eadem epistola, paucis mutatis, usque :] auctoritate, confisi, tibi quod illis qui ad predicationem tuam accesserint, viginti dierum vel plurium, prout expedire videris, ita quod quadragenarium numerum non excedas, indulgentiam auctoritate nostra concedere valeas, et eam ipsis qui in imperii prefati succursum signum crucis assumpserint vel commutaverint vota sua, concedimus veniam peccatorum [etc., ut in eadem epistola, usque :] subvenirent; nec non hujusmodi cruce signatis et ipsorum familiis indulgemus ut in locis generali suppositis interdicto, ad ecclesiastica sacramenta, dum tamen causam interdicto non dederint, admittantur; presentium tibi auctoritate man[dates] quatenus eos super bonis [etc., ut in eadem epistola, usque :] compescendo. Ceterum, si qui ex cruce signatis hujusmodi manus violentas in clericos seu personas religiosas injecerint, vel incendium perpetraverint, ipsis, dum tamen dampna et injuriam passis satisfaciant competenter, et eorum adeo non fuerit gravis et enormis excessus, quod propter hoc merito ad Sedem Apostolicam sint mittendi, injuncto eis quod de jure fuerit injungendum, juxta formam Ecclesie, vice nostra, beneficium absolutiois impendas, et clericis qui in dictum subsidium signum crucis assumunt, percipiendi et obligandi proventus suos ecclesiasticos, ac si in Terre Sancte subsidium se transferent, auctoritate concedas apostolica facultatem. Dat. ut supra. »

3938

Latran, 31 octobre 1237.

Balduino, heredi imperii Romaniae, comiti Namurensi, scribit : « Cum in proximo futuro martio redire Constanti- » nopolim juramento prestitio tenearis, et mora tua in regno » Francie ad presens sit magis Constantinopolitano imperio » fructuosa, quam si illic in martio predicto transires, non » obstante juramento prefato, terminum ipsum usque ad » augustum proximo venturum duximus prorogandum. » — (REG. 18, f. 335 v°; ann. XI, c. 290.)

« Nobili viro B[alduino], heredi imperii Romaniae, comiti Namurensi. Cum in proximo —. Dat. Laterani. II kalendas novembris, anno undecimo. »

3939

[Latran, 31 octobre 1237.]

Baronibus imperii Romaniae, de eadem re scribens, significat se terminum proximi martii, quo Balduinus, heres imperii Romaniae, redire Constantinopolim juramento teneba-

tur, ad proximum augustum prorogasse. — (REG. 18, f. 335 v°; ann. XI, c. 291.)

« Nobilibus viris baronibus imperii Romaniae. Cum dilectus filius nobilis vir Balduinus, heres imperii Romaniae, comes Namurensis, in proximo futuro martio etc., ut supra, usque in finem. »

3940. — In eundem modum .. patriarche Constantinopolitano, Apostolice Sedis legato.

3941

Latran, 31 octobre 1237.

Episcopum Parisiensem episcopo Cenomanensi, qui « pro » negotio imperii Romaniae » tenebatur « in mense martii » proximo futuro in succursum imperii prefati transire », in officio colligendi pro eodem negotio subsidii in regno Francie subrogat. — (REG. 18, f. 335 v°; ann. XI, c. 292; — MOREAU 1191, f. 413; — N. VALOIS, *Guiltaume d'Auvergne* (1880), p. 372-373, pièce LXXVIII; — cf. supra, n° 3903.)

« .. episcopo Parisiensi. Cum venerabilis frater —. Dat. ut supra. »

3942

Latran, 6 novembre 1237.

Archiepiscopo Capuano significat se, per litteras quibus ipsi archiepiscopo praeceperat ut ipse cessaret et faceret ecclesiae Capuanae suffraganeos cessare a denuntiatione excommunicationis quam ipse archiepiscopus in Aquinatem episcopum dicebatur promulgasse, non intendisse « super co- » modo possessionis et proprietatis » ipsi archiepiscopo vel eidem ecclesiae aliquid praedictum generari, et se velle causam quae inter ipsum archiepiscopum et eundem episcopum super subjectione vertebatur, in eo statu, quoad possessionem et proprietatem, manere, in quo ante impertitionem praedictarum litterarum nosebatur fuisse. — (REG. 18, f. 335 v°; ann. XI, c. 293.)

« .. archiepiscopo Capuano. Cum per litteras —. Dat. Laterani, VIII idus novembris, anno undecimo. »

3943

Latran, 6 novembre 1237.

Suffraganeos ecclesiae Capuanae de praedictibus litteris ad archiepiscopum Capuanum directis certos facit. — (REG. 18, f. 336 r°; ann. XI, c. 294.)

« Suffraganeis ecclesiae Capuanae. Cum per litteras —. Dat. ut supra. »

3311

Lateran, 30 octobre 1237.

Episcopi Wintoniensi[um] eodem fore scribens quae supra archiepiscopi Burd[ig]alensi, in litteris sub numero 3307 notatis, mandat quod n[on] in regno Angliae per praedicationem catholicos in loca ut imperio Constantinopolitano, a Vatacio graviter oppressi, sp[er]ant, nonnullis mandatis adjectis hoc negotium cont[ra]gentibus, et variis indulgentiis concessis illis qui ad ipsius ep[iscop]i praedicationem accesserint et in succursum praefati imperii crucem assum[er]int. — (Reg., 18, f. 336 r^o; ann. XI, c. 295.)

« *episcopo Wintoniensi*. Ad subveniendum imperio Constantinopolitano etc., ut supra, in CCLXXXVIII [2] littera, usque : assumperis, per regnum Anglie proponens publice verbum crucis in subsidium imperii Romaniae, ejusdem regni viros catholicos etc., usque : facultatem. Dat. Laterani, III kalendas novembris, anno undecimo. »

3315

Lateran, 9 novembre 1237.

Fratri Will[el]mo de Oleron[ensi], ordinis Praedicatorum, mandat quatenus per se ac viros alios idoneos per Britanniam et Andegavensem, Pictavensemque dioceses in Constantinopolitani imperii subsidium crucem praedict[am] adjectis nonnullis mandatis ad eum eandem et specialiter ad redemptionem votorum pertinentibus. — (Reg., 18, f. 336 r^o; ann. XI, c. 296; — PORTHAET 10481.)

« *Fratri Will[el]mo de Oleron[ensi], ordinis Praedicatorum*. Ad subveniendum etc., ut supra, in CCLXXXVIII [2] littera, usque : sequeretur, mandamus quatenus, non obstantibus litteris a nobis super hoc .. de Alba Corona et .. de Insulis Calveti abbatibus et Clementi, canonico Nannetensi, directis, per te ac alios viros idoneos quos ad officium praedicationis assumpseris, per Britanniam et Andegavensem et Pictavensem dioceses proponens publice etc., usque : indebite molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, componendo. Si qui vero ex cruce-signatis praedicatorum Britanniae ac diocesium in Terre Sancte subsidium propter infirmitatem, debilitatem seu paupertatem ad pugnam reputantur inhabiles, illos ut vota sua, secundum qualitates et facultates proprias, praefata indulgentiam nihilominus habituri, redi-

1. On remarquera ici l'absence du membre de phrase : « et vota cruce-signatorum quorum ad id consensus accesserint, in imperii subsidium praefati commutatis, qui se lit dans la lettre adressée à l'archevêque de Bordeaux.

2. Cf. *supra*, n° 3309.

3. Cf. *si supra*, n° 3305.

mant, et eos qui ad succursum hujusmodi bellatores vel aliud subsidium promiserint se missuros, ut suum votum adimpleant, eandem indulgentiam, juxta quantitatem subsidii et devotionis affectum, nihilominus habituri, monitione premissa, censura similis, appellatione remota, compellas; ea que tibi propter hoc exhibenda duxerint, reservans usque ad nostre beneficium voluntatis, de mandato nostro in praefati imperii subsidium impedienda. Ceterum, si qui etc., usque : facultatem. Omnes vero cruce-signatos dictorum locorum qui a quibuscumque a voto crucis procuraverint se absolvi, ut ea que pro redemptione votorum suorum dederint, tibi exhibeant, et alios qui, metu commutationis vel redemptionis votorum, ante generale passagium iter arripunt transmarinum, ut ab hujusmodi presumptione desistant, similis censura, [monitione] premissa, appellatione remota, compellas. Et quia, sicut intelleximus, quidam episcopi, prelati et clerici dictorum locorum pro posse suo imperii praefati succursum impediunt, ipsos auctoritate nostra, submoto appellationis obstaculo, ab hujusmodi impediendo compescas. Dat. Laterani, V idus novembris, anno undecimo. »

3316

Lateran, 2 novembre 1237.

Archiepiscopus, episcopus et alios ecclesiarum prelatos eorumque capitula per regnum Angliae constitutos rogat et monet quatenus imperio Romaniae succursum destinent, eis significat se ipsis, idoneos bellatores vel aliud congruum subsidium in ejusdem imperii succursum, juxta consilium Wintoniensi episcopi et Valentini electi, vel ipsorum alterius, transmittentibus, illam concedere veniam peccatorum, quae a Sede Apostolica Terrae Sanctae succursantibus erat concessa. — (Reg., 18, f. 336 r^o; ann. XI, c. 297.)

« *Archiepiscopis et episcopis, et aliis ecclesiarum prelati ac ipsorum capitulis per regnum Anglie constitutis*. Ad subveniendum etc., usque : sequeretur, universitatem vestram [rogandam] diximus] at[tentius] et [mone[n]dam], in remissionem [v] obis] per[caminum] injungentes quatenus, ob reverentiam Ihesu Christi, Apostolice Sedis et nostram, tale[m], in hoc articulo, imperio praefato curetis destinare succursum, quod exinde propitiationem divinam possitis uberius promereri et nos devotionem vestram in Domino merito commendemus. — Dat. Laterani, III nonas novembris, anno undecimo. »

1. Cf. *supra*, n° 3305.

3917

Latran, 26 octobre 1237.

Capitulum Cantuariense rogat et monet quatuor concessioni et assignationi ab archiepiscopo Cantuariensi duarum ecclesiarum vacantium, ad ipsius archiepiscopi donationem pleno jure spectantium, monasterio Sanctae Mariae de Gloria Anagnino, Florentis ordinis, de mandato apostolico factae seu faciendae, suum praestent consensum. — (Reg. 18, f. 336 r^o; ann. XI, e. 298; — cf. *supra*, n^o 3821.)

« *Capitulum Cantuariensi*. Venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Cantuariensi per dilectum filium magistrum Ber[tholdum] de Setia, scriptorem nostrum, nuntium suum, nostris nuper auribus intimante quod duas vacantes ecclesias, ad donationem suam pleno jure spectantes, monasterio nostro Sanctae Mariae de Gloria Anagnin[en]s[is], Florentis ordinis, ad usus ipsius, exceptis competentibus vicariis, ob reverentiam nostram conferre providit: nos, devotionem ipsius in Domino commendantes, nostris sibi damus litteris in mandatis ut, dictas ecclesias monasterio memorato concedens, ad proprios ejus usus perpetuo detinendas, eas dilecto filio fratri Deodato, monacho et procuratori ejusdem, sine dilatione qualibet faciat assignari, et patentes litteras suas, concessionem et assignationem hujusmodi plenarie continentes. Ideoque universitatem vestram rogandam duximus at[tentius] et monendam, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus super hiis, eodem archiepiscopo nostrum adimplente mandatum, vestrum prestetis pro reverentia nostra consensum, procuratori predicto patentes vestras litteras assignando; preces et mandatum nostrum taliter impleri, quod devotio vestra possit exinde merito commendari, et nos in negotiis vestris debeamus esse magis favorabiles et benigni: quod enim monasterio ipsi feceritis, nobis proprie fieri reputamus¹. Dat. Laterani, VII kalendas novembris, anno undecimo. »

3918

Latran, 12 novembre 1237.

Abbat[em] et conventum monasterii Sanctae Mariae de Monte Mirteto, Florentis ordinis, ecclesiam de Littleburn, (= Littlebourn), Cantuariensis diocesis, — cum abbas et conventus Sancti Augustini Cantuariensis jus patronatus quod in ea habebant, ipsi papae concessissent, — perpetuo concedit. — (Reg. 18, f. 336 v^o; ann. XI, e. 299; — cf. *supra*, n. 3822 et 3823.)

« .. abbat[em] et conventum monasterii nostri Sanctae Mariae de

1. Cf. la formule finale de la pièce 3821, et la note 1 de la col. 734 du t. II.

Monte Mirteto, Florentis ordinis. Quia certi sumus et minime dubitamus monasterium nostrum Sanctae Mariae de Monte Mirteto, quod, dum in minori esset officio constituit, bonis dotavimus propriis et sumptibus nostris ab ipsis extimus fundamentis, in quo etiam divino estis officio mancipati, per ea quae nunc obtinere dinoscitur, non posse congrue sustentari ne de ipso, pro necessariorum defectu, quicquam, quod absit! valeat votis nostris contrarium evenire, uberiori sibi gratiam providimus exhibere. Hinc est quod, Laurentio, rectore ecclesie de Littleburn, Cantuariensis diocesis, nuper viam universe carnis ingresso, eandem ecclesiam, in qua dilecti filii .. abbas et conventus Sancti Augustini Cantuariensis jus patronatus habebant, et nobis illud per suas patentes litteras concesserunt, vobis et per vos monasterio memorato, ad ejus usus perpetuo detinendam, vicarie duntaxat¹ excepta congrua portione, auctoritate apostolica de gratia concedimus liberali. Nulli ergo — Si quis autem etc. Dat. Laterani, II idus novembris, anno undecimo. »

3919

Latran, 12 novembre 1237.

« In eundem fere modum *Quintus*, Sancti Nicolai in Carcere *Tulliano* diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, usque concessimus liberali. Quocirca mandamus quatenus p[re]fatum ecclesiam, competentis per te vicarie taxatione premissa, dilecto filio fratri Deodato, monacho, procuratori monasterii p[re]fati, auctoritate nostra non differas assignare. Contradictores —. Dat. Laterani, II idus novembris, anno undecimo. » — (Reg. 18, f. 336 v^o.)

3950

Latran, 17 novembre 1237.

Regi et reginae Cypri scribit de quibusdam abusibus in regno Cypri, eosque rogat et hortatur quatenus decimas et jura ecclesiarum quibus debentur, ipsi persolvant et ab aliis cum integritate persolvi faciant. — (Reg. 18, f. 336 v^o; ann. XI, e. 300; — *Pottuiast* 10182.)

« *Karissimis in Christo* *Quis* .. regi et .. reginae Cypri *illustribus*. Sponsus Ecclesie Ihesus —. Dat. Laterani, XV kalendas decembris, anno undecimo. »

1. On pourrait être tenté de lire [monacho] [et] procuratori monasterii p[re]fati, mais il faut, croyons-nous, interpréter monacho monasterii Sanctae Mariae de Gloria Anagnini, procuratori monasterii Sanctae Mariae de Monte Mirteto. Cf. *supra*, t. II, col. 735, note 2.

3951

[Latran. 17 novembre 1237.]

« In eundem fere modum .. *abbati et .. priori Episcopie, Nicostensis diocesis*, usque : commendare. Quocirca mandamus quatenus dictos regem et reginam ad id moneatis attentius ac inducere procuretis ¹. » — (REG. 18, f. 337 r^o; — PORTSAHT 10482^o.)

3952

Latran, 17 novembre 1237.

Johanni Rubco, laico Pipernensi, significat se ei « casali- » num longitudinis novem et latitudinis quinque passuum, » in castro Piperni, « juxta possessionem Johannis de Turri et » Maximi ac Leonardi de Belbello, laicorum ejusdem castri, » situm, ad Romanam Ecclesiam nullo pertinens mediante, » — quod casalinum ipsius castri archiepiscopy de mandato J. de Ferentino, ipsius papae camerarii, eidem Johanni Rubco assignaverat, — sub annuo censu trium denariorum senatus, in recognitionem domini et proprietatis Camerae apostolicae persolvendo, usque ad tertiam generationem concedere. — (REG. 18, f. 337 r^o; ann. XI. c. 301.)

« *Johanni Rubco, laico Pipernensi*. Ex officio Apostolice —. Dat. Laterani, XV kalendas decembris, anno undecimo. »

3953

Latran, 25 novembre 1237.

Melfensi et Ravellensi episcopis significat se, processu electionis a decano capitulique Rapollanis contra formam concilii attentatae, de Johanne presbytero, canonico Anglonensi, in episcopum Rapollanum, — quem Johannem iidem decanus capitulumque per Rogerium] presbyterum et Guillelmum diaconum, canonicos Rapollanos, Sedi Apostolicae praesentant, — non vitio personae cassato, electionem ipsam eisdem decano capitulique restituisse; unde eis mandat quatenus terminum competentem eisdem decano capitulique praefigant, infra quem Rapollanae ecclesiae de persona idonea per electionem canonicam provideant in pastorem; ipsi episcopi eandem electionem, si eam esse de persona idonea canonice celebratam constiterit, auctoritate apostolica confirmant; alioquin eidem ecclesiae de pastore idoneo eadem auctoritate provideant, cui faciant a subditis obedientiam et reverentiam exhiberi. — (REG. 18, f. 337 r^o; ann. XI. c. 302.)

« .. *Melfensi et .. Ravellensi episcopis*. Processu electionis a —. Dat. Laterani, VII kalendas decembris, anno undecimo. »

1. La date, qui n'est pas indiquée, est, selon toute vraisemblance, celle de la pièce immédiatement précédente (n^o 3950).

3954

Latran, 26 novembre 1237.

Episcopo Lingonensi mandat quatenus non impediatur quin abbas et conventus Clarevallensis, juxta privilegium Cisterciensi ordini concessum, benedictiones vasorum et vestium, consecrationes altarium et ordinationes monachorum a transeuntibus per locum episcopis et ordinis sui pontificibus, sicut consueverant, recipiant. — (REG. 18, f. 337 r^o; ann. XI. c. 303; — MOREAU 1191, f. 420.)

« .. *episcopo Lingonensi*. In privilegio Cisterciensis ordinis hanc clausulam accepimus contineri : « Quia vero » interdum propriorum episcoporum copiam non habetis, si quem episcopum Romane Sedis communionem » habentem et de quo plenam notitiam habeatis, per » vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum » et vestium, consecrationes altarium [et] ordinationes » monachorum auctoritate Apostolice Sedis recipere » valeatis. » Verum, cum dilecti filii .. abbas et conventus monasterii Clarevallensis, Cisterciensis ordinis, tue diocesis, talis concessionis obtentu hujusmodi benedictiones, consecrationes et ordinationes recipere consueverint a transeuntibus per locum episcopis et ordinis sui pontificibus, qui aliquando in ipso monasterio commorantur, mandamus quatenus eisdem abbati et conventui quominus hujusmodi consuetudine libere uti valeant, aliquid obstaculum non opponas. Dat. Laterani, VI kalendas decembris, anno undecimo. »

3955

Latran, 25 novembre 1237.

Romano, Portuensi episcopo, significat se confirmare definitivam sententiam a Sinibaldo, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali, pro ipso episcopo et Portuensi episcopatu promulgatam, in causa quae inter eosdem episcopum et episcopatum, ex una parte, et Angelum Catelinae, civem Romanum, ex altera, super quibusdam vineis et rebus aliis in Massa Cesani sitis, vertebatur; inserto sub sua bulla praedictae Sinibaldi carlinalis sententiae tenore. — (REG. 18, f. 337 r^o; ann. XI. c. 304.)

« *Romano, Portuensi episcopo*. Ad portum nauta —. Sane tua nobis extitit insinuatione suggestum quod, cum inter te, nomine tuo et episcopatus tui ¹, et Angelum Catelinae, civem Romanum, super quibusdam vineis et rebus aliis coram dilecto filio nostro S[inibaldi], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali, a nobis auditore concesso, questio verteretur,

1. Il semble, d'après la bulle suivante (n^o 3959), qu'il faille suppléer ici : *ex parte una*, et après « civem Romanum » : *ex altera*.

idem, cognitis cause meritis, diffinitivam sententiam pro te ac episcopatu tuo promulgavit, prout in litteris cardinalis ipsius plenius continetur. Tuis igitur precibus grato concurrentes assensu, sententiam ipsam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem litterarum ipsarum presentibus inserentes; qui talis est:

[3956] Rome, Saint-Martin des Monts, 5 novembre 1237.

[Sententia praedicti Sinibaldi cardinalis, condemnantis praedictum Angelum Catelinae ad restituendum eidem Romano, Portuensi episcopo, omnia petita in libello ex parte praedicti Romani, Portuensis episcopi, in eadem causa portecto:]

« In nomine Domini. Amen. Sinibaldus, Dei gratia tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis, » universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Constitutus in presentia nostra magistro Barth[olomeo], procuratore venerabilis patris domini Romani, episcopi Portuensis, ex parte una, et Angelo Catelin[e], cive Romano, ex altera, ex parte dicti episcopi Portuensis oblatus fuit libellus in hunc modum:

[3957]

[Libellus in eadem causa ex parte praedicti Romani, Portuensis episcopi, oblatus:]

« Coram vobis, venerande pater domine Sinibalde, » quem dominus papa dedit partibus auditorem, petit » procurator episcopi Portuensis, nomine ejusdem » episcopi et episcopatus ipsius, ut compellatis Angelum Cateline restituere sibi vineas et quicquid possidet in Massa Cesani, cum finibus suis; et hoc petit » cum fructibus perceptis, quos extimo ducentas libras » Proveniensem, et cum fructibus percipiendis, cum » ipsa Massa Cesani et quicquid est in ipsa Massa » spectent ad episcopatum Portuensem jure domini » vel quasi.

» Item petit expensas factas et faciendas in lite et » extra litem. »

« Ex adversa vero parte responsum fuit in hunc » modum:

[3958]

[Responsio Angeli Catelinae libello ex parte Romani, Portuensis episcopi, oblato:]

« Angelus Cateline, litem contestando, negat narrata » vera esse ut narrantur, et dicit petita fieri non debere.

» Affines prime petie vinee posite in Massa Cesani » sunt hii: a primo latere, vinea Cinthii Bovonis; a » secundo latere, Greg[orius] Cateline; a tertio, via.

» Secunde petie vinee affines sunt hii: a primo latere tenebat Angelus Cateline; a secundo, heredes » Angeli Carzolini; a tertio, Petrus Anselmi; a quarto, » Cinthius Bovonis.

» Tertie petie vinee affines sunt hii: a primo latere » tenebat Angelus Cateline; a secundo et tertio, heredes Nicolai Antonii.

» Quarte petie vinee affines sunt hii: a primo latere, » vinea Cinthii Bovonis; a secundo Angelus Cateline » tenebat; a tertio, domina Johanna; a quarto, via » publica seu vicinalis.

» Quinte petie vinee affines sunt hii: a primo latere » Angelus Cateline tenebat; a secundo, heredes Angeli Carzolini; a tertio, Petrus Anselmi; a quarto, » Cinthius Bovonis.

» Sexte petie terre affines sunt hii: a primo latere » tenebat Romanus Papanunz; a secundo et tertio latere sunt vie publicae; a quarto latere tenebant Petrus Obicion[is] et fratres sui.

» Septime petie vinee affines sunt hii: a primo latere, Nic[olaus] Antonii et domina Odolina; a secundo, alia vinea Greg[orii] The[odisii]'; a tertio, » Stephanus Johannis Guidonis; et a quarto est via.

» Octave petie vinee affines sunt hii: a primo latere, Nic[olaus] Antonii; a secundo, Arengerius; a tertio, vinea Greg[orii] Theodisii; a quarto, via » publica.

» None et decime petie vinearum affines sunt hii: » a primo latere, Greg[orius] Theodisii; a secundo est » pastinatio vindemiis; a tertio, heredes Benencase et » Apellodate, et Nicolaus Antonii; a quarto est via.

» Undecime petie vinee affines sunt hii: a primo » latere, Favianus; a secundo, Johannes Guidonis; a » tertio, domina Maristella; a quarto, via publica. »

« Coram nobis autem partibus constitutis, factis » confessionibus ab utraque parte et auditis hinc inde

1. Ms. : Greg. de Theodisi; — plus loin, à deux reprises, « Greg. Theodisii ».

» propositis, cum per ea nobis constaret Massam de
 » Cesan[o] pertinere ad episcopum et episcopatum Portu-
 » tuen[sis] jure dominii vel quasi, et ea que petita
 » sunt in libello, esse in Massa Cesani et pertinere ad
 » episcopum et episcopatum Portu[en]s[is] jure dominii
 » vel quasi, visis et auditis rationibus et allegationibus
 » utriusque partis, et deliberatione prehabita diligenti,
 » predictum Angelum Cateline condemnamus ad re-
 » stituendum omnia petita in libello, que possidet in
 » Massa Cesani, predicto magistro Bartholomeo, no-
 » mine dicti domini episcopi Portuensis, ac ipsi domino
 » episcopo Portuensi. In cujus rei testimonium pre-
 » sentes litteras sigilli nostri munimine duximus robo-
 » randas. Actum in Urbe, apud Sanctum Martinum
 » in Montibus, in anno Domini M^oCC^oXXXVII^o [1^o], V^o [1^o]
 » die intrante novembri, indictione X^o [1^o], presentibus
 » magistro Johanne de Caserta, advocato curie, Jacobo,
 » notario de Fuling., Andrea et Land[one]?, filiis
 » Guidonis Guintiani de Anagnia, et aliis pluribus.
 » Ego Albertus, sacri palatii notarius, interfui et de
 » mandato dicti domini Sinibaldi cardinalis hanc
 » cartam scripsi et publicavi.»

« Nulli ergo nostre confirmationis etc. Si quis au-
 tem etc. Dat. Laterani, VII kalendas decembris, anno
 undecimo. »

3959

[Latran. 25 novembre 1237.]

Eidem Romano, Portuensi episcopo, similiter significat se
 confirmare definitivam sententiam ab eodem Sinibaldo, ti-
 tulli Sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali, pro ipso
 episcopo et Portuensi episcopatu promulgatam, in causa que
 inter eundem episcopum et episcopatum, ex una parte, et
 Odonem de Litalfo ac Paulum, fratrem ejus, civis Romanos,
 ex altera, super quibusdam vineis et rebus aliis in Massa Ce-
 sani sitis, vertebatur; inserto sub sua bulla predictae Sini-
 baldi cardinalis sententiae tenore. — (Reg. 18, f. 338 r^o;
 ann. XI, c. 305.)

« Eadem. Ad portum nauta etc., ut supra, usque :
 [inter te, nomine tuo et episcopatum tui,] ex parte una,
 et Odonem de Litalfo ac Paulum, fratrem ejus, ex al-
 tera, super quibusdam vineis et rebus aliis etc.,
 usque :

3960 [Rome, Saint-Martin des Monts, 5 novembre 1237.]

Similis sententia predicti Sinibaldi cardinalis, condem-
 nantis predictos Odonem et Paulum Litalfi ad restituendum

eidem Romano, Portuensi episcopo, omnia petita in libello
 ex parte predicti Romani, Portuensis episcopi, in eadem
 causa porrecto:]

« [In nomine Domini. Amen. Sinibaldus etc., us-
 » que :] ex parte una, et Odone et Paulo Litalfi, civibus
 » Romanis, ex altera, ex parte dicti episcopi etc.,
 » usque :

[3961]

[Libellus in eadem causa ex parte predicti Romani, Por-
 tuensis episcopi, similiter oblati:]

« [Coram vobis, venerande pater etc., usque :] com-
 » pellatis Odonem de Litalfo et fratrem ejus Paulum
 » restituere etc., usque : [extra litem]. »

« [Ex adversa vero parte responsum fuit in hunc
 » modum:]

[3962]

[Similis responsio Odonis et Pauli Litalfi libello ex parte
 Romani, Portuensis episcopi, oblato:]

« [Odo et Paulus Litalfi, litem contestando etc., us-
 » que :] fieri non debere.

» Affines unius partie vinee sunt hii : a primo latere
 » tene[n]t Petrus Aczoli et heredes Riccardi Belmontis;
 » a secundo latere, Nicolaus Rivoltul.; a tertio, pre-
 » dicti Oddo et Paulus.

» Fines secunde vinee sunt hii : a primo latere est
 » pastinata Johannis Rotuli et Nicolai Rotuli; a se-
 » cundo tenebant dicti Oddo et Paulus; a tertio est via
 » que vadit ad Anguillariam.

» Fines totius terre hii sunt : a primo latere est via
 » publica; a secundo, heredes Roberti; a tertio¹ tene-
 » bant Oddo et Paulus predicti et Sanctus Andreas; a
 » quarto latere, Petrus Azonis et sunt vie dictorum
 » Oddonis et Pauli. »

« Coram nobis autem pa[r]tibus constitutis etc., ut
 » supra, usque : diligenti, predictos Oddonem et Pau-
 » lum Litalfi condemnamus etc., ut supra, usque :
 » presentibus domino Willelmo, electo Bruniteni², et

1. Ms. : tertius.

2. Sic, peut-être pour Bruniatensi.

» Nicolao de Garib., capellano domini S[inibaldi] cardinalis, magistris Johanne et Nicolao de Caserta, » advocatis curie, Jacobo, notario de Fuling., et aliis » pluribus. Ego Albertus etc., ut supra. usque in » finem. »

3963

Lateran., 3 décembre 1237.

Magistro et fratribus domus militiae Templi Hierosolymitani significat se inhibere ne quis ab ois, pascurorum praetextu, de lana et lacte ovium ipsorum vel de agnis praesumat exigere aut extorquere decimas, a quibus se per privilegia ipsorum domui ab Apostolica Sede concessa, proponant esse immunes. — (REG. 18. f. 338 r°; ann. XI. c. 306.)

« .. magistro et fratribus domus militiae Templi Hierosolymitani. Ab universitate fidelium —. Dat. Laterani, III nonas decembris, anno undecimo. »

3964

Lateran., 9 décembre 1237.

Priori Sancti Jacobi Santarenensis, nec non et Pelagio Johannis et Johanni Dominici Cervato, canonicis Sanctae Mariae de Aleazuba Santarenensis, scribit de electione Martini, qui pro ecclesiae Elborensis decano se gererat, viri utique pestilentis, in Elborensis episcopum; eisque mandat quatenus eundem electum ejusque electores ex parte ipsius papae cilent, et eis terminum competentem preemptorium praefigant, infra quem idem electus personaliter, electores vero per procuratorem idoneum coram ipso papa compareant. — (REG. 18. f. 338 r°; ann. XI. c. 307.)

« .. priori Sancti Jacobi, Pelagio Johannis et Johanni Dominici Cervato, canonicis Sanctae Marie de Aleazuba Sanctarenensium, Ulixbonensis diocesis. Dilectus filius magister Severius, canonicus Elborensis, in nostra proposuit presentia constitutus quod, cum nuper, ecclesia Elborensi vacante, canonici ejusdem, non habentes ad Deum puro corde respectum, M[artinum], qui pro ipsius ecclesiae decano se gerit, virum utique pestilentem, utpote adulterum, symoniacum, de perjurio publice diffamatum, insufficientis scientie, ligatum pluribus excommunicationum sententiis et concubinarium manifestum, de quo estant argumenta plura gradientia super terram, ac diversa beneficia, curam animarum habentia, olim cum cantoria, et postmodum, cantoria dimissa, cum decanatu, absque dispensatione apostolica, obtinentem, aliisque pluribus criminibus infamatum et alias indignum regimine presulatus, non servata forma concilii, per impressionis secularis abusum, de

GREGOIRE IX, t. II.

facto, in suum episcopum elegissent : procurator ejusdem magistri, ex premissis causis et quibusdam aliis, ab ecclesie Compostellane capitulo, ipsa ecclesia, metropolitana loci, vacante, ne ad confirmationem procederent, nostram audientiam appellavit; cujus appellationi capitulum humiliter detulerunt. Quare praefatus magister nobis humiliter supplicavit ut, cum dictus M[artinus], pravam suorum parentum consuetudinem imitatus, qui, mortuo episcopo, omnia bona episcopatus mobilia occupantes, ipsa inter se consueverunt dividere, quasi jure hereditario spectantia ad eosdem, de cujus parentela quatuor episcopi ultimo successive et immediate illi ecclesie preferuntur, confirmationem non habita, amministrazione ejusdem ecclesie se ingerens impudenter, bona ejus dissipet et consumat, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quia vero indignum est ut indigni promoveantur indigne ad apicem dignitatis, mandamus quatenus, iam electum quam electores hujusmodi ex parte nostra citantes, competentem eis terminum preemptorium prefigatis, infra quem electus ipse personaliter, et electores per procuratorem idoneum compareant coram nobis; proviso ne, sub dubio litis eventu, eadem ecclesia honorum suorum dispendium patiat, nec idem magister super bonis suis, lite pendente, ab eodem electo vel electoribus molestetur; et quicquid inveneritis per eundem M[artinum] vel suos in ipsius ecclesie prejudicium temere attemptatum, in statum debitum revocetis. Contradictores etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, V idus decembris, pontificatus nostri anno undecimo. »

3965

Lateran., 4 décembre 1237.

Narbonensi archiepiscopo, Agennensi episcopo et abbati Grandis Silvae, Tholosanae diocesis, mandat quatenus quosdam crucesignatos Narbonensis, Tholosanae et Elensis diocesium, qui propter senectutem, paupertatem et infirmitatem non poterant prosequi votum crucis, ab eodem voto sub quibusdam condicionibus absolvant, aliis mandatis super eadem votorum redemptione adjectis. — (REG. 18, f. 338 v°; ann. XI, c. 308; — MOREAU 1191, f. 421.)

« .. Narbonensi archiepiscopo, et .. episcopo Agennensi et .. abbati Grandis Silvae, Tolosane diocesis. Ex parte quorundam crucesignatorum Narbonensis, Tolosane et Helenensis civitatum et diocesis fuit a nobis humiliter postulatum ut nonnullos ex ipsis, pauperes, mulieres, senes et validudinos, qui propter senectutem, paupertatem, infirmitatem ac debilitatem non possunt prosequi votum crucis, ab executione ipsius absolvi,

presertim cum iidem parati sint de bonis suis juxta dispositionem nostram in Terre Sancte subsidium destinare, misericorditer faceremus. Nos igitur, volentes taliter descendere postulationibus premissorum, quod non impediatur Terre Sancte succursus, mandamus quatenus, senibus, validudinariis et aliis antedictis ea que in eundo ad Terram pferatam, ibidem morando et inde redeundo, expensuri essent, in vestris manibus assignantibus, per vos usque ad generale passagium a Sede Apostolica statuendum ad ejusdem Terre subsidium conservanda, et alias redimentibus laborem itineris operibus pietatis, a voto crucis absolutis eodem; proviso prudenter ne in elusionem voti aliquid attemptetur. Summam autem eorum que tam ab ipsis quam ab aliis per Terre subsidio receperitis sepefate, nobis intimare curetis, ut qualiter de ipsis ordinari debeat, per nostras vos reddamus litteras certiores. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, II nonas decembris, pontificatus nostri anno undecimo. »

3966

Latran, 4 décembre 1237.

Abbati Sancti Johannis Senonensis, nec non cantori et officiali Senonensibus mandat quatenus sententiam excommunicationis quam magister Thomas, canonicus Bajocensis, Parisius commorans, in abbatem et conventum Pruliacenses, Cisterciensis ordinis, promulgaverat, — quo abbatem et conventum abbas et conventus Sancti Maglorii Parisiensis coram eodem magistro in causa ipsorum abbatibus conventusque Sancti Maglorii contra abbatem conventumque de Valle Sarneti, ejusdem ordinis Cisterciensis, et nonnullos alios, per clausulam *quidam alii* citari fecerant. — denuntient penitus non valere; revocent in statum pristinum quicquid per eundem magistrum in præjudicium prædictorum abbatibus et conventus Pruliacensium invenerint temere attentatum, et causam ipsam audiant, alioquin partes ad prædicti magistri remittant examen. — (Reg. 18, f. 338 v°; ann. XI, c. 309.)

« .. abbatii Sancti Johannis .. cantori et .. officiali Senonensibus. Sua nobis .. abbas et conventus Pruliacenses, Cisterciensis ordinis, petitione monstrantur quod, cum .. abbas et conventus Sancti Maglorii Parisiensis quasdam a nobis in forma communi ad magistrum Thomam, canonicum Bajocensem, Parisius commorantem, contra .. abbatem et conventum de Valle Sarneti, Cisterciensis ordinis, P. militem et quosdam alios, clericos et laicos, Senonensis, Parisiensis et Carnotensis civitatum et diocesis, litteras impetrasset, et ipsos abbatem et conventum Pruliacenses coram eodem magistro per clausulam illam generalem, videlicet *quidam*

alii, citari fecissent : fuit ex parte ipsorum excipiendo propositum coram eo quod, cum eis a Sede Apostolica sit indultum ut per litteras apostolicas conveniri non valeant, que de ipsorum ordine non fecerint mentionem, ipsi per litteras illas, in quibus nulla de ipsis vel de ipsorum ordine, quoad eos, mentio habebatur, conveniri non poterant nec debebant. Et quia dictus iudex, hanc eorum exceptionem nolens admittere, per quandam inquam interlocutoriam decrevit eos super causa principali debere procedere coram ipso, iidem, sententias indebite se gravari, nostram audientiam appellarunt; at ipse, appellatione contempta, in eos excommunicationis sententiam promulgavit. — Dat. Laterani, II nonas decembris, anno undecimo. »

3967

Latran, 4 décembre 1237.

Regi Castellae et Legionis petenti concedit ut Oxomensis episcopus, ipsius regis cancellarius, a capitulo Legionensi in episcopum postulatus, ad Legionensem ecclesiam transire non cogatur. — (Reg. 18, f. 338 v°; ann. XI, c. 310; — MOREAU 1191, f. 121; — cf. *supra*, n. 3591 et 3592.)

« .. *illustri regi Castellae et Legionis*. Sicut nequit abscondi —. Licet igitur, ecclesia Legionensi vacante, dilecti filii capitulum ipsius ecclesie venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Oxomensem, cancellarium tuum, in pastorem et episcopum animarum suarum unanimiter et concorditer postularint, et nos, presentatam nobis postulationem hujusmodi facientes examinari, prout congruit, diligenter, cum eam invenerimus de persona idonea canonice celebratam, ipsam de fratrum nostrorum consilio duxerimus admittendam, eidem episcopo, a vinculo Oxomensis ecclesie absoluto, transeundi ad dictam Legionensem ecclesiam nichilominus facultate concessa : quia tamen idem episcopus nondum postulationi de se facte consensit, tu nobis per dilectos filios magistros R., subdiaconum nostrum, archidiaconum, et P., canonicum Conchen[ses], nuntios tuos, et litteras humiliter supplicasti ut, cum dictus episcopus, tanquam vir magni consilii, tibi utilis ac necessarius sit et regno, ipsaque Oxomensis ecclesia ex translatione hujusmodi gravem incurreret lesionem, tam tue quam predictae Oxomensis ecclesie indemnitati providere salubriter curaremus. Nos igitur, tuis devotis supplicationibus inclinati, ejusdem Oxomensis ecclesie dampna pensantes, ipsi episcopo necessitatem non imponimus ad jactatam Legionensem ecclesiam transeundi. Dat. Laterani, II nonas decembris, anno undecimo. »

3968

[Latan, 4 décembre 1237.]

« In eundem fere modum .. *episcopo Ozonensi*, usque in finem. »

3969

Latan, 10 décembre 1237:

« In eundem fere modum *capitulo Legionensi*. [Eos monet quatenus student sibi et ipsorum ecclesiae de persona idonea per electionem canonice providere.] Dat. Laterani, III idus decembris, anno undecimo. » — (REG. 18, f. 339 r^o; — MOREAU 1191, f. 424 v^o.)

3970

Latan, 5 décembre 1237.

« In eundem modum *capitulo Ozonensi*. [Eos monet quatenus episcopo suo prout mentibus intendat.] Dat. Laterani, nonis decembris, anno undecimo. » — (REG. 18, f. 339 r^o; — MOREAU 1191, f. 425.)

3971

Latan, 9 décembre 1237.

Ursalensi archiepiscopo et suffraganeis ejus mandat quatenus viros catholicos in regno Suetiorum et vicinis insulis positos inducant ut, cunctis signaculum assumentes, Tavestos apostatas et Christianorum hostes crudeles expugnant. — (REG. 18, f. 339 r^o; ann. XI, c. 311; — MOREAU 1191, f. 423, *partim* ex RAYNALDO; — POTTHAST 10486.)

« .. *Ursalensi archiepiscopo et suffraganeis ejus*. Plantavit vineam dextera —. Dat. Laterani, V idus decembris, anno undecimo. »

3972

Latan, 8 décembre 1237.

Bartholomaeo et Andreae Octaviani, capellanis suis, mandat quatenus in potestatem, consiliarios, Aldebrandinum dictum balivum et populum Viterbienses, nisi iidem ad mandatum Ecclesiae humiliter revertantur, excommunicationis et in civitatem Viterbiensem interdicti sententias promulgent. — (REG. 18, f. 339 r^o; ann. XI, c. 312; — RODENBERG 717.)

« *Barth[olomae] et Andreae Octaviani, capellanis nostris*. In medio Viterbiensium —. Dat. Laterani, VI idus decembris, pontificatus nostri anno undecimo. »

3973

Latan, 8 décembre 1237.

« In eundem fere modum *nobilibus viris comitibus, baronibus, potestatibus, rectoribus, militibus et universis fidelibus nostris per*

Patrimonium constatae, usque in finem. [Iis eadem iidem verbis scribit et mandat praeterea quatenus, cum ab ipso papa fuerint requisiti, ad praedictorum Viterbiensium superbiam conterendam se potenter accingant. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 339 v^o; — RODENBERG, *post* n^o 717.)

3974

Latan, 8 décembre 1237.

Bartholomaeo et Andreae Octaviani, capellanis suis, mandat quatenus potestati, consilio et Aldebrandino, qui pro balivo communis Viterbiensis se gerebat, ex parte ipsius papae, sub poena milium marcarum argenti, inhibeant « ne » in domibus Briton[is] et fidejussorum suorum ac adherentium eis, et specialiter in hiis que sunt mulieribus, pro eorum dotibus, obligato, ac aliis bonis suis presumant novi » aliquid attemptare ». — (REG. 18, f. 310 r^o; ann. XI, c. 313.)

« *Barth[olomae] et Andreae Octaviani, capellanis nostris*. Presentium vobis auctoritate —. Dat. ut supra. »

3975

Latan, 9 décembre 1237.

Abbati de Petra Ficta, Perusinae dioecesis, vicario episcopi Perusini, significat se monasterium Sancti Justiniani de Arno, [ejusdem dioecesis]¹, in spiritualibus deformatum et in temporalibus collapsum, fratribus militiae Templi in Tuscia [reformandum] commississe, eique mandat quatenus fratrem Americum, militiae Templi, procuratorem praedicti monasterii constituat. — (REG. 18, f. 310 r^o; ann. XI, c. 314.)

« .. *abbati de Petra Ficta, Perusinae dioecesis, vicario venerabilis fratris nostri .. episcopi Perusini*. Ne monasterium Sancti —. Dat. Laterani, V idus decembris, anno undecimo. »

3976

Latan, 8 décembre 1237.

Abbati de Canticolis, Camaldulensis ordinis, Florentinae dioecesis, mandat quatenus in monasterio Montis Christi, ejusdem ordinis, Massan[ae] dioecesis, in spiritualibus collapso et in temporalibus dimiuto, — in quo prior Camaldulensis, etsi mandat apostolicum super hoc receperat, correctionem adhibere noluerat, — de omnibus quae correctionis et reformationis officio noverit indigere, tam in capite quam in membris inquirat, Sedi Apostolicae quae invenerit, fideliter rescripturas. — (REG. 18, f. 340 r^o; ann. XI, c. 315; — POTTHAST 10485; — cf. *supra*, n^o 3533.)

« .. *abbati de Canticolis, Camaldulensis ordinis, Floren-*

1. Cf. *infra*, ann. XII, c. 52.

line diocesis. Sua nobis conventus —. Dat. Laterani. VI idus decembris. anno undecimo. »

3977

Latran, 13 décembre 1237.

Decano et capitulo Calagurritanae et Calciatensis ecclesiarum significat se postulationem de Enrico Martini, Berbiensis archidiacono, in episcopum ab ipsis factam et ipsi papae a magistro Bernardo, archidiacono Najerensi, et a Martino Willelmi, canonico Calagurritanae et Calciatensis ecclesiarum, ipsorum procuratoribus, praesentatam, non admisisse, sed eos, ad nullam praedictorum procuratorum instantiam, eligendi potestate non privare; unde eis mandat quatenus infra tres menses post susceptionem praesentium provideant sibi de persona idonea per electionem canonicam in pastorem; alioquin ipsi papa ordinationem earundem Calagurritanae et Calciatensis ecclesiarum dispositioni apostolicae reservabit. — (Reg. 18, f. 340 r.; ann. XI, c. 316; — cf. *supra*, n° 3170.)

« .. decano et capitulo Calagurritanae et Calciatensis ecclesiarum¹. Dilecti filii magister —. Dat. Laterani, idibus decembris. anno undecimo. »

3978

Latran, 11 décembre 1237.

Decano Tornacensi, archidiacono Tornacensi in Flandria et magistro Petro de Noviono, canonico Tornacensi, committit examinandam causam exortam super facto electionis in monasterio Sancti Petri Gandensis; cui monasterio, — a cuius regimine decanus Parisiensis ejusque collegae, visitatores a Sede Apostolica delegati, Sigerum, ejusdem monasterii monachum, qui electum se dicebat, amoverant tanquam non idoneum, — prior et conventus ejusdem in abbatem praefecerant A. saepedicti monasterii monachum. — (Reg. 18, f. 340 r.; ann. XI, c. 317.)

« .. decano, .. archidiacono in Flandria et magistro Petro de Noviono^o, canonico Tornacensibus. Dilectis filiis A. abbate, .. priore ac conventu monasterii Sancti Petri Gandensis. Tornacensis diocesis, significantibus, nobis innotuit quod, cum nos dudum .. decano et magistris J[ohanni] de Monte Mirabili, archidiacono, ac O[doni] de Garlandia, canonico Parisien[sibus], nostris dedissemus litteris in mandatis ut, ad dictum monasterium personaliter accedentes et habentes pre oculis solum Deum, corrigerent et reformarent ibidem, tam

1. Ce pluriel *ecclesiarum* est à remarquer; partout, dans cette bulle, les églises de Calahorra et de Calzada sont nettement distinguées l'une de l'autre, bien que ne formant qu'un seul évêché, avec un doyen unique et un chapitre unique, comme on le voit d'après l'adresse même de cette pièce.

in capite quam in membris, quae correctionis et reformationis officio noscerent indigere, contradictores etc., usque : compescendo, ac postmodum dederimus in preceptis ut, reformationi ejusdem monasterii intendentes, si Sigerum, monachum praefati monasterii, qui electum se dicebat ipsius, per eos, exigente justitia, ab amministrazione praescripti monasterii contingeret amoveri, iidem ipsi monasterio provideri facerent per electionem canonicam de abbate : predictis visitoribus in officio visitationis procedentibus, duo ipsorum, tertio, archidiacono videlicet, ordinem fratrum Predicatorum ingresso, quia eis constitit supradictum S[igerum] pluribus de causis non esse idoneum ad regimen abbatie, ipsum, non obstante frivole appellacionis objectu, ad quam causa subterfugii convolarat, ab amministrazione spiritualium et temporalium praefati monasterii, exigente justitia, per diffinitivam sententiam amoverunt, injungentes eidem priori et conventui ut sibi providerent de persona idonea per electionem canonicam in abbatem. Cum autem iidem, hujusmodi mandato parentes, ipsum A., monasterii monachum prenotati, invocata Spiritus Sancti gratia, in abbatem suum canonicae ac concorditer elegissent, venerabilis frater noster .. Tornacensis episcopus, loci diocesanus, de modo electionis, eligentium studiis et electi meritis veritate plenus intellecta, electionem confirmans ipsius, munus eidem benedictionis impendit. Praescriptus vero S[igerus], spiritu rebellionis assumpto, sibi tanquam abbati obedientiam et reverentiam contumaciter denegat exhibere. Quare petebatur a nobis ut quod a visitoribus et episcopo supradictis rationabiliter factum est in hac parte, firmiter faceremus debitam obtinere, ac eundem Sigerum ad exhibendum ipsi abbati obedientiam et reverentiam debitam cohartari. Pro parte vero altera fuit propositum ex adverso quod, cum nos olim predictis decano et collegis suis visitationis officium in eodem monasterio duxerimus committendum, dicto archidiacono, postquam semel cum eisdem collegis suis ad monasterium ipsum causa visitationis accesserat, se ad fratrum Predicatorum ordinem transferente, duo reliqui, ceptum visitationis negotium prosequentes, ad idem monasterium propter hoc secundo et tertio personaliter accesserunt, expensis quibus hiis tribus vicibus monasterium gravaverunt, summam trecentarum librarum Parisiensium excedentibus, in ipsius monasterii non modicam lesionem. Et licet eos ad praefatum monasterium venientes tam electus¹ quam monachi ho-

1. C'est-à-dire, ici comme dans toute cette dernière partie de la bulle, Sigerus.

neſte ſemper et honorifice recepſſent, parentes eis, in omnibus ad officium viſitationis ſpectantibus, humiliter et devote, ipſi tamen, falſo, non ſine diffamatione monaſterii, ſuggerentes quod, monachorum faciente malitia, commiſſum ſibi negotium perficere nequiverunt, per ſuggeſtionem falſitatis huiusmodi quaſdam a nobis obtinere litteras, continentes ut electum ac priorem, et ſex vel octo de potioribus monachis monaſterii memorati, ad civitatem Cameracensem accedere infra terminum peremptorium competentem, per cenſuram eccleſiaſticam cohercerent, illos ex ipſis quos, ſuis culpis exigentibus, viderent a monaſterio amovendos, ad remota loca ejuſdem ordinis transferentes : qui cum electum ac priorem cum octo monachis ad civitatem eandem, que duabus dietis a monaſterio ipſo diſtat, ire, non ſine magnis expenſis et laboribus, compulſiſſent, quibusdam preſbiteris et clericis ac laicis Gandenſis oppidi ad teſtificandum nichilominus evocatis, quod ex reſcripto apoſtolico non habebant, et exhibitis tunc primo litteris ſupradictis, ex parte predictorum electi et conventus fuit excipiendo propositum coram eis huiusmodi litteras non valere, nec eſſe auctoritate ipſarum in negotio procedendum, utpote que premiſſa falſitate ſuggeſta obtente fuerant; que ſi ſuggeſta non eſſet, obtineri minime potuiſſent, cum intentionis noſtre non fuerit eos ad loca proſtrahi tam remota, niſi per ſuggeſtionem huiusmodi falſitatis. Et quia dicti iudices hanc exceptionem eorum legitimam, quam ſe probaturos legitime offerebant, admittere contra juſtitiam denegarunt, prefatus electus, ſentiens indebite ſe gravari, non ut correctionem effugeret, ſed ut, remoto gravamine, apud idem monaſterium expediretur negotium juxta traditam prius formam, ad noſtram audientiam appellavit. Cumque poſtmodum, illis offerentibus ſe velle errorem ſuum corrigere, ſi forſitan erraverint, electus et monachi ſupradicti propter hoc ad eorum preſentiam rediſſent, non ſolum errorem ſuum corrigere noluerunt, ſed etiam in electum, niſi ſibi et teſtibus memoratis, quos, fines mandati apoſtolici excedendo, pro velle ſuo vocaverant, de expenſis ſatisfaceret ipſa die, de quibus, cum eſſent magne et hora fere diei nona, ſibi de facili ſatisfacere non valebat, excommunicationis ſententiam fulminarunt. Propter quod, innovata appellatione priori, ad Sedem iterato duxit Apoſtolicam appellandum. At ipſi, appellatione contenta, et nondum deſignationibus receptorum teſtium publicatis, nec de ipſius exceſſu vel defectu legitime cognita veritate, admini-

tratione ſibi honorum monaſterii interdicta, ammiſtrationem temporalium quibusdam pro ſue voluntatis arbitrio commiſerunt. invocato contra eum nichilominus auxilio brachii ſecularis. Quare tertio ad nos vocem appellationis emiſit. Ipſi vero, tam iſta quam premiſſis appellationibus vilipenſis, eundem poſt iter arreptum ad Sedem Apoſtolicam veniendi, de facto, cum de jure non poſſent, ab ammiſtratione monaſterii anoverunt, ac extorſerunt a monaſterio trecentas libras Turonenſium pro expenſis quas, ut dicebant, fecerant illa vice, aſſerendo ſe de illis velle centum libras Pariſienſium pro deſenſione ſententie quam tulerant, deputare. Unde a nobis ſuppliciter poſtulavit ut revocari proceſſum eorum in irritum, et, eo, ſicut juſtum fuerit, reſtituto, in negotio viſitationis procedi juxta priorum continentiam litterarum, ac provideri ſibi in expenſis ad proſecutionem negotii neceſſariis de bonis monaſterii, cum non habeat proprium, mandarem. Quia vero nobis non conſtitit de premiſſis, de utriuſque partis procuratorum aſſenſu mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod cauſa etc., uſque : obſervari. Nullis litteris obſtantibus preter aſſenſum partium a Sede Apoſtolica impetratis. Quod ſi non omnes etc. Dat. Laterani, XVIII kalendas januarii, anno undecimo. »

3979

Lateran, 11 décembre 1237.

Capitulo Ferrarienſi, — exponentibus quod de tredecim canonicis, quorum numerus in eorum eccleſia ſtatutus fuerat, juramento firmatus, non niſi quattuor reſidebant in eadem, et ſupplicantibus ad recipiendi unum preſbyterum, quo dieta eccleſia indigebat, ad præbendam quæ fuerat Gravendini, episcopi, tunc canonici Ferrarienſis, non obſtante prædicto ſtatuto, eis licentia concederetur, — concedit ut per receptionem ejuſdem preſbyteri, qui continuam in eadem eccleſia reſidentiam faciat, nullum eidem ſtatuto præjudicium in poſterum generetur. — (Reg. 18. f. 311 r^o; ann. XI, c. 318.)

« Capitulo Ferrarienſi. Ex parte veſtra —. Dat. Laterani, III idus decembris, anno undecimo. »

3980

Lateran, 27 octobre 1237.

Archidiacono Arelatenſi et magiſtro S., præcentori Arelatenſi, mandat quatenus invaſores comitatus Melgorienſis ad tranſfretandum in Terram Sanctam, ut paenitentiam ibi-

dom peractent. cogatis. — (REG. 18, f. 341 r°; ann. XI, c. 319; — MOREAU 1191, f. 399; — cf. *supra*, n° 3925.)

« .. *archidiacono et magistro S. precentori Arelatensibus*.
Exposita nobis venerabilis frairis nostri .. Magalonen-
sis episcopi petitio continebat quod Dalfinus miles.
Raim[undus] Lamberti, Cambafort et quidam alii Maga-
lonensis, Biterrensis, Lodovensis et Agathensis
diocesum caput castrum de Balazuco, quod est potissima
pars comitatus nostri Melgoriensis, quem idem episco-
pus nomine Sacrosancte Romane Ecclesie tenere dinos-
citur, et fortaliciam de Terallo furtive subripere pre-
sumperunt. Cum igitur in Tolosano concilio, pro pace
patrie conservanda, provida fuerit deliberatione statu-
tum ut omnes qui castra vel fortalicias furarentur, ad
Terram Nativitatis dominice mitterentur, ad peniten-
tiam peragendam, precipiendo mandamus quatenus, si
est ita, Dalfinum et alios supradictos ut ad Terram
se transferant memoratam, ibidem juxta tempus in
predicto concilio comprehensum penitentiam peracturi.
monitione premissa, pro censuram ecclesiasticam,
appellatione remota, cogatis. Dat. Laterani, VI ka-
lendas novembris, anno undecimo. »

3981

Latan, 12 décembre 1237.

Archidiacono, sacristae et precentori Neumasensibus (= Nemasensibus) mandat quatenus heredes R. de Sancto Mauritio, — qui castrum de Pagaïrol, comitatus Melgorii, fraudulenter ab episcopo quondam Lodovensi tenerat, — compellant ut in episcopi Magalonenensis manibus recognos-
cant se praedictum castrum a Romana Ecclesia tenere; Lodo-
vensem episcopum, illius successorem, si in pertinacia per-
stiterit, cogant ut ad Sedem Apostolicam veniat. — (REG. 18,
f. 341 r°; ann. XI, c. 320; — MOREAU 1191, f. 426.)

« .. *archidiacono, .. sacriste et .. precentori Neumasensibus*.
Venerabili frater noster .. Magalonenensis episcopus
transmissa nobis petitione monstravit quod quondam R. de Sancto Mauritio castrum de Pagaïrol, quod est comitatus Melgorii, quem idem episcopus ab
Apostolica Sede sub annuo censu tenet, fraudulenter
recognovit se tenere a venerabili fratre nostro [...] epis-
copo quondam Lodovensi, recepta propter hoc ab eo
quadam pecunie quantitate; propter quod idem castrum
est ad Romanam Ecclesiam devolutum, ad quam pfa-
tus pertinet comitatus. Licet igitur heredibus dicti R.
propter hoc castrum ipsum de jure auferre possemus,
in hono tamen volentes hujusmodi malitiam de beni-
gnitate Sedis Apostolice superare, mandamus quatenus,

si est ita, dictos heredes ut, ipsum castrum recognos-
centes in manibus dicti Magalonenensis episcopi ad Ro-
manam Ecclesiam pertinere, sibi, Ecclesie Romane
nomine, fidelitatem exhibeant, et alia que facere pro
ipso castro tenentur, ac venerabilem fratrem nostrum
.. episcopum Lodovensem, successorem ipsius, ut re-
laxet juramentum, si quod super hoc in prejudicium
Ecclesie Romane recep[erit] ab eis, monitione premissa,
auctoritate nostra, sublato appellationis obstaculo, de
plano et sine strepitu iudicii veritate cognita, compel-
lentes, ipsum ad Sedem Apostolicam venire cogatis, si
in sua pertinacia duxerit persistendum, de tanto exces-
su satisfactionem nobis debitam impensurum. Testes
autem etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, II
idus decembris, anno undecimo. »

3982

Latan, 12 décembre 1237.

Archidiacono, sacristae et precentori Arelatensibus man-
dat quatenus senescallos et ballivos regis Francie compellant
ut ea loca comitatus Melgorii, ab Ecclesia Romana episcopo
Magalonenensi sub annuo censu concessi, quae detinebant occu-
pata, eidem episcopo restituant et de perceptis inde fructibus
ei satisfaciant. — (REG. 18, f. 341 v°; ann. XI, c. 321; —
MOREAU 1191, f. 428.)

« .. *archidiacono, .. sacriste et .. precentori Arelatensibus*.
Venerabili fratre nostro .. Magalonenensi episcopo accep-
imus intimante quod, cum R[aimundus], quondam
comes Tolosanus, detinens comitatum Melgorii et
Montis Ferrandi, ad Romanam Ecclesiam pertinentem,
in donationibus, permutationibus et aliis contractibus
quos faciebat de bonis comitatus ejusdem, se nomina-
verit tantum comitem Tolosanum, senescalli Bellicadri
et Carason[e] ac alii balivi karissimi in Christo filii
nostri .. illustris regis Francie, asserentes quod, sicut
comitatus Tolosanus ad regem spectabat eundem, sic
et ea que de ipso faciunt mentionem, partem que ad
comitatum Melgorii in Arisdeni archipresbiteratu.
Neumasensis diocesis, pertinet, ac de Monte Rotundo,
de Rupe Ainerii¹, de Boisadon et in castro de Monte
Lauro quandam partem, et quedam alia castra, nec
non de Letescleris, Sancti Genesii, Sancte Crucis de
Fontenesio et plures alias villas et loca, ac ea que filii
quondam B. Gandalmarii habent in castro Arsatii, et
quedam alia ad dictum comitatum Melgorii pertinentia.
per violentiam detinent occupata, terram et homines
comitatus² ejusdem questis et exactiombus aliis aggra-

1. Ms. : Amerii.

2. Ms. : conventus.

vando. Unde, cum dictus comitatus Melgorii sit ipse episcopo ab Ecclesia Romana sub annuo censu concessus, nobis humiliter supplicavit ut providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Ideoque mandamus quatenus, inquisita super hiis, de plano et sine strepitu iudicii, veritate, si rem inveneritis ita esse, dictos senescallos et ballivos ut ea que de bonis dicti comitatus Melgorii, occasione hujusmodi, occuparunt, restituant episcopo memorato, ab occupatione ipsorum in posterum penitus desistendo, et de perceptis fructibus ei satisfaciatur competenter, ac ab exactionibus predictis penitus conquiescant, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis. Non obstantibus litteris confirmationum vel aliis, si qua fraude vel dolo a Sede Apostolica fuerint impetratae. Testes autem etc. Quod si non omnes etc. Dat. ut supra. »

3983

Latran. 19 décembre 1237.

Episcopo Argentinensi, nec non abbatibus de Parisius (= Paris), Basiliensis diocesis, et de Ternobach (= Tennebach), Constantiensis diocesis, mandat quatenus super concessione monasterii Sancti Stephani Argentinensis fratribus Praedicatoribus Argentinensibus faciendam vel non faciendam, et super aliis negotiis eandem concessione pertinentibus, statuatur quod viderit expedire. — (REG. 18, f. 341 v°; ann. XI, c. 322; — cf. J. BERNOULLI, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I (1892), p. 126, n° 189.)

« .. episcopo Argentinensi, .. de Parisius et .. de Ternobach abbatibus, Basiliensis et Constantiensis diocesium. Significante dudum te, frater episcope, nos noveritis accepisse quod, cum olim, intellecto quod monasterium Sancti Stephani Argentinensis, propter malitiam sororum ordinis sancti Augustini degentium in eodem, esset in spiritualibus et temporalibus graviter deformatum, tibi, frater episcope, et dilectis filiis .. priori fratrum Predicatorum ac Hermanno, canonico Argentinensibus, direxerimus scripta nostra ut illud, si possetis, alioquin in Cisterciensi vel sancti Augustini, secundum statuta sororum monasterii Sancti Sixti de Urbe, studeret ordinibus reformare, sororibus ejus, si que nollent alterum ordinem ipsorum assumere, in locis competentibus collocatis : vos ad reformandum illud in ordine suo jam per quadriennium sollicito noscimini laborasse, sed nullatenus profecistis; immo sorores predictae omnes, preter sex, ab eodem monasterio, quia eas tu, frater episcope, volebas includere, recesserunt. Unde nobis fuit humiliter supplicatum ut,

cum fratres Predicatores loco ipso egere noscantur, eo quod domum eorum destrui oportet, propter fossata civitatis Argentinensis, que per medium ecclesie ac officinarum ipsorum fratrum dirigenda videntur, concedi eis prefatum monasterium, et redditus ejus inter quinque alia cenobia, que de novo constructa sunt juxta muros civitatis ipsius, in quibus fere usque ad trecentas sorores Domino famulantur, licet vix centum ex proventibus eorum sustentari valeant, distribui, recompensatione facta ecclesie Argentinensi pro juri- bus sibi ab eodem monasterio debitibus, faceremus. Quia vero nobis non constitit de premissis, discretioni vestre, de qua gerimus in Domino fiduciam pleniorum, per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, super hiis auctoritate nostra quod secundum Deum expedire videritis, statutis, predictis sororibus in aliis locis ordini suo competentibus collocatis. Contradictores etc. Quod si non omnes, tu, frater etc. Dat. Laterani, XIII kalendas januarii, anno undecimo. »

3984

Latran. 23 décembre 1237.

Episcopo Cumano (= Comensi) mandat quatenus Rodolfo de Griffenstein, qui necem Bertholdi, Curienensis episcopi, commiserat, lata in eum excommunicationis sententia juxta formam Ecclesie relaxata, terminum transfratandi in Terram Sanctam usque ad proximum festum beati Johannis Baptistae proroget. — (REG. 18, f. 342 r°; ann. XI, c. 323; — POTTHAST 10490; — RODENBERG 718; — J. BERNOULLI, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I (1892), p. 127, n° 190; — cf. *supra*, n° 2699.)

« .. episcopo Cumano. Intellecta dudum atrocitate —. Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno undecimo. »

3985

Latran. 21 décembre 1237.

Archiepiscopo Narbonensi mandat quatenus ea que de bonis comitatus Melgorii et Montis Ferrandi, quem a Sede Apostolica Magalonensis episcopus sub annuo censu tenebat, illicite alienata vel injuste subtrahita invenerit, ad jus et proprietatem ejusdem comitatus faciat revocari. — (REG. 18, f. 342 r°; ann. XI, c. 324; — MOREAU 1191, f. 432; — cf. *supra*, n. 3925 et 3980-3982.)

« .. archiepiscopo Narbonensi. Venerabilis frater noster .. Magalonensis episcopus nobis humiliter supplicavit ut, cum comitatus Melgorii et Montis Ferrandi, quem ipse ab Apostolica Sede sub annuo censu tenet,

sit per incuriam illorum qui cum primitus tenuerunt, enormiter diminutus, pluribus castris, villis, mansis, redditibus et possessionibus ejusdem sine assensu Apostolice Sedis alienatis illicite ac injuste subtractis, et quidam domini castrorum, mansorum, villarum et aliorum locorum ipsius comitatus a fidelitate et dominio ejusdem se pro sua subtraxerint voluntate, et tam se quam ea que de ipso comitatu tenent, aliene submiserint ditioni, ac nonnulli, multa in eodem comitatu tenentes, nemini pro ipsis asserant se subesse, super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Quia vero nos, qui aliis volumus sua jura servari, propria negligere non debemus, mandamus quatenus, de juribus comitatus ipsius, de plano, sine judiciorum strepitu, diligenter inquirens, ea que de bonis ejusdem alienata inveneris illicite vel injuste subtracta, ad jus et proprietatem ipsius legitime studeas revocare, et facias ipsi episcopo, Ecclesie Romane nomine, recognoscere jura que ad comitatum ipsum noveris pertinere. Contradictores etc. Non obstantibus litteris confirmationum vel aliiis, si que super hiis fraude vel dolo a Sede Apostolica fuerint impetrate; quicquid super hiis feceris, nobis fideliter rescripturus. Testes etc. Dat. Laterani, XII kalendas januarii, anno undecimo. »

3986

Lateran, 21 décembre 1237.

Stephano Alexii, Stephano Alberici et eorum sociis, civibus Romanis, indulget ut. — cum saepe contingeret quod eorum debitores ipsos conveniebant coram diversis iudicibus a Sede Apostolica delegatis, ut, fatigati laboribus et expensis, vel liti cedere vel damnosus subire pactiones compellerentur. — quotiens ipsi coram iudicibus a Sede Apostolica delegatis, in Parisiensi, Carnotensi seu Belvacensi civitatibus vel diocesis constitutis, conquerentibus de ipsis parati fuerint stare juri, non possint alibi per litteras apostolicas que de hac indulgentia non fecerint mentionem, conveniri. — (REG. 18, f. 342 r°; ann. XI, c. 325.)

« Stephano Alexii, Stephano Alberici et eorum sociis, civibus Romanis. In nostra constituti. — Dat. ut supra. »

3987

Lateran, 22 décembre 1237.

Alberto, abbati monasterii Pomposian[i], ad Romanam Ecclesiam nullo modo pertinentis. — qui baculo pastoralis utabatur, et cuius predecessores temporibus retroactis de permissione apostolica mitra et annulo usi fuerant. — mitrae

et annuli usum personalem similiter concedit. — (REG. 18, f. 342 v°; ann. XI, c. 326.)

« Alberto, abbati monasterii Pomposian[i]. Ad ecclesiastici decoris. — Dat. Laterani, XI kalendas januarii, anno undecimo. »

3988

Lateran, 18 décembre 1237.

Rothomagensi archiepiscopo mandat quatenus super omnibus controversiis et querelis inter episcopos Britanniae, ex parte una, et comitem Britanniae, ex altera, motis, inquireat veritatem, et super his quod justum fuerit, decidat. — (REG. 18, f. 342 v°; ann. XI, c. 327; — MOREAU 1191, f. 130; — cf. supra, n. 3366 et 3387.)

« .. Rothomagensi archiepiscopo. Gravem ad nos dilectus filius nobilis vir .. comes Britannie querimoniam destinavit, quod, cum sibi a Sede Apostolica sit indultum ne quis in eum, absque Sedis Apostolice licentia speciali, excommunicationis et [in] terram ejus interdicti sententias audeat promulgare, venerabiles fratres nostri .. Redonensis, .. Macloviensis, .. Nannetensis, .. Briocensis, .. Trecorensis et .. Venetensis episcopi, in contemptum Apostolice Sedis et nostrum, in ipsum, contra hujusmodi indulgentiam, de facto, cum de jure non possent, excommunicationis et in terram suam interdicti sententias, auctoritate propria, promulgarunt, alias super terris, possessionibus, redditibus et aliis diversis articulis dampna gravia et injurias irrogantes eidem. Quare idem comes postulabat a nobis ut prefatas sententias nullas esse penitus nuntiari, ac ipsos omnes et singulos ad satisfaciendum ei de dampnis et injuriis irrogatis et cessandum a premissis molestiis compelli auctoritate apostolica mandaremus. Ex adverso, pro parte dictorum episcoporum fuit propositum coram nobis quod, cum idem comes dampna gravia, injurias et molestias ipsis episcopis, ecclesiis et personis ecclesiasticis Britannie contra justitiam irrogavit, et monitus super hiis satisfactionem noluerit debita exhibere, ipsi in eum excommunicationis et in terram predictam interdicti sententias, exigente justitia, protulerunt. Quare prefati episcopi a nobis cum instantia postularunt ut easdem sententias usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, et dictum comitem ad satisfaciendum eis super premissis cogi per censuram ecclesiasticam faceremus. Quocirca mandamus quatenus, si prefatas sententias contra indulgentie predicte tenorem inveneris promulgatas, eas denuntians aliquate-

nus non tenere, vel, si eundem comitem et terram dicta sententia inveneris esse ligatos, ipsas sententias, recepto ab eodem comite juxta formam Ecclesie juramento, ad cautelam relaxans, super omnibus controversiis et querelis inter ipsos episcopos, ex parte una, et dictum comitem, ex alia, communiter vel specialiter motis hinc inde, inquiras, de plano et sine strepitu judicii, diligentius veritatem, et super ipsis quod justum fuerit, appellatione remota, decidas —. Dat. Laterani, XV kalendas januarii, anno undecimo. »

3980

Lateran, 19 décembre 1237.

Archiepiscopo Ravennati mandat quatenus abbati et conventui monasterii de Pomposa, ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinentis, licentiam ab eis postulatam tribuat vendendi quasdam possessiones inutiles, infructuosas et sic remotas, quod ex eis nihil vel modicum utilitatis idem monasterium assequatur, et de illarum pretio alias illis utiliores et viciniore emendi, ita dumtaxat ut non prius illas possessiones vendere presument, quam alias invenerint. In quas illarum pretium per ipsius archiepiscopi manus, de praedictorum ablatiis et conventus conscientia, integre convertatur. — (REG. 18, f. 312 v°; ann. XI, c. 328.)

« .. archiepiscopo Ravennat[i]. Ex parte dilectorum —. Dat. Laterani, XIII kalendas januarii, anno undecimo. »

3990

Lateran, 22 décembre 1237.

Navarro, militi de Melgorio, nec non Bernardo Berengarii et Bertrando dicto monacho, nepotibus ejusdem militis, propter eorum erga ipsum papam et Romanam Ecclesiam fidem et constantiam, supplicantibus confirmat villam de Canderanicis (= Candillargues), cum ejus pertinentiis, quam villam ipsi ab episcopo Magalonensi, nomine comitatus Melgorii, ad quem nosebatur pertinere, tenebant, et ejusdem episcopi antecessores a longis retro temporibus in feudum tenerant ab his qui olim tenerant eundem comitatum. — (REG. 18, f. 313 r°; ann. XI, c. 329.)

« Navarro, militi de Melgorio, Bernardo Berengarii et Bertrando dicto monacho, nepotibus suis. Cupientes prout ad —. Dat. Laterani, XI kalendas januarii, anno undecimo. »

3991

Lateran, 22 décembre 1237.

Regi Cypri scribit se audivisse fere innumerabilem populi
GRÉGOIRE IX, t. II.

multitudinem, assumpto crucis signo, in Terrae Sanctae subsidium se accinxisse, et nonnullos fratres militiae Templi et alios, quos in hostes zelus divinae legis armaverat, in manibus persequentium traditos, « adhuc terris compedibus » detineri et « squalore carceris » macerari; unde eum instanter rogat quatenus, ad commotionem patriarchae Hierosolymitani et episcopi Lidensis (= Lyddensis), quibus super hoc ipse papa dirigit scripta sua, « universos sclavos, Sarra- » cenos vel Turcos », quos ipse rex in carcere detineat, pro liberatione Christianorum qui detineantur a fidei hostibus, captivos cum captivis permutando, student « compensari ». — (REG. 18, f. 313 r°; ann. XI, c. 330; — POTTHAST 10489, *omisso initio*; — « J. DELAVILLE LE ROUX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II (1897), p. 517, n° 2179.)

« [...] *illustri regi Cypri*. Severitatem tremendi iudicii —. Dat. Laterani, XI kalendas januarii, pontificatus nostri anno undecimo. »

3992. — In eundem modum .. *principi Antiocheno*.

3993. — In eundem modum .. *bajulo regni Jerosolimitani*.

3994. — In eundem modum *universis baronibus regni Cypri*.

3995. — In eundem modum *universis baronibus regni Jerosolimitani*.

3996. — In eundem modum .. *patriarche Antiocheno* [paucis mutatis].

3997. — In eundem modum *archiepiscopis et episcopis, ac universis Ecclesie prelatibus per Siriam constitutis*.

3998. — In eundem modum .. *magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani*.

3999. — In eundem modum .. *preceptorum et fratribus militiae Templi*.

4000. — In eundem modum .. *patriarche Jerosolimitano, Apostolice Sedis legato, et .. episcopo Lidensi*, ut eos ad id moneant et inducant.

4001

Lateran, 23 décembre 1237.

Narbonensi archiepiscopo et ejus suffraganeis mandat quatenus excommunicationis sententiam quam Magalonensis episcopus in molestatos communitatis comitatus Melgorii et Montis Ferrandi, quem idem Magalonensis episcopus sub annuo censu a Romana Ecclesia obtinebat, et in substractores jurium ejusdem comitatus duxerat proferendam, singuli ipso- rum in sua dioecesi faciant observari. — (REG. 18, f. 313 v°; ann. XI, c. 331; — MOREAU 1191, f. 134.)

« .. *Narbonensi archiepiscopo et suffraganeis ejus*. Qui extraneis et —. Ex parte siquidem dil[ectorum] il[liorum] communitatis comitatus Melgorii et Montis Ferrandi fuit propositum coram nobis quod, cum fideles

nostri comitatus ejusdem, quem venerabilis frater noster .. Magalonensis episcopus sub annuo censu a Romana Ecclesia noscitur obtinere, a quampluribus nobilibus ac aliis ibidem ac in vicinis diocesis constitutis, presumptibus jura comitatus ejusdem per violentiam occupare, super possessionibus et rebus suis indebite molestentur, non est qui eis remedium oportune protectionis adhibeat vel manum defensionis apponat. Cum igitur ipsi super hoc ad provisionem matris Ecclesie duxerint recurrendum, nos, digne volentes ut inde reportasse letentur auxilium, unde remedium consequi solet diversitas oppressorum, predicto episcopo litterarum nostrarum auctoritate concessimus¹ ut molestatores hujusmodi et predictorum jurium subtractores ejusdem comitatus, quod, sublatis comitatu justitiam restituitis, ab usurpatione jurium eorundem et predictorum hominum molestatione desistant, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, valeat coercere, nisi diocesani molestatorum ipsorum, ab eodem episcopo moniti, ea infra certum terminum faciant emendari. Quocirca mandamus quatenus, fideles eosdem ac ipsorum bona pro divina et nostra reverentia tuitionis oportune gratia favorabiliter prosequentes, excommunicationis sententiam quam prefatus episcopus in molestatores hujusmodi et predictorum jurium subtractores ejusdem comitatus auctoritate apostolica rationabiliter duxerit preferendam, singuli vestrum in sua diocesi faciatis eadem auctoritate usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari —. Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno undecimo. »

4002. — In eundem modum .. *Arelatensi archiepiscopo et suffraganeis ejus.*

4003

Lateran, 23 décembre 1237.

Præposito ecclesie Neumasensis (= Nemausensis) scribitur populum comitatus Melgorii et Montis Ferrandi, ad Romanam Ecclesiam pertinentis, sub beati Petri et sua protectione suscipere², ei que mandat quatenus ejusdem populi rationabiles et approbatas consuetudines, pacifice hactenus observatas, nec non libertates et immunitates eidem populo ab episcopis Magalonesibus et a comitibus Melgorii qui tunc pro tempore, concessas, faciat, salvo super omnia jure

1. Cf. infra, n° 4004; il est à remarquer que dans cette autre pièce, on lit non *concedimus*, mais *mandamus*.

2. Cf. infra, n° 4005.

Romanæ Ecclesie, robor firmitatis obtinere. — (REG. 18, f. 343 v°; ann. XI, c. 332.)

« .. *preposito ecclesie Neumasensis.* Multis de diversitate —. Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno undecimo. »

4004

Lateran, 23 décembre 1237.

Episcopo Magalonensi mandat quatenus contra molestatores fidelium comitatus Melgorii et Montis Ferrandi et subtractores jurium ejusdem comitatus procedat. — (REG. 18, f. 343 v°; ann. XI, c. 333; — MOREAU 1191, f. 135 v°; — cf. supra, n° 4001.)

« .. *episcopo Magalonensi.* Qui extraneis et ignotis etc., ut supra, in CCCXXXI[^a] littera, usque : oppressorum, presentium tibi auctoritate mandamus quatenus molestatores hujusmodi et predictorum jurium subtractores comitatus ejusdem etc., usque : ea faciant emendari. Dat. ut supra. »

4005

Lateran, 23 décembre 1237.

Populum comitatus Melgorii et Montis Ferrandi sub beati Petri et sua protectione suscipit. — (REG. 18, f. 341 r°; ann. XI, c. 331.)

« *Populo comitatus Melgorii et Montis Ferrandi.* Justitiam et equitatem —. Dat. ut supra. »

4006

Lateran, 15 décembre 1237.

Consules, bajulos et populum villæ Montis Pessulani rogat quatenus, ab invasione jurium hominum comitatus Melgorii et Montis Ferrandi desistendo, non impediatur quin habitatores ipsorum villæ Montis Pessulani de redditibus possessionum quas in eodem comitatu obtineant, subsidium memorato comitatu exhibeant; invasores vero ejusdem comitatus compellant ut ejusdem comitatus hominibus ablata restituant. — (REG. 18, f. 311 r°; ann. XI, c. 335.)

« *Consulibus, bajulis et populo ville Montis Pessulan[is].* Graviorem ceteris illam —. Sane mirantes accepimus quod, cum vos fideles nostros comitatus Melgorii et Montis Ferrandi, quem venerabilis frater noster .. Magalonensis episcopus sub annuo censu a Romana Ecclesia noscitur obtinere, ac eorum jura, sicut et ipsi vestra, teneamini defendere ac illibata servare, hinc inde religione prestita¹ juramenti : vos, contra illud

1. Sic, peut-être pour *prestita*.

temere venientes, ad jurisdictionem, dominium et territorium comitatus ejusdem, de potentia vestra confisi, manus extenditis, et ea, in contemptum Sedis Apostolicæ, appropriare vestro dominio dampnaliter attemptatis, opposentes obstaculum quod aliquis de habitatoribus ville vestre de redditibus possessionum quas in eodem obtinet comitatu, pro defensione ipsius, vel oportunis ad hoc edificiis et munitionibus construendis, vicesimam aut tricesimam, vel aliud subsidium, sicut consuetum est hactenus, non impendat. Preterea predones et alios eundem comitatum invadentes contra pacis statutum in villa vestra recipitis, et alias fideles eosdem in multis multipliciter molestatis — Rogamus itaque universitatem vestram et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus — ab invasione predictorum jurium desistendo et occupatis de comitatu prefato integre restitutis, non impediat nec impediri permittatis ab aliquo quin habitatores ejusdem ville de redditibus supradictarum possessionum oportuno comitatu memorato subsidium, ut tenentur, exhibeant, et subtracta restituere non postponant. Invasores vero comitatus ejusdem, cujus homines et ipsorum bona in necessitate, juxta formam juramenti prestiti, defendatis, ut eis integre sublata restituant et de illatis dampnis ac injuriis satisfaciant competenter, potestate vobis tradita compellatis, eisdem ad vos accessum seu receptaculum denegantes — Alioquin dilectis filiis .. preposito, .. archidiacono majori et .. precentori Nemausensibus nostris damus litteras in mandatis ut, super premissis inquisita et cognita, sine strepitu judicii, diligentius veritate, vos ad id, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellant. Dat. Laterani, XVIII kalendas januarii, anno undecimo. »

4007

Latran, 23 décembre 1237.

Priorissæ et conventui sororum penitentium inclusarum ecclesie Sanctæ Mariæ et Omnium Sanctorum de Acon, ordinis sancti Augustini, significat se eis ecclesiam Sanctæ Mariæ Novæ in fovealibus Materæ, Acherontinæ diocesis, ab Andrea, quondam archiepiscopo Acherontino, eis collatam, — in qua ecclesia conventus ejusdem ordinis sancti Augustini existebat, — cum pertinentiis suis confirmare, insertis sub sua bulla ejusdem Andrea archiepiscopi litteris super eadem collatione confectis. — (REG. 18. f. 34 r.; ann. XI. c. 336.)

« .. priorissæ ac conventui sororum penitentium Sancte

Mariæ et Omnium Sanctorum Acon inclusarum, ordinis sancti Augustini. Solet annuere etc. — Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno undecimo. »

4008

Matera, mars 1231.

(Charta vero prædicti Andrea, archiepiscopi Acherontini, hæc est :

« Andreas, dignatione divina Acherontine ecclesie minister humilis, dilectis in Christo filiabus .. priorisse et monialibus novarum penitentium ecclesie » Sancte Mariæ et Omnium Sanctorum de Acon, tam » presentibus quam futuris, in perpetuum. Cum a » nobis petitur — Eapropter, dilecte in Christo filie » moniales novarum penitentium ecclesie Sancte Mariæ » et Omnium Sanctorum de Acon, vestris justis » tulationibus impert[entes] assensum, attendentes » religionem, considerantes etiam ecclesie vestre non » modicam paupertatem, ne paupertatis onus, quod » absit! religionis vestre observantiam posset modo » quolibet impedire, compassionis circa vos spiritum » indentes, de communi fratrum nostrorum consilio, » ecclesiam Sancte Mariæ Nove, sitam in fovealibus » civitatis Materæ, cum omnibus tenimentis suis, vide- » licet domibus, vineis, ortis, libris, pannis, et omnibus » aliis ad eandem ecclesiam juste spectantibus, tam » foris quam intus, in civitate Mather[e], in liberam, » puram et perpetuam elemosinam vobis duximus » concedendam, canonicè reservantes ut de eadem » ecclesia nostre matri Acherontine ecclesie, in festo » beati Canonis, bizantium unum pro annuo censu » annis singulis persolvatis. Et ut hæc nostra concessio » rata et firma semper habeatur in posterum, ad ejus- » dem concessionis evidentiam et inviolabile firma- » mentum, hoc presens scriptum vobis exinde fieri » fecimus per manus judicis Ursonis, nostra nostro- » rumque canonicorum subscriptione, signo et sigillo » nostro proprio roboratum. Actum hoc in civitate Ma- » ther[e], anno Dominicæ Incarnationis M^oCC^oXXXI^o, » mense martio, indictione IIII^o [4], pontificatus nostri » anno tricesimo, feliciter. Amen. Ego Andreas, Ache- » rontinus archiepiscopus. Ego Damianus, Acherontinus archidiaconus. Ego Andreas, Acherontinus ca- » nonicus. Ego Mathæus, presbiter, Acherontinus » canonicus. Ego Johannes, Acherontinus canonicus. » Ego Willelmus, Acherontinus canonicus. Ego Gof- » fredus de Tullbia, Acherontinus canonicus. Ego » Bizantius, Acherontinus decanus. Ego Petrus, d[omi- » ni]ni pape scriptor et cantor Acherontinus. Ego

» Mel. Acherontinus canonicus. Ego Theophilus, » Acherontinus canonicus. Ego Benedictus. Acheron- » tinus canonicus. Ego Johannes. Acherontinus cano- » nicus. »

4009

Latan, 20 décembre 1237.

Archiepiscopo Ravennati, episcopo Comacensi et priori provinciali ordinis Prædicatorum in Lombardia committit perficiendum negotium introductionis quorundam nobilium, religionis habitum assumere cupientium, in domum sive canonicam Cellæ de Volan., ordinis sancti Augustini; eandem domum, in spiritualibus et in temporalibus collapsam, in ordine suo prædicto sancti Augustini, si fieri poterit, reformet; alioquin eisdem nobilibus in eam introductis concedat atque de ordinibus approbatis. — (REG. 18, f. 314 v°; ann. XI, c. 337.)

« .. archiepiscopo Ravennat[is], .. episcopo Comacensi et .. priori provinciali ordinis fratrum Prædicatorum in Lombardia. Ex parte [...] prioris et conventus Celle de Volan., ordinis sancti Augustini, fuit propositum coram nobis quod domus sive canonica eorundem adeo in spiritualibus et temporalibus est collapsa, quod vix aut nunquam resurgere poterit per se ipsam. Quare fuit nobis ex parte ipsorum humiliter supplicatum ut, cum quidam nobiles et potentes, vanitatibus seculi derelictis, ibidem in religionis habitu, dummodo institutus ibi ordo mutetur in strictiorem alium competentem, velint omnipotenti Deo perpetuo famulari, illos introduci in eandem domum sive canonicam mandaremus. Nos vero, cupientes ut eadem domus in ordine suo, si fieri poterit, reformetur, mandamus quatenus ad hoc studeatis sollicitam diligentiam et diligentem sollicitudinem adhibere. Quod si id fieri nequiverit, vos eisdem nobilibus in eandem domum, assumpto prius religionis habitu, introductis concedatis unum quem magis expedire videritis, de ordinibus approbatis, quem ipsi profiteantur et ejus¹ observantias se promittant inviolabiliter servaturos: predictis priore et conventu nolentibus ordinem ipsorum assumere, in locis aliis sui ordinis collocatis. Contradictores et rebelles etc.: diocesani episcopi et cujuslibet alterius jure salvo. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani. XIII kalendas januarii, anno undecimo. »

4010

Latan, 17 décembre 1237.

Episcopo Sagiensi, qui, signo crucis assumpto, proponebat

1. Ms. : ejus.

in succursum imperii Romanie proficisci, notificat se ejus personam et bona sub Apostolicæ Sedis et sua protectione suscipere. — (REG. 18, f. 311 v°; ann. XI, c. 338.)

« .. episcopo Sagiensi. Dignum est ut —. Dat. Laterani, XVI kalendas januarii, pontificatus nostri anno undecimo. »

4011. — Scriptum est super hoc .. *decano Sancti Johannis de Nongento Retrodi, Carnotensis diocesis, conservat[orie]*. — (REG. 18, f. 315 r°.)

4012

Latan, 17 décembre 1237.

Episcopo Sagiensi scribit : « Ex parte tua fuit propositum » coram nobis quod, affixo tuis humeris signo crucis pro sub- » sidio Terre Sancte, tandem, ad mandat nostrum, in suc- » cursum imperii Romanie votum hujusmodi commutasti, » ad proficiscendum mense martio jam instanti tibi termino » assignato. Sed, cum super hoc deliberaveris cum nobili » viro .. comite Britannie, qui ad ipsius imperii succursum » in proximo futuro festo beati Johannis Baptiste tenetur, » iter arripere¹, magis expedire videtur ut tunc insinul pro- » cedatis. Quod nos, tuis inclinat[i] precibus, acceptamus. » — (REG. 18, f. 315 r°; ann. XI, c. 339.)

« .. episcopo Sagiensi. Ex parte tua —. Dat. ut supra. »

4013

Latan, 30 décembre 1237.

Priorissæ et monialibus Sanctæ Mariæ et Omnium Sanctorum in Accon significat se eis earum possessiones, quas nominatim recenset, nec non redditus, libertates et immunitates confirmare. — (REG. 18, f. 315 r°; ann. XI, c. 340; — cf. supra, n° 4007.)

« .. priorissæ Sanctæ Mariæ et Omnium Sanctorum in Accon. ejusque sororibus penitentibus inclusis, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, imperpetuum². Religiosam vitam eligentibus etc., usque : sacre religionis enervet. Eapropter, dilecte in Do-

1. *Iter arripere*, en vertu d'une construction assez fréquente dans le style de la chancellerie pontificale, semble être régi à la fois par *deliberaveris* et par *tenetur*.

2. Cette bulle a été publiée, d'après une triple source (*ex triplici copiali*), autre que le *registre* du Vatican, sans date, et avec des différences de texte plus ou moins considérables, dont nous ne relevons ici que les principales, par UGHELLI, *Italia sacra*, t. VII (2^e édit., 1721), col. 39-42; nous n'en trouvons pas mention dans POTTHAST.

mino filie, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam Sancte Dei genitricis et virginis Marie et Omnium Sanctorum in Acon, in qua divino etc., usque : communimus. In primis siquidem statentes ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam etc., usque : observetur. Preterea, quascumque possessiones etc., usque : illibata permanent. In quibus hec propriis duximus vocabulis exprimentia : locum ipsum in quo prefata ecclesia sita est. cum omnibus pertinentiis suis : fundum positum in civitate Paphensi, cum cisterna. orto et omnibus pertinentiis suis. a karissima in Christo filia nostra A[elidi], illustri regina Cypri, pia vobis liberalitate collatum, in quo ecclesiam ad honorem sancte Marie Egyptiace, bone memorie .i. Paphensis episcopi et capituli sui accedente consensu. construere incepistis : Sancti Nicolai in Nicosia. Sancte Marie Nove in fovealibus Matere. Sancte Marie de Balneo-[is] in campestribus. inter Gravinam et Materam. et Sancte Trinitatis in Brundusio¹ ecclesias. cum omnibus iuribus et pertinentiis earundem, in quibus vestri ordinis conventus existunt : monasterium quoque Sancte Marie Trium Umbrarum, situm in episcopatu Liddensi, prope civitatem Ramatensem. cum omnibus iuribus et pertinentiis suis. in quo vestri conventus ord[inis] debet esse : villas et casalia. cum domibus. curtibus, terris cultis et incultis, planis et montanis. vineis, ortis, jardinis, censibus, redditibus, villanis. capitagiis, angariis, libertatibus. immunitatibus. aquis, puteis, cisternis, lacubus, rivis, nemoribus. consuetudinibus approbatis. et omnibus iuribus et pertinentiis suis : domum quam habetis in suburbio Joppen[si]. prope portam per quam itur ad Jerusalem : domum quam habetis in civitate Nicosiensi. ex dono nobilis viri Baliani. domini Sydoniensis : domos et curtes sitas in civitate Sydoniensi apud Acon, ex dono quondam Garneri Alamanni : annuum redditum viginti modiorum frumenti². vini quoque metretarum ducentarum sexaginta sex, casei rotarum ducentarum sexaginta sex, leguminum modiorum octoginta minus quatuor. risi modiorum decem et novem, olei rotarum centum minus quinque. zucari rotarum triginta octo, candelarum rotarum duodecim. saponis rotarum quinquaginta duarum, lignorum salmarum ducentarum

et octo. bizantiorum alborum mille et nonaginta duorum. percipiendum in redditibus civitatis Paphensis et [er]ritorio ejus, prout in literis ipsius regis¹ inde confectis plenius dicitur contineri : in territorio Matere. ex dono quondam Thome dicti Malabocch[a] et Eschinardi², nepotis sui, terras sitas apud Montem Aratoris et ad patraria³ Sancte Eugenio⁴ : ac alias possessiones vestras. cum pratis, vineis etc., usque : immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum que propriis sumptibus colitis etc., usque : exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis personas liberas etc., usque : retinere. Prohibemus insuper ut nulli sororum vestrarum etc., usque : nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum etc., usque : dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma vero. oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum. benedictiones monialium⁵ etc., usque : exhibere. Prohibemus insuper ut infra fines parrochie vestre etc., usque : salvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hec. novas et indebitas exactiones etc., usque : prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci etc., usque : corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones etc., usque : de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te. nunc ejusdem loci priorria etc., usque : providerint eligendam. Paci quoque et tranquillitati vestre etc., usque : audeat exercere. Preterea. omnes libertates et immunitates etc., usque : communimus. Decernimus ergo etc., usque : profutura. Salva Sedis Apostolice auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica justitia⁶. Si qua igitur etc., usque : districte subijaceat ultioni. Cunctis autem etc., usque : inveniant. Amen. Amen⁷. Dat. Laterani. per manum magistri Willelmi, notarii Sancte Romane Ecclesie et vicecancellarii. III kalendas januarii. indictione XI^[a]. Incarnationis Dominice anno M^oCC^oXXXVII^[o]. pontificatus vero d[omi]ni Gregorii pape VIII^[i] anno undecimo. »

1. Le roi de Chypre qui figure dans le passage que nous reproduisons, d'après UGHELLI, dans la note précédente.

2. UGHELLI : « quondam Thomasi dicti Malabocch[i], et Accibardi. »

3. Leçon du *Registre* et d'UGHELLI (pour *patraria* ?).

4. UGHELLI ajoute ici : « in civitate Gravinæ, cryptas duas, cum duabus partibus unius cisterne que est ante dictas cryptas, et cum duabus partibus unius horti siti super ipsis cryptis. et cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, quas habetis ex oblatione Alamane, sororis vestre. »

5. UGHELLI : « benedictiones corporalium. »

6. UGHELLI : « episcoporum justa parte. »

7. Suivent, dans UGHELLI, les souscriptions de Gregoire IX et de onze cardinaux : la date manque dans UGHELLI.

1. UGHELLI : « in Burgundia. »

2. UGHELLI ajoute ici : « domos quas habetis in civitate Tripolitan[a] ex dono prefate regine Cypri, de assensu charissimi in Christo filii nostri [...] illustris regis Cypri, nati sui : annuum redditum quadraginta duorum modiorum frumenti. »

-101-

Latran, 30 décembre 1237.

Ministro et fratribus domus Sanctae Trinitatis et Captivorum [in Accon?] similiter significat se eis eorum possessiones, quas nominatim reconset, nec non redditus, libertates et immunitates confirmare. — (REG. 18. f. 345 v°; ann. XI. c. 311.)

« .. ministro domus Sancte Trinitatis et Captivorum, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, imperpetuum. Religiosam vitam etc., usque : infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus. et domum Sancte Trinitatis et Captivorum, in qua divino etc., usque : communimus. Statuentes ut quas-cumque possessiones, quecumque bona eadem domus impresentiarum etc., usque : vocabulis : locum ipsum in quo prefata domus sita est, cum omnibus pertinentiis suis : domos sitas ante domum vestram in Accon, quas sub perpetuo annuo censu tenetis a rege Jerosolimitano; domos et curtem quas habetis post ecclesiam Sancte Caterine de Campo Belli, sitas in suburbio Acconensi; domos sitas in Campo episcopi Acconensis; jardinum qui vulgariter Quatreboches appellatur, quem ab episcopo et ecclesia Acconensibus tenetis sub annuo censu octo bizantium, situm inter cimiterium Sancti Nicolai et fossatum civitatis Acconensis; annuum redditum quadraginta bizantium sarracena[rum], quem de dono inclite recordationis Johannis, regis, et M[ari]e, regine Jerosolimitanorum, habetis et possidetis in redditibus regis in Accon; vineam quoque, ortum et terram cultam et incultam, turrim et domos in eis edificatas, que sub annuo censu duodecim bizantium a monialibus Sancti Lazari de Bethania tenetis, sita supra mare, juxta hovariam Templi; ecclesiam et hospitale Sancti Michaelis extra muros Cesaree Palestine, et terram et ortum sibi contigua; duo casalia, quorum unum Belveer et aliud Casalin vulgariter appellatur, cum domibus, terris cultis et incultis, nemoribus, arboribus fructiferis¹ et infructiferis, aquis, puteis et omnibus aliis pertinentiis suis; annum redditum centum modiorum frumenti ad mensuram Cesaree Palestine, percipiendum in orreis ecclesie Cesariensis, tempore arcarum; domos quas habetis in suburbio Joppen[sis]; ecclesiam et hospitale Sancti Nicolai in civitate Berithensi, cum domibus sibi adjacentibus, nec non ortis, vineis, terris cultis et incultis sitis in territorio Berithensi, et cum annuo reddito decem et octo modiorum frumenti, et quinquaginta jart[s] vini, tempore vindemiarum, ad

mensuram regalem : ex dono clare memorie regis Baldoini, annuum redditum duodecim bizantium sarracena[rum] in redditibus civitatis et territorii Berithensis, ad dictam ecclesiam et hospitale Sancti Nicolai spectantem; nec non possessiones alias, cum pratis, vineis, nemoribus etc., usque : immunitatibus suis. Sane novalum vestrorum etc., ut supra, usque : exhibere. Obuente vero te. nunc ejusdem loci ministro etc., ut supra, usque : secundum Dei timorem providerint eligendum. Paci quoque etc., ut supra, usque in finem. Dat. ut supra. »

-1015

Latran, 11 janvier 1238.

Episcopo Balneoregensi mandat quatenus civitatem Viterbiensem, propter habitantium in ea facinora, sententiae interdicti supponat. — (REG. 18. f. 345 v°; ann. XI. c. 342; — POTTHAST 10196; — RODENBERG 719; — cf. supra, n° 3972.)

« .. episcopo Balneoregensi. Si contra Viterbienses — Dat. Laterani, III idus januarii, anno undecimo. »

-1016

Latran, 6 janvier 1238.

Episcopo Parisiensi crimini dat negligentiam suam in defensione jurium Parisiensis ecclesie. — (REG. 18. f. 346 r°; ann. XI. c. 343; — MOREAU 1191, f. 436; — POTTHAST 10493; — N. VALOIS, *Guillaume d'Auvergne*, p. 75-77.)

« .. episcopo Parisiensi. Vix invenimus a quo sumamus super eo scribendi principium, quod in defensione jurium Parisiensis ecclesie, etiam excitatus a subditis, te reddere diceris sompulentum. Patet enim signis evidentibus quod tu, dudum invigilans doctrine studiis per quam proveniret fidelibus status gra[tia]² salutaris, sepe negligentes et desides monuisti ut haberent in virtutum amore vigilas et in tuitione libertatis ecclesiastice, postpositis quibusque minis seu terroribus, efficaces. Qua igitur ratione, Pastoris eterni, qui animam suam pro grege suo posuit³, declinando vestigia, lupis rapacibus oves tuas dispersioni dare querebant tacitus inveniris? Nonne consideras quod oportebat Christum in Patris introire gloriam obedientie vacando cultui et se ipsum pro salute fidelium immolando multiplici passioni? Nonne quasi jugiter auribus tuis

1. Traduction française.

2. HAURÉAU, *Notices et extraits des manuscrits*, t. XXI, 1^{re} partie, p. 210 : « gratia. »

3. Cf. ISAÏ. LIII, 10; etc.

1. Ms. : fructiferibus.

2. Sic, peut-être pour jarris.

intonat quod beatus Thomas¹ elegit potius gladiis impiorum occumbere, quam sibi commissam ecclesiam pateretur servituti opprobrio subjacere? Sane per nos hujusmodi rationem videre non possumus; sed cum pluribus aliis vehementius ammiratur quod, cum et odorem fame diligere et perennis honorem glorie tibi competat affectare, quasi utrisque postpositis, preterire sub silentio ecclesie tui discrimina non vereris. Rogamus itaque fraternitatem tuam et hortamur attente, si tamen super hoc nostris digna precibus habeatur, per apostolica tibi scripta in virtute obedientie precipiendo mandantes² quatenus, prudenter advertens quantum dedecet Parisiensem episcopum nunc de negligentia reddi notabilem, qui, ante suscepti curam regiminis, gaudebat titulo in bonis assidue vigilantis, vitandis ecclesie predictae dispendiis et ejusdem procurandis profectibus ita sis assidue studiosus, quod, dilectis filiis .. decano et capitulo Parisiensibus gaudium consequentibus post merorem, servi retributione fidelis habearis dignus apud Dominum et te Apostolicæ Sedi constituas gratiosum. Nec animum tuum in hac parte deterreat habendus contemptus³ timor hominum, cum ad perfectam fortitudinem tibi sufficiat favor justitiæ, et, preter Sedis predictæ gratiam, hereditatis retributio sempiternæ: cujus obtentu cum plurimi de diversitate fidelium deliciosum reputent ad Redemptoris gloriam quampluries pati multitudinem tormentorum, tu ipse judica qualiter deceat quod, constitutus in opulenta requie⁴, convincaris tue jacturas ecclesie sub silentio preterire, nobis ex hoc in majori turbatione manentibus, quam tenore presentium exprimamus. Unde consultum fore creditur quod taliter in hiis tui debitum prosequaris officii, quod super hiis non contingat aliter provideri, cum indignum sit ad hoc Parisiense deduci capitulum, ut, quia tui subventionem presidii redditur destitutum⁵, ejus suspensio organo⁶, vacet gemitibus et lamentis. Dat. Laterani. VIII idus januarii, pontificatus nostri anno undecimo. »

4017

Latron, 6 janvier 1238.

« In eundem fere modum .. cantori, Girardo de Laudun[?] et

1. Saint Thomas Becket, archevêque de Cantorbéry.

2. HAUREAU : « mandamus. »

3. HAUREAU : « contemptu. »

4. Cf. ISAL. XXXII, 18.

5. HAUREAU : « destinatum » (d'après LA PORTE DU THEIL), et, en note : « sans doute destitutum. »

6. Cf. Ps. CXXXVI, 2.

Gatfrido, canonicis Remensis, usque ; gemitibus et lamentis.

Eis mandat quatenus eundem episcopum ad præmissa diligenter inducant, quod super his fecerint et invenerint, ipsi papæ rescripturi. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 316 v°; — MOREAU 1191, f. 438.)

4018

Latron, 8 janvier 1238.

Regem Franciæ rogat et observat quatenus, faciens ut Parisiensis ecclesia, contra libertates et immunitates ei concessas, minime talliis et aliis exactionibus indebitis prægravetur, balivos suos, et quoslibet alios excessuum contra prædictam ecclesiam præsumptos, compellat ut ab illis excessibus omnino desistant. — (REG. 18, f. 316 v°; ann. XI, c. 311; — POTHAST 10191.)

« .. illustri regi Franciæ. Patet signorum diversitate gratissima quod clare memorie progenitores tui pre aliis terre principibus fuerunt et fide conspicui et, intendendo caritatis operibus, in tuitione libertatis ecclesiasticæ studiosi, consequentes ex hoc, superni regis disponente clementia, quod obtinuerunt et benedictionem gentium et prosperitatis optate continuum incrementum. Hæc igitur ratione, filii karissime, nec non ex eo quod, dum cultui virtutum intenditur, a Conditore omnium temporalis et eterne munus gratiæ impetratur, dictorum progenitorum digna laude imitando vestigia, debes haberi sollicitus ut in conspectu Dei et hominum semper appareas gratiosus; sed, quia nil magis potest filium acceptum reddere, quam quod genitrici devotum se studeat exhibere, decet quod semper ad hoc sis promptus¹ et facilis ut, matrem tuam, Romanam Ecclesiam, filiali reverentia prosequendo, ipsam in membris ejusdem per tuos aut aliquos alios offendi minime patiaris, sicut in eo pati diceris², quod ecclesiarum inclita Parisiensis ecclesia, contra libertates et immunitates sibi a progenitoribus memoratis pia liberalitate concessas, per quosdam favorem tue magnitudinis pretendentes, multis angustiis et diversis atteritur nocumentis. Servientes enim dilectorum filiorum .. decani et capituli ecclesie supradictæ, contra consuetudinem a longis retro temporibus pacifice observatam et indulgentias concessas a progenitoribus supradictis, talliis et exactionibus indebitis adeo prægravantur, quod, eorum uno a servituti ipsius ecclesie recedente, pretendunt reliqui quod noluit sub hujusmodi servituti

1. TEULET, *Layettes du Trésor des Chartes*, t. II (1866), p. 361 :

« proraptus. »

2. TEULET : « dices. »

compede coartari. Preterea, cum pie memorie Lodoicus¹, proavus tuus, sub annuo censu decem et octo den[ariorum] terram que Galandia dicitur et omnem jurisdictionem ipsius dictis decano et capitulo contulerit intuitu pietatis, halivi tui homines ejus indifferenter capiunt et ejusdem hospites indebitis molestare tallis ac gravaminibus diversis afficere non desistunt, terra ecclesie Sancti Mederici Parisiensis, que ipsi capitulo subesse pleno jure dinoscitur, consimilia discrimina patiente. Quid ad ista, filii benedictionis et gratie? nonne tu ipse perspicias quod indignum sit prorsus et indecens, ut olim ampliata per tuos libertas ecclesiastica pretextu permissionis tue aliqua perferat detrimenta? Rogamus itaque serenitatem tuam et obsecramus in Domino Jhesu Christo, in remissionem tibi peccaminum injungentes quatenus, piis actibus propter hujusmodi, quorum memoria in benedictione consistit², te conformem constituens, et diligenter adverteas quam famosum regni tui solium³ per impensum quondam honorem ecclesie reddatur multitudini populorum, balivos tuos, seu quoslibet alios predictorum excessum presumptores, ab illis omnino desistere tradita tibi desuper coerceas potestate; pro firmo tenens quod, cum ipsam ecclesiam, per quam Sedi Apostolice grandis honor producit et incrementum catholice fidei procuratur, merito karissimam reputemus, obligati tibi reddimur ad continue benedictionis gratiam, si sentiamus eandem quod de suorum jurium⁴ conservatione desiderat, circa te, annuente Domino, consecutari. Hanc igitur obligationem acceptans, vel aspirans potius ad retributionem glorie vacantibus pie vite studio preparate, ad protectionem et exaltationem ejusdem Parisiensis ecclesie affectum ita dirigas et effectum, quod, ipsa solitis sibi per aulam regni Francie provenire gaudiis balundante, tu et presentibus bonis affluere et celestis regni gratuleris delicias meruisse, nosque, percepto quod preces nostras filiali devotione compleveris, cum oportunitas fuerit, tue demus operam celsitudinis incrementis. Dat. Laterani, VI idus januarii, anno undecimo. »

4019

[Latran, 8 janvier 1238.]

« In eundem fere modum .. canori, Girardo de Laudun[o] et Gotifrido, canonicis Remensibus, usque : sepedicti regis pre-

sentiam personaliter accedentes, ipsam ad premissa etc., usque in finem. » — (REG. 18, f. 316 v.)

4020

Latran, 6 janvier 1238.

Patriarchae Hierosolymitano, Apostolice Sedis legato, archiepiscopo Nazareno et archidiacono Accronensi scribit de discordia mota inter priorem, monachosque et conversos monasterii de Jubino, Cisterciensis ordinis, Antiochenae diocesis, eisque significat se velle discordias inter personas ejusdem ordinis exortas per abbates et generale capitulum ejusdem ordinis terminari; unde eis significat se litteras ab Apostolica Sede archiepiscopo Appamiensi (= Famieh, in Syria), nec non decano et magistro Henrico, canonico Antiochenis, destinatas, quoad monachos, conversos et novitios ejusdem monasterii de Jubino revocare, eisque mandat quatenus, eisdem iudicibus inhibentes ne contra praedictos monachos, conversos et novitios procedant, quod forsitan contra eos, praedictorum iudicum processu, factum fuerit, in statum debitum revocent. — (REG. 18, f. 317 r; ann. XI, c. 345.)

« .. patriarche Jerosolimitano, Apostolice Sedis legato, .. archiepiscopo Nazareno et .. archidiacono Accronensi. Olim fuit nostris auribus intimatum quod, auctore scismatis procurante, tanta inter .. priorem et monachos ac conversos monasterii de Jubin[o], Cisterciensis ordinis¹, Antiochen[is] diocesis, vacante ipso monasterio, discordia orta fuit, quod dictus prior et complices sui, contra Deum, regularem modestiam et ipsius ordinis instituta, adjunctis sibi militibus et armatis, non sine injectione manuum violenta, .. sup-priorem et sibi adherentes ultra triginta, ipsius monasterii monachos et conversos, affectos magnis contumeliis et gravibus injuriis lacessitos, tam de monasteriis quam de grangiis et locis ad ipsos spectantibus, per violentiam ejecerunt, ac ipsos sic ejectos, in animarum suarum periculum et opprobrium ordinis et ultramarine terre scandalum, compulerunt miserabiliter exulare; quodque, ut suggestum fuit, per generale capitulum vel patres abbates, secundum instituta ejusdem ordinis, non poterat tante multitudini de facili subveniri. Quare venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Appamiensi, .. decano et magistro Henrico, canonico Antiochen[is], sub certa forma super hiis nostras litteras dicimur destinasse. Nuper autem dilectus filius .. abbas monasterii de Firmitate, cui prefatum monasterium de Jubin[o] subesse dicitur, una cum [...] abbate dicti monasterii de Jubin[o] in nostra proposuit presentia constitutus quod, licet gravis in eodem

1. Ms. : diocesi.

1. Louis VII.

2. Cf. Eccll. XLV, 1.

3. Cf. 3 REG. I, 46; etc.

4. TEULLE: « virium. »

monasterio discordia sit exorta, non dubitatur tamen quin, auctore Domino, facile sopiri valeat per patres abbates vel generale capitulum, secundum ordinis instituta. Unde dicti abbates nobis humiliter supplicarunt ut, cum super excessibus qui plerumque inter personas ordinis oriuntur, non conseriverit aliquibus a Sede Apostolica cognitio demandari, ne tranquillitas ordinis jurgiorum concutiatur procella, qui, per Dei gratiam, bene sufficit suorum scandala juxta instituta propria more solito propulsare, consuetum remedium apponere curaremus, ad patres ordinis remittendo discordes, ne per commissiones hujusmodi gravis dissolutionis et ruine pandatur janua, que per providentiam Sedis Apostolice clementer hactenus clausa fuit. Nos igitur — per patres abbates vel generale capitulum ortas inter personas ipsius ordinis discordias, prout consueverunt hactenus, volumus terminari, ne apud forinsecas, interrupta quiete monastica, compellantur judiciorum strepitum frequentare, in suarum dispendium animarum. Ideoque, auctoritate presentium predictas litteras, quoad monachos, conversos ac novitios dumtaxat ejusdem domus, penitus revocantes, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, prefatis iudiciis inhibentes expresse ne in commisso eis negotio contra predictos monachos, conversos ac novitios presumant litterarum illarum auctoritate procedere, revocetis in statum debitum, si forsitan est processum contra predictos in aliquo per eosdem — Dat. Laterani, VIII idus januarii, anno undecimo. »

4021

Latran, 12 janvier 1238.

Subdecano Carnotensi et archidiacono Pissiacensi, Carnotensis diocesis, mandat quatenus, — cum causa inter thesaurarium, decanum et capitulum Beati Hilarii Pictavensis, ex una parte, et nobilem mulierem Haynordim, dominam Belli Loci, ex altera, exorta, nondum potuisset terminari, — predictae nobili praefigant terminum peremptorium competentem, quo per se vel per procuratorem idoneum coram ipso papa compareat; adjectis diversis aliis mandatis eandem causam contingentibus. — (REG. 18, f. 317 r^o; ann. XI, c. 346; — MOREAU 1191, f. 110.)

« .. subdecano et .. archidiacono Pissiacen[si] Carnoten[sibus]. Dil[ectorum] fil[iorum] .. thesaurarii, .. decani et capituli ecclesie Beati Hilarii Pictavensis exhibita nobis petitio continebat quod, cum dudum inter ipsos, ex parte una, et nobilem mulierem Haynordim, dictam dominam Belli Loci, que in Bituricensi et Anti-

GRÉGOIRE IX, t. II.

siodorensi diocesis domicilia dicitur obtinere, ex alia, super eo quod eadem nobilis sibi et hominibus eorumdem, in eorum prejudicium, dampna gravia et injurias irrogarat, ac super quibusdam redditibus et rebus aliis questio fuisset exorta : nos tandem, post diversas commissiones hinc inde super hoc ab Apostolica Sede ad iudices diversos obtentas, volentes partium indemnitatibus providere, venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Turonensi et collegis ipsius direximus scripta nostra, ut, si de partium earundem voluntate procederet, causam ipsam equo iudicio vel concordia terminarent; alioquin eam ad examen nostrum remitterent sufficienter instructam, predigentes dictis partibus peremptorium terminum competentem, quo per se vel per procuratores idoneos se nostro conspectui presentarent; quorum processus impeditus extitit propter partis alterius objectum. Verum, cum, sicut asserunt, propter nobilis memorate diffugio, in causa ipsa, per viginti annos et amplius protelata, nondum ad litis contestationem potuerit perveniri, ac, occasione hujusmodi et aliorum gravaminum quibus eos eadem opprimit, ut, affecti tedio, a prosecutione juris sui desistere compellantur, ecclesia supradicta sit non modicum in suis facultatibus annullata, supplicarunt sibi super hoc paterna providentia subveniri. Volentes igitur obviare molestiis, qui pacem fieri cupimus universis, mandamus quatenus prefigatis nobili supradictae terminum peremptorium competentem, quo per se vel per procuratorem idoneum ad prosequendam appellationem emissam ac procedendum etiam super principali, se nostro conspectui representet. Ceterum testes senes et valitudinarios et alios idoneos, de quorum morte vel absentia diuturna timetur, quos dicti thesaurarius, decanus et capitulum vobis super hoc duxerint producendos, ne probationis copia eis fortuitis casibus subtrahatur, prudenter recipere et diligenter examinare curetis, eorum dicta facientes in publica redigi munimenta; quos, si forsitan se gratia odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere, denuntiando dicte nobili ut receptioni testimonium, si velit, intersit, et super denuntiatione sic facta faciatis confici publicum instrumentum. Non obstante constitutione de duabus dietis etc., dummodo ultra tertiam vel quartam pars altera [etc.]. Dat. Laterani, II idus januarii, anno undecimo. »

4022

Latran, 11 janvier 1238.

Electo Coronensi, decano Thebano et thesaurario Corin-

thiensi mandat quatenus G. clericus, consanguineo principis Achaïae, « qui nullum ecclesiasticum beneficium, preter prebendam Olonensem, cujus redditus summam decem et octo hyperperorum¹ et dimidii annis singulis » non excedebant, assecutus erat, in terra ejusdem principis sufficienter auctoritate apostolica provideant, « quod secundum statum suum congrue valeat sustentari »; non obstantibus « certo canonum numero, juramento, confirmatione apostolica seu « alia firmitate vallato », et statutis Johannis, tituli Sanctae Praxedis presbyteri cardinalis, et bonae memoriae episcopi Albanensis, in partibus illis olim Sedis Apostolicae legatorum, quibus cavebatur « ne quis nisi in duabus ecclesiis » illius patrie prebendas » obtineret. — (Reg. 18. f. 317 v°; ann. XI. e. 317.)

« .. electo Coronensi, .. decano Thebano et .. thesaurario Corinthiensi. Eis quos nobilium —. Dat. Laterani, III idus januarii, anno undecimo. »

4023

Latran, 22 décembre 1237.

Agathensi et Biterrensi episcopis, nec non Petro de Mari et Pontio Garin[i], fratribus ordinis Praedicatorum, mandat quatenus de fide, vita, conversatione et fama G. de Barca, laici de Monte Pessulano, qui per falsos testes de haeretica pravitate infamatus fuerat, et contra quem inquisitionem lidem episcopi et fratres inceperant, — cui inquisitionis suspensederant, — veritatem inquirent, et quod invenerint, ipsi papae suis litteris intimant. — (Reg. 18. f. 317 v°; ann. XI. e. 318.)

« .. Agathensi et .. Biterrensi episcopis, Petro de Mari et Pontio Garin[i], fratribus ordinis Praedicatorum. G. de Barca, laicus de Monte Pessulano, transmissa nobis petitione monstravit quod, cum venerabilis frater noster .. archiepiscopus Viennensis, Apostolice Sedis legatus, olim inquisitionem contra hereticos in illis partibus vobis sub certa forma duxerit committendam, quibusdam enulis suis ipsum falso infantantibus de heretica pravitate, vos, eo non vocato, ad inquirendum de infamia hujusmodi procedentes, testes falsos contra eum diciimini recepisse: quorum tandem depositionibus reductis in scriptis, iidem confessi fuerunt in seculari curia se falsa dixisse testimonia contra eum: propter quod fuerunt suspensio condemnati. Sieque vos, predictorum testium calliditate et experta malitia revelatis, ne pena dampnaret insontem, supersedere hujusmodi negotio procurastis. Quare dictus laicus, metuens ex hoc in posterum subjacere obloctionibus

1. Sic, pour hyperperorum, hyperperorum.

detractorum, nobis humiliter supplicavit ut super hoc fame suae ac indemnitatis consulere curaremus. Quocirca mandamus quatenus, de fide, vita et conversatione ac fama ipsius, sine judiciali strepitu, veritate sollicitè inquisita, que inveneritis, nobis vestris litteris fideliter intimetis. ut, per vestram relationem instructi, procedamus exinde prout secundum Deum viderimus procedendum; prefixo ei termino pereemptorio competenti, quo compareat coram nobis, quod jus dictaverit, recepturus. Dat. Laterani, XI kalendas januarii, anno undecimo. »

4024

Latran, 12 janvier 1238.

Episcopo Regino, fratri Stephano, priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia, et [O.], archidiacono Vicentino, scribit fratres monasterii de Marola, ordinis sancti Benedicti, Reginae diocesis, ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinentis, adeo in spiritualibus et in temporalibus collapsi, quod nulla spes jam erat ut resurgere valerent per se ipsum, fratrum monasterii de Campagnola, similiter juris beati Petri existentis, ubi non minor observantiae rigor servabatur quam in monasteriis regulam sancti Benedicti observantibus, ordinem velle assumere, et cum eis sub regula beati Augustini et eorum observantii Creatori deservire; unde eis mandat quatenus, si praedicti fratres de Marola, vel major et sanior pars eorum, in hoc concordaverint, et ipsi episcopus, prior et archidiaconus viderint utriusque loco expedire, praefatum monasterium de Marola eidem monasterio de Campagnola uniant, ipsiusque monasterium de Marola, cum esset antiquius, caput ordinis statuunt; « predicta regula sancti Augustini et ejusdem monasterii de Campagnola » constitutionibus et observantiis in omnibus semper salvis. » — (Reg. 18. f. 317 v°; ann. XI. e. 319; — cf. supra, n. 3672, 3713 et 3871.)

« .. episcopo Regin[o], fratri St[e]phano, priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia, et .. archidiacono Vicentino. Sicut nobis ex —. Dat. Laterani, II idus januarii, anno undecimo. »

4025

Latran, 8 janvier 1238.

Fratrille Willielmo de Olerone, ordinis Praedicatorum, scribit comitem Britanniae in subsidium imperii Constantinopolitani signum crucis assumpsisse, « et ad transeundum illuc in » festo beati Johannis Baptiste proximo venturo poterit et » viriliter » se parasse; unde ei mandat quatenus ea quae in Britannia a viris catholicis invenerit legata vel alias deputata

1. Cf. infra, ann. XII, e. 149.

in Terrae Sanctae subsidium, colligat, et quid et quantum collegerit, suis litteris ipsi papae intimet, ut ex eisdem legatis et aliis ipse papa praedicto comiti pro recuperatione praefati imperii providere possit. — (REG. 18. f. 318 r.; ann. XI. e. 350; — cf. *supra*, n. 3363-3366, 3915 et 1012.)

« *Fratri Willelmo de Oleron*[e]. *ordinis fratrum Predicatorum*. Cum dilectus filius —. Dat. Laterani. VI idus januarii, anno undecimo. »

4026. — In eundem modum *eidem* similiter scribit de eis quae in Pictavensi et Andegavensi diocesisibus a viris catholicis invenerit legata vel alias deputata in ejusdem Terrae subsidium, ut ea colligat et ex eis ipse papa eidem comiti providere possit. — (REG. 18. f. 318 r.; — cf. *supra*, n. 3945.)

4027

Latran. 12 janvier 1238.

Petrone, comitem Britanniae, qui cum duobus milibus equitum et decem milibus peditum in subsidium imperii Constantinopolitani se accinxerat, rogat et hortatur quatenus dumtaxat cum mille et quingentis equitibus et sex milibus peditum ad liberandum idem imperium in proximo beati Johannis Baptistae passagio transiret. — (REG. 18. f. 318 r.; ann. XI. e. 351; — MOREAU 1192, f. 252, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10199¹.)

« *Nobili viro .. comiti Britannie*. Gratum gerimus et acceptum et nobilitatem tuam dignis in Domino laudibus commendamus, quod, sicut tuarum nos tenor litterarum edocuit, te in subsidium imperii Constantinopolitani cum duobus milibus equitum et decem milibus peditum accinxisti, illuc in proximo beati Johannis Baptiste passagio transiturus. Unde, cum, sicut per nuntios a nobis Constantinopolim cum subsidio transmissos intelleximus, magna ibidem stipendiario- rum multitudo consistat, nobilitatem tuam rogandam duximus attentius et hortandam, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus, te cum mille et quingentis equitibus et sex milibus peditum dumtaxat accingens, ad liberandum praedictum imperium in praedicto passagio transire procuret. —. Dat. Laterani. II idus januarii, anno undecimo. »

4028

Latran. 12 janvier 1238.

Episcopo Sagiensi scribit se per nuntios ab Apostolica

1. Avec la date *idibus januarii* (= 13 janvier), d'après RAYNALD, *Annales ecclesiastici*, t. XIII (1646), p. 508, col. 2, ann. 1238, § 2.

Sede Constantinopolitana cum subsidio transmissos, intellexisse magnam ibidem stipendiario- rum multitudinem existere; unde ei mandat quatenus pecuniam ab ipso episcopo collectam vel colligendam pro imperii Constantinopolitani subsidio in stipendiarios aliquatenus non expendat, sed, cum fidei- liter, donec aliud mandatum ab Apostolica Sede receperit, conservans, quid et quantum inde collegerit, ipsi papae litteris suis intimet. — (REG. 18. f. 318 r.; ann. XI. e. 352.)

« .. *episcopo Sagiensi*. Cum, sicut per —. Dat. ut supra. »

4029. — In eundem modum .. *episcopo Cenomansensi*. — (Cf. *supra*, n. 3726 et 3903.)

4030

Latran. 18 janvier 1238.

Archiepiscopo Lugdunensi mandat quatenus causam electionis Durandi, praepositi ecclesiae Sancti Juniani Lemovicensis, in episcopum Lemovicensem, — quam alii dicebant fuisse celebratam a majori, alii vero attentatam a minori parte capituli Lemovicensis, — examinet, et super articulis a parte electi et electorum ejus, nec non a parte adversa porrectis, quod canonicum fuerit, decernat. — (REG. 18. f. 318 r.; ann. XI. e. 353; — MOREAU 1191, f. 114.)

« .. *archiepiscopo Lugdunensi*. Cum Durandus, decanus Sancti Clodoaudi, Parisiensis diocesis, pro magistro Durando, preposito ecclesiae Sancti Juniani, ad regimen ecclesiae Lemovicensis nuper electo, ac electoribus suis, et magister Stephanus, canonicus ipsius ecclesiae, pro .. decano et quibusdam aliis concanonice suis, electioni se opponentibus et electo, ad nostram praesentiam accessissent, venerabilem fratrem nostrum .. Penestrinum episcopum eis concessimus auditorem. Coram quo fuit pro electo et electione propositum quod, cum viginti sex canonici ejusdem ecclesiae, qui volebant, debebant et poterant interesse, de voluntate duorum canonicorum ipsius, juxta ecclesiam in egritudine lecto jacentium, ad eligendum in capitulo convenissent, uno eorum recedente et expresse consentiente ut alii ad electionem procederent sine ipso, tres de collegio, fide digni, ab omnibus aliis electi fuerint ad scrutinium celebrandum: qui cum secreto et singillatim tam vota omnium qui erant in capitulo quam eorundem infirmorum, consentientibus et expectantibus aliis, inquisissent, mox ad capitulum reversi, vota publicarunt omnium in communi: eisque publicatis, quia de viginti septem canonicis, computatis eisdem

1. Cf. *infra*, n. 4038.

infirmis, quorum vota fuerant in scrutinio inquisita, quindecim in prepositum consenserant memoratum, cum quatuordecim expresse nominasset personam ipsius, et unus dixisset quod suum prebebat assensum in quem major pars et sanior consentiret, reliquis duodecim sua desideria dirigentibus in diversos, prefati quindecim decano et sibi adherentibus, pluries requisitis, renuentibus collationem facere et eligere cum eisdem, ac eodem decano dicente quod manifestum erat majorem partem numero in ipsum prepositum consensisse, collatione habita diligenti videntes quod ipsi majorem et sanioerem partem capituli faciebant, cuidam ex ipsis, W[illelmo] videlicet de Malo Monte, archidiacono ecclesie predictae, communiter injunxerunt ut eundem prepositum, vice omnium ipsorum, eligeret in eorum episcopum et pastorem; qui cum elegisset eundem, et ejus fuisset electio sollempniter publicata. idem prepositus, ad multam suorum electorum instantiam, sub fiducia divine gratie electioni de se facte consensit. Quare petebatur a nobis ut confirmari electionem hujusmodi et impendi munus consecrationis electo, de benignitate Sedis Apostolice faceremus, presertim cum a pluribus fide dignis de honestate, moribus et scientia, per transmissas nobis litteras, multipliciter commendetur. Econtra vero Stephanus, procurator adverse partis, lite contestata et prestito juramento a partibus de veritate dicenda, respondit quod, facto scrutinio de voluntate omnium canonicorum qui erant in capitulo, et postmodum publicato, quia quatuordecim de ipsis canonicis, computatis predictis duobus infirmis, prefatum prepositum in scrutinio temere nominarunt, ex parte decani et sibi adherentium mox ne ad electionem procederetur ipsius, cum diversas curas animarum haberet et alias esset ineligibilis, exigentibus culpis suis, ad nostram fuit audientiam appellatum; sed illi, appellatione contempta et debita collatione non facta, prepositum ipsum de facto, cum de jure nequiverint, elegerunt; propter quod dicti decanus et adherentes eidem, appellationem interpositam innovantes, iterum appellarunt. Petebat igitur procurator ipse ut electionem ipsam irritam vel irritam nuntiarum potius faceremus, primo siquidem quia fuit a minori parte presumpta. Cum enim, excluso Petro de Peirato, qui juri suo cessit in capitulo nec electioni voluit interesse, sint triginta numero ad quos pertinebat eligendi potestas, computatis viginti septem canonicis quorum vota fuerunt in scrutinio inquisita, nec non A., S. et Amelio, qui,

tempore electionis et ante, per quatuordecim dies, publice, sciente capitulo, in Lemoviensem canonicum canonicum institutus, tam de jure quam de consuetudine Lemoviensis fuerat evocandus, et predictus prepositus a quatuordecim tantum, computatis predictis duobus infirmis, in scrutinio fuerit nominatus, inferebat procurator ipse quod ejus electio non a majori sed a minori parte totius capituli fuerat celebrata; adiciens quod nec parti accrescebat adverse quod P., prior Beneventanus, Lemoviensis diocesis, in illum se dixit in scrutinio prebere consensum, in quem pars major et sanior consentiret, quia per predicta constabat aperte quod pars electi non major et sanior, sed minor potius apparebat; procuratore electi in contrarium respondente quod, cum dictus Amelius, electionis tempore, in Lemoviensis ecclesia jus canonici non haberet, et predicti A. et S., etiam si essent canonici, nullo modo ad electionem fuerint evocandi, quia, propter etatis defectum, nec vocem in capitulo nec stallum in choro, de consuetudine Lemoviensis ecclesie, obtinebant, et quia nondum sacros ordines receperant, cum venerabilis frater noster .. episcopus Tornacensis, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legatus, duxerit statuendum quod canonici non habeant vocem in capitulo, nisi sint in eisdem ordinibus constituti, ipsis exclusis, apparet quod hujusmodi electio erat a majori parte capituli celebrata. Econtra vero predictus Stephanus proponebat quod ex alia causa erat a minori capituli parte presumpta, videlicet quia quidam ex predictis quatuordecim qui supradictum D[urandum] in scrutinio nominarunt, electionis tempore erant ex diversis causis excommunicationum sententiis, quas et ipsorum nomina tibi sub bulla interclusa mittimus¹, innodati; quibus ex hujusmodi causa subductis, aperte constare proponitur quod electio longe a minori parte capituli fuerat attemptata; parte altera respondente quod non credebatur eos esse predictis excommunicationum sententiis innodatos, et addente nichilominus quod, sicut post electionem de novo percepit, tot de aliis canonicis Lemoviensibus in excommunicationum sententias incidissent, quorum nomina et excommunicationum cause tibi sub eadem bulla mittuntur², quod, eis subductis de numero, pars electi in omnem eventum major et sanior remanebat. Quid ultra? pro quibusdam aliis, tibi sub jamdicta bulla transmissis³, ac pro eo quod, ommissa collatione debita, electio ipsa

1. Cf. *infra*, n° 4038, I.

2. Cf. *infra*, n° 4038, II.

3. Cf. *infra*, n° 4038, III.

1. Cf. *infra*, n° 4038.

fuisse proponitur perperam attemptata, dicebat prefatus S[tephanus] dictam electionem debere irritam nuntiari. Verum per acta coram auditore prefato, sicut idem retulit coram nobis, constitisse dinoscitur quod viginti octo canonicis, computatis sepe dictis duobus infirmis, ad electionem celebrandam in capitulo convenissent, et unus illorum consensit expresse ut alii procederent sine ipso, et reliqui elegerunt tres de ipso collegio ad scrutinium celebrandum; et quod illi, secreto et singillatim vota omnium canonicorum qui erant in capitulo, ac duorum aliorum qui juxta ecclesiam in diversis locis jacebant infirmi, consentientibus et expectantibus reliquis, inquirentes, mox ad capitulum redierunt et publicarunt vota omnium in communi; nec non quod, facta publicatione, pars que se opponit, statim, antequam procederetur ad collationem, appellationis obstaculum interjecit, et predictus P., prior Beneventanus, in scrutinio dixit se consentire in illum in quem major pars et sanior consentiret. Sed quia de reliquis articulis fieri non potuit plena fides, nos, de discretione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati tue, de utriusque partis procuratorum assensu, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, de ipsis articulis cognoscens legitime, tam super eisdem quam super premissis omnibus, quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens etc. Dat. Laterani, XV kalendas februarii, pontificatus nostri anno undecimo. »

4031

Latran, 15 janvier 1238.

Lundensi et Upsalensi archiepiscopis mandat quatenus Scarensi episcopo qui, ob senium et infirmitatem, vacationem a munere et de bonis episcopalibus honestam sustentationem optabat, utramque largiantur. — (REG. 18, f. 349 r^o; ann. XI, c. 351; — POTHAST 10500.)

« .. *Lundensi et .. Upsalensi archiepiscopis*. Presentate nobis littere —. Dat. Laterani, XVIII kalendas februarii, anno undecimo. »

4032

Latran, 16 janvier 1238.

R. de Supino, crucesignato, rectori Spoletani ducatus, qui ad Viterbiensium superbiam conterendam sponte se obtulerat, plenam suorum peccatorum veniam indulget, simili universis vere paenitentibus et confessis, qui, cum illo collaborando, in obsequio Ecclesiae decesserint, indulgentia con-

cessa. — (REG. 18, f. 349 r^o; ann. XI, c. 355; — RODENBERG 720; — cf. *supra*, n. 3972 et 3973.)

« *Nobili viro R. de Supin[o], crucesignato, rectori Spoletani ducatus*. Cum olim de —. Dat. Laterani, XVII kalendas februarii, anno undecimo. »

4033

Latran, 16 janvier 1238.

Fratri Heliae, generali ministro, et aliis ministris provincialibus et custodibus fratrum Minorum significat se inhibere ne aliquem ad professionem ipsorum ordinis, nisi per annum in probatione fuerit, admittant; post factam vero professionem nullus fratrum eundem ordinem relinquere audeat, nec relinquente alicui sit licitum retinere; inhibet etiam ne sub habitu ipsorum liceat alieni extra obedientiam evagari. — (REG. 18, f. 349 v^o; ann. XI, c. 356; — POTHAST 10501.)

« *Fratri Helie generali et aliis ministris provincialibus et custodibus ordinis fratrum Minorum*. Cum secundum consilium —. Dat. ut *supra*. »

4034

Latran, 13 janvier 1238.

Sancti Salvatoris, Wintoniensis diocesis, nec non Sanctae Trinitatis et Sancti Bartholomaei Londoniensium prioribus mandat quatenus priorissam et conventum de Haliwelles (= Holywell), Londoniensis diocesis, — quibus ipse papa dederat facultatem apprehendendi possessionem ecclesiae de Welles, quam eis sanctus Hugo, Lincolnensis episcopus, concesserat, — non permittant super praemissis ab aliquibus molestari. — (REG. 18, f. 349 v^o; ann. XI, c. 357; — POTHAST 10498.)

« .. *Sancti Salvatoris, Wintoniensis diocesis, .. Sanctae Trinitatis et .. Sancti Bartholomei Lond[oniensium] prioribus*. Que secularibus desiderariis —. Dat. Laterani, idibus januarii, anno undecimo. »

4035

Latran, 18 janvier 1238.

Archiepiscopos, episcopos, abbates et alios ecclesiarum

1. Grégoire IX ne fait ici que renouveler, comme il l'avait fait déjà le 13 mai 1227 (POTHAST 7900), et comme il le fera encore le 23 mars 1238 (POTHAST 10548) et en octobre-novembre 1240 (POTHAST 10659), une bulle d'Honorius III, du 22 septembre 1220, adressée à saint François (POTHAST 6361; PRESSUTTI 2717). *SBAIALEA, Bullar. Francisc.*, t. I, p. 231, n° 244, renvoie au premier de ces deux textes (*ibid.*, t. I, p. 6, n° 5), sans reproduire la bulle de Grégoire IX.

praelatos Moreae monet et rogat quatenus civitati Constantinopolitanae subveniant in tertia parte bonorum suorum, magistro Ph., ipsius papae clerico, propter hoc ad ipsorum partes transmissis, exhibenda; eis et aliis eidem civitati faciliter succurrentibus concessa peccatorum venia. — (REG. 18, f. 319 v; ann. XI, c. 358; — MOREAU 1191, f. 456; — cf. POTTHAST 10502*.)

« .. Patracensis, .. Corinthiensis, .. Thebano et .. Atheniensi archiepiscopis et eorum suffraganeis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelati eorumque capitulis et conventibus, tam exemplis quam non exemplis, per Patracensem, Corinthiensem, Thebanam et Atheniensem provincias constitutis. Tristes de civitate Constantinopolitana rumores audivimus, ex quibus concipientes dolorem non modicum, oportuum nuntiatis periculis adhibere remedium festinamus. Nam, sicut intelleximus, preter afflictiones multimodas quibus eadem civitas a Bathacio, Dei et Ecclesie inimico, affligitur, tanta victualium caristia tribulatur, quod jam habitatores suos, quos nequit, nimia venalium afflictia penuria, regere, luget et dolet ad hostium castra¹ migrare, tremens et dubitans ne de ipsa, a suo defensore derelicta, suum, quod Deus avertat! pars consequatur adversa propositum, nisi congruum bellatorum et frumenti succursum in proximo, divina cooperante gratia, receperit festinatum. Verum, cum nobilis vir .. comes Britannie de mandato nostro ad succurrendum imperio Constantinopolitano se cum grandi exfortio militum et aliorum bellatorum accinxerit², nosque alias eidem civitati subvenire in personis et congrua quantitate victualium proponamus, quia tamen grandia intervalla locorum que a partibus illis nos dividunt, desideratum civitati predictae subsidium sic in brevi transmitti, sicut ipsis necessitas expetit, non permittunt: universitatem vestram rogandam duximus attentius ac in remissionem peccaminum injungentes quatenus, ob reverentiam Dei et nostram, dicte civitati subvenire in tertia parte bonorum mobilium, reddituum et proventus vestrorum, juramento vestro declaranda, et ipsam partem dilecto filio magistro Ph., clerico nostro, viro provido et discreto, quem ad partes vestras ob hoc transmittimus, erogandam per ipsum in ejusdem civitatis subsidium, exhibere curetis. Nos enim, de omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, vobis et aliis dicte civitati taliter suc-

currentibus illam concedimus veniam peccatorum, que Terre Sancte succurrentibus in generali concilio est concessa. Ceterum, quia, cum causa salutis et extremi vestri a predicta civitate dependeat, vobis ipsis in ipsius subventionem noscimini subvenire, dicto magistro nostris damus litteris in mandatis ut vos ad id, si necesse fuerit, monitione premissa, auctoritate nostra, appellatione remota, compellat. Dat. Laterani, XV kalendas februarii, anno undecimo. »

4036

Latan, 18 janvier 1238.

« In eundem modum nobili viro Madio, comiti Cephalonie et Jacinti, usque: non permittunt. [Eum rogat et monet quatenus praedictos archiepiscopos, episcopos et alios ecclesiarum] prelatos Moreae » compellat « quod eidem [civitati] in » tertia parte bonorum mobilium et proventus suorum » subveniant », et ipse eidem civitati in victualium et bellatorum subsidio succurrat et a nobilibus viris ipsi comiti subditis succurrat faciat; eadem indulgentia ei concessa; ei significat se ad ipsius partes praedictum magistrum Ph. destinare, quem ei commendat. Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 350 r; — MOREAU 1191, f. 457; *ibid.* 1192, f. 253, *falso initio*, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10503*.)

4037

Latan, 15 janvier 1238.

Archiepiscopo Rothomagensi mandat quatenus episcopi Constantiensis, impotentis effecti, propter aetatem et infirmitatem, ad exsequendum officium pastorale, cessionem recipiat, eique de redditibus episcopalibus provident unde competenter valeat sustentari. — (REG. 18, f. 350 r; ann. XI, c. 359; — MOREAU 1191, f. 442.)

« .. archiepiscopo Rothomagensi. Multe laudis dignum preconio venerabilem fratrem nostrum .. Constantiensem episcopum ex antea ipsius vita didicimus, et non minus ipsum ex presenti ejus providentia, Deo placita et hominibus, commendamus, quia, cum, ex sollicita diligentia strenuus et providentia circumspexisset, hactenus Constantiensem ecclesiam, constans in bonis actibus, laudabiliter rexerit, et eam Dominus ministerio suo multis honoribus exaltavit, nunc, aspiciens idem episcopus se corporis viribus et oculorum luce, senectute faciente, destitui, potius quam preesse inutiliter, elegit salubriter honori et oneri cedere pas-

1. Ms. : Cephalonis.

2. Avec l'incipit : « Sicut intelleximus praeter », d'après RAYNALDI, *Annales ecclesiastici*, t. XIII (1646), p. 509, ann. 1238, § 4.

1. Cf. JUDIC. VII, 11; etc.

2. Cf. *supra*, n. 4025 et 4027.

torali —. Dat. Laterani. XVIII kalendas februarii. anno undecimo. »

1038

Articuli libellorum porrectorum, in causa electionis episcopi Lemovicensis, a procuratoribus partium, continentes nomina quorundam canonicorum Lemovicensium, et causas excommunicationum propter quas iure eligendi privandi fuerint, nec non causas propter quas electio de magistro Durando, praeposito ecclesiae Sancti Juniani Lemovicensis, celebrata, dicebatur debere irritari. — (Reg. 48, f. 350 r°; ann. XI, c. 360; — MOREAU 1191, f. 119 v°; — *et. supra*, n° 1030.)

I

« Super articulis oppositis electoribus et magistro Durando, electo Lemovicensi ».

« Illic continentur nomina quorundam canonicorum Lemovicensium et cause excommunicationum ipsorum, quas² magister Stephanus, procurator decani Lemovicensis et sibi adherentium, proposuit contra eos, et quibus, ut dicit, erant ligati, tempore electionis.

« Dico magistrum Durandum, dictum electum, fuisse excommunicatum, tempore electionis, sententia domini Tornacensis³, tunc Apostolice Sedis legati, quam incurrit propter duplicem curam, scilicet quia tenuit, post monitionem nomine suo factam, archidiaconatum et ecclesiam parrochiale de Labrentan.

« Item, auctoritate apostolica, a Bituricensi archiepiscopo, pro magistro Gaufrido de Sancto Valerico.

« Item, auctoritate apostolica, pro magistro W. Audebert, a iudicibus delegatis, pro contumacia.

« Item, pro sententia domini Galonis⁴, si sententia sit sicut ponit pars adversa, quam probare debet.

« Dico dominum Willelmum de Malo Monte, archidiaconum, qui dictum electum elegit, ut dicitur, esse

1. Cette rubrique ne s'applique pas à la seconde série d'« articuli », mais seulement à la première et à la troisième; il n'est fait, dans le *Registre*, aucune distinction apparente entre ces trois séries.

2. Ms. : quos.

3. Sous-entendu : episcopi.

4. Le cardinal Guala, mort en 1227; il avait été légat en France et en Angleterre.

excommunicatum, tempore electionis, a domino Tornacensi, quia tenuit et adhuc tenet archidiaconatum Cambralie et ecclesiam parrochiale.

« Item, dico eum esse excommunicatum pro magistro Gaufrido de Sancto Valerico, auctoritate apostolica, a bone memorie Symone, quondam Bituricensi archiepiscopo, pro contumacia.

« Item, pro magistro W. Audebert, auctoritate apostolica, a iudicibus delegatis, pro contumacia.

« Item, pro magistro P. Papalou, auctoritate apostolica, a iudicibus delegatis.

« Item, pro Elia Laurerii, auctoritate apostolica, pro contumacia.

« Dico Eblolum de Syrach, archipresbiterum, esse excommunicatum, tempore electionis, propter duplicem curam, scilicet archipresbiteratum et ecclesiam parrochiale quam tenuit et tenet contra statuta domini Tornacensis, tunc Apostolice Sedis legati.

« Item, et pro magistro Gaufrido de Sancto Valerico, et pro magistro W. Audebert, et pro magistro P. Papalou, auctoritate apostolica, a iudicibus delegatis, pro contumacia.

« Dico G. de Aureliaco, archidiaconum, incurrisse sententiam excommunicationis latam a domino Tornacensi, tunc Apostolice Sedis legato, quia tenuit, post latam sententiam, archidiaconatum Marchie et ecclesiam parrochiale.

« Item, pro magistro Gaufrido de Sancto Valerico, auctoritate apostolica, a bone memorie Symone, quondam Bituricensi archiepiscopo.

« Item, pro magistro W. Audebert, tertio, pro magistro P. Papalou, quarto, pro Helia Laurerii, auctoritate apostolica, a iudicibus delegatis.

« Dico Hel[iam] Laurerii excommunicatum esse, auctoritate apostolica, pro injectione manuum violenta in sacerdotem.

« Dico P. Papalou esse excommunicatum, auctoritate bone memorie G[uidonis], quondam episcopi Lemovicensis, pro contumacia.

« Dico Guidonem de Petra Bufaria excommunicatum esse, auctoritate apostolica, a iudicibus delegatis :

« Primo, pro magistro Gaufr[ido] de Sancto Valerico, a bone memorie Symone, quondam Bituricensi archiepiscopo;

« Secundo, pro magistro W. Audebert, tertio, pro

magistro P. Papalou, quarto, pro Helia Laurerii, auctoritate apostolica, a iudicibus delegatis, pro contumacia.

« Dico G. Roberti et W. Fabri excommunicatos esse eisdem excommunicationibus et ab eisdem iudicibus.

« Dico Guid[onem] Barbaront, archidiaconum de Mala Morte, excommunicatum esse, auctoritate apostolica, pro magistro Gaufr[ido] de Sancto Valerico, a bone memorie Symone, quondam Bituricensi archiepiscopo.

« Item, pro magistro W. Audebert, item, pro magistro P. Papalou, auctoritate apostolica, a iudicibus delegatis, pro contumacia.

« Item, et sententia domini Galonis, si sententia sit sicut dicunt adversarii, cum diu tenuerit mulierem suspectam, que a nomine suo vocabatur¹ La Barbarota, et etiam filios peperit eidem, ut dicitur.

« Dico magistrum Willelmum de Maymach excommunicatum esse pro magistro Gaufr[ido] de Sancto Valerico. pro magistro W. Audeberti, pro magistro P. Papalou et pro Helia Laurerii, auctoritate apostolica, a iudicibus delegatis, pro contumacia.

« Preterea, sententia domini Galonis, si sententia dici debeat sicut dicunt adversarii, cum diu detin[er]it et cum scandalo mulierem suspectam, que vocabatur publice Officialissa. »

II

[« *Super articulis oppositis ex adverso ab electoribus et electo Lemovicensi contra quosdam canonicos Lemovicenses qui ipsis electoribus et electo se opponerunt* ².]

« Hic continentur nomina quorundam canonicorum Lemovicensium et cause excommunicationum ipsorum, quas magister Durandus, decanus Sancti Claudii, Parisiensis [diocesis], procurator electi et electorum ejus, proposuit contra eos, et quibus, ut dicunt, erant ligati, tempore electionis.

« Intellexi de novo magistrum Johannem de Pardin., cantorem Lemovicensem, incidisse, ante electionem, in excommunicationis sententiam quam felicis recordationis dominus Galo, Apostolice Sedis legatus in partibus illis, tulit contra concubinarios; et hoc pro La Jaucelina de Sancto Aredio.

1. Ms. : vocabitur.

2. Certe rubrica est restituée ici par conjecture, d'après les termes de la précédente.

« Intellexi etiam de novo Johannem de Baromonte archidiaconum incidisse, ante electionem, in predictam sententiam domini Galonis; et hoc pro Maria de Siau.

« Intellexi de novo eundem archidiaconum fuisse excommunicatum, tempore electionis, pro violenta manuum injectione in clericum.

« Intellexi de novo Hilarium, qui se gerit pro penitentiario Lemovicensi, incidisse, ante electionem, in predictam sententiam domini Galonis, pro quadam moniali de Lasaias et pro quadam vidua de Burgo Daño.

« Item, intellexi de novo eundem Hilarium excommunicatum, tempore electionis, auctoritate apostolica, per abbatem et priorem de Nigella, pro Petro et Johanne Guid[onis], fratribus.

« Intellexi de novo Aym. ¹ de Mala Morte incidisse, ante electionem, in predictam sententiam domini Galonis.

« Item, intellexi de novo eum excommunicatum, eodem tempore, pro violenta manuum injectione in clericum.

« Insuper, intellexi de novo eum non esse canonicum Lemovicensem, cum, ante electionem, renuntiaverit prebende quando fecit se militem, recipiendo ensem de altari Beati Stephani Lemovicensis.

« Intellexi de novo Gregorium incidisse, ante electionem, in predictam sententiam domini Galonis, pro Johanna Sudrussa.

« Item, pro violenta manuum injectione in clericum.

« Item, auctoritate apostolica, per abbatem et priorem de Nigella, pro Petro et Johanne Guidonis, fratribus.

« Item, intellexi eundem Gregorium non esse canonicum, tempore electionis, cum, ante electionem, intraverit ordinem Predicatorum et susceperit habitum.

« Intellexi de novo S. Vassaldi excommunicatum esse, tempore electionis, auctoritate apostolica.

« Item, pro violenta manuum injectione in clericum.

« De novo, postquam veni ad curiam, intellexi, pie

1. Aymericus? — Il s'agit peut-être ici d'Aymery de Malemort, qui devait, en 1246, succéder à Durand sur le siège épiscopal de Limoges; cf. É. BÉNIGNY, *Registres d'Innocent IV*, t. I, p. 321, ann. IV, c. 159, n° 2154.

Pater, quod omnes supradicti erant excommunicati, tempore electionis, excommunicationibus predictis. »

III

[« Super aliis articulis oppositis eidem magistro Durando, electo Lemovicensi¹.]

« Ista sunt pro quibus magister Stephanus, canonicus Lemovicensis, procurator decani Lemovicensis et sibi adherentium, dicebat electionem factam de magistro Durando, preposito ecclesie Sancti Juniani, debere irritari vel irritam nuntiari :

« Primo, quia jamdictus prepositus, sicut dicitur, plures personatus, videlicet preposituram Sancti Juniani, archidiaconatum Lemovicensem et ecclesiam de Labrentan², sine dispensatione apostolica, electionis tempore, detinebat :

« Secundo, quia propter detentionem hujusmodi, excommunicationis sententiam scienter, sicut fertur, ante tempus electionis incurrit, quam venerabilis frater noster .. Tornacensis episcopus, tunc in partibus illis Apostolicæ Sedis legatus, in eos tulisse dicitur, qui, sine dispensatione apostolica, duas animarum curas, quarum una non dependeret ex altera, ultra quindecim dies post monitionem suam presumeret detinere :

« Tertio, quia est irregularis, cum, sententia ipsa ligatus, sicut proponitur, ingresserit se divinis :

« Quarto, quia, prout asseritur, pecuniam salutis et fame pretulit, dum subditorum excessus incorrectos, illius intuitu, pretermisit :

« Quinto, quia esse dicitur usurarius manifestus, cum in aliena parochia decimarum fructus, sicut fertur, titulo pignoris detinuerit obligatos, perceptis in sortem minime computatis :

« Sexto, quia de vite immunditia et lapsu carnis inimico nature, nec non quia bone memorie Willelmi, electi, et magistri Aycellini, decani Lemovicensium, procuravit interitum, est, ut asseritur, apud honos et graves plurimum diffamatus :

« Septimo, quia quod sit insufficientis litterature et symoniacus, ac patiens defectum natalium, esse dicitur pluribus manifestum. »

-1039

Latan, 18 janvier 1238.

Magistro scholarum Cenomanensi, archidiacono de Sablolo

1. Cette rubrique est, comme la précédente, restituée par conjecture.

2. Cf. le premier des « articuli » de la série I.

lio, [Cenomanensis diocesis], et magistro Alano, canonico Cenomanensi, late scribit de questione inter Guidonem, vicecomitem Thoarcensem, ex una parte, et Margaritam, comitissam Britanniae, relictam quondam Hugonis II, vicecomitis Thoarcensis, patris praedicti Guidonis, ex altera, suborta, super possessionibus, redditibus et rebus aliis quas eadem comitissa asserbat ratione dotis ad se pertinere, et de litibus inde motis, eiusque mandat quatenus, si Pietavensis episcopus ejusque collegae, quibus ipse papa super hoc negotio direxerat scripta sua, vicecomitem eundem, procuratorem ejus legitimum contra justitiam repellendo, gravaverint, in statum debitum revocant quicquid post ejusdem procuratoris appellationem invenerint temere attentatum, et in eodem negotio juxta tenorem litterarum ad priores iudices directarum procedant; alioquin partes ad eorundem iudicium remittant examen. — (Rgs. 18. t. 354 r^o; ann. XI, c. 361; — cf. supra, n. 2819 et 3225.)

« .. magistro scholarum .. archidiacono de Sablolo et magistro Alano, canonico Cenomanensibus]. Nobilis vir Guido, vicecomes Thoarcensis, transmissa nobis petitione monstravit quod, cum, inter ipsum et nobilem mulierem M[margaritam], comitissam Britannie, super possessionibus, redditibus et rebus aliis que eadem comitissa ratione dotis ad se asserit pertinere, questione suborta, post diversas commissiones ad diversos iudices a Sede Apostolica impetratas et processus habitos per easdem, nos eam ad apostolicum revocassemus examen: procuratoribus tandem partium in nostra presentia constitutis dilectum filium nostrum R[aynerium], Sancte Marie in Cosmidin diaconum cardinalem, concessimus auditorem. Coram quo procurator dicti vicecomitis, contra comitissam pefatam exceptionem excommunicationis opponens, ea salva, litem extitit in ipsius cardinalis presentia contestatus; nosque venerabili fratri nostro .. Pietavensi episcopo ejusque collegis nostris dedimus litteris in mandatis ut, si pars dicti vicecomitis infra duos menses exceptionem legitime probaret eandem, supersederent negotio memorato; alioquin, ipsum vicecomitem in expensis legitimis condempanentes, causam audirent eandem, et, si de partium voluntate procederet, infra certum tempus iudicio vel concordia terminarent; si vero id provenire non posset, eam ad nos sufficienter instructam remittere procurarent. A quibus idem vicecomes ex eo sentiens indebite se gravari, quod procuratorem ejus, legitime constitutum, cum mandato sigillato sigillo ipsius majori et cognito, quo in causis suis uti publice consuevit, admittere contra justitiam denegarunt, nullam causam rationabilem pretendendo, propter quam vicecomes ipse deberet personaliter

comparere. ad nostram audientiam appellavit. Procurator autem comitisse predictae, litteris in communi audientia contradicens, coram eodem cardinali proposuit ex adverso quod, cum vicecomes ipse, citatus ad probandam exceptionem objectam vel ad procedendum in negotio principali, procuratorem quandam cum sufficienti mandato, utpote sigillato ejus sigillo cognito et etiam usitato, ad iudicium eorundem presentiam destinasset, quia procurator ipse occasionem pretendit temporis feriati, memorati iudices, tunc in causa ipsa minime procedentes, alium sibi terminum prefixerunt. In quo cum magister J. clericus cum mandato minus sufficienti, cui parvum sigillum erat appensum, quod vicecomitis dicebatur, a forma et quantitate prioris omnino diversum, ad eorundem iudicum presentiam accessisset, prefatis iudicibus ad faciendam fidem super ipso sigillo certam assignantibus illi diem, ipse quasdam litteras procuracionis, munitas quodam sigillo, in quo scriptum erat : « Sigillum abbatis Sancti » Launi ad causas », ostendit. Cumque iudices ipsi interloquendo pronuntiaverint procuratorem ipsum admitendum non esse, propter insufficientiam hujusmodi mandatorum, nisi caveret de iudicatio solvendo, idem magister, cautionem denegans exhibere, causa subterfugii vocem ad nos appellacionis emisit. Unde petebatur a nobis ut, talem appellacionem illegitimam reputantes, eodem vicecomite in expensis legitimis condemnato, providere diete comitisse paterna sollicitudine curaremus; presertim cum causa ipsa, partis alterius malitia faciente, per septennium et amplius jam duravit. Cum autem procurator vicecomitis, licet non nisi ad impetrandum et contradicendum mandatum ostenderit, confessus fuerit in ipsius presentia cardinalis quod ex illis causis, quas procurator adverse partis pretendit, appellacionem prosequitur supradictam, mandamus quatenus, si dicti iudices alias vicecomitem gravarunt eundem, procuratorem ejus legitimum, sicut pro ipso superius est expressum, contra justitiam repellendo, revocato in statum debitum quicquid post hujusmodi appellacionem inveneritis temere attemptatum, juxta continentiam litterarum ad eosdem iudices directarum, ratione previa, procedatis; alioquin partes ad eorundem iudicum remittatis etc., usque; condemnantes. Quod si causam ipsam ad nos denno per appellacionem deferri contingat, ne ulterius cavillosis diffugiis prorogetur, volumus per vos sive per alios iudices predictos, per eos scilicet a quibus extiterit appellatum, assignari partibus terminum peremptorium competentem, quo per responsales idoneos, sufficienter instructos, cum omnibus actis, nu-

nimentis et rationibus suis, nostro se conspectui representent, ad procedendum in appellacionis causa, et etiam, si opus fuerit, in negotio principali. Contradictores etc. Proviso ne in terras dictorum nobilium etc. Testes etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, XV kalendas februarii, anno undecimo. »

4040

Lateran. 26 janvier 1238.

Episcopo Paduano mandat quatenus, primicerio Sancti Marci [de Venetiis?], in Gradensem patriarcham electo, nequeunte personaliter apostolico conspectui se praesentare, electionem de eo a suffraganeis et canonicis Gradensis ecclesiae celebratam, si invenerit in ea canonice fuisse processum, auctoritate apostolica confirmet, et eidem electo faciat per dictos suffraganeos munus consecrationis impendi. — (REG. 18, f. 351 r°; ann. XI, c. 362.)

« .. *episcopo Paduano*. Gradensi ecclesia nuper —. Dat. Laterani, VII kalendas februarii, anno undecimo. »

4041

Lateran. 16 janvier 1238.

Priori et fratribus ecclesiae Sanctae Mariae de Palatiolis (= Palazuolo), Cisterciensis ordinis, Albanensis dioecesis, significat se confirmare unionem ipsorum ecclesiae cum monasterio Sancti Anastasii de Urbe et ejus incorporationem ordini Cisterciensi; insertis sub sua bulla litteris Johannis, dicti abbatis Cistercii, et generalis capituli ordinis Cisterciensis, ad abbatem conventumque praedicti monasterii Sancti Anastasii de Urbe directis, rem eandem contingentibus. — (REG. 18, f. 351 v°; ann. XI, c. 363.)

« .. *priori et fratribus ecclesiae Sancte Marie de Palatiolis*, Cisterciensis ordinis, Albanensis dioecesis. Cum a nobis petitur etc., usque; effectum. Cum igitur, nuper vobis assumptibus Cisterciensis ordinis instituta, dilecti filii .. abbas et generale capitulum Cistercienses ecclesiam vestram, juxta mandatum nostrum super hoc eis directum, monasterio Sancti Anastasii de Urbe, ipsius ordinis, duxerint unendam et incorporaverint ordini memorato, prout in eorum litteris inde confectis plenius continetur; nos, vestris precibus inclinati, quod super hoc ab eis provide factum est, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus; ad majorem rei evidentiam tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

-10-12-

Cîteaux, 1237.

[Johannes, dictus abbas Cistercii, et generale capitulum ordinis Cisterciensis abbati et conventui Sancti Anastasii de Urbe significavit se, ad mandatum Gregorii papae noni, ecclesiam Sanctae Mariae de Palatiolis eidem monasterio Sancti Anastasii univisse et praedicto ordini Cisterciensi incorporavisse; insertis litteris Gregorii papae noni de eadem re. — (REG. 18, f. 351 v°; — UGHELLI, *Italia sacra*, t. I (1717), col. 259.)]

« Frater J[ohannes] ¹, dictus abbas Cistercii, totus » que conventus abbatum capituli generalis, venera- » bili coabbati sno Sancti Anastasii de Urbe et di- » lectis filiis conventui ejusdem domus, salutem in » Domino. Super incorporatione ecclesie —. Dat. Cis- » tercii, tempore capituli generalis. anno Domini » M^oCC^oXXXVII^o[*]. »

-10-13-

Viterbe, 13 août 1237.

[Gregorius papa nonus abbati et generali capitulo Cisterciensibus late scribit de unione ecclesiae Sanctae Mariae de Palatiolis cum monasterio Sancti Anastasii de Urbe facienda et de ordine Cisterciensi in ea observando, eisque mandat quatenus, reservato censu annuo duarum librarum cereae monasterio Sancti Sabae [de Urbe], eandem ecclesiam praedicto monasterio uniant et ordini Cisterciensi incorporent. — (REG. 18, f. 351 v°; — POTTHAST 10133¹.)]

« Gregorius episcopus etc., dilectis filiis .. abbati » et generali capitulo Cisterciensibus, salutem etc. » Incumbit nobis ex —. Dat. Viterbii, idibus augusti, » anno undecimo. »

« Nulli ergo nostre confirmationis etc. Si quis au- » tem etc. Dat. Laterani, XVII kalendas februarii, anno » undecimo. »

1. « Joannes » dans le texte publié par UGHELLI, *Italia sacra*, t. I, col. 259, d'après un vidimus d'Innocent IV, du 19 janvier 1244 (POTTHAST 11229), érigeant en abbaye l'église de Santa Maria di Palazzuolo. — Les auteurs de la *Gallia christiana* ne reconnaissent pas l'existence de cet abbé Jean, et entre le 20^e abbé de Cîteaux, Gualterus, et le 22^e, Guillelmus III, ne donnent de place qu'à Jacobus, abbé de 1234 à 1237-1238 (*Gallia christiana*, t. IV (1728), col. 994-995); il est à noter que ce Johannes s'intitule lui-même « dictus abbas », et non tout simplement « abbas ».

2. Cette bulle de Grégoire IX se trouve, comme la pièce précédente, vidimée dans la bulle précitée d'Innocent IV, et publiée par UGHELLI, *Italia sacra*, t. I, col. 259-260.

-10-11-

Latran, 28 janvier 1238.

Episcopo Conventrensi. — supplicanti ut ipse papa cum magistro Roberto de Staffordia, scientia, nobilitate generis et honestate morum conspicuo, dispenset ut cum duobus beneficiis, curam animarum habentibus, quae tunc obtinebat, retinere valeat archidiaconatum de Staffordia. Conventrensis dioecesis, propter necessitatem instantem ejusdem archidiaconatus, qui, in medio pravae nationis positus, non poterat nisi per alicujus potentiam prospere gubernari, et ejus jura, propter pravorum insolentiam, pene ad nihilum redigebantur, — committit ut super hoc statuat quod viderit opportunum. — (REG. 18, f. 352 r°; ann. XI, c. 361.)

« .. episcopo Conventrensi. Cum, sicut fraternitatis —. Dat. Laterani, V kalendas februarii, anno undecimo. »

-10-15-

Latran, 18 janvier 1238.

Priori et conventui Cantuariensibus significat se confirmare privilegium Cantuariensi ecclesiae a beato Thoma martyre nec non et ab Eadmundo, archiepiscopo Cantuariensibus, concessum, videlicet ne quis ejusdem ecclesiae suffraganeus, sine assensu Cantuariensium capituli, alibi quam in Cantuariensi ecclesia consecrari possit. — (REG. 18, f. 352 v°; ann. XI, c. 365; — MOREAU 1191, f. 467.)

« .. priori et conventui Cantuariensibus. Cum a nobis —. Dat. Laterani, XV kalendas februarii, pontificatus nostri anno undecimo. »

-10-16-

Latran, 20 janvier 1238.

Archiepiscopo Auxitano significat se litteras quas pro Aquisi electo, cruce signato, ad Apostolicam Sedem ipse archiepiscopo destinavit, recepisse, et ipsius archiepiscopi circumspicionem in ejusdem electi confirmationis processu commendatam habere; ei mandat quatenus ejusdem electi, petentis propter infirmitatem et debilitatem se per Sedem Apostolicam ab imposito sibi onere exonerari, cessionem recipiat, et eum, si ipsi constiterit illum adeo infirmum et debilem esse, quod sit ad transcendendum inhabilis, a voto crucis absolvat; proviso quod idem electus omnes expensas quas facturus esset in eundo, redeundo et morando, per manus ipsius archiepiscopi in subsidium Terrae Sanctae transmittat; quantitatem eorum quae idem electus ipsi archiepiscopo assignaverit, ipse archiepiscopo Sedi Apostolicae suis litteris intimet. — (REG. 18, f. 352 v°; ann. XI, c. 366; — MOREAU 1191, f. 458.)

« .. archiepiscopo Auxitano. Litteras quas pro —.

Dat. Laterani. XIII kalendas februarii, anno undecimo. »

40-17

Latran. 26 janvier 1238.

Archiepiscopo Rothomagensi mandat quatenus, de omnibus querelis inter Petrum], comitem Britanniae, ex parte una, et Nannetensem et quosdam alios Britanniae episcopos, ex altera, singulariter vel communiter motis, inquisita veritate, causas sic inter illos suscitatas vel ipse terminet vel ad Sedem Apostolicam remittat sufficienter instructas, praefixo partibus termino competenti, quo per procuratores idoneos apostolice conspectui se praesentent. — (REG. 18, f. 352 v°; ann. XI, c. 367; — MOREAU 1191, f. 460; — cf. *supra*, n. 3387 et 3988.)

« .. archiepiscopo Rothomagensi. Cum, sicut ex —. Dat. Laterani. VII kalendas februarii, anno undecimo. »

40-18

Latran, 13 janvier 1238.

S., quondam Buccarelli filio, et A., olim Andree Tyberii filio, militibus Perusinis, scribit : « Intelleximus quod vos » castrum Mejani, a quondam R. marchione olim patribus » vestris titulo pignoris obligatum, alienare proponitis, in » dilectorum filiorum G. et H., natorum et heredum mar- » chionis ipsius, prejudicium et gravamen. Volentes igitur » eorum indempnitatibus paterna super hoc sollicitudine » praevare, nobilitati vestre, sub excommunicationis et » quingentarum marcarum pena, districtius inhihemus ne » dictum castrum alienare nullatenus presumatis, donec, in » nostra presentia comparentes, super hoc de jure vestro » plenarie docere possitis. » — (REG. 18, f. 352 v°; ann. XI, c. 368.)

« No[bilitibus] v[er]is] S., quondam Buccarell[i], et A., olim Andree Tyberii natis, militibus Perusinis. Intelleximus quod vos —. Dat. Laterani, idibus januarii, anno undecimo. »

40-19

Latran, 28 janvier 1238.

Universis notum facit Guillelmum de Calviniaco, dominum Castri Radulfi, fidelitatis juramentum erga Ecclesiam Romanam, specialiter quoad burgum Dolensem, cujus custodiam idem dominus ab Ecclesia Romana tenebat, praestitisse; inserta sub sua bulla forma juramenti ab eodem domino praestiti. — (REG. 18, f. 353 r°; ann. XI, c. 369.)

« Universis presentes litteras inspecturis. Significante

olim nobis dilecto filio .. abbate monasterii Dolensis quod, cum domini Castri Radulfi qui pro tempore fuerunt in eo, pro custodia burgi et Dolensis monasterii, ad nos immediate spectantis, consueverint fidelitatis juramentum Ecclesie Romane prestare, nobilis vir Guillelmus de Calviniaco, dominus Castri Radulfi, Bituricensis diocesis, non praestiterat hujusmodi juramentum, licet felicis recordationis II[onorius] papa [III], predecessor noster, bone memorie .. Nivernensi episcopo et conjudicibus suis propter hoc direxerit scripta sua¹ : nos eidem episcopo², et quondam [...] abbati Sancti Benedicti Floriacensis et .. priori de Caritate³ dedimus nostris litteris in mandatis ut eundem nobilem ad prestandum juramentum ipsum in eorum manibus, Ecclesie Romane nomine, juxta formam quam eis sub bulla nostra misimus interclusam, per censuram ecclesiasticam coartarent. Eodem igitur episcopo interim rebus humanis exempto, et venerabili fratre nostro .. Nivernensi episcopo illi in honore ac onere succedente, dictisque abbate ac priore committentibus aliis totaliter vices suas, idem tandem nobilis, citatus ab eis, secundum prefatam formam juramentum praestitit memoratum, prout dictus episcopus suis nobis litteris intimavit. Nos autem formam dicti juramenti duximus in memoriam presentibus annotandam; que talis est :

4050

[Formula juramenti fidelitatis erga Romanam Ecclesiam a Guillelmo de Calviniaco, domino Castri Radulfi, praestiti, haec est⁴:]

« Ego Guillelmus, filius quondam Andree de Calviniaco, dominus Castri Radulfi [etc. ut supra, sub numero 1397, usque :] hec sancta Dei evangelia⁵. »

« Dat. Laterani. V kalendas februarii, anno undecimo. »

1. PRESSUTI, t. I, p. 277, n° 1665, bulle du 3 novembre 1218; cf. *ibid.*, t. I, p. 276, n° 1659, bulle du 29 octobre 1218.

2. *Eidem* n'est pas exact; la bulle d'Honorius III, du 3 novembre 1218, est adressée à l'évêque *Guillelmus* (1202-1221), et celle de Grégoire IX, du 29 mars 1228, a pour destinataire l'évêque *Reginaldus* (1223-1230).

3. Cf. *supra*, n° 1396.

4. REG. 18, fol. 353 r°.

5. Le texte, de part et d'autre, est exactement le même, sauf la variante *pro posse meo* (n° 4050), au lieu de *si potero* (n° 1397), et l'absence de date pour le n° 4050; il est à noter que les deux

-4051

La Charité-sur-Loire, 20 avril 1232.

Radulfus, episcopus Nivernensis, Gregorio nono papae si-
gnificat Guillelmum de Calviniaco, dominum Castri Radulfi,
fidelitatis juramentum erga Ecclesiam Romanam, specialiter
quoad burgum Dolensem, cujus custodiam idem dominus ab
Ecclesia Romana tenebat, praestitisse; insertis ejusdem Gre-
gorii papae de eadem re litteris, nec non et juramenti ab
eodem Guillelmo de Calviniaco, domino Castri Radulfi,
praestandi formula. — (REG. 18, f. 353 r^o; ann. XI, c. 370;
— cf. *supra*, n^o 1395.)

« *Littere .. episcopi Nivernensis ad dominum papam* 1.
Sanctissimo patri suo ac domino singulari Grego-
rio [etc., ut supra, in litteris sub numero 1395 notatis,
usque :] Vestre litteras Sanctitatis [etc., ut supra, in
eisdem litteris, usque :] cognovimus sub hac forma :

-4052

Latan, 29 mars 1228.

[Gregorius papa nonus [Reginaldo], episcopo Nivernensi,
abbati Sancti Benedicti Floriacensis et priori de Caritate
mandat quatenus, si Guillelmum de Calviniaco, dominum Castri
Radulfi, mandatum apostolicum de fidelitatis juramento
erga Romanam Ecclesiam quoad custodiam burgi et monas-
terii Dolensem praestando, neglexerit adimplere, eum ad
idem juramentum praestandum cogant. — (REG. 18, f. 353 r^o;
— cf. *supra*, n^o 1396.)]

« Greg[orius] etc., venerabili fratri .. episcopo Ni-
vernensi, et dilectis filiis .. abbati Sancti Benedicti
Floriacensis et .. priori de Caritate, Aurelianensis
et Antisiodorensis diocesum, salutem etc. 2. Ad au-
dientiam nostram [etc., ut supra, in litteris sub nu-
mero 1396 notatis, usque :] appellationem remota,
ju[sticia] me[diante], co[gnatis]. Proviso ne in terram
ipsius nobilis etc. Quod si non omnes etc. Dat. La-
terani, IIII kalendas aprilis, anno secundo. »

« Forma vero fidelitatis a nobili memorato [etc.,

ut supra, in litteris sub numero 1395 notatis, usque :]
inspeximus, talis erat :

-4053

[Latan, 29 mars 1228.]

[Qua forma Guillelmum de Calviniaco, dominum Castri Ra-
dulfi, Ecclesiae Romanae fidelitatem promittere debeat, praep-
cipue quoad burgum Dolensem defendendum 1 :

« Ego Guillelmus 2, filius quondam Andree de Cal-
viniaco, dominus Castri Radulfi, ab hac hora in antea
etc., ut supra, usque : et hec sancta Dei evangelia.
» Dat. Laterani, IIII kalendas aprilis, anno secundo 3. »

« Verum ex morte predecessoris predicti [etc., ut
supra, in litteris sub numero 1395 notatis, usque :]
consignatas. Dat. apud Caritatem, proxima die martis
post octavas Pasche, anno gratie M^oCC^oXXXII^o, mense
aprilis. »

-4054

Latan, 26 janvier 1238.

Abbati de Insula, Vulturnanae diocesis, nec non archiep-
iscopo de Sexto, Florentinae, et de Sco, Fesulanae dioecesium,
scribit ablatum monasterii Sanctae Trinitatis de Alphi-
bus, Aretinae diocesis, fratribus ordinis Praedicatorum
apud Aretinam, habentibus ecclesiam sibi « non multum ac-
commodam, cum loci qualitas distemperantiam corporum
frequenter » induceret, in quadam ecclesia ejusdem monas-
terii Sanctae Trinitatis, quam habebat Aretii, proponisse
providere, « dummodo commutationis contractui Apostolice
Sedis auctoritas impenderet firmamentum »; unde eis
mandat quatenus sic dent ad hanc commutationem facien-
dam licentiam, « quod spiritualia cum spiritualibus et tem-
poralia cum temporalibus, quantum licitum fuerit fratri-
bus possidere », commutentur; « proviso ut sic in hiis a
spiritualibus temporalia discreta distinctio separet, quod
contractus ad invicem minime se contingant. » — (REG. 18,
f. 353 v^o; ann. XI, c. 371.)

« .. abbati de Insula, .. de Sexto et .. de Sco archiep-
-

copies insérées dans le *Registre* portent : « Si potero (ou : pro
posse meo) remanere faciam », et que remanere doit être une
mauvaise lecture pour remanare. — Cette pièce se trouve in-
sérée, en outre, dans le *Liber Censusum*, édition FABRE [et DU-
CHESNE], t. I, p. 285, pièce XLVIII a [avec la même leçon rema-
nere]. Elle avait été publiée une première fois, d'après le *Liber
Censusum*, par MURATORI, *Antiquitates*, t. IV (1741), p. 243.

1. Ce n'est ici que la répétition pure et simple de la pièce 1395
du *Registre* (ann. VII, c. 181), ainsi que de celles qui y sont vi-
dimées.

2. Répétition pure et simple de la pièce 1396 du *Registre*.

1. REG. 18, f. 353 v^o.

2. Cette formule est celle qui se trouve déjà imprimée plus
haut, sous le numéro 1397, et répétée, postérieurement à la pres-
tation du serment, sous le numéro 4050.

3. Il a été noté plus haut (tome I, col. 784) que, par ce *Dat.*, il
faut entendre la date de l'expédition de la *forma fidelitatis*, par
Grégoire IX, à l'évêque de Nevers, quelle que puisse être d'ail-
leurs la date à laquelle le serment de fidélité aura été effective-
ment prêté.

biteris, Viterane, Florentine et Fesulane diocesum. Fratres ordinis Predicatorum —. Dat. Laterani, VII kalendas februarii, anno undecimo. »

4055

Latran, 13 janvier 1238.

Henricum, ducem Zlesiae, iterum rogat et monet ut a persecutione Wratislaviensis ecclesiae de cetero penitus conquiescat et hominibus ejusdem collectam indebite extortam restituat; alioquin ipse papa abbatu de Andrevio, Cracoviensis diocesis, et decano cantorie Cracoviensibus mandat ut ipsium ducem a molestatione hujusmodi per censuram ecclesiasticam compescant. — (REG. 18, f. 353 v°; ann. XI, c. 372; — POTTHAST 10497; — cf. *supra*, n° 3911.)

« *Nobili viro Henrico, duci Zlesie.* Sperabamus quod salubribus —. Dat. Laterani, idibus januarii, anno undecimo. »

4056

Latran, 27 janvier 1238.

Regi Hungariae nuntiat se Strigoniensi et Colocensi archiepiscopis, episcopo Perusino, Apostolicae Sedis legato, et universis episcopis per Hungariam constitutis¹ mandasse ut contra perfidum Assanum et ejus terram praedictum verbum crucis, illa « crucesignatis illic in personis vel rebus laborantibus », ab ipso papa indulgentia concessa, « que conceditur transeuntibus in subsidium Terre Sanctae »; eum rogat et exposcit ut exurgat in adiutorium Christi; ei et universis vere poenitentibus et confessis, qui cum ipso labore istum in propriis personis subierint et expensis, plenam peccatorum veniam indulget, ac terram ejusdem Assani, haeretica pravitate infectam, exponit, prout statutum erat in concilio generali, ipsi et aliis catholicis occupandam. — (REG. 18, f. 353 v°; ann. XI, c. 373; — MOREAU 1191, f. 461; *ibid.* 1192, f. 261, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10508; — cf. *supra*, n. 3691, 3695 et 3720.)

« .. *illustri regi Ungarie.* Supremus opifex, qui —. Dat. Laterani, VI kalendas februarii, anno undecimo. »

4057

Latran, 27 janvier 1238.

Baldinum, filium et heredem Petri, imperatoris Constantinopolitani, certiorum facit de praecedentibus litteris ab ipso papa ad regem Hungariae directis, sub numero 4056 notatis; eum monet et hortatur quatenus, « attendens quod, nisi » eidem imperio [Constantinopolitano] celeriter succurratur,

1. Cf. *infra*, n. 4059-4064.

» interveniente mora, vix ei valeat subveniri », — ne succursum ejusdem imperii per ipsum Baldinum impediri contingat, id juris quod ad ipsum in terra Assani pertineat, in manu Romanae Ecclesiae ponere non postponat, ut Sedes Apostolica provideat exinde prout utilitati et necessitati ejusdem imperii expedire constiterit; ipsi papae super hoc patentes suas litteras per latorem praesentium sine mora transmittat. — (REG. 18, f. 354 r°; ann. XI, c. 374; — MOREAU 1191, f. 165; *ibid.* 1192, f. 268, *omissio initio*, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10506.)

« *Nobili viro Bald[ui]no, nato et heredi clare memorie P[et]ri, imperatoris Constantinopolitani.* Miserabilem statum imperii —. Dat. Laterani, ut supra. »

4058

Latran, 27 janvier 1238.

Episcopo Perusino, receptis ejus litteris, respondet se ipsum papam regem Hungariae obscurare ut exurgat in adiutorium Christi, contra perfidum Assanum, [dominum Blachorum et Bulgarorum], et terram ejus forti manu se accingens; ei significat se illam eidem regi et universis vere poenitentibus et confessis, qui laborem hujusmodi in propriis personis subierint et expensis, indulgentiam largiri, quae concedebatur transeuntibus in subsidium Terrae Sanctae, ac ipsius Assani terram praedictam regi et aliis catholicis exponere occupandam; imponat illud praedictum regi in suorum veniam peccatorum. — (REG. 18, f. 354 v°; ann. XI, c. 375; — POTTHAST 10505.)

« .. *episcopo Perusino.* Devotionis tuae litteras —. Dat. ut supra. »

4059

Latran, 27 janvier 1238.

Universis episcopis per Hungariam constitutis mandat quatenus praedictum per suas dioeceses verbum crucis contra praedictum perfidum Assanum, qui, ab Ecclesiae unitate recedens, haereticos in terra sua receptabat et defendebat; illa indulgentia universis crucesignatis qui contra eundem Assanum se accinxerint, concessa, quae transeuntibus in subsidium Terrae Sanctae concedebatur. — (REG. 18, f. 354 v°; ann. XI, c. 376; — POTTHAST 10507.)

« *Universis episcopis per Ungariam constitutis.* Sacratissimam Petri sedem —. Dat. ut supra. »

4060. — In eundem modum .. *episcopo Perusino, Apostolicae Sedis legato.* [Ei mandat quatenus contra dictum Assanum et

1. Avec l'incipit : « Sanctissimam Petri sedem. »

ejus terram et ipse praedict et praedicari faciat per totam Hungariam verbum crucis. — (REG. 18, f. 354 v°.)

4061. — In eundem modum .. *episcopo Geurienst.*

4062. — In eundem modum .. *episcopo Zagabriensi.*

4063

Latran, 27 janvier 1238.

« In eundem modum .. *archiepiscopo Colocensi.* [Ei mandat eadem, et praecipit insuper quatenus regem Hungariae, cui ipse papa super hoc scripta sua dirigit, inducat ut contra praedictum Assanum exurgat. | Dat. ut supra. »

4064. — In eundem modum .. *archiepiscopo Strigoniensi.*

4065

Latran, 27 janvier 1238.

Capitulo Polensi, qui magistrum W., archidiaconum Polensem, capellannum R[aynerii], Sanctae Mariae in Cosmidin diaconi cardinalis, in Polensis ecclesiae episcopum elegerant, significat se hanc electionem, — quam ipse papa, cum illam non invenisset canonicè celebratam, non personae, sed electionis vitio, irritaverat, — cum in priori consensu, elapso jam triennio, perduravissent, denique confirmare, eisque mandat quatenus eidem episcopo obedientiam debitam exhibeant. — (REG. 18, f. 355 r°; ann. XI, c. 377; — POTTHAST 10510¹.)

« *Capitulo Polensi.* Polensi ecclesia destituta — Dat. Laterani, VI kalendas februarii, anno undecimo. »

4066

Latran, 5 février 1238.

Episcopo et decano Burgensibus, nec non et abbati de Palazolo (= Palazuelos), Palentinae dioecesis, late scribit de injuriis et offensis priori et conventui clericorum domus militiae Sancti Jacobi de Veles a magistro et militibus ejusdem domus illatis, eisque mandat quatenus, super his inquisita veritate, et praedictis priore clericisque ad ea de quibus ipsos invenerint spoliatos, restituitis, in eadem domo corrigenda et reformanda reformet et corrigan; adjectis aliis mandatis rem eandem contingentibus. — (REG. 18, f. 355 r°; ann. XI, c. 378.)

« .. *episcopo et .. decano Burgensibus, et .. abbati de Palazolo, Palentine dioecesis.* Ex insinuatione dilectorum

1. Avec l'incipit : « Dilectis filiis capitulo »; c'est l'adresse même, telle qu'elle est imprimée par THEISER, *Vetera monumenta Saborum meridionalium*, t. I, p. 76, n° 92, que POTTHAST a prise pour l'incipit. — A noter encore que le personnage désigné par la lettre W dans le *Registre* (et, d'après le *Registre*, dans THEISER), est représenté dans POTTHAST par l'initiale P.

filiorum .. prioris et conventus clericorum domus militiae Sancti Jacobi de Veles nos noveritis accepisse quod, cum olim in domo eorum magnus clericorum consueverit esse conventus, in quo vigebat honestas ordinis et observantia regularis, nunc, per oppressiones multiples a .. magistro et militibus domus ejusdem clericis ipsis illatas, conventus ipse jam defecit in tantum, quod vix adicere poterit ut resurgat¹. Proponitur siquidem quod, [cum,] post multa gravamina que dicti magister et milites, contra Deum et in Apostolice Sedis contemptum, priori et clericis irrogarant, ausu nephario deponendo priorem et gravem ei penitentiam imponendo, pro eo quod olim accessit ad concilium generale, ipsosque decimis, possessionibus et rebus aliis spoliando, propter quod multo ex eisdem clericis, tolerare talia non valentes, se ad religiones alias transtulerunt, aliis tandem auctoritate apostolica restituitis, fuisset super hiis et aliis in bone memoria [..] Sabinensem episcopum, tunc Apostolice Sedis legatum, juramento hinc inde prestito, compromissum : idem episcopus, quandam ordinationem faciens, quam sub interminatione anathematis et dampnationis eterne perpetuo servari mandavit, ipsos ad possessiones et decimas restituit supradictas. Sed, eo de illis partibus recedente, licet in ordinatione ipsa quaedam statuta fuissent in eorundem prejudicium clericorum, et contra tenorem privilegii eis ab Apostolica Sede concessi, sicut apparere dicitur ex declaratione nostra postmodum subsequuta : dicti tamen magister et milites, juramenti religione contempta, denuo clericos ipsos non solum decimis et possessionibus supradictis, sed etiam potestate eligendi priorem et clericos, et quibusdam aliis juribus, contra jus et antiquam consuetudinem ac ordinationem predictam, temere spoliarunt; nec hiis contenti, laicos clericis inordinabiliter preferentes, compellunt clericos ad obedientiam laicis impendendam, et penitentiam quam prior vel alius sacerdos alicui de ordine pro suis culpis injungit, ab eodem priore vel sacerdote, si etiam causa subsistat, relaxari vel commutari minime patiuntur; sed, quod deterius est, ponunt hoc in potestate cujuslibet laici, ad domus custodiam deputati. Cumque, nomine [..] supprioris et conventus clericorum domus predictae, super observatione ordinationis ejusdem ad venerabilem fratrem nostrum .. Conchensem episcopum littere nostre fuerint impetrate, dicti magister et milites, etsi eis sufficere potuissent quod processum non extitit per eandem, pretextu cujusdam compositionis a quodam

1. Cf. PSAL, XL, 19; etc.

priore ab eis intruso, sine consensu majoris et sanioris partis conventus, presumpse, quam contra ipsas litteras causa diflugii pretenderunt, eidem tamen suppriori, pro impetratione litterarum ipsarum, gravissimam imponere penitentiam presumptione dampnabili presumpserunt, faciendo eum ad pedes ipsorum viliter in terra sine mappis comedere, ita quod canem vel gattum non auderet arce, si accederet ad scutellam. Preterea, cum olim a [...] magistro et [...] priore domus ejusdem provide fuerit ordinatum ibidem ut clerici iuxta altare consequerentur¹ milites, et in fine populus ad divina officia resideret, novissime dictus magister, voluntate preposita rationi, mandavit ut iuxta altare fierent stalla militum et in fine ecclesie clericorum; propter quod fuit ad nostram audientiam appellatum. Nolentes igitur perversitates hujusmodi sustinere, mandamus quatenus —, dictis priore ac clericis ad ea de quibus ipsos inveneritis contra justitiam spoliatis, sicut justum fuerit, restitutis, super aliis quod canonicum fuerit, appellatione postposita, sta[tuatis], cor[r]igentes] et refor[mantes]² ibidem que correctionis et reformationis officio noveritis indigere. Ne vero mandatum nostrum remaneat imperfectum, non permittatis clericis a dictis magistro et militibus impediri quominus hujusmodi prosequantur negotium, et duobus vel tribus clericorum ministrari de bonis dicte domus expensas ad hoc necessarias faciatis —. Dat. Laterani, nonis februarii, anno undecimo. »

4067

Lateran, 27 janvier 1238.

Episcopo Spirensi monasterii de Ottenhein (= Odenheim), ordinis beati Benedicti, — propter culpam quorundam monachorum ipsius, qui correctionem abbatis contemnebant et regularem disciplinam effugiebant, in spiritualibus et in temporalibus graviter deformati, — correctionem et reformationem committit. — (REG. 18, f. 355 v°; ann. XI, c. 379.)

« .. episcopo Spirensi. Habentes in desideriiis —. Dat. Laterani, VI kalendas februarii, anno undecimo. »

4068

Lateran, 29 janvier 1238.

Archiepiscopo Lundensi et episcopo Roskildensi significat [Waldemarum], regem Danorum, ab ipso papa petivisse ut,

1. Ms. : consequentur.

2. On pourrait lire également : « sta[tuantes], cor[r]igatis] et refor[matis] ibidem... »

cum inter reges Danorum, ex una parte, et Sclavos, ex altera, gravis discordia sit et fuerit, ei, pro reformanda inter ipsos concordia, liceat quamdam nepem suam, [Mariannam nomine], Bjarnimo, duci Pomeraniae, cui eadem in quarto gradu attinere dicebatur, tribuere in matrimonium; quare eis mandat quatenus, inquisita super praemissis veritate, quod invenerit, Sedi Apostolicae rescribant, ut ipse papa quod super hoc expedire viderit, disponere possit. — (REG. 18, f. 355 v°; ann. XI, c. 380; — POTTHAST 10512°, *omissio initio*; — RODENBERG 721.)

« .. archiepiscopo Lundensi et .. episcopo Roskildensi. Karissimi in Christo —. Dat. Laterani, III kalendas februarii, pontificatus nostri anno undecimo. »

4069

Lateran, 28 janvier 1238.

Regi Daciae petenti concedit ut de qualibet ecclesia cathedrali regni Daciae unum canonicum quem sibi noverit opportunum, pro utilitate ejusdem regni vel ipsius personae necessitate, valeat in suo « servitio retinere, ita tamen quod » iidem canonici « prebendarum suarum proventus integre » percipiant, ac si personaliter in suis ecclesiis residerent, » distributionibus quotidianis exceptis, que consueverunt » duntaxat servitibus exhiberi ». — (REG. 18, f. 355 v°; ann. XI, c. 381; — MOREAU 1191, f. 466.)

« .. illustri regi Dacie. Regalis devotionis sublimitas —. Dat. Laterani, V kalendas februarii, pontificatus nostri anno undecimo. »

4070

Lateran, 9 février 1238.

Electo Oscensi mandat quatenus quosdam milites regni Aragonum cogat ut quasdam colligationes quas inter se fecerant, ex quibus in eodem regno impediatur prosecutio negotii fidei, dissolvant. — (REG. 18, f. 355 v°; ann. XI, c. 382; — MOREAU 1191, f. 477.)

« .. electo Oscensi. Sua nobis karissimus in Christo filius noster .. Aragonum rex illustris petitione monstravit quod quamplures milites terre sue, negotii fidei Christianae prosecutionem impedire dampnabiliter machinantes, colligationes et societates inter se facere ac de mutua defensione juramenta prestare illicite non verentur, considerantes quod, si dictus rex vellet eos ad dissolvendum societates hujusmodi cohercere, per consequens retardaretur propositum fidei vel forsitan penitus deperiret. Nolentes igitur quod occasione hujusmodi negotium fidei valeat impediri, mandamus quatenus si est ita, dictos milites ut colligationes et

societates predictas dissolvant, non obstantibus juramentis eisdem, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas], et, in eos qui tales societates de cetero inire presumpserint, ex quibus possit negotium fidei impediri, auctoritate nostra generalem excommunicationis sententiam proferre procurans, ipsam eadem auctoritate facias, appellatione remota, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari; contra[dictores etc.; n]on¹ obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. Laterani, V idus februarii, anno undecimo. »

4071

Lateran, 11 février 1238.

Eidem mandat quatenus, — rege Aragonum metiente « in » finibus regni sui per diversas partes exortam esse zizaniam » hereticè pravitas », — in praedictis partibus inquisitionem contra haereticos faciens, contra eos juxta constitutionem super hoc ab ipso papa editam procedat. — (REG. 18, f. 356 r^o; ann. XI, c. 383.)

« Eadem. Cum, sicut karissimus —. Dat. Laterani, III idus februarii, anno undecimo. »

4072

Lateran, 10 février 1238.

Episcopo Herdensi significat se eum a vinculo quo Herdensi ecclesiae tenebatur, absolvisse, et ecclesiae Terraconensi providisse in pastorem; unde ei mandat quatenus eidem Terraconensi ecclesiae utiliter precesse et prodesse studeat. — (REG. 18, f. 356 r^o; ann. XI, c. 384.)

« .. episcopo Herdensi. Presentate nobis per dilectos filios .. camerarium et Jacobum de Pratis, canonicos ecclesie Terraconensis, capituli ejusdem ecclesie littere continente quod, facta nuper resignatione procuracionis ecclesie Terraconensis, quam dilecto filio G., sacriste Gerundensi, duximus committendam, idem capitulum, convocatis, prout fieri consuevit, ejusdem ecclesie suffraganeis, et aliis qui volebant, debebant et poterant interesse, providendi, vice totius capituli supradicti, eidem ecclesie de pastore, tibi et venerabili fratri nostro .. episcopo Cesaraugustano, ac dilectis filiis F., preposito, B., camerario et A., precentori Terraconensibus, sub certa forma unanimiter contulit potestatem —. Qui — totum negotium ad Sedem Apos-

tolicanam transtulerunt. Nos igitur — te ipsi ecclesie providendum duximus in pastorem, a vinculo quo tenebaris ecclesie Herdensi penitus absolventes. Quocirca mandamus quatenus, ad sedem Terraconensem te transferre procurans, ecclesie predictae, auctore Domino, utiliter precesse studeas et prodesse —. Dat. Laterani, III idus februarii, pontificatus nostri anno undecimo. »

4073

Lateran, 10 février 1238.

« In eundem fere modum capitulo Terraconensi, (Eis significat se episcopum Herdensem ipsorum ecclesiae providisse in pastorem, eosque monet et hortatur quatenus debitam obedientiam et reverentiam eidem exhibeant, aliasque ejus monitis et mandatis intendant « humiliter et devote. Alioquin sententiam quam idem rite tulerit in rebelles », ipse papa ratam habebit et faciet observari.) Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 356 r^o.)

4074. — In eundem modum suffraganeis ecclesie Terraconensis.

4075. — In eundem modum clero Terraconensi.

4076. — In eundem modum .. populo Terraconensi, usque : humiliter et devote¹.

4077

Lateran, 11 février 1238.

Abbati de Cubis, Waradiensis dioecesis, abbati Sancti Johannis, Ultrasilvanæ dioecesis, et praeposito Waradiensis mandat quatenus inter monasterium de Almas, ordinis sancti Benedicti, Ultrasilvanæ dioecesis, et Ladislaum dictum comitem, ejusdem dioecesis, judicium faciant. — (REG. 18, f. 356 r^o; ann. XI, c. 385; — POTTHAST 10518.)

« .. de Cubis et .. Sancti Johannis abbatibus, Waradiensis et Ultrasilvanæ dioecesium, et .. praeposito Waradiensis. Lacrimabilem dilectorum filiorum —. Dat. Laterani, III idus februarii, anno undecimo. »

4078

Lateran, 9 février 1238.

Episcopo Silvanectensi, abbati Compendiensi (= Sancti Corneli Compendiensi), et fratri Wilhelmo de Lingonis, ordinis Praedicatorum, mandat quatenus, convenientes Parisius, negotium electionis decani Belvacensis in Belvacen-

1. C'est-à-dire sans la clause : « Alioquin sententiam quam idem rite tulerit in rebelles » etc.

sum episcopum, contra quam electionem nonnulli de Belvacensi capitulo, qui in decanum Parisiensem in scrutinio consenserant, ad Apostolicam Sedem appellarant, examinent et sufficienter instructum ad examen apostolicum remittant. — (REG. 18, f. 356 v°; ann. XI, c. 386; — MOREAU 1191, f. 170; — cf. *supra*, n° 3607.)

« .. episcopo Silvacencensi, .. abbati Compendiensi, Nuessionensis diocesis, et fratri Willelmo de Lingon[is], de ordine fratrum Predicatorum. Ecclesia Belvacensi vacante, et electione de [...] decano Belvacensi in episcopum ejusdem ecclesie celebrata. P., archidiaconus, et magister Andreas], canonicus ipsius ecclesie, pro se, contra electionem eandem, pro hiis vero qui decanum eundem elegerant, magistri Th., canonicus Belvacensis, et P. de Sparnaco, procuratores eorum qui ele[ge]re decanum, ad Sedem Apostolicam accesserunt. Eis igitur in nostra presentia constitutis, pro electione decani fuit propositum a procuratoribus supradictis, quod, bone memorie .. Belvacensi episcopo viam universae carnis ingresso, et die ad eligendum a capitulo assignata, vocatisque omnibus evocandis, prefixa die, qui voluerunt et poterunt interesse, presentes personaliter, et quidam, justo impedimento detenti, pro procuratores constitutos canonice extiterunt. Quibus in capitulo congregatis et, sicut moris est, Spiritus Sancti gratia invocata, post tractatus varios et diversos, cum per aliam viam ecclesie provideri non posset, ad scrutinium est devenit, duplici prius appellatione a duobus de canonicis interjecta, una videlicet ne fieret electio, nisi canonica, et altera ne ineligibilis eligeretur ab eisdem: quibus sic interpositis, assumpti fuerunt tres de collegio, unus sacerdos scilicet, diaconus alius et tertius subdiaconus, fide digni; et, ne scrutatores ipsi possent in alienius injuriam sua vota mutare, partemque facere quam vellent, per sua vota majorem, fuit in capitulo ordinatum ut scrutatorium quilibet secreto per se, antequam ad scrutinium veniret, sub cera reconderet in cedula votum suum. Hiis ita gestis, prefati scrutatores, ad scrutinium procedentes ac vota cunctorum exquirentes, secreto et singillatim vota propria suo ordine, duo videlicet a tertio, sunt scrutati; et, rite scrutinio consum[m]ato, cunctorum vota in scriptis redacta mox publicaverunt presentibus fratribus in communi; ex quo tandem apparuit quod, de triginta novem canonicis qui, tum per se tum per procuratores, erant presentes, triginta in decanum eundem, ac sex in [...] decanum Parisiensem direxerant vota sua, et tres fuerunt¹ in suis consensibus singu-

lares; factaque publicatione votorum et collatione canonica subsecuta, hiis qui in decanum consenserant Belvacensem, rogaverunt et monuerunt predictos sex, qui videbantur ab aliorum unitate recedere, ut cum eis eligerent et ecclesie providerent. Cum autem illi, nolentes acquiescere, recessissent, predicti triginta, et duo alii, qui fuerant in suis consensibus singulares, tanquam pars major et sanior, volentes ecclesie providere, rogaverunt .. thesaurarium Belvacensem, qui tunc erat major in capitulo, et ei potestatem etiam concesserunt ut, vice omnium qui in decanum Belvacensem consenserant, ipsum nominaret et eligeret in episcopum et pastorem. Idem vero thesaurarius, utens sibi potestate concessa, decanum ipsum nominavit et elegit in episcopum ecclesie Belvacensis: ipseque, multa devictus precum instantia, electioni de se facte consensit. Quare dicti magistri Th. et P. nobis humiliter supplicarunt ut, cum venerabilis frater noster .. Remensis archiepiscopus, loci metropolitanus, pro eo quod fuit ad Sedem Apostolicam appellatum ne ad electionis predictae consum[m]ationem procederet, confirmationi hujusmodi supersederit requisitus, ipsam, utpote canonice celebratam, confirmare de benignitate Sedis Apostolice curaremus. Ex adverso vero prefati archidiaconus et magister A[ndreas] proponere curaverunt quod, ecclesia ipsa destituta pastore, adventiente die ad eligendum prefixa, et presentibus in capitulo canonicis qui ad hoc convenerant, et quibusdam qui pro quorundam absentium procuratoribus se gerebant, post multa, demum ad scrutinium est decursum, premissis appellationibus, videlicet ne fieret electio, nisi canonica, et ne quis eligeretur minus idoneus propter diversas curas, insufficientem scientiam, excommunicationem, perjurium vel alium defectum, prinitus interjectis. Votis itaque omnium publicatis, cum appareret sex in prefatum decanum Parisiensem, virum honeste conversationis et vite, ac scientie eminentis, duos in singulares personas, decanum in quandam de electoribus suis, et omnes reliquos in dictum decanum Belvacensem in scrutinio consensisse, idem archidiaconus et pars sua, considerantes quod forma concilii non fuerat observata, eo quod scrutatorium vota minime inquisita fuissent, et quod hiis qui in decanum Belvacensem consenserant, in personam minus idoneam consensissent, utpote ambitiosum, qui, per se ac alios, plures de canonicis, ante electionem suam, sollicitavit ut consentirent in ipsum, insufficientis scientie, duas curas, electionis tempore, absque dispensatione apostolica retinentem, decanatum videlicet Belvacensem et quandam ecclesiam in Anglia, cui cura imminet

1. Pour fuerant?

animarum, et qui, in susceptione decanatus, juraverat quod se infra annum faceret in presbiterum ordinari, nec adhuc se fecerit promoveri, quamquam a tempore juramenti prestiti fere biennium sit elapsum, quique in administratione decanatus se gesserat minus bene, eo quod per ejus negligentiam capituli jura in nemo-ribus, vineis [et] pascuis, remissione justitie, non modicum sunt collapsa, et quod decanus et magna pars eorum qui in eum consenserant, celebrarunt publice ac sollempniter in ecclesia Belvacensi, a bone memorie .. Belvacensi episcopo interdicta: adjecto etiam ab eisdem quod idem decanus, post electionem de ipso factam, premissum interdictum, auctoritate propria, cum quibusdam de residentibus, nulla satisfactione prestata, relaxavit, ac ex eo etiam notam irregularitatis incurrit, quod, cum servientes sui quandam malefactorem in civitate Belvacensi cepissent, ipse malefactorem eundem, ad se adductum, infra septa ecclesie fecit in vinculis custodiri, et requisitus a balivis episcopi Belvacensis ut eis, ad quos pertinebat jurisdictionio, ut dicebant, jandictum malefactorem redderet, pro maleficio quod commiserat, puniendum, dictus decanus, hoc facere pro sua voluntate recusans, vocatis ad se quibusdam laicis, qui nullam in malefactorem ipsum jurisdictionem habebant, illum eis tradidit judicandum, idemque, ab eisdem laicis condemnatus ad mortem, fuit postmodum ab eisdem decani servientibus interfectus, quamquam ipsum decanus potuerit liberare; propter que talis eligi non debebat, tamenque eligentes deberent eligendi potestate privari: ne ad electionem ipsius procederent, veterunt, [et] Sedem Apostolicam appellarunt, se ac jus suum protectioni apostolicæ supponentes; at ipsi, hujusmodi appellatione et prohibitione contemptis, eundem decanum in episcopum Belvacensem, in eorum prejudicium, minus canonicè elegerunt. Quare dicti archidiaconus et magister A[ndreas] supplicarunt instanter ut, quicquid de ipso decano factum est in hac parte, irritum decernerent, ei et parti sue redderemus eligendi liberam potestatem. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, convenientes Parisius, vocatis qui fuerint evocandi, et auditis que super specificatis superius et ea contingentibus, excepta litteratura dumtaxat dicti decani, super qua eum per dilectum filium nostrum O[tonem], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, Apostolicæ Sedis legatum, examinari fecimus diligenter, fuerint proposita coram vobis, negotium sufficienter instructum ad examen apostolicum remittatis, prefigendo partibus terminum peremptorium competentem, quo per procu[ratores]

suffi[cientes] et ido[neos] cum procuratore decani ejusdem compareant coram nobis, justam, auctore Domino, sententiam recepture. Testes autem qui super premissis, exceptis articulis quos vobis, cum confessionibus procuratorum¹ eligentium jandictum decanum, mittimus interclusos², et contingentibus ipsos, fuerint nominati, si se gratia etc.: non obstante indulgentia, si qua fratribus ordinis Predicatorum, ne de causis commissis sibi a Sede Apostolica teneantur cognoscere, est concessa. Quod si non omnes etc., tu, frater episcopo etc. Dat. Laterani, V idus februarii, pontificatus nostri anno undecimo. »

4079

Declaratio articulorum super quibus non sint cogendi testes in processu electionis decani Belvacensis in episcopum Belvacensem, et confessionium quas fecerint procuratores eligentium eundem decanum. — (REG. 18. f. 357 r^o; ann. XI, c. 387; — MOREAU 1191, f. 475.)

« Super articulis et confessionibus procuratorum³ eligentium decanum Belvacensem. »

I

« Isti sunt articuli super quibus non sunt cogendi testes :

« Quod decanus habuit duas curas, electionis tempore, absque dispensatione apostolica, decanatum videlicet Belvacensem et quandam ecclesiam in Anglia, cui cura imminet animarum;

« Item, quod, in susceptione decanatus, juravit quod se infra annum faceret in presbiterum ordinari, nec adhuc promoveri se fecit, quamquam a tempore juramenti prestiti fere biennium sit elapsum;

« Item, quod decanus et magna pars eorum qui in eum consenserant, celebrarunt publice ac sollempniter in ecclesia Belvacensi, a bone memorie .. Belvacensi episcopo interdicta;

« Item, quod decanus ex eo etiam notam irregularitatis incurrit, quod, cum servientes sui quandam malefactorem in civitate Belvacensi cepissent etc., ut supra, usque ; potuerit liberare;

« Item, quod est ambitiosus, utpote qui, per se ac per

1. Ms. : procuratoris. — Cf. n^o 4079, II : « Iste sunt confessiones quas fecerunt procuratores eligentium decanum. »

2. Voy. la pièce suivante.

3. Ms. : procuratoris.

alios, plures de canonicis, ante electionem suam, sollicitavit ut consentirent in ipsum. »

II

« Iste sunt confessiones quas fecerunt procuratores elegantium decanum :

« Confessi sunt quod decanus, in receptione decanatus, juravit quod infra annum se faceret in presbiterum ordinari, sed sub hac conditione, nisi capitulum daret ei licentiam;

« Item, confessi sunt quod non fuit ordinatus infra annum;

« Item, cum dicerent eundem decanum habuisse licentiam a capitulo, et requirerentur quot canonici tunc erant in capitulo, quando habuit licentiam a capitulo, confessi sunt quod tunc fuerunt quod, secundum consuetudinem ecclesie, facere capitulum poterant et debebant, quando fuit licentia concessa, et fuerunt quatuordecim. »

4080

Latran, 24 janvier 1238.

Archiepiscopo Bracharensi, nec non et episcopis et universis aliis ecclesiarum prelati ac religiosis per regnum Portugalie constitutis inhihet ne quis ipsorum excommunicationis et interdicti sententias, quas Salamantinus episcopus et ejus collega in regem Portugalie, Portugalensis ecclesie oppressorem, et in loca ad quae deveniret, quamdiu ibi fuerit, promulgarant, « occasione qualibet relaxare presumat » absque licentia Sedis Apostolice speciali, nisi prius jamdictus rex de manifestis emendat et de dubiis sufficientem « prestiterit cautionem ». — (REG. 18, f. 357 v°; ann. XI, c. 388; — MOREAU 1191, f. 459; — cf. *supra*, n. 1327 et 2753.)

« .. archiepiscopo Bracharensi, episcopis et universis aliis ecclesiarum prelati ac religiosis per regnum Portugalie constitutis. Si quam horribile —. Dat. Laterani, VIII kalendas februarii, anno undecimo. »

4081

Latran, 11 février 1238.

Patriarcha Hierosolymitano, archiepiscopo Tyrensi et episcopo Beritensi mandat quatenus in causa inter principem Antiochenum, comitem Tripolitanum, ex una parte, et magistrum fratrosque Hospitalis Hierosolymitani, ex altera, super castro Maraclee et rebus aliis jamdudum agitata, juxta litteras ad ipsum archiepiscopum Tyrensem ejusque conjudices a Sede Apostolica directas, non obstante tempore post ejusdem principis appellationem jam elapso, procedant. — (REG. 18, f. 357 v°; ann. XI, c. 389; — J. DELAVILLE LE

ROULX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II (1897), p. 522, n° 2181.)

« .. patriarche Hierosolimitano. .. archiepiscopo Tyrensi et .. episcopo Beritensi. Lecta coram nobis dilecti filii nobilitis viri .. principis Antiocheni et comitis Tripolitani petitio continebat quod, cum .. magister et fratres Hospitalis Hierosolimitani eum super castro Maraclee et rebus aliis coram bone memorie .. Valaniensi episcopo auctoritate apostolica convenissent, idem princeps, ex sufficienti gravamine Apostolicam Sedem appellans, ad proseguendam appellationem suam semel et iterum successive suos nuntios ad nostram presentiam destinavit; quorum unus, per ignorantiam facti, cum erraverit in expressione gravaminis propter quod fuerat appellatum, quasdam invalidas litteras reportavit, quibus idem princeps non duxit utendum; alter vero, causam quam debuit appellationis exponens, eam tibi, frater archiepiscopo, et [...] episcopo, tunc electo, et .. archidiacono Sydoniensibus a nobis obtinuit delegari; sed, quia idem episcopus pro ipso principe in eadem causa fuerat advocatus, super quo idem princeps exceptionem partis contrarie formidavit, et dictus archidiaconus ad partes transtulit se remotas, nullus per litteras ipsas habitus est processus, triennio et amplius ab appellationis tempore jam elapso. Sicque dictus princeps jam tertio ad nos recurrere pro causa hujusmodi est compulsus, humiliter supplicans ut, cum ad proseguendam appellationem eandem singulis annis post ipsam suos ad Apostolicam Sedem nuntios destinari, et ideo sibi lapsus hujus temporis ad negligentiam non debeat imputari, presertim cum mare, cujus transitus non nisi certis habet temporibus, impedimentum prestiterit in hac parte, super hoc providere sibi paterna sollicitudine curaremus. Ideoque mandamus quatenus, si est ita, hujusmodi lapsu temporis non obstante, in causa ipsa juxta continentiam litterarum ad te, frater archiepiscopo, et tuos conjudices obtentorum, submoto appellationis obstaculo, ratione previa, procedatis. Testes etc. Non obstante constitutione etc., dummodo ultra tertiam vel quartam [dietam] extra suam diocesim pars altera ad iudicium non taturus —. Dat. Laterani, III idus februarii, anno undecimo. »

4082

Latran, 11 février 1238.

Episcopo Aelensi mandat quatenus ea quae nobilitis mulier E., domina de Antigone, in subsidium Terrae Sanctae in testamento legaverit, faciat ad hoc opus fideliter deputari.

— (REG. 18, f. 358 r^o; ann. XI, c. 390; — MOREAU 1191, f. 479.)

« .. *episcopo Eduensi*. Ex parte nobilis mulieris E., domine de Antigueno, cruce signate, nostro fuit apostolatus reseratum quod eadem anime sue saluti et Terre Sancte succursui cupiens providere, omnes fructus et preventus terre sue, hereditario jure pertinentis ad eam, per triennium, et alia omnia bona sua mobilia, si contigerit ipsam non posse prosequi personaliter votum crucis, predictæ Terre in testamento legavit, prout in litteris super hoc confectis noscitur plenius contineri. Unde, ne id per malitiam nec per tergiversationes aliquorum, in anime sue periculum et detrimentum Terre predictæ, valeat impediri, a nobis humiliter postulavit ut providere super hoc de benignitate Sedis Apostolicæ curarem. Nos igitur — mandamus quatenus, si tibi, qui ejusdem diocesanus existis, vera fore constiterit ut premissis, et ante voti sui prosecutionem premori contingat eandem, vel alio impedimento legitimo detineri, propter quod illud in propria prosequi persona non possit, fructus et preventus jamdictos per prescriptum tempus, ac alia supradicta, prout in litteris prenotatis expressius proponitur contineri, Terre predictæ subsidio facias fideliter deputari —. Dat. Laterani, III idus februarii, anno undecimo. »

4083

Latran, 20 février 1238.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, apostolico legato, supplicationibus regis Angliæ annuens, mandat quatenus archidiacono Mideni, viro provido et litterato, dispensative concedat ut, non obstante defectu natalium quem, de presbytero genitus et soluta, patiebatur, ad episcopalem dignitatem, si ad eam in Hibernia fuerit evocatus, ascendere valeat. — (REG. 18, f. 358 r^o; ann. XI, c. 391.)

« Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicæ Sedis legato. Ex parte karissimi —. Dat. Laterani, X kalendas martii, anno undecimo. »

4084

Latran, 13 février 1238.

Episcopo Novariensi scribit Vercellenses, Vercellensis ecclesiæ persecutores, paenituisse de commissis, eique mandat quatenus, sub debito præstiti juramenti, tam pignoraticiam quam fidejussoriam cautionem de parendo mandatis ipsius

papæ et episcopi Vercellensis ab eis exigat, et postmodum sententias excommunicationis in consiliarios Vercellenses et interdicti in civitatem Vercellensem ab archiepiscopo Mediolanensi latas relaxet; adjectis nonnullis mandatis ad idem negotium pertinentibus. — (REG. 18, f. 358 r^o; ann. XI, c. 392; — cf. *supra*, n. 3539, 3862, 3863 et 3879.)

« .. *episcopo Novariensi*. Sedes Apostolica, cui —. Sane quam graviter nos et Romanam Ecclesiam, immo Ecclesiam pene totam, in persecutione Vercellensis ecclesiæ offenderint Vercellenses, tua fraternitas plene novit, utpote que magnam partem commissorum hujusmodi fide oculata conspexit, et circa correctionem ipsorum prudenter institit, de contingentibus, sicut accepimus, nil omitens. Ipsi enim — statuta quedam seu destitutions potius, contra ipsam ecclesiam et libertatem ecclesiasticam ediderunt, quibus eam multipliciter affligebant, clericis et hominibus suis imponendo collectas et fodrum, ac alias ipsos pene importabiliter aggravando. Et quasi non ista sufficerent ad offensam, peccata peccatis addentes, postquam tam a nobis per litteras, quam a venerabilibus [fratribus] n[ostros] .. Mediolanensi archiepiscopo et .. Penestrino episcopo, tunc Apostolicæ Sedis legato, te ipso, .. Yporiensi et .. Taurinensi episcopis presentibus, fuerunt moniti diligenter ut statuta ipsa de suis capitularibus amoverent, miserunt ad terram eorundem episcopi et ecclesiæ multitudinem armatarum, qui, animalibus et rebus hominum suorum abductis in predam, duo castra ejusdem episcopi occuparunt; propter quod dictus archiepiscopus Ottonem de Mandello, tunc potestatem ipsorum, et omnes consiliarios Vercellenses auctoritate nostra excommunicatos publice nuntiavit, ac civitatem eorum ecclesiastico supposuit interdicto. Nos quoque iterato predictis Vercellensibus direximus scripta nostra, ut premissa sine difficultate qualibet emendarent, ac satisfacerent de dampnis et injuriis eisdem episcopo et ecclesiæ irrogatis, tibi per alias nostras litteras nichilominus injungentes ut, si ipsi mandatum nostrum negligerent adimplere, tu, faciens eos tanquam excommunicatos ab omnibus artibus evitari, eisdem comeria interdiceres aliorum, et ne quis ipsorum in potestatem vel rectorem assumeretur alicubi, nullusque ad nundinas accederet Vercellenses, neve scolares in civitate ipsa ulterius morarentur —. At ipsi, spiritu ad superbiam obfirmato¹, addentes prioribus graviora, terram ipsius episcopi Vercellensis hostiliter intraverunt, devas-

1. Cf. Dax, V, 40.

tando segetes, succidendo vineas et arbores, cremando edificia et alia crudelia committendo; multosque ex hominibus ecclesie Vercellensis jurare ut potestati et communi Vercellensibus obedirent, et subessent eis quoad jurisdictionem in omnibus, compulerunt. Quare tu contra dictos potestatem et cives juxta mandati nostri seriem processisti. Ipsi vero —, iniquitates iniquitatibus cumulantes, venerabili [fratre] nostro .. episcopo Vercellensi veniendi ad nos in itinere constituto, terram ipsius multiplicato exercitu ingredi presumpserunt, ac, turribus de Andurn[o] et de Clavatia¹ occupatis, et obsesso castro Bugelle² predicti episcopi, multos ex hominibus episcopi duxere captivos; ac nonnullos etiam compulerunt quod sue subessent jurisdictioni, jurare; et, quod est auditu horribile, quasdam destruentes ecclesias ac nephanda multa in pluribus ecclesiis committentes, quamplura monasteria tam civitatis quam diocesis Vercellen[sis], que deferre³ machinas ad obsidendum terras ecclesie, ac quosdam clericos, qui renuerunt coram officialibus potestatis stare iudicio, presumpserunt hanc supponere civitatis, ac recipere quosdam homines et vassallos ecclesie in loco casalis Sancti Evasii et alibi, non absque ipsius gravi prejudicio, in suos habitatores et cives; omnibus clericis generaliter ecclesias defendentibus, hanc et exterminium ac rapinam bonorum omnium comminando; facta nichilominus prohibitione, sub gravi hanc, militibus et popularibus vassallis ecclesie, ac omnibus sue jurisdictioni subiectis, ne quis episcopi adiret presentiam, vel ei prestaret consilium, auxilium et favorem, absque licentia potestatis. Licet ergo graves sint excessus hujusmodi et enormes —, quia tamen — eos penitet de commissis —, et, ad diligentem commotionem tuam, ad mandatum Ecclesie humiliter redeuntes, precise et absolute de stando mandatis nostris et jamdicti Vercellensis episcopi juraverunt: nos — mandamus quatenus —, sub debito prestiti juramenti, et tenutam munitionum ac tam pignoraticiam quam fidejussoriam de parendo precise mandatis nostris et ipsius episcopi, ab eis exigas sufficientem et idoneam cautionem, processurus postmodum ad mandata facienda, que tibi sub bulla nostra mittimus interclusa⁴. Quibus factis et devote repletis, et que adimpleri poterunt, adimpletis, premissas interdicti et excommunicationis sententias,

juxta formam Ecclesie, ac alia interdicta, prohibitiones seu mandata facta contra eos, studeas relaxare. Quod si prestare noluerint hujusmodi cautiones, vel, eis prestitis, mandata recipere seu recepta neglexerint adimplere, tu, eos perjuros per totam Lombardiam faciens nuntiari, procedas contra eos juxta posteriorum directarum ad te continentiam litterarum. Ceterum, cum Oddo predictus, quidam milites et judices qui cum eo in regimine extiterunt, nec non et principales auctores et executores statutorum hujusmodi iuquorum, ac manifesti persecutores ecclesie Vercellensis, quos idem episcopus duxerit nominandos, in hoc gravius ceteris excessissent, nolumus per te latas in eos sententias relaxari, sed ut apostolico se conspectui personaliter representent, absolutionis a nobis beneficium petaturi, ac recepturi mandata que, consideratis circumstantiis, eis duxerimus facienda, data ab eis de parendo precise mandatis nostris, tam pignoraticia et fidejussoria, quam alias sufficienti et idonea cautione. Si vero venire neglexerint infra competentem terminum a te prefigendum eisdem, secundum predictarum litterarum continentiam in eos procedere non postponas. Quod si, propter viarum discrimina vel alias, adire Sedem Apostolicam impedimento legitimo fuerint preediti, ut confundantur in eo in quo tam graviter deliquerunt, recepta ab eis hujusmodi cautione, sic notabiliter et sic publice ipsis in loco ubi magis expedire videris, juxta formam Ecclesie munus absolutionis impendas, et talem penitentiam imponas eisdem, quod se doleant merito talia commisisse. ac facilitas venie incentivum non tribuat delinquendi. Dat. Laterani, idibus februarii, anno undecimo. »

4085

Latran, 13 février 1238.

Eidem, de eadem re scribens, singillatim percenset quae Vercellensibus praecipere debeat. — (REG. 18, f. 359 r^o; ann. XI, c. 393.)

« *Eidem.* Cum in Vercellenses, pro eo quod statuta, seu destitutiones potius, ediderunt contra ecclesiam Vercellensem, et propter manifesta dampna et injurias illatas venerabili fratri nostro .. episcopo Vercellensi et eidem ecclesie, ac clericis et hominibus ipsorum, auctoritate apostolica censura ecclesiastica sit prolata: precipias eis, sub debito prestiti juramenti, ut, omni dilatione ac excusatione cessantibus, universa statuta contra ecclesiasticam libertatem, jura et jurisdictionem spirituales seu temporales, honorem ac libertatem ipsorum episcopi et ecclesie, ac clericorum et

1. Andorno-Cacciorna et Chiavazza, prov. de Novare.

2. Biella, prov. de Novare.

3. Il faut entendre : de ferre renuerunt.

4. Cf. la pièce suivante.

hominum ipsius edita, de capitularibus suis radant, illa vel similia non facturi, et factis cum scriptura vel sine scriptura de cetero non usuri; sed nullius penitus sint valoris: nec extendant manus suas ad jurisdictionem in terris vel locis, seu personis clericorum vel laicorum, ad eundem episcopum pertinentem, vel familiaribus eorundem. Potestas autem et consiliarii pro tempore existentes, in principio regiminis sui, jurant quod non facient statuta hujusmodi et factis non utentur. Item, ut universa statuta et obligationes ac promissiones facta pro potestatibus vel rectoribus seu officialibus eorundem, vel aliquibus personis singularibus servandis indempnibus pro commune, si aliquid dampnum incurrerint ex eo quod iniqua statuta seu precepta vel faciunt aut exequuntur aut servant, penitus de capitularibus suis radant, illa vel similia de cetero non facturi. Item, precipias eis ut mercata restituant, que consueverunt fieri apud Bugellam et Sanctam Agatham, burgos episcopi supradicti, destructis et revocatis omnino mercatis Cabaliace et Sandigliani², que contra illa et in destructionem illorum sunt facta et ordinata; alia non facturi de cetero, in dampnum seu prejudicium ipsius episcopi et hominum suorum, in locis vicinis, contra consuetudinem hactenus approbatam; nec aliquo modo prohibebunt homines civitatis vel alios sue jurisdictioni subjectos, in emendo et vendendo et aliis contractibus, in omnibus mercatis et nudinis ac alibi communicare libere hominibus episcopi memorati; nec predicti episcopi homines a mercatis sue jurisdictionis excludent; et non prohibebunt nec impedient etiam, que in districtu Vercellensi emuntur vel alibi, seu de laboribus vel redditibus clericorum et hominum episcopi predicti proveniunt, seu alias res ipsorum episcopi et clericorum ac hominum, ad loca ipsorum libere ac sine contradictione deferri. Precipias quoque ipsis quod reedificent castellacium prope Verucam, quod ipsi destruxerunt et combusserunt, et tam ipsam quam omnes munitiones, turres, castra et loca ipsius episcopi que occupaverunt, sine mora restituant et in pace dimittant, ac in eo statu reparent, quo occupationis tempore extiterunt; et reedificent ecclesias ac alia pia loca, sicut erant destructionis tempore, que ipsi ausu diabolico destruxerunt; ac restituant et emendent ipsi episcopo omnes predas, collectas, fodra et banna, que abstulerunt et habuerunt a clericis et hominibus ejusdem episcopi: ac plene satisfaciant de dampnis que

idem episcopos et clericos, castellani et homines in domibus, molendinis, edificiis destructis, vineis, arboribus, bladis, captivibus personarum et aliis rebus, per eos seu occasione ipsorum Verellen[sium], subierunt; et de illatis injuriis eidem episcopo et ecclesie satisfaciant competenter; ac, restitutos hominibus quos captivos detinent, libertati, relaxent omnia jura, que receperunt ab hominibus dicti episcopi, ut eis intenderent et quoad jurisdictionem subissent: et absolvant universos qui tenent possessiones ab episcopo, seu habent domicilia in terra et jurisdictione ipsius, quos in suos receperunt habitatores et cives, ab omnibus obligationibus ac promissionibus factis eidem; et eos in pace ipsi episcopo, cum omni honore, districtu et jurisdictione, in terris in quibus consueverunt esse, sine qualibet molestatione dimittant: nec de cetero recipiant aliquos in suos habitatores vel cives in ejus prejudicium, absque requisitione ipsius episcopi et consensu; nec denegent predictis episcopo, clericis et hominibus justitiam exhibere, cum super hoc fuerint requisiti. Precipias quoque ipsis, sub debito prestiti juramenti, ut jura et honores, possessiones et bona episcopi de cetero non occupent vel invadant, nec occupantibus vel invadentibus nullum prestant auxilium, consilium vel favorem, sed [ea] potius manuteneant et defendant. Predicta vero mandata ponantur in libro statutorum communis, nullo unquam tempore removenda. Que potestas, consules vel rectores existentes pro tempore, in principio regiminis sui, jurent se inviolabiliter servaturos et facturos ab aliis observari; nec facient vel fieri permittent aliquatenus contra ea; et successores compellent prestare simile juramentum. Quod si jurare noluerint vel jurati non servaverint juramentum, pro potestate vel consulibus seu rectoribus nullatenus habeantur, et eorum sententie nulle sint ipso jure, nec ad actus legitimos admittantur, nec Vercellenses eis juramento, promissione vel obligatione alia intendere teneantur. Dat. Laterani, idibus februarii, anno undecimo. »

4086

Latran, 15 février 1238.

Eidem mandat quatenus, si potestas et consilium Vercellenses mandatum apostolicum adimplere neglexerint, vide licet ut statuta sua, antequam publicentur, episcopo Vercellensi aut ejus nuntio ostendant, eos ad id compellat. — (REG. 18, f. 359 v^o; ann. XI, c. 394; — MOREAU 1191, f. 483.)

^a *Eilem*. Cum dilectus filius noster G[uifredus].

1. Biella et S. Agata sopra Cannobio, prov. de Novare.

2. Cavaglia et Sandigliano, prov. de Novare.

tituli Sancti Marci presbiter cardinalis, tunc in partibus Lombardie Apostolice Sedis legatus, et ecclesiastice libertati et animarum saluti satagens providere. duxerit provide statuendum ut, ad tollendam omnium suspicionis materiam, ne statuta fierent contra Deum et ecclesiasticam libertatem ac personas ecclesiasticas, statum etiam et honorem ecclesiarum, quodlibet commune in suo statuario ponere teneatur, quod, requisiti super hoc, librum statutorum et ipsa statuta ostendant episcopo loci vel ejus nuntio, et copiam legendi faciant omni anno, ac ad monitionem episcopi eadem studeant emendare, alioquin excommunicationis sententia innotentur, .. potestas et consilium Vercellenses in hoc, sicut accepimus, fuerunt haecenus negligentes. Ut iidem igitur preteritam negligentiam expient diligentia subsequenti, ipsos monendos duximus attentius et hortandos, nostris sibi dantes litteris in mandatis ut statuta sua, antequam publicentur, venerabili fratri nostro .. episcopo Vercellensi et successoribus suis aut eorum nuntiis, juxta dispositionem cardinalis ejusdem, ostendere, ac inspicendi et emendandi copiam facere non omitant. Quocirca mandamus quatenus, si dicti potestas et consilium mandatum nostrum neglexerint adimplere, tu eos ad id, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas. Dat. Laterani, XV kalendas martii, anno undecimo. »

4087. — In eundem fere modum .. *potestati et consilio Verellen[sibus], spirituum consilii sanioris.*

4088

Lateran, 13 février 1238.

Eundem monet quatenus in castigandis Vercellensium excessibus prudenter procedat, et poenas ex culpis juste metiatur. — (REG. 18, f. 359 v°; ann. XI, c. 395.)

« *Eidem.* Licet super relaxatione sententiarum lata- rum in Odonem de Mandello, tunc potestatem, ac alios Vercellenses, culpis eorum exigentibus, tibi sub certa forma nostras litteras destinemus : quia tamen quidam in hoc minus et quidam gravius excesserint, ac per hoc ubi gravior fuit culpa, ibi gravior est exer- cenda vindicta, mandamus quatenus tanquam vir pruden- s et providus poenas metiaris ex culpa, ut secundum quod excessus exegerit, vindicta procedat; aliquas eis penitentias, vel in peregrinationibus seu alias, labo- riosas et notabiles, inflicturus, ipsos ad peragendum eas per censuram ecclesiasticam — cogendo. Dat. Late- rani, idibus februarii, anno undecimo. »

4089

Lateran, 15 février 1238.

Episcopo Vercellensi mandat quatenus potestatem, consi- lium et quosdam alios Vercellenses moneat et inducat ut infra competentem terminum, ab ipso episcopo eis praefigun- dum, ipsi episcopo pro feudis quae ab ecclesia Vercellensi teneant, fidelitatis praestent juramenta; quae juramenta jam infra annum, ab ipso episcopo moniti, praestare non curave- rant; propter quod eisdem feudis se redderant indignos; quod si ipsius episcopi monitis acquiescere noluerint, illos eisdem feudis denuntiet privatos; de quibus feudis tunc ipse episcopus disponat prout ejusdem Vercellensis ecclesiae utili- tati melius viderit expedire. — (REG. 18, f. 359 v°; ann. XI, c. 396.)

« .. *episcopo Vercellensi.* Cum, sicut nobis —. Dat. Laterani, XV kalendas martii, anno undecimo. »

4090

Lateran, 15 février 1238.

Eidem mandat quatenus vassallos ipsius episcopi et eccle- siae Vercellensium, qui, contra ipsius episcopi injunctiones, terram ejusdem ecclesiae manu armata intrantes, auxilium et favorem potestati et communi Vercellensibus impende- rant ad devastandum terras et bona ipsius episcopi ejusque hominum, et ad impugandum et obsidendum castra eccle- siae Vercellensis, feudis quae ab eadem ecclesia tenebant, et quibus se indignos reddiderant, denuntiet auctoritate apostolica privatos; de quibus feudis ipse episcopus postea disponat prout ejusdem Vercellensis ecclesiae utilitati melius viderit expedire. — (REG. 18, f. 359 v°; ann. XI, c. 397.)

« *Eidem.* In nostra proposuisti —. Dat. ut supra. »

4091

Lateran, 20 février 1238.

Regi Angliae, qui libertates, possessiones, dignitates et alia quamplurima ad jus et statum coronae spectantia, in grave praedjudicium Ecclesiae Romanae, ad quam regnum Angliae pertinebat, in plures praelatos, ecclesias et alios magnates Angliae disperserat, mandat quatenus, juramentis et instrumentis publicis de non veniendo contra alienationem, nequaquam obstantibus, alienata revocet. — (REG. 18, f. 360 r°; ann. XI, c. 398; — POTTHAST 10520; — cf. *supra*, n. 1026, 1027, 1868, 1869, et 3511-3513.)

« .. *illustri regi Anglie.* Gravi sumus turbatione —. Dat. Laterani, X kalendas martii, anno undecimo. »

4092

Lateran, 20 février 1238.

« In eundem fere modum *A[thoni], Sancti Nicolai in Carcere*

Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato. |Ei mandat quatenus eidem regi Angliæ injungat ut, juramentis et instrumentis publicis de non veniendo contra alienationem, nequaquam obstantibus, quæ de spectantibus ad jus et statum coronæ alienaverat, ipse rex revocet. |Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 360 r°.)

4093

Latran, 20 février 1238.

« In eundem fere modum *archiepiscopis et episcopis, prelati ecclesiarum et nobilibus viris regni Angliæ.* |Eos de præcedentibus litteris ad Ottonem, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, apostolicum legatum, directis certos facit, eisque mandat quatenus super illa alienationum revocatione ejusdem legati consilio et mandato parere curent. |Dat. ut supra. » — (REG. 18, f. 360 r°.)

4094

Latran, 25 février 1238.

Simoni de Monte Forti, comiti Leicestriæ, qui proposuerat in Terræ Sanctæ subsidium crucem assumere, significat se regis Angliæ litteras recepisse, ex quibus apparebat timeri ne regno Angliæ, undique hostium insidiis circumdato, magnum dispendium immineret, si hoc præsertim tempore idem regnum, ex ipsius comitis absentia, ejus auxilio et consilio relinquere destitutum; unde ei mandat quatenus. « idem regnum auxilii salutaris exhibitione muniens, insidiantium dolos eludens prudentius et fauces elidens, iter » in Terræ predictæ subsidium nequaquam » arripiat, donec mandatum apostolicum speciale super hoc receperit; alioquin indulgentia crucesignatis in concilio generali concessa se noverit cariturum. — (REG. 18, f. 360 r°; ann. XI, c. 399.)

« *Nobili viro Simoni de Monte Forti, comiti Leicestriæ.* Transmissa nobis karissimi —. Dat. Laterani, V kalendas martii, anno undecimo. »

4095. — In eundem modum *nobili viro H[iccar]to, comiti Cornubiæ.*

4096. — In eundem modum *nobili viro Guillelmo de Longespeie, comiti Saresberien[si].*

4097

Latran, 20 février 1238.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, apostolico legato, mandat quatenus super revocandis alienatis a rege Angliæ, super quibus ad ipsum legatum apostolica scripta dirigitur, partes ad amicabilem compositionem inducere studeat; quod si in hoc proficere non poterit, in mandati apostolici executione, pensatis pensandis, procedat, « ne, unde speratur utilitas, consurgat dispendium,

GRÉGOIRE IX, t. II.

» vel ne, dum per effectum justitiæ ad pacis bonum intenditur, magni generetur scandali detrimentum; super quo » est regno Angliæ potissime hoc tempore præcavendum, quo » draco qui ad illudendum gentibus est formatus, insidias » instruit et fauces aperit, ut predictum et alia regna valeat » deglutire ». — (REG. 18, f. 360 r°; ann. XI, c. 400.)

« *Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato.* Sinceritati tue super —. Dat. Laterani, X kalendas martii, anno undecimo. »

4098

Latran, 25 février 1238.

Eidem. — rege Angliæ ipsi papæ supplicante ut cum Willelmo de Ralega, thesaurario Exoniensi, ecclesiis et personis ecclesiasticis regni Angliæ peritili, Sedes Apostolica dispenset quod plura ecclesiastica beneficia, curam habentia animarum, obtinere valeat, ex quibus releverent onera expensarum ei imminuentia, ad quæ onera non sufficiebant beneficia quæ jam tunc habebat, — concedit ut eum eodem thesaurario, nobilitate generis, honestate morum et vitæ ac litterarum scientia conspicuo, de quo ipsius legati litteris magnæ ad Sedem Apostolicam laudes perlatæ erant, et ejus merita ipse legatus plenius scire poterit, super pluralitate beneficiorum, singulis circumstantiis diligenter circumspicis, dispenset sicut viderit expedire. — (REG. 18, f. 360 r°; ann. XI, c. 401.)

« *Eidem.* Digne laudis preconium —. Dat. Laterani, V kalendas martii, anno undecimo. »

4099

Latran, 26 février 1238.

Eidem eidem fere verbis, ejusdem regis supplicationibus annuens, scribit pro Roberto de Lexington, Saresberien[si] canonico, et pro Willelmo de Eboraco, Eboracensi canonico, similiter ecclesiis et personis ecclesiasticis regni Angliæ peritilibus, et quorum merita similiter ipse legatus plenius scire poterit. — (REG. 18, f. 360 v°; ann. XI, c. 402.)

« *Eidem.* Ex parte karissimi —. Dat. Laterani, IIII kalendas martii, anno undecimo. »

4100

Latran, 25 février 1238.

Eidem mandat quatenus, si contra quosdam clericos regni Angliæ plura beneficia habentes, non possit, propter parentum potentiam, sine turbatione regni et scandalo juxta gene-

1. Cf. MATT. XX, 19.

ralis comitum statuta procedi ad praesens, super pluralitate beneficiorum revocanda supersedeat. — (REG. 18, f. 360 v°; ann. XI, c. 403.)

« *Eidem.* Cum, sicut intelleximus —. Dat. Laterani, V kalendas martii, anno undecimo. »

4101

Latran, 22 février 1238.

Eidem. — supplicante Simone Montis Fortis, comite Leijestræ, ut cum magistro Roberto de Valentis, ejusdem comitis clerico, Apostolica Sedes dispenset ut duo beneficia, curam animarum habentia, valeat obtinere. — concedit ut cum eodem clerico, cujus merita ipse legatus plenius scire poterit, super hoc dispenset sicut viderit expedire. — (REG. 18, f. 360 v°; ann. XI, c. 404.)

« *Eidem.* Ex parte dilecti —. Dat. Laterani, VIII kalendas martii, anno undecimo. »

4102

Latran, 13 février 1238.

Archiepiscopo Rothomagensi, — qui, praetextu ejusdam apostolici mandati, sex visitatores ad visitanda monasteria Lugdunensis provinciae deputatos, faciebat per suas litteras evocari, ut monasterio Virziliacensi una cum ipso officium visitationis impenderent, — mandat quatenus cum duobus tantummodo ex eisdem visitatoribus ad visitationem praedicti monasterii procedat. — (REG. 18, f. 360 v°; ann. XI, c. 405; — MOREAU 1191, f. 181.)

« .. *archiepiscopo Rothomagensi.* Dilecti filii .. abbatibus —. Dat. Laterani, idibus februarii, pontificatus nostri anno undecimo. »

4103

Latran, 17 mars 1238.

Abbat et conventui monasterii Sancti Alexii de Urbe, qui quasdam vineas Land.¹, speciaro de Urbe, sub anno censu in perpetuum duxerant habendas, concedit supplicantibus licentiam quattuor petias in eisdem vineis pro certo pretio, in utilitatem ipsorum monasterii Casanarum convertendo, vendendi, heredibus ejusdem Land.², ipsarum vinearum conductoris, assensum suum praebentibus et se obligantibus nihilominus ad praedictum censum perpetuo in futurum

eisdem abbat et conventui persolvendum. — (REG. 18, f. 360 v°; ann. XI, c. 406.)

« .. *abbati et conventui monasterii Sancti Alexii de Urbe.* Ex parte vestra —. Dat. Laterani, XVI kalendas aprilis, anno undecimo. »

4104

Latran, 17 février 1238.

Archiepiscopo Rothomagensi mandat quatenus, cum « abbas Sancti Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis, commisi curam regiminis non possit absque mortis exercere » periculo, propter detestabilem quorundam ex sibi subditis pravitatem », si de hoc ipsi archiepiscopo constiterit, cessionem praedicti abbatis recipiat, et de ejus statu disponere studeat prout ejusdem salutis viderit expedire. — (REG. 18, f. 361 r°; ann. XI, c. 407; — MOREAU 1191, f. 185.)

« .. *archiepiscopo Rothomagensi.* Filiorum Ecclesie solliciti —. Dat. Laterani, XIII kalendas martii, anno undecimo. »

4105

Latran, 6 février 1238.

Archiepiscopo Remensi et fratri Willelmo, ipsius papae penitentiario, mandat quatenus « decimam pecunie, que de redemptione votorum cruce signatorum Remensis provincie, pauperum scilicet, debilibus et infirmorum », quorum eis absolutio sit commissa, ad eorum manus primo devenit, Henrico, comiti Barri Ducis, cruce signato, qui centum milites ducere secum in subsidium Terrae Sanctae vel Imperii Constantinopolitani proposuerat, sed hoc sine magnis sumptibus non poterat adimplere, « ad prosecutionem voti sui, » pro meliori apparatu ad itineris sui principium », persolvant. — (REG. 18, f. 361 r°; ann. XI, c. 408; — MOREAU 1191, f. 468; — POTTHAST 10516.)

« .. *archiepiscopo Remensi et fratri W[illelmo]¹, penitentiario nostro.* Cum dilectus filius —. Dat. Laterani, VIII idus februarii, anno undecimo. »

4106

Latran, 6 février 1238.

Eisdem, de eadem re scribens, mandat quatenus in executione apostolici mandati ad ipsos directi, — videlicet de collectione eorum quae provenirent ex redemptione votorum

1. Landoni? Landulfo? — Cf. *supra*, t. II, col. 815.

2. Landonis? Landulfi?

1. La forme complète de ce nom est donnée par les *capitula* 172 et 299 de la XII^e année.

crucisignatorum provinciae Remensis, pro apparatu Henrici, comitis Barri Ducis, — non obstantibus aliquibus litteris, si quae post concessionem sic eidem comiti factam, ab Apostolica Sede apparuerint impetratae, quae de ipsa concessionem mentionem non facerent, procedant. — (REG. 18. f. 361 r; ann. XI. c. 409; — MOREAU 1191, f. 469; — POTTHAST 10517.)

« *Eisdem*. Cum, sicut ex —. Dat. ut supra. »

4107

Latran, 23 février 1238.

W[illelmo], penitentiario suo, mandat quatenus de bonis quae pro redemptione votorum in diocesi Pictavensi haberi contingerit, portionem congruam, nomine Godefridi de Argentonio, crucisignati, custodiendam, faciat poni in sequestro, ut eidem nobili, cum ad transmarinas partes pervenerit, ibidem in suarum expensarum subsidium tribuatur. — (REG. 18. f. 361 r; ann. XI. c. 410; — MOREAU 1191, f. 488; — POTTHAST 10522; — cf. *supra*, n° 3529.)

« *Eidem penitentiario*. Intellecto dudum quod dilectus filius nobilis vir G[odefridus] de Argentonio, Pictavensis diocesis, crucisignatus, in subsidium Terre Sancte voverit quod illuc duceret viginti milites more regni Francie preparatos, et quod ad hujusmodi perfectionem voti sibi proprie non suppetant facultates, ejusdem precibus inclinati, venerabili fratri nostro .. episcopo Pictavensi dedimus nostris litteris in mandatis ut de bonis quae de vicesima seu tricesima, vel pro redemptione votorum in eadem diocesi haberi contingeret, de consilio suo et prelatorum qui forent ad distributionem dictorum honorum a Sede Apostolica deputati, pars congrua dicto nobili in suarum expensarum subsidium preberetur. Verum, quia, sicut dicitur, renitente dilecto filio nobili viro [...] comite Britannie, cui predicta bona in diocesi prefata percipere fuit ab Apostolica Sede concessum², hujusmodi provisio provenire non potuit, nos, de benignitate solita providere volentes quod idem G. fructum de nostra percepisse gratia gratuletur, mandamus quatenus de bonis eidem quae pro memorata redemptione in ipsa diocesi haberi contingerit, portionem congruam, juxta tuum et prudentem virorum arbitrium, sub tuo et eorum sigillis nomine dicti G. custodiendam fideliter, poni facias in sequestro, ut eidem, cum ad transmarinas partes, Deo duce, pervenerit, ibidem in suarum expensarum subsidium tri-

buatur. Dat. Laterani, VII kalendas martii, anno undecimo. »

4108

Latran, 21 février 1238.

Episcopo et capitulo Paduanis significat se, considerato miserabili statu ecclesiae Paduanae, inhibitionem eis ab Ostiensi episcopo et a Thoma, tituli Sanctae Sabinae presbytero cardinali, tunc Apostolicae Sedis legato, factam, ne ad electionem archipresbyteri vel canonici, seu ad ordinationem dignitatis vel praebendae vacantis aut vacaturae, sine licentia apostolica speciali procederent, velle firmiter observari; eidem episcopo Paduano praecipit ut praesentes litteras in suo capitulo faciat publicari. — (REG. 18. f. 361 r; ann. XI. c. 411.)

« .. *episcopo et capitulo Paduanis*. Considerato miserabili statu —. Dat. Laterani, VIII kalendas martii, anno undecimo. »

4109

Latran, 26 février 1238.

Archiepiscopo Capuano mandat quatenus magistrum Constantinum, canonicum Capuanum, ipsius papa scriptorem, in corporalem possessionem beneficii quod Guido de Insula, ipsius papae subdiaconus et capellanus, in Capuana ecclesia obtinuerat et libere in ipsius papae manibus resignaverat, et quod postmodum ipse papa eidem magistro Constantino contulerat, inducat. — (REG. 18. f. 361 r; ann. XI. c. 412.)

« .. *archiepiscopo Capuano*. Cum dilectus filius —. Dat. Laterani, III kalendas martii, anno undecimo. »

4110

Latran, 17 mars 1238.

Friderico, Romanorum imperatori, scribit quam vanis conatibus enixus fuerit ut Graecos schismaticos ad unitatem catholicam reduceret, eumque rogat quatenus crucisignatis Constantinopolitanae civitati succurrentibus, per suam terram et imperium transitum liberum et securum concedat; magister Gregorius, ipsius papae subdiaconus et notarius, ad eum pro eo negotio mittitur. — (REG. 18. f. 361 v; ann. XI. c. 413; — MOREAU 1191, f. 516; *ibid.*, 1192, f. 288, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10542; — RODENBERG 725.)

« *Friderico*, Romanorum imperatori *semper augusto*, Jerusalem et Siciliae regi *illustri*. Considerantes olim quod —. Ad Vaticum, .. dictum patriarcham Nicenum, prelatos et clerum sibi subditos fratres Predicatores et Minores in lege divina plene peritos transmisimus,

1. Cf. TEULET, *Layettes du Trésor des Chartes*, t. II (1866), col. 176 b et 177 a.

2. Cf. *supra*, n° 4026.

paternis apud ipsos monitis et precibus insistentes ut — se unioni catholice reformarent. At ipsi, sicut ex ipsorum fratrum veridica relatione percepimus, diversos contra fidem orthodoxam proponentes errores et obturantes more aspidis aures suas¹, nullis potuerunt induci monitis ut in viam redirent ecclesiastice unitatis. Super quo vehementi dolore turbati, ne frustra sit nobis evellendi et plantandi² celitus collata potestas, contra dictum Vatacium scismaticum et ejus fautores, qui excommunicati a nobis semel in annis singulis nuntiantur, quia ipsorum vulnera sanare hujusmodi non potuit medicina, non tam pro subsidio Constantinopolitani imperii quam pro corroboranda et defendenda fide catholica in partibus Orientis, multos principes, barones et milites signo crucis fecimus insigniri —. Quare serenitatem tuam apostolicis nuntio et scripto rogavimus ut cruce signatis predictis per terram tuam transitum liberum indulgeres. Verum, cum, sicut intelleximus, precibus nostris obviam difficultatis opponas, imperialem celsitudinem, sicut iterum, sic a[tentius] rogandam duximus et monendam quatenus, prudenter attendens quod, hujusmodi denegando transitum, apud Deum anime ac apud homines fame tue, eo quod dictos scismaticos in suo videris errore fovere, incurres detrimentum, cruce signatis Constantinopolitane civitati succurrentibus per terram prefatam et imperium transitum concedas liberum et securum. Alioquin scire te convenit quod Ecclesia non possit coniventibus oculis pertransire quod in subversionem fidei catholice contingeret attemptari. Ad hoc autem³ melius et efficacius promovendum, dilectum filium magistrum G[regorium]⁴, subdiaconum et notarium nostrum, virum utique providum et expertum, ad tuam presentiam duximus destinandum, rogantes a[tentius] ut, ipsum oculo sereno respiciens, ejus monitis, immo nostris potius, acquiescas, et que tibi ex parte nostra dixerit, credere ac efficaciter studeas adimplere, imperialis voluntatis beneplacitum nobis exinde nichilominus rescripturus. Dat. Laterani, XVI kalendas aprilis, anno undecimo. »

4111

Lateran, 18 février 1238.

Episcopo Cenomanensi, — cum, consentiente Il[arino].

1. Cf. PSAL. LVII, 5.

2. Cf. JERE. XXIV, 6; etc.

3. Toute cette fin, depuis : « Ad hoc autem », a été refaite, et débordé pour la plus grande partie dans la marge.

4. La forme complète de ce nom est donnée par le capitulum 447 de cette XI^e année (n^o 4154).

ipsius episcopi praedecessore, a Cenomanensi capitulo fuisset institutum et etiam juramento firmatum ut ipsius loci episcopus ex canonicis Cenomanensis ecclesiae secum habere non valeret ultra duos, etsi in eadem ecclesia consuetum fuisset ab antiquo ut Cenomanensis episcopus « de canonicis ejusdem ecclesiae secum posset habere ac pro ipsius ecclesiae » procurandis negotiis destinare quot et quales volebat, qui, » preterquam in cotidianis distributionibus, integre suarum » fructus perciperent praebendarum » ; cum vero ab eodem capitulo non permitteretur illos duos canonicos praebendarum suarum proventus percipere integros, et ipse episcopus ex praedictis canonicis aliquos ad ejusdem ecclesiae procuranda negotia, capituli licentia non petita, mittere non posset, — indulget ut duos ex canonicis memoratis, qui, praeter distributiones cotidianas, fructus praebendarum suarum integre percipiant, ac si personaliter in ipsa ecclesia residenter, secum libere retinere valeat. — (REG. 18, f. 361 v^o; ann. XI, c. 114; — MOREAU 1191, f. 486.)

« .. episcopo Cenomanensi. Lecta coram nobis —. Dat. Laterani, XII kalendas martii, anno undecimo. »

4112

Lateran, 2 mars 1238.

Henrico, comiti Barri Ducis, cruce signato, significat se eum, cum ejus uxore, familia et omnibus bonis, sub beati Petri et sua protectione suscipere, et statuere ut ipsius liberi, adhuc in ipsius comitis potestate existentes, sub eadem protectione, donec ad vicissimum quintum annum aetatis pervenerint, si interim in prosecutione negotii Terrae Sanctae contingat ipsum comitem decedere, consistent. — (REG. 18, f. 362 r^o; ann. XI, c. 115.)

« Nobili viro H[enrico], comiti Barri Ducis, cruce signato. Dignum est ut —. Dat. Laterani, VI nonas martii, anno undecimo. »

4113

Lateran, 2 mars 1238.

Archidiacono Remensi, de eadem re scribens, mandat quatenus praedictos Il[arino], comitis Barri Ducis, cruce signati, liberos contra protectionem et constitutionem apostolicas non permittat ab aliquibus molestari. — (REG. 18, f. 362 r^o; ann. XI, c. 116.)

« .. archidiacono Remensi. Dignum est etc. —. Dat. ut supra. »

4114

Lateran, 2 mars 1238.

Magistro W., archidiacono Lingonensi apud Barrum super

Albam, scribit inter duces Lothoringiae et Henricum comitem Barri Ducis, fuisse conductum quod, si idem comes signum crucis pro subsidio Terrae Sanctae reciperet, ipse dux idem facere procuraret, ab eo super hoc fide praestita corporali, et memoratum duces, ad majorem firmitatem, se ipsius archidiaconi jurisdictioni submisso, ut ad id ipsum per excommunicationis in personam et interdicti in terram ipsius sententias, idem archidiaconus coercere valeret; sed, eodem comite crucem humeris suis affigente, eundem duces quod promiserat, adimplere distulisse; unde eidem magistro, qui, jam receptis apostolicis litteris ut praedictum duces ad id per sententias supradictas compelleret, in eo procedere non curaverat, ea occasione quod idem comes hoc negotium eorum ipso archidiacono non prosequeretur, iterum mandat quatenus saepedictum duces per easdem sententias compellat ut signum crucis recipiat. — (REG. 18. f. 362 r; ann. XI. c. 417.)

« Magistro W., archidiacono Lingonensi apud Barrum super Albam. Ad nostram noveris —. Dat. ut supra. »

1115

Latran, 4 mars 1238.

Friderico, Romanorum imperatori, conqueritur quod ejus officiales castrum Aquae Vivae, Ecclesiae Romanae speciale, occupaverint ac jurisdictionem indebitam in Marchia sibi vindicaverint; eum rogat quatenus haec efficaciter et celeriter emendari faciat. — (REG. 18. f. 362 r; ann. XI. c. 418; — RODENBERG 722.)

« [Friderico], Romanorum imperatori semper augusto. Jerusalem et Siciliae regi illustri. Adhuc instant pessimi —. Dat. Laterani, III nonas martii, anno undecimo. »

1116

Latran, 5 mars 1238.

Episcopo quondam Herdensi, in archiepiscopum Terracoensem electo, nec non et Oscensi electo mandat quatenus regem Aragonum, qui contra Sarracenos magnum exercitum congregaverat, nec non ejus terras non permittant « ab aliis » quibus usque ad consummationem negotii crucis quod contra Sarracenos prosequi inchoaverat, indebitum molestari. — (REG. 18. f. 362 v; ann. XI. c. 419.)

« .. episcopo quondam Herdensi, in archiepiscopum Terracoensem, et .. Oscensi electis. Cum karissimus in —. Dat. Laterani, III nonas martii, anno undecimo. »

1. Cf. supra, n° 4072.

1117

Latran, 23 février 1238.

Abbati Sanctae Genovefae [Parisensis, nec non magistro Michaeli de Sancto Dionysio et Gerardo de Brueris, regentibus Parisius in decretis, repetit ad verbum litteras supra sub numero 3915 notatas, quibus eis mandaverat quatenus quodcumque contra Petrum, archidiaconum Belvacensem, pro negotio Belvacensis ecclesiae ad Sedem Apostolicam profectum, temere attentatum invenerint, in statum pristinum revocarent, eum vero, si sententias suspensionis et excommunicationis in eum a decano et capitulo Belvacensibus fulminatas, et postea de mandato apostolico ab Aegidio, Sanctorum Cosmae et Damiani diacono cardinali, ad cautelam relaxatas, invenerint juste latis, ad satisfactionem compellerent. — (REG. 18. f. 362 v; ann. XI. c. 420; — cf. DENIFLE et CHATELAIN, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. I, p. 164, n° 119.)

« .. abbatii Sanctae Genovefae, magistro Michaeli de Sancto Dionysio et Gerardo de Brueris, regentibus Parisius in decretis. Constitutus in presentia [etc., ut supra, in litteris sub numero 3915 notatis, usque:] postquam ad nos iter hujusmodi arripuit [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque:] nequaquam permittatis, electionis causa pendente, a prefatis decano et capitulo [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque in finem]. Dat. Laterani, VII kalendas martii, anno undecimo. »

1118

Latran, 2 mars 1238.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, — supplicante magistro Wilhelmo de Kilkenni, canonico Saresberiensis, regis Angliae clericus, ecclesiis et personis ecclesiasticis regni Angliae, ut dicebatur, perutili, ut eum ipso Sedes Apostolica dispenset quod plura beneficia ecclesiastica, curam animarum habentia, obtinere valeat, ex quibus imminetia sibi onera expensarum, ad quae ipsius beneficia non sufficiebant, releventur, — concedit ut eum eodem magistro, singulis circumstantiis diligenter circumspiciatis, dispenset sicut expedire viderit. — (REG. 18. f. 362 v; ann. XI. c. 421; — cf. supra, n° 2440.)

« Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato. Dilectus filius magister —. Dat. Laterani, VI nonas martii, anno undecimo. »

1. Cette première expédition porte la date : X kalendas novembris, anno undecimo (= 23 octobre 1227).

2. Sic; dans la pièce 3915 : *magistris*.

3. Sic; dans la pièce 3915 : *Brueris*.

4. La forme complète de ce nom est donnée par les pièces 2440 et 3758.

1119

Latran, 27 février 1238.

Episcopo Meldensi, nec non magistris Henrico, Remensi archidiacono, et Ade de Bogivalle, canonico Meldensi, mandat quatenus. — cum, magistro Johanne dicto Barat, archidiacono Catalaunensi, qui se presuebat ab aliquibus in scrutinio nominatum in episcopum Catalaunensem, renuntiante juri suo et consentiente in Gaufridum, ejusdem ecclesie Catalaunensis canonicum, nonnulli eundem Gaufridum, forma concilii non servata, elegerint, et electionem de eodem Gaufrido factam Remensis archiepiscopus indebite confirmasset. — causam sufficienter instructam ad apostolicum remittant examen. — (Reg. 18. f. 362 v°; ann. XI, c. 122; — MOREAU 1191, f. 192.)

«... episcopo Meldensi, magistris Henrico, Remensi archidiacono, et Ade de Bogivalle, canonico Meldensi. Dilecti filii .. thesaurarius, magister Ph. de Miliaco et Nicolaus de Cluniaco, canonici Cathalaunenses, nobis exponere curaverunt quod, cum nuper, ecclesia Cathalaunensi viduata pastore, capitulum ipsum, conveniens certa die, procedere ad electionem per scrutinium incepisset, et, eo peracto, unus ex scrutatoribus, scilicet P. archidiaconus, ad publicationem faciendam cepisset verba proferre, magister Johannes dictus Barat, archidiaconus Cathalaunensis, surrexit in capitulo publice, renitentibus multis, dicens quod, cum se presumeret ab aliquibus nominatum, renuntiabat juri sibi ex nominatione quesito et consentiente in Gaufridum, canonicum ecclesie memorate, rogando generaliter omnes illos qui in ipsum archidiaconum consenserant, ut in eundem G., qui, sicut postmodum apparuit, a paucioribus in scrutinio nominatus fuerat, consentirent; et quidam, per capitulum discurrentes, illos quo presumebant in dictum archidiaconum consensisse, ut transferrent consensum suum in eundem G., flexis genibus supplicarunt: propter quod turbatus processus jam non poterat sine vitio consum[m]ari; cum unus ex illis, qui prefatum archidiaconum nominaverat¹, diceret: « Sumusne oves ad dandum » taliter vel vendendum? », et magister Girardus dictus Mordant, acquiescens hujusmodi precibus, respondisset quod consenserat in archidiaconum memoratum, sed, pro eo quod dictus archidiaconus sic dixerat, in G. consentiebat eundem, .. decanus vero

super hoc responderit requisitus quod in eundem G. minime consentiret, quia hujusmodi consensus mutatio valere minime videbatur: Guido de Pugiaco et dictus Ph., ecclesie prefate canonici, considerato prudenter quod per hujusmodi preces et variationes votorum, que inter scrutinium et publicationem non deberant interponi, erat a debito eligendi modo recessum, ne sic fieret electio, Sedem Apostolicam appellavit²; et, appellatione taliter interjecta, tam iidem appellantes quam alii appellationi adherentes eidem, viso quod illi qui nominaverant in scrutinio G. prefatum, cum quibusdam aliis qui, rogati postmodum, consenserunt, appellatione contempta, tam inordinat[o] processui temere insistebant, a capitulo recesserunt; sed illi nichilominus, nulla collatione habita nec alias forma concilii observata, memoratum G., ut dicitur, perperam elegerunt: et, licet, propter predictae appellationis obiectum, super hoc non ad metropolitanum, sed ad nos fuerit recurrendum, venerabilis tamen frater noster .. Remensis archiepiscopus electionem hujusmodi de facto, cum de jure nequiverit, cum etiam ab eo ex superhabundanti, supradictorum nomine, fuerit appellatum ne, pendente appellatione ad nos emissa legitime, super hoc interponeret partes suas, ut dicitur, confirmavit. Quare petebatur a nobis ut electionem et confirmationem hujusmodi denuntiari faceremus penitus non tenere. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, causam ad nos remittatis sufficienter instructam, preli[gentes] partibus terminum peremptorium competentem, quo se nostro conspectui representent, justam, auctore Domino, sententiam recepture. Testes autem qui super toto electionis processu fuerint nominati, si se gratia etc. Quod si non omnes etc., duo vestrum etc. Dat. Laterani, III kalendas martii, anno undecimo. »

1120

Latran, 8 mars 1238.

Cantori et cancellario Turonensis et thesaurario Sancti Hilarii Pictavensis mandat quatenus, si Burdegalensis archiepiscopus mandatum apostolicum, scilicet ut ad concilium proximo Bituris celebrandum accedat, neglexerit adim-

1. Dans le *capitulum* 22 de la XV^e année: *presertim cum*.

2. Leçon plus probable que *nominaverant*; en effet, dans ce même *capitulum* 22 de la XV^e année, on lit, à cet endroit: *unus ex his, qui in archidiaconum ipsum consenserat* (et non *consenserant*).

1. Toute cette phrase, depuis: « cum unus ex illis... », est mal construite; il semblerait qu'elle dût finir avec « videbatur », et, avant « Guido de Pugiaco... », on attendrait: « Propter quod » ou « Propterea »; la construction est restée la même dans le *capitulum* 22 de la XV^e année.

plere, eum ad id compellant. — (REG. 18. f. 363 r^o; ann. XI. c. 423; — MOREAU 1191, f. 197.)

« .. cantori et .. cancellario Turonensibus, et .. thesaurario Sancti Hilarii Pictavensis. Olim inter bone memorie .. Bituricensem et venerabilem fratrem nostrum .. Burdegalensem archiepiscopos super jure primatie quod idem Bituricensis in Burdegalensi provincia se habere dicebat, questione suborta, sic inter cetera duximus providendum ut Burdegalensis archiepiscopus qui pro tempore fuerit, semel in vita sua veniat ad concilium Bituris celebrandum. Quare venerabilis frater noster .. Bituricensis archiepiscopus postulavit a nobis ut, cum concilium in proximo celebrare desideret, dictum archiepiscopum Burdegalensem ut ad illud accedat, compelli auctoritate apostolica mandavimus. Unde eidem nostris damus litteris in mandatis ut ad hujusmodi concilium in termino per predictum Bituricensis archiepiscopum statuendo accedat. Quocirca, de utriusque partis procuratorum assensu, mandamus quatenus, si dictus Burdegalensis archiepiscopus mandatum nostrum neglexerit adimplere, vos eum ad id, monitione premissa, auctoritate nostra, appellatione remota, cogatis; provisi ut predictus Burdegalensis ultra quartam dietam a fine sue diocesis per has litteras non trahatur. Quod si non omnes etc., duo vestrum etc. Dat. Laterani, VIII idus martii, anno undecimo. »

-1121

Lateran, 5 mars 1238.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicæ Sedis legato, — memorato quod jam Honorius papa III, ipsius papæ prædecessor, super hoc negotio litteras apostolicas ediderat, — mandat quatenus contra Limiricensis episcopum, simoniacæ pravitatis aliorumque excessuum reum, juxta directarum ad Enachdunensem et Claufertensem episcopos et abbatem de Parva Cella continentiam litterarum procedat. — (REG. 18. f. 363 r^o; ann. XI. c. 424; — POTTHAST 10526; — cf. supra, n^o 50.)

« O[toni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicæ Sedis legato. In tantum clamor —. Dat. Laterani, III nonas martii, pontificatus nostri anno undecimo. »

-1122

Lateran, 25 février 1238.

Abbat et conventui monasterii de Burgo Sancti Petri (= Peterborough), Lincolnensis diocesis, a quibus ad man-

datum apostolicum pluribus clericis in beneficiis ecclesiasticis fuerat provisum, indulget ut nulli de cetero inviti providere cogantur per litteras apostolicas quæ de præsentis indulgentia expressam non fecerint mentionem. — (REG. 18. f. 363 v^o; ann. XI. c. 425.)

« .. abbati et conventui monasterii de Burgo Sancti Petri, Lincolnensis diocesis. Cum a vobis —. Dat. Laterani, V kalendas martii, anno undecimo. »

-1123

Lateran, 1^o mars 1238.

Priori de Sancto Eadmundo, Norwicensis diocesis, priori Sanctæ Mariæ de Hunte Dun[ia] (= Huntingdon), Lincolnensis diocesis, et thesaurario Lincolnensi mandat quatenus abbatem et conventum monasterii de Burgo Sancti Petri, Lincolnensis diocesis, qui jam duobus de mandato apostolico in beneficiis providebant, et ab aliis clericis nihilominus super conferendis sibi similiter beneficiis inquietabantur, non permittant super conferendis beneficiis per generales litteras apostolicas molestari. — (REG. 18. f. 363 v^o; ann. XI. c. 426.)

« .. de Sancto Eadmundo et .. Sanctæ Mariæ de Hunte Dun[ia] prioribus, Norwicensis et Lincolnensis diocesis, et .. thesaurario Lincolnensi. Dilecti filii .. abbas et conventus monasterii de Burgo Sancti Petri, Lincolnensis diocesis, nobis exponere curaverunt quod, licet dilecto filio magistro Roberto de Sumercot, subdiacono nostro, litterarum nostrarum contradictarum auditori, ecclesia de Castre, spectans ad donationem eorum, sit de gratia nostra collata¹, et ad mandatum venerabilis fratris nostri .. Lincolnensis episcopi, qui super provisione H. clerici litteras nostras recepit, obligati sint ipsi clerico ad providendum in beneficio competenti, certis sibi redditibus, quos percipiat interim, assignatis; nihilominus tamen J., filius quondam Johannis de Berico, Ytalicus, et Nicolaus Anglicus, Lincolnensis diocesis clerici, quorum unus ad dilectum filium .. Valentin[um] electum, in Angliâ commorantem, et alter ad .. archidiaconum de Buckingham ejusque collegas super obtinendis beneficiis nostras litteras impetrarunt, dictos abbatem et conventum super conferendis sibi beneficiis inquietant, licet per eandem litteras non concedatur expresse ut eis provideri valeat in illorum ecclesiis, per quos de mandato nostro aliis est provisum. Unde nobis humiliter supplicarunt ut super hoc providere ipsis paterna sollicitudine curaremus. Cum igitur non sit intentionis nostre per

1. Cf. supra, n. 916 et 3171.

generales litteras monasterium, quod jam duobus auctoritate nostra providerat, pro aliis aggravari, mandamus quatenus, si est ita, dictos abbatem et conventum molestari per ipsos minime permittentes, in irritum revocetis quicquid contra eos super hoc inveneritis attemptatum. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, kalendis martii, anno undecimo. »

-1121

Lateran, 9 mars 1238.

Episcopo quondam Mutinensi. Apostolicæ Sedis legato [in Livonia], mandat quatenus, si quos de servili condicione seu alias alterius dicioni subjectos ad baptismum contigerit convolare, in partibus legationis suæ, id est Livoniæ, eis a dominis ipsorum Christianis, videlicet religiosis et sæcularibus, faciat de onere servitutis aliquid relaxari, et dari liberam facultatem confitendi peccata, adeundi ecclesiam et divina officia audiendi. — (REG. 18, f. 363 v°; ann. XI, c. 427; — MOREAU 1191, f. 498; — POTTHAST 10529.)

« .. *episcopo quondam Mutinensi, Apostolicæ Sedis legato.* Cum lux vera —. Dat. Laterani, VII idus martii, pontificatus nostri anno undecimo. »

-1125

Lateran, 8 mars 1238.

Eidem mandat quatenus non permittat ut neophyti quos fratres hospitalis Sanctæ Mariæ Theutonicorum, et nonnulli alii, tam religiosi quam sæculares, clerici et laici, sub servitute redigere moliebantur, licet nullo ante baptismum jure servitutis premerentur, ab aliquibus super præmissis molestentur. — (REG. 18, f. 364 r°; ann. XI, c. 428; — POTTHAST 10528.)

« *Eidem.* Ex parte tua —. Dat. Laterani, VIII idus martii, anno undecimo. »

-1126

Lateran, 15 mars 1238.

Meldensi et Laudunensi episcopis mandat quatenus, — cum Henricus, comes Barri Ducis, cruce signatus, ex eo quod frequenter ad diversa judicia trahebatur, graves subire cogereur expensas, et inde impediretur prosecutio ejus voti, — quandiu idem comes coram eis vel eorum altero « paratus » fuerit exhibere justitiam cuilibet conquerenti, trahi eum « coram aliis iudicibus delegatis a Sede Apostolica per litteras » non facientes de presentibus mentionem » non permittant. — (REG. 18, f. 361 r°; ann. XI, c. 429; — MOREAU 1191, f. 509.)

« .. *Meldensi et .. Laudunensi episcopis.* Ex parte

dilecti —. Dat. Laterani, idibus martii, anno undecimo. »

-1127

Lateran, 11 mars 1238.

Virdunensi episcopo significat se nolle ut, ex eo quod ipse papa comitem Barrensem sub protectione Sedis Apostolicæ speciali duxerit admittendum, certis eidem comiti super hoc conservatoribus deputatis, Virdunensis ecclesiæ juribus aliquod præjudicium generetur. — (REG. 18, f. 364 r°; ann. XI, c. 430; — MOREAU 1191, f. 501.)

« .. *Virdunensi episcopo.* Non minus acceptum —. Dat. Laterani, V idus martii, anno undecimo. »

-1128. — In eundem modum .. *episcopo Metensi.*

-1129

Lateran, 9 mars 1238.

Magistro et fratribus militiæ Templi Hierosolymitani scribit se non sine dolore accepisse Saracenos Christianis visitantibus sepulchrum Domini occultas insidias inter Caesaream et Joppen ponere, et Christianos quos fraudulenter capiant, expoliare et occidere; unde eis mandat et injungit quatenus præfatam regionem a tot armatis custodiri faciant, quod de cetero peregrinis transitus per illam reddatur omnino securus; alioquin ipse papa G., comiti de Brenna, mandata dat « ut, receptis a singulis peregrinis duobus Turonenisibus » pro custodum expensis, usque ad quinquennium predictam » viam » inter Caesaream et Joppen « faciat custodiri ». — (REG. 18, f. 361 r°; ann. XI, c. 431.)

« .. *magistro et fratribus militiæ Templi Jerosolymitani.* Turbati sumus non —. Dat. Laterani, VII idus martii, anno undecimo. »

-1130. — Scriptum est super hoc *eidem comiti.*

-1131

Lateran, 9 mars 1238.

Patriarchæ Antiocheno et episcopo Anteradensi mandat quatenus omnibus episcopis ultramarinis in patriarchatu Antiocheno constitutis præcipiant ut quilibet eorum in sua dioecesi sacerdotes graecos celebrare non permittant, qui prius obedientiam Romanæ Ecclesiæ non juraverint et omnem hæresim non abjuraverint. — (REG. 18, f. 361 r°; ann. XI, c. 432.)

« .. *patriarchæ Antiocheno et .. episcopo Anteradensi.*

1. Cf. *supra*, n° 4112.

Cum nonnulli Greci subditos suos in perpetue mortis interitum, multiplicis erroris exemplo, transmittant, mandamus quatenus omnibus episcopis ultramarinis in patriarchatu Antiocheno constitutis, ut quilibet eorum in sua diocesi nullum sacerdotem grecum, nisi prius obedientiam Romane Ecclesie in presentia suorum juraverit subditorum, et abjurerit omnem heresim, specialiter illam qua Latinos, pro eo quod in azimis celebrant, hereticos mentiuntur, celebrare aliquatenus non permittat, precipere auctoritate apostolica procuretis —. Dat. ut supra. »

1132

[Latan, 9 mars 1238.]

« In eundem modum .. *patriarche Jerosolimitano, Apostolice Sedis legato*, usque : mandamus quatenus omnibus episcopis ultramarinis, ut quilibet eorum etc., usque in finem. »

1133

[Latan, 9 mars 1238.]

« In eundem modum .. *archiepiscopo Nicosiensi*, usque : omnibus episcopis tibi subjectis etc., usque in finem. »

1134

Latan, 9 mars 1238.

Patriarchae Hierosolymitano, Apostolice Sedis legato, ejusque suffraganeis, intellecto quod « nonnulli in partibus » transmarinis meretrices in terris propriis sub certis appactionibus aliisque modis » retinebant, mandat quatenus, « hujusmodi meretricum appactiones et receptationes de » cetero omnino prohibentes singuli in propriis diocesis » attemptari, generalem excommunicationis sententiam in » eos qui contra venire presumpserint, auctoritate » apostolica promulgent. — (REG. 18, f. 361 v°; ann. XI, c. 133.)

« .. *patriarche Jerosolimitano, Apostolice Sedis legato, et suffraganeis ejus*. Cum, sicut intelleximus —. Dat. ut supra. »

1135. — In eundem modum .. *patriarche Antiocheno et suffraganeis ejus*.

1136

Latan, 9 mars 1238.

Eidem patriarchae [Antiocheno] et episcopo Tripolitano, intellecto quod « nonnulli religiosi in patriarchatu Antiocheno fratres suos, qui ad Sarracenos confugerant, recipere » renebant et ab aliis recipi non permittebant, mandat quate-

GREGOIRE IX, t. II.

nus « fugitivi » hujusmodi taliter redeuntibus » indulgeant » ut, » si ad loca prima resumere non poterunt, in aliis locis religiosi » recipi valeant ». — (REG. 18, f. 364 v°; ann. XI, c. 131.)

« *Eidem patriarche et .. episcopo Tripolitano*. Cum, sicut intelleximus —. Dat. ut supra. »

1137. — In eundem modum .. *patriarche Jerosolimitano, Apostolice Sedis legato*.

1138

Latan, 9 mars 1238.

Eidem patriarchae Hierosolymitano] scribit : « Cum, sicut » intelleximus, nonnulli Nestorienses et Jacobite ad obedi- » dentiam Romane Ecclesie revertantur, tibi cum eis dis- » pensandi auctoritate presentium concedimus facultatem. » — (REG. 18, f. 361 v°; ann. XI, c. 135.)

« *Eidem patriarche*. Cum, sicut intelleximus —. Dat. ut supra. »

1139

Latan, 9 mars 1238.

Episcopo et archidiacono Aconensibus mandat quatenus Nestorienses et Jacobitas qui ad obedientiam Romanae Ecclesiae, omni errore penitus abjurato, redierint, non permittant molestari. — (REG. 18, f. 361 v°; ann. XI, c. 136.)

« .. *episcopo et .. archidiacono Aconensibus*. Cum, sicut etc. —. Dat. ut supra. »

1140

Latan, 3 mars 1238.

Episcopo Anteradensi, nec non abbati Sancti Samuelis et priori Sancti Aegidii Aconensibus], — audito abbatem monasterii de Latin., ordinis sancti Benedicti, « a se regularibus » observantibus relegatis, in desideriis carnis luxuriose vi- » vendo, bona ipsius monasterii » dilapidare et consumere, — mandat quatenus, inquisita super praemissis veritate, corrigant et reformant ibidem, tam in capite quam in membris, corrigenda et reformanda. — (REG. 18, f. 364 v°; ann. XI, c. 137.)

« .. *episcopo Anteradensi*¹, .. *abbati Sancti Samuelis et [..] priori Sancti Egidii Aconensibus*. Aud audentiam nostram —. Dat. Laterani, V nonas martii, anno undecimo. »

1. Sic, pour Anteradensi.

4141. — In eundem modum *eisdem* contra .. abbatem de Monte Thabor, ejusdem ordinis.

4142. — In eundem modum *eisdem* contra .. abbatem de Valle Josaphat, ejusdem ordinis.

4143

Latran, 9 mars 1238.

Patriarchae Hierosolymitano, Apostolicæ Sedis legato, et episcopo Aconensi, — intellecto nonnullis in regno Hierosolymitano diversa bona a viris catholicis pro captivorum redemptione legata inutiliter retinere, pro eo quod Sarracon captivos Christianos volebant pro pretio liberare, — mandat quatenus, legata eadem colligentes et ad manus suas recipientes, detentores ad ipsorum solutionem compellant et ipsa legata in aliquo loco tuto pro Terræ Sanctæ subsidio deponant, ipsi papæ quid et quantum receperint, rescripturi. — (REG. 18, f. 361 v°; ann. XI, c. 438.)

« [...] *patriarche Jerosolimitano, Apostolicæ Sedis legato, et .. episcopo Aconensi.* Cum, sicut intelleximus —. Dat. Laterani, VII idus martii, anno undecimo. »

4144. — In eundem modum .. *patriarche Antiocheno et .. episcopo Tripolitano.*

4145

Latran, 9 mars 1238.

Eidem patriarchæ [Antiocheno] et suffraganeis ejus scribit : « Cum nonnulli qui de heretica fuerant pravitate notati, » ad Terram Sanctam pro agenda ibi penitentia transmittuntur, et, quia non discernuntur ab aliis, multi eorum » corrumpantur errore, mandamus quatenus singuli in propriis diocesis ipsos ut aliquid signum deferant, per quod » ab aliis discernantur, monitione premissa, per censuram » ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis. » — (REG. 18, f. 364 v°; ann. XI, c. 439.)

« *Eidem patriarchæ et suffraganeis ejus.* Cum nonnulli qui —. Dat. ut supra. »

4146. — In eundem modum .. *patriarche Jerosolimitano, Apostolicæ Sedis legato, et ejus suffraganeis.*

4147

Latran, 9 mars 1238.

Eidem [patriarchæ videlicet Hierosolymitano, Apostolicæ Sedis legato, et ejus suffraganeis] mandat quatenus singuli in suis diocesis infidelium dominos in regno Hierosolymitano compellant ut ipsos infideles permittant saltem semel in mense ac in precipuis festivitibus prædicationem audire, nec non baptismum suscipere, in servitute pristina moraturos;

similiter conversorum dominos in eodem regno compellant ut eodem conversos permittant confiteri peccata sua, et eisdem festivitibus præcipuis ac diebus dominicis divinis officii interesse. — (REG. 18, f. 365 r°; ann. XI, c. 440; — cf. supra, n° 3792.)

« *Eisdem.* Intelleximus quod nonnulli in regno Hierosolimitano, habentes Scavos et alios Sarracones in servos, ipsis, quia magis possessiones quam animas diligunt, facultatem audiendi verbum Dei vel suscipiendi sacramentum baptismatis penitus interdiciunt, et, licet tibi, frater patriarcha, super hoc alia vice direxerimus scripta nostra, sumptis quibusdam occasionibus, nichil exinde facere voluisti. Quocirca mandamus quatenus singuli in propriis diocesis, omni occasione cessante, hujusmodi infidelium dominos, ut ipsos saltem semel in mense ac in precipuis festivitibus prædicationem audire, ac sacrum baptismum suscipere, in servitute pristina moraturos, et conversorum dominos, quod eosdem conversos confiteri peccata sua, et eisdem festivitibus ac diebus dominicis divinis officii interesse permittant, aliquo privilegio vel indulgentia non obstante, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis —. Dat. ut supra. »

4148

Latran, 9 mars 1238.

Eidem, — intellecto « quod, occasione refugii quod viri » iniqui ad domos Hospitalis et Templi Hierosolimitanorum » et Sanctæ Mariæ Teutonicorum » dicebantur habere, multa homicidia et alia facinora impune perpetrabant, — mandat quatenus singuli in propriis diocesis interdiciant « ne confugientes ad loca religiosorum regni Hierosolimitani, nisi » sint conventualia vel ecclesie, ullam immunitatem » reportent, « nec ad illam [immunitatem] confugientes recipiantur in ipsis [conventualibus vel ecclesiis], si dolo vel insidiis » homicidia » perpetraverint. — (REG. 18, f. 365 r°; ann. XI, c. 441; — MOREAU 1191, f. 499; *ibid.* 1192, f. 282, *omisso initio*, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10530, *omisso initio*, ex RAYNALDO; — J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II (1897), p. 523, n° 2185.)

« *Eisdem.* Intelleximus quod, occasione —. Dat. ut supra. »

4149

Latran, 9 mars 1238.

Eidem, — intellecto quod nonnulli religiosi regni Hierosolymitani in domibus et terris suis retinebant quosdam la-

trones, qui, *scaranni* vulgariter appellati, bona Sarracenorum tempore pacis surripiebant, propter quod treuguae inter Sarracenos et Christianos frequenter turbabantur. — mandat quatenus singuli in propriis diocesisibus eosdem religiosos compellant ut *scaranni* eosdem a domibus et terris suis eiciant. — (REG. 18, f. 365 r^o; ann. XI, c. 412.)

« *Eisdem*. Cum, sicut intelleximus —. Dat. ut supra. »

-1150

Latan, 9 mars 1238.

Eidem patriarchae [Hierosolymitano] scribit : « Grave gerimus et indignum quod, sicut intelleximus, quidam nante » peregrinos in navibus suis, temporibus ad navigandum » ineptis, recipiunt, et sic frequenter coguntur portibus infidelium applicare, a quibus subiiciuntur miserabili servituti. Quocirca mandamus quatenus, commune transtretandi » tempus, de consilio prelatorum et aliorum proborum virorum regni Hierosolimitani, quos ad id videris evocandos, » auctoritate apostolica statuens, in huiusmodi prevaricatorum » statuti certam dictare penam pecuniariam et generalem » sententiam excommunicationis promulgare procures. — (REG. 18, f. 365 r^o; ann. XI, c. 413.)

« *Eidem patriarchae*. Grave gerimus et —. Dat. ut supra. »

-1151

Latan, 9 mars 1238.

Eidem — intellecto « quod canonici sepulchri Hierosolimitani, ignem in idem sepulchrum de celo in vigilia Pasche » descendere et Redemptorem nostrum Dominum Ihesum » Christum inibi incarcerationat fuisse dicentes, locum con- » fecti carceris sub certo pretio, non sine ignominia divini » nominis, venalem exponunt », — mandat quatenus tales praesumptiones de cetero prohibeat. — (REG. 18, f. 365 r^o; ann. XI, c. 414; — MOREAU 1191, f. 500; *ibid.* 1192, f. 283, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10531.)

« *Eidem*. Intelleximus quod canonici —. Dat. ut supra. »

-1152[Latan, 3 mars 1238¹ ?]

Episcopo Anteradensi, nec non abbati Sancti Samuelis et priori Sancti Aegidii Aconensibus, — audito canonicos

1. La date de cette pièce est très vraisemblablement celle de la pièce 4140, en raison de la formule finale : « ut supra, in CCCCXXXVII littera, usque in finem. »

Bethleemitanos, qui secundum ordinem sancti Augustini vivere tenebantur, plura enormia committere, relegatis a se regularibus observantiis. — mandat quatenus, inquisita veritate, corrigant et reforment in eorundem canonicorum conventu, tam in capite quam in membris, corrigenda et reformanda. — (REG. 18, f. 365 r^o; ann. XI, c. 415.)

« .. *episcopo Anteradensi*. .. *abbati Sancti Samuelis et .. priori Sancti Aegidii Aconensibus*. Ad audientiam nostram, fama referente, pervenit quod canonici Bethleemitani, qui secundum statuta ordinis beati Augustini sub regularibus observantiis tenebantur Domino famulari, eisdem observantiis a se relegatis, in desideriiis carnis luxuriose vivere, quendam hereticum in domo propria receptare ac defensare, et alia plura enormia committere non verentur, per que Deus etc. ». ut supra, in CCCCXXXVII² littera, usque in finem. »

-1153

Latan, 4 mars 1238.

Universis fratribus Minoribus et Praedicatoribus per terram ultramarinam constitutis, qui ad conversionem Paganorum vel aliorum verbo vel sanctae conversationis exemplo laborabant, illam concedit veniam peccatorum quae in Terrae Sanctae succursum venientibus in generali concilio erat concessa. — (REG. 18, f. 365 r^o; ann. XI, c. 416; — POTTHAST 10525.)

« *Universis fratribus Minoribus et Praedicatoribus per terram ultramarinam constitutis*. Credentes quod non —. Dat. Laterani, IIII nonas martii, anno undecimo. »

-1154

Latan, 12 mars 1238.

Fridericum, Romanorum imperatorem, monet et hortatur quatenus Christi fidelibus qui se contra Graecos schismaticos et haereticos accinxerint, se favorabilem exhibeat et eis consilium et auxilium impendat; magister Gregorius, ipsius papae subdiaconus et notarius, ad imperatorem ea occasione mittitur. — (REG. 18, f. 365 v^o; ann. XI, c. 447; — MOREAU 1191, f. 506; — POTTHAST 10534; — RODENBERG 724; — cf. *supra*, n^o 4110.)

« *Friderico*, *illustri Romanorum imperatori senper augusto etc.* Postquam Greecorum populus —. Dat. Laterani, IIII idus martii, anno undecimo. »

1. La phrase complète est : « per que Deus offenditur et scandalum in populo generatur. » — Cf. *infra*, n^o 4156.

2. Ms. : CCCCXXXVI.

1155

Latran, 12 mars 1238.

Regem Hungariorum monet et hortatur ac pro dono speciali petit ab eo quatenus, cum per conservationem imperii Romaniae ad recuperationem Terrae Sanctae aperiri janua videatur, et ad ejus succursum, propter haereticos profligandos, Christi fideles ipse papa excitaverit, multique nobiles ac potentes ad succursum ejusdem imperii se accinxerint, eis in securo conductu faciat provideri et impendat auxilium et favorem, si illos per ipsius regis terram potestate contigerit. — (REG. 18, l. 365 v°; ann. XI, c. 448; — POTTHAST 10535.)

« .. illustri regi Ungarie. Inter occupationes varias —. Dat. ut supra. »

1156

Latran, 13 mars 1238.

Magistrum et fratres Hospitalis Hierosolymitani, qui, inter cetera, Vaticio auxilium praebebant contra Latinos, de enormibus ipsorum excessibus redarguit, eisque mandat quatenus infra tres menses a receptione praesentium vitam suam in melius reforment. — (REG. 18, l. 366 r°; ann. XI, c. 449; — MOREAU 1191, l. 508; *ibid.* 1192, l. 287, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10537; — J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II (1897), p. 523, n° 2186.)

« .. magistro et fratribus Hospitalis Hierosolymitani. Dolemus et turbati referimus quod, sicut intelleximus, vos, meretricis in vestris casalibus sub certis appactionibus retinentes, incontinenter vivere et proprium presumentes improprie possidere, eorum qui confratrum vestram assumunt, datis in anno quatuor aut pluribus denariis, defensores vos facitis, ac latrones et interfectores peregrinorum et hereticos in vestris domibus et casalibus receptatis, Vaticio, Dei et Ecclesiae inimico, in equis et armis, terris et casalibus propter hoc ab ipso receptis, prebere contra Latinos auxilium non veremini, consuetas pauperum elemosinas diminutis, testamenta et alias ultimas voluntates in hospitali vestro decedentium non sine falsitatis vitio immutatis, ac infirmantes ibidem aliis sacerdotibus quam fratribus vestris et capellanis conducticis quos habetis, non permititis sine speciali vestra licentia confiteri, alia plura committentes enormia, per que Deus offenditur et scandalum in populo generatur. Ceterum plures ex fratribus vestris de heresi probabili haberi dicuntur ratione suspecti —. Ideoque mandamus quatenus, infra tres menses a receptione praesentium vitam vestram in melius reformantes, premissa et alia que in eodem Hospitali fuerunt corrigenda, secundum Deum et vestri ordinis instituta

corrigeri penitus et emendare curetis. Alioquin venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Tyrensi vendamus litteris in mandatis ut, extunc, nisi ei de hujusmodi correctione constiterit, personaliter accedens ad locum et habens per oculos solum Deum, inquisita super premissis et aliis plenius veritate, corrigat et reformet ibidem, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis officio noverit indigere; contradictores etc.; nobis quicquid super hoc invenerit vel statuendum duxerit, fideliter rescripturus. Dat. Laterani, III idus martii, anno undecimo. »

1157. — Scriptum est super hoc eidem archiepiscopo [Tyrensi].

1158Latran, 1^{er} mars 1238.

Archiepiscopo Lugdunensi mandat quatenus, cum provinciam Lugdunensem visitarit, circa quosdam clericos ejusdem provinciae, qui per laicalem potentiam, seu mediante vitio simoniae, seu minus idonei, beneficia ecclesiastica sint adepti eaque detineant, officij sui debitum exsequatur. — (REG. 18, l. 366 r°; ann. XI, c. 450; — MOREAU 1191, l. 494.)

« .. archiepiscopo Lugdunensi. Cum, sicut tua —. Dat. Laterani, kalendis martii, anno undecimo. »

1159Latran, 1^{er} mars 1238.

Eidem, proponenti multa in Lugdunensi provincia committi, quae correctionem exposcant, mandat quatenus, licet ad eandem correctionem ordinaria jurisdictione ei sufficiat, tamen, visitationis suae tempore, auctoritate apostolica suffultus circa correctionem eandem officij sui debitum exsequatur. — (REG. 18, l. 366 r°; ann. XI, c. 451; — MOREAU 1191, l. 495.)

« Eidem. Sicut ex parte —. Dat. ut supra. »

1160Latran, 1^{er} mars 1238.

Eidem, cum nonnulla ecclesiastica beneficia Lugdunensis provinciae tanto tempore jam vacavissent, quod eorum collatio ad Sedem Apostolicam esset devoluta, et propter hanc vacationem grave detrimentum incurrerent, concedit facultatem conferendi medietatem ex eisdem beneficiis personis idoneis, reliquis donationi apostolicae reservatis. — (REG. 18, l. 366 r°; ann. XI, c. 452; — MOREAU 1191, l. 496.)

« Eidem. Ex parte tua —. Dat. ut supra. »

-1161

Latan, 27 février 1238.

Eidem, — audit quod patroni quarundam ecclesiarum provinciae Lugdunensis, proventus ipsarum sibi pacne penitus vindicantes, rectoribus earundem adeo exigua portionem relinquebant, quod ex ea praedicti rectores non poterant congrue sustentari, — mandat quatenus, si eorumdem patronorum dioecesei, ab ipso archiepiscopo diligenter moniti, in hoc fuerint negligentes, earundem ecclesiarum rectoribus portionem faciat juxta generalis concilii statuta augmentari. — (REG. 18. f. 366 r^o; ann. XI, c. 453; — MOREAU 1191, f. 491.)

« Eidem. Ad audientiam nostram —. Dat. Laterani, III kalendas martii, anno undecimo. »

-1162

Latan, 27 février 1238.

Eidem, cum in dioecesi Lugdunensi quamplures essent ecclesiae, quarum quaelibet, propter tenuitatem proventuum, non poterat habere proprium rectorem, uniendo eas et alteram alteri subiuciendo concedit licentiam. — (REG. 18. f. 366 r^o; ann. XI, c. 454; — MOREAU 1191, f. 490.)

« Eidem. Tua nobis fraternitas —. Dat. ut supra. »

-1163

Latan, 13 mars 1238.

Regi Daciae concedit ut nobiles et alios jurisdictioni ipsius regis subjectos, qui, crucis assumptae praetextu, ei regia servitia subtrahebant et contemnebant de regalibus respondere, ad servitia debita et consueta compellere possit, non obstante quod iidem essent crucis caractere insigniti. — (REG. 18. f. 366 v^o; ann. XI, c. 455; — POTTHAST 10538.)

« .. illustri regi Dacie. Ex parte tua —. Dat. Laterani, III idus martii, anno undecimo. »

-1164

Latan, 13 mars 1238.

Episcopo quondam Mutinensi. Apostolicae Sedis legato [in Livonia], — qui litteras ei a Sede Apostolica directas super executione sententiae ab eadem Sede prolatae in gravi causa inter regem Daciae, ex parte una, et magistrum fratresque tunc militiae Christi, nunc domus Sanctae Mariae Theutonicorum in Livonia, ex altera, super castro de Revala et terris eidem adjacentibus exorta, in favorem partis praedictorum magistri et fratrum suppresserat, et, ex parte praedicti regis pluries requisitus ut in eodem negotio procederet, id efficere non curaverat, — mandat quatenus praefatam sententiam faciat firmiter observari; alioquin Bremensi et Magdeburgensi archiepiscopis nec non episcopo Verdensi

ipse papa dat in mandatis ut super hoc [mandatum] apostolicum exsequantur. — (REG. 18. f. 366 v^o; ann. XI, c. 456; — POTTHAST 10536.)

« .. episcopo quondam Mutinensi. Apostolicae Sedis legato. Ex parte karissimi —. Dat. Laterani, III idus martii, anno undecimo. »

-1165 — Scriptum est super hoc illis¹.

-1166

Latan, 13 mars 1238.

Archiepiscopo Bremensi, nec non abbati Sanctae Mariae Stadensis et praeposito ecclesiae Sancti Georgii Stadensis, Bremensis dioecesis, scribit de causa inter abbatem conventumque de Dunemunde (= Dunamünde), Cisterciensis ordinis, ex parte una, et magistrum fratresque tunc militiae Christi, nunc domus Sanctae Mariae Theutonicorum in Livonia, ex altera, super villa de Pugat et rebus aliis exorta, eisque mandat quatenus compositionem quae, mediante bonae memoriae Johanne, Sabinensi episcopo, cui Sedes Apostolica eandem causam commiserat audiendam, inter partes super hoc intervenerat, et quam praedicti magister fratresque renuebant observare, — unde praedicti abbas et conventus non poterant in partibus illis cum eisdem magistro et fratribus litigare, — faciant a saepedictis magistro et fratribus observari. — (REG. 18. f. 366 v^o; ann. XI, c. 457.)

« .. archiepiscopo Bremensi, .. abbati Sanctae Mariae et .. preposito ecclesiae Sancti Georgii Staden[sibus], Bremensis dioecesis. Ex parte dilectorum —. Dat. ut supra. »

-1167

Latan, 18 mars 1238.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus cum Philippo de Sydeham presbytero, rectore ecclesiae de Lilleford. (= Lyförd), consanguineo Willelmi² de Ralega, thesaurarii Exoniensis et familiaris regis Angliae, — qui Philippus, de nobilibus parentibus ortus, non poterat, « con- siderato generis sui statu et servata sue consuetudine regionis », de redditibus ecclesiae suae, quae parochialis erat, congrue sustentari, — dispenset ut cum beneficio suo aliud unicum beneficium, curam etiam habens animarum, recipere et retinere possit. — (REG. 18. f. 366 v^o; ann. XI, c. 458.)

« Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono

1. C'est-à-dire : Bremensi et Magdeburgensi archiepiscopis et episcopo Verdensi.

2. La forme complète de ce nom est donnée par la pièce 4098.

cardinali. *Apostolicæ Sedis legato*. Constitutis in presentia —. Dat. Laterani. XV kalendas aprilis. anno undecimo. »

-1168

Latran, 11 mars 1238.

Episcopo Silvanectensi et magistro G. Goin, canonico Remensi, mandat quatenus quicquid in causa quæ vertebatur inter Oddonem de Villa Terrici (= Villethierry), decanum Bajocensem, ex una parte, et capitulum Bajocense, ex altera, super decanatu Bajocensi, invenerint, lite pendente, a prædicto capitulo in ejusdem decani præjudicium attentatum, revocent. — (REG. 18. f. 367 r°; ann. XI, c. 459; — MOREAU 1191, f. 502; — cf. *supra*, n. 3526, 3582 et 3901.)

« .. episcopo Silvanectensi et magistro G. Goin, canonico Remensi. Dilecto filio [Oddone de Villa Terrici], decano Bajocensi, nobis innotuit conquereute quod, cum causam que vertitur inter ipsum, ex parte una, et capitulum Bajocense, ex altera, super decanatu suo, cui, occasione quorundam criminum que per ipsum decanum falso asserebant fuisse commissa, ipso facto eum renuntiassent dicebant, magistris Hugoni de Pisis, archidiacono, tunc cantori Rothomagensi, Symoni [de Senonis], Parisiensi, et Petro dicto Caligario, Morinensi canonicis, commissam a nobis, tandem ad nos per appellationem delatam vobis duxerimus committendam : predictum capitulum, post cause commissionem hujusmodi primis iudiciis factam, eundem decanum decanatu ipso, in cujus erat pacifica possessione, vel quasi, ac pertinentiis suis, auctoritate, immo temeritate propria, spoliarunt. Quocirca mandamus quatenus quicquid ab eodem capitulo, lite pendente, in prejudicium decani ejusdem inveneritis temere attemptatum, in statum debitum legitime revocetis. Contradictores —. Constitutione de duabus dietis edita in concilio generali etc., dummodo ultra quintam vel sextam pars altera extra suam diocesim auctoritate presentium ad iudicium non trahatur. Dat. Laterani, V idus martii, anno undecimo. »

-1169

Latran, 19 mars 1238.

Abbatibus (Sanctæ Mariæ) de Columba, Placentinæ diocesis, Cisterciensis ordinis, abbati Sancti Sepulchri de Placentia et priori fratrum Prædicatorum Placentino mandat quatenus, abbatem monasterii Sancti Sixti de Placentia, ordinis sancti Benedicti, ab administratione ejusdem monasterii amoventes, illud monasterium, si poterit fieri, de mo-

nialibus incluis ordinis sancti Damiani ordinem; alioquin eidem monasterio de persona idonea provideant in abbatem, et idem monasterium juxta formam jam ab Apostolica Sede ipsis traditam reforment. — (REG. 18. f. 367 r°; ann. XI, c. 460; — cf. *supra*, n° 3600.)

« .. de Columba. Cisterciensis ordinis, et .. Sancti Sepulchri abbatibus. et .. priori ordinis fratrum Prædicatorum Placentin[is]. Ex parte vestra, dilecti filii abbates, nos trius extitit auribus intimatum quod, cum olim vobis et [...] abbati de Fonte Vivo reformationem monasterii Sancti Sixti Placentini, ordinis sancti Benedicti, ad nos, ut dicitur, immediate spectantis, duxerimus committendam : vos, dicto abbate de Fonte Vivo legitime excusato, mandatum apostolicum exequentes, .. abbati ejusdem monasterii ad comparandum in presentia nostra cum processu inquisitionis, in qua contra personam ejusdem abbatis multa scelera sunt probata, juxta mandatum nostrum super hoc vobis directum facta sibi ejusdem processu copia, et nichil rationabili ex ipsius parte proposita contra eum¹, peremptorium unius mensis terminum prefixistis, in eundem, qui alias fuerat excommunicatus a vobis, si venire contempneret, excommunicationis sententiam proferentes. Sed ille, tanquam sibi male conscius, non solum comparere hactenus non curavit, per plures menses post dictum terminum expectatus, sed etiam, asportatis secum multis de bonis dicti monasterii, sicut dicitur, latitat, ut debitam effugiat disciplinam. Verum, cum monasterium ipsum adeo dicatur esse collapsum, quod vix adicere poterit ut resurgat², mandamus quatenus, si est ita, dicti abbatis de Fonte Vivo absentia non obstante, predictum abbatem prefati monasterii Sancti Sixti ab administratione ipsius monasterii, sicut de jure fuerit, amoventes, illud de monialibus inclusis ordinis sancti Damiani, si sine scandalo vicinorum et maxime patronorum fieri poterit, ordinare curetis; ita tamen quod onera omnium procuratorum cum clero Placentino eodem subeant moniales, sicut monachi de consuetudine subierunt, non obstante aliquo privilegio vel statuto; monachos ejusdem monasterii Sancti Sixti in aliis sui ordinis monasteriis collocando. Alioquin, providentes eidem monasterio de persona idonea in abbatem, ipsum auctoritate apostolica reformare juxta formam vobis traditam procuretis. Contradictores etc. Indulgentia per quam, filii prior, exemptus a causarum cognitione diceris, non

1. C'est-à-dire : *contra eundem processum*.

2. Cf. PSAL. XL, 9; etc.

obstante. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, XIII kalendas aprilis, anno undecimo. »

4170

Latran, 19 mars 1238.

Archiepiscopo Lundensi, precibus regis Daciae annuens, mandat quatenus cum Petro, Andrea et Jacobo, clericis regis ejusdem, dispenset quod eorum singuli, cum beneficio unico quod quilibet eorum obtinebat, adhuc unicum aliud beneficium, curam animarum habens annexam, obtinere valeant. — (REG. 18, f. 367 r^o; ann. XI, c. 161; — POTTHAST 10544*, *omisso initio*, ex POTHAN, *Ad recensioem bullarii Romano-Serogothici ... accessio*, p. 33, n^o 32.)

« .. archiepiscopo Lundensi. Ex parte karissimi —. Dat. Laterani, XIII kalendas aprilis, anno undecimo. »

4171

Latran, 11 mars 1238.

Hugucioni Johannis Ictae et Leoni fratribus, civibus Romanis, significat se confirmare sententiam arbitrii a Johanne, tituli Sanctae Praxedis presbytero cardinali, latam pro ipsis super quadam pecunia summa in qua archiepiscopus et ecclesia Colonienses eis tenebantur, contra Theodericum, ejusdem archiepiscopi procuratorem; tenore ejusdem sententiae sub sua bulla de verbo ad verbum inserto. — (REG. 18, f. 367 v^o; ann. XI, c. 462.)

« Huguc[oni] Johannis Ictae et Leoni, fratribus, civibus Romanis. Ea que judicio —. Dat. Laterani, V idus martii, anno undecimo. »

[4172] Rome, au palais (mausolée ?) d'Auguste,

5 mars 1238.

[Forma vero praedicti arbitrii, quo Johannes, tituli Sanctae Praxedis presbyter cardinalis, eundem archiepiscopum Coloniensem et ejus partem condemnat in mille trecentis marcis sterlinguorum eisdem civibus Romanis solvendis, haec est. — (REG. 18, f. 367 v^o; — RODENBERG 7231.)]

« In nomine Domini. Nos Johannes, miseratione » divina tituli Sancte Praxedis presbiter cardinalis.

» notum fieri volumus universis presentem paginam » inspecturis quod, cum causa que super quadam pe- » cunie quantitate inter Hugucionem Johannis Ictae et » Leonem, fratrem suum, cives et mercatores Roma- » nos, ex una parte, et venerabilem patrem [...] Colo- » niensem archiepiscopum, ex altera, vertebatur, » nobis esset a domino papa commissa, predicto » Hugucione pro se et, procuratoris nomine, pro » Leone prefato, ac Theoderico, procuratore archi- » episcopi memorati, in nostra presentia constitutis, » idem Hugucio libellum parti adverse in hac forma » porrexit :

[4173]

[Forma libelli a praedicto Hugucione porrecti :

« Coram vobis, venerande pater domine cardinalis, » quem dominus papa dedit partibus auditorem, peto » ego Hugucio Johannis Ictae, pro me et fratre meo » Leone, cujus sum procurator, quod, cum nos domino » Theoderico, Coloniensi archiepiscopo, in Romana » curia existenti, tantam mutuaverimus pecunie quan- » titatem, quod idem confessus est se nobis teneri in » mille centum quinquaginta marcis honorum, novo- » rum et legalium sterlinguorum, tredecim solidis et » quatuor sterling[is] pro marca qualibet computatis, » et eandem reddere nobis aut uni nostrum aut » certo nostro nuntio tunc in proximis nundinis » Sancti Aigulfi¹ promiss[er]it quatuor diebus ante » quam clamaretur: Hare! Hare!, tali tenore adjuncto » quod, si dictis loco et termino non solveret, tenere- » tur, de singulis nundinis in nundinas,olvere mar- » cam unam pro singulis decem marcis, cum expensis » unius mercatoris, cum uno equo et uno serviente, » usque ad solutionem totius debiti, cum dampno, » expensis et interesse: unde peto ut², cum [nec] in » dicto termino nec postea fuerit eadem summa » soluta, venerabilem patrem .. nunc Coloniensem » archiepiscopum, qui eidem successit in onere et » honore, ad solutionem plenariam dictarum mille » centum quinquaginta marcarum compellatis, et peto » ipsum condempnari, juxta conventionem, ad satis- » factionem dampnorum, expensarum et interesse;

1. Sous-entendu : *Pravini* ou *Pravinensis*.

2. Cette longue phrase est assez mal construite; *unde peto ut* n'est que la répétition de *peto ego... quod* (sans régime), qui se lit au début de la pièce.

1. RODENBERG publie le texte de cette sentence d'arbitrage seul, sans la bulle de confirmation, qu'il suppose bien exister, mais n'a pas connue. (Cf. la note 1 de la page 621 de sa publication.)

« que omnia extimo duodecim milia marcarum : salvo jure etc. »¹

« Sed dictus procurator. litem contestando, negavit vera esse in libello narrata et dixit petita fieri non debere. Lite igitur coram nobis legitime contestata et ab utraque parte prestito calumpnie juramento. dictus Huguicio suam intentionem super sorte petita tam per litteras dicti [Theoderici]. Coloniensis archiepiscopi. quam per publica instrumenta in iudicium coram nobis producta fundavit, exceptiones quasdam parte altera opponente, in quarum probatione in diversis sibi Pruvini[i]. Bononie et Rome terminis assignatis defecit. Nos igitur, auditis hinc [inde] propositis, quia prefatus Huguicio confessus est in iudicio coram nobis, quod principalis et vera sors predicti mutui tantum nungente octoginta tres marce extitit sterlinguorum, et se ac memoratum fratrem suum expendisse ducentas octoginta marcas sterlinguorum in advocatorum salariis et aliis necessariis pro eodem recuperando debito, preeunte nostra taxatione, juravit, nec non dampna propter hoc multiplicia incurrisse, que triginta septem marcarum excedebant valorem : recepto domini pape mandato ad sententiam proferendam, habito etiam prudentum virorum, et specialiter venerabilis patris domini Egidii. Sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, consilio, partem dicti archiepiscopi et ipsum archiepiscopum, qui, multoties et peremptorie ad sententiam audiendam citatus, nec venit nec misit idoneum responsalem, non obstante ipsius absentia corporali, in mille trecentis marcis honorum, novorum et legalium sterlinguorum, tredecim solidis et quatuor sterlingis pro marca qualibet computandis, ipsis civibus condemnatum, in ceteris aliis in libello contentis partem archiepiscopi et ipsum archiepiscopum sententialiter absolventes. Unde ad futuram memoriam presens scriptum per manus Andree scriniarii fieri fecimus, nostri et venerabilis patris domini Egidii cardinalis jamdicti sigillorum munimine roboratum. Actum Rome, anno Domini M^oCC^oXXXVIII^o, indictione XI^o, mense martii, die V, pontificatus domini Gregorii VIII pape anno undecimo. Lata fuit hec sententia in palatio Augusti², in presentia magistri Bernardi, domini Petri Moronti, magistri Caputferrei clericorum, et dominorum Odonis Jordani, Johannis

« Andree, Jacobi de Cataldo et Johannis Rustici mitum, ad hec testium rogatorum. Et ego Andreas, Sancte Romane Ecclesie scriniarius, de mandato venerabilis patris domini Johannis, tituli Sancte Praxedis presbiteri cardinalis predicti, hanc sententiam scripsi et signum feci. »

4174

Latan. 18 mars 1238.

Abbati Sancti Dionysii [Remensis], decano Sancti Symphoriani [Remensis] et magistro Gerardo de Lauduno, canonico Remensi, mandat quatenus, non obstantibus apostolicis litteris ad episcopum Leodiensem pro abbate Fidemensi directis, ea quae de bonis monasterii Fidemensis pro eundem abbate, post juramentum ab eo sponte praestitum Aegidio, Sanctorum Cosmae et Damiani diacono cardinali, de eisdem bonis non alienandis, alienata invenerint, ad jus et proprietatem ejusdem monasterii revocent, et, eodem abbate ex eodem monasterio prorsus amoto, ejusdem conventui injungant ut sibi de persona idonea per electionem canonicam provideant in abbate; alioquin ipsi abbas Sancti Dionysii ejusque collegae de abbate idoneo eidem monasterio provideant. — (REG. 18, f. 368 r^o; ann. XI, c. 463; — cf. *supra*, n^o 2488.)

« .. abbat Sancti Dionisii, .. decano Sancti Symphoriani et magistro Gerardo de Laudun[o], canonico Remensi[bus]. Ex parte dilectorum filiorum .. prioris et majoris et senioris partis conventus monasterii Fidemensis fuit propositum coram nobis quod, cum olim visitationem et reformationem ejusdem monasterii .. priori ordinis fratrum Predicatorum Remen[si] et suis collegis duxerimus committendam : iidem. sollicitè in visitationis negotio procedentes, processum per eos habitum ad nostram presentiam remisissent : quem dilectus filius noster Egidius, Sanctorum Cosmae et Damiani diaconus cardinalis, de mandato nostro examinans diligenter, ab .. abbate ac T., priore de Marla¹. monacho monasterii supradicti, de non contrahendis debitis, seu distrahendis aut obligandis vel infeudandis nec non de non alienandis bonis ejusdem, ac quod in talibus propriis non uteretur sigillis, recepit corporaliter juramentum. Postmodum vero, cum vos, quibus administrationem monasterii supradicti sub certa forma dicimus commississe, prefatis Fidemensi et de Marla² prioribus vices vestras subdelegaveritis in hac parte, ipsi, exonerato infra breve tempus monasterio de octingentis libris in quibus erat creditoribus

1. Cf. la note b de RODENBERG à cette pièce.
2. Ms. : auguste.

1. Ms. : Marlla. — Il s'agit de Marle, Aisne, art de Laon.
2. Ms. : Marlla.

obligatum, in supradictum abbatem et quosdam alios, licet paucos, ejusdem monasterii monachos, pro eo quod ordinationi eorum se temere opponebant, monitione premissa, suspensionis et excommunicationis sententias, exigente justitia, protulisti. Memoratus autem abbas, immemor prestiti juramenti, non solum quinquaginta marcarum debitum dicitur contraxisse, quin immo duas grangias insuper, de facto, cum de jure non posset, alienare presumpsit; propter quod dictus abbas et quinque monachi super hoc consentientes eidem, fuerunt a vobis excommunicationis sententia innodati; quam cum per annum et amplius contempserit idem abbas, in anime sue periculum et scandalum aliorum, tandem, conficta causa gravaminis, ex qua se ad nos a vobis asseruit appellasse, ad venerabilem fratrem nostrum . . . Leodiensem episcopum nostras litteras impetravit; ex quibus dictus abbas assumens audaciam, T., priorem de Marla, de mandato vestro insistentem administrationi monasterii supradicti, per quemdam iniquitatis filium occidi, sicut dicitur, et priorem Fidemensem, coadministratorem ipsius, vulnerari graviter procuravit. Quare petebat¹ ut, cum, occasione talium litterarum, aliqua que administrationem monasterii suscipere audeat, nequeat inveniri persona, nec idem monasterium possit resurgere, sepedicto abbate remanente cum suis sequacibus in eodem, prout exhibite nobis ex parte vestra littere continebant, providere super hoc benignitate solita curaremus. Nolentes igitur hec, si vera sunt, sub dissimulatione transire, mandamus quatenus, si est ita, non obstantibus litteris ad prefatum episcopum impetratis, ea que de bonis supradicti monasterii per eundem abbatem, post juramentum ab eo prefato cardinali sponte prestitum, alienata inveneritis illicite ac distracta, ad jus et proprietatem ipsius legitime revocare, ac, abbate antedicto exinde prorsus amoto, conventui ejusdem ut sibi de persona idonea pro electione canoniam provident in abbatem, auctoritate nostra injungere procuretis. Alioquin vos ipsi provideatis de persona idonea eidem monasterio, vice nostra, cui faciatis ab universis et singulis ipsius monasterii monachis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi — Dat. Laterani, XV kalendas aprilis, anno undecimo. »

4175

Lateran, 20 mars 1238.

Episcopo Lucano mandat quatenus, examinato qua onera,

1. Sous-entendu : *prior Fidemensis*.

pro procuracionibus legatis vel nuntiis apostolicis exhibendis, singulae ecclesie Lunensis diocesis sustinere consueverint, vel debeant et possint, statuat « ut vel harum quolibet pro » portione congrua contribuant, post capitulum predictum » [Lunense], juxta viros, pro hujusmodi procuracionibus » exhibendis, deputatis ad hoc viros prudentibus et discretis, » qui, cum opus fuerit, hec » procuracionum onera « colligant et ministrent Apostolice Sedis nuntiis et legatis, aut » illarum [ecclesiarum] quolibet, ordine vicis sue, post » [idem] capitulum implent juxta morem » illud procuracionum ministerium. — (Reg. 18, f. 368 v°; ann. XI, c. 161.)

« .. *episcopo Lucano*. Exhibita nobis dilectorum —. Dat. Laterani, XIII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno undecimo. »

4176

Lateran, 7 mars 1238.

Episcopo Oxoniensi mandat quatenus, — cum canonici capituli Oxoniensis, non valentes de Oxoniensis ecclesie ordinatione concordare, multis [servitoribus] qui decesserant ibidem, nondum alios subrogavissent, — nisi predicti canonici, ab ipso episcopo moniti, infra tres menses post ejus monitionem idonearum personarum competentem numerum assumpserint, ipse eandem ecclesiam, que « propter servitorum » defectum debito servitio » defraudabatur, de personis idoneis juxta ejusdem ecclesie facultates ordinet. — (Reg. 18, f. 368 v°; ann. XI, c. 165.)

« .. *episcopo Oxoniensi*. Ex parte tua —. Dat. Laterani, nonis martii, anno undecimo. »

4177

Lateran, 23 mars 1238?*

Capitulo Compostellano significat se postulationem ab eorum delegatis factam de Auriensi episcopo in Compostellanum archiepiscopum, utpote attentantem post appellationem legitimam a duobus eorum concanonicis interjectam, non admisisse, eisque mandat quatenus ecclesie Compostellane infra quadraginta dies post receptionem presentium de persona idonea provideant; alioquin aliquos ex ipsis ad papam destinent, illum quem papa ipsis concesserit, recepturos. — (Reg. 18, f. 368 v°; ann. XI, c. 166.)

« *Capitulo Compostellano*. Veniens ad Apostolicam

1. Il doit y avoir une erreur dans la date du jour; le 23 mars 1238, Grégoire IX était dans la douzième année de son pontificat commencée le 21 mars de cette année 1238, et non plus dans la onzième; d'autre part, la date de lieu ne permet pas d'attribuer cette bulle au 23 mars 1237. — C. EUBEL, *Hierarchia catholica medii aevi... ab anno 1198 usque ad annum 1311* (1896), p. 507, note 1, date cette pièce du 20 mars 1238 (= XIII kalendas aprilis).

Sedem dilectus filius J[ohannes]¹ Arie, archidiaconus Compostellanus, nuntius et procurator vester, nobis ex parte vestra proposuit quod, cum, ecclesia vestra vacante², in septem de capitulo vestro providendi eidem ecclesie de pastore transulissetis omnes unanimiter potestatem, J. Petri et M. Petri, concanonice vestris, exceptis, qui in dictos septem vota sua sub ea conditione, ne dicte ecclesie aliunde quam de ipsius providerent gremio, transulerunt: predicti septem, ejusdem ecclesie utilitate pensata, venerabilem fratrem nostrum .. Auriensem episcopum ad ipsius regimen postularunt. Quare prefatus archidiaconus nobis cum instantia postulabat ut postulationem hujusmodi admittere curaremus. Ex adverso vero prefatus J., pro se et dicto M., cujus procurator erat, in nostra presentia constitutus proponebat quod, cum ipsi sub prefata conditione in dictos septem vota sua transulerint, et ne secus fieret, eo quod multi in eadem ecclesia reperiantur idonei, ad Sedem Apostolicam appellarint, talis postulatio, que in contradictione facta fuerat, admitti aliquatenus non debebat. Attendentes igitur postulationem eandem post appellationem fuisse legitimam, attemptam, de fratrum nostrorum consilio eam non duximus admittendam, et vos nichilominus ad electionem restituumus de gratia speciali. Quocirca mandamus quatenus prefate ecclesie infra quadraginta dies post receptionem presentium provideatis de persona idonea, que tanto congruat oneri ac honori, canonice in pastorem. Alioquin extunc aliquos ex vobis ad nostram presentiam destinatis, illum quem vobis concedendum duxerimus, recepturos. Dat. Laterani, X kalendas aprilis, pontificatus nostri anno undecimo. »

-1178

Lateran, 13 mars 1238.

Archiepiscopo Bremensi, abbati Sanctae Mariae Stadensis et praeposito ecclesiae Sancti Georgii Stadensis Bremensis dioecesis, mandat quatenus magistrum et fratres olim militiae Christi, nunc domus Sanctae Mariae Teutonicorum in Livonia, cogant ut a vexatione abbatis et conventus de Dunemunde (= Dunamünde), Cisterciensis ordinis, omnino compiescant, eisque de damnis et injuriis satisfactionem exhibeant. — (REG. 18, f. 368 v°; ann. XI, c. 167; — cf. *supra*, n° 1166.)

.. archiepiscopo Bremensi, .. abbati Sanctae Mariae et

¹ La forme complète de ce nom est donnée par le *capitulum* 302 de la XII^e année.

² Cf. *supra*, n° 3796.

.. praeposito ecclesiae Sancti Georgii Stadensis¹, Bremensis dioecesis. Dilecti filii .. abbas et conventus de Dunemunde, Cisterciensis ordinis, suam ad nos transmissere querelam, quod .. magister et fratres olim militiae Christi, nunc domus Sanctae Mariae Teutonicorum in Livonia, occasione sumentes indebitam contra ipsos, pro eo quod dicti abbas et conventus, tanquam obedientie filii, venerabili fratri nostro B[ernardo], quondam Semigaliensi episcopo, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legato, immo nobis in ipso, obedientiam et reverentiam exhibentes, in claustrum ipsorum contra quosdam qui mortem machinabantur ipsius, receperunt eundem, sibi pro viribus assistendo : ipsos adeo hostili-odio persecuntur, bona eorum impie devastando, quod, nisi eos ab eorum, qui dictos abbatem et conventum diversis affligunt molestiis et jacturis, faucibus Apostolica Sedes eripiat, cogentur extra monasterium, ad cujus bona ipsi indesinenter aspirant, miserabiliter exulare. — Dat. Laterani, III idus martii, anno undecimo. »

-1179

Lateran, 13 mars 1238.

Ariae Petri, canonico Auriensi, indulget ut ecclesiam Sancti Laurentii de Penna, Auriensis dioecesis, curam habentem animarum annexam, quam episcopus Auriensis ipsi Ariae, ad praesentationem ejusdem ecclesiae patronorum, commendaverat, recipere valeat, et una cum canonicatu Auriensis ecclesiae retinere. — (REG. 18, f. 369 r°; ann. XI, c. 468.)

« Arie Petri, canonico Auriensi. Cum sic dicaris —. Dat. Laterani, III idus martii, anno undecimo. »

-1180

Lateran, 18 mars 1238.

Magistro Benedicto de Guarcino], scriptori suo, Iate scribit de negotio mercatorum Florentinorum contra ipsorum debitores crucesignatos in regno Franciae, eique mandat quatenus omnes ordinarios praedictorum crucesignatorum moneat et inducat ut tam laicos quam clericos crucesignatos infra quattuor menses compellant ut eisdem Florentinis super debitis in quibus teneantur eisdem, congruam satisfactionem impendant; quod si dicti ordinarii contra eosdem debitores crucesignatos non processerint, ipse magister Benedictus praedictos debitores compellat ut eisdem Florentinis satisfaciant, vel coram ipso papa per procuratores infra competen-

1. Ms. : Stradensis.

tem terminum compareant¹. — (Reg. 18, f. 369^{ro}; ann. XI, c. 469; — cf. *supra*, n. 3927 et 3928.)

« *Magistro Benedicto, scriptori nostro.* Cum olim dilecti filii .. potestas et commune Florentini fuissent graviter in presentia nostra conquesti super eo quod civibus suis de pecunia quam a longo tempore nonnullis de regno Francie mutuarunt², a pluribus eorum, diu post terminum expectatis, non fuerat satisfactum, quin immo pro ea recuperanda subierant dicti cives labores multiplices et expensas, jamque intollerabilibus erant dampnis afflicti, ita quod multi ex eis ad extremam inopiam devenissent; nos, volentes eis paterna sollicitudine providere, te ad partes illas propter hoc specialiter duximus destinandum, per nostras tibi litteras jurisdictionem sub certa forma contra debitores omnes et singulos, tam ecclesiarum prelatos quam alios spectantes ad forum Ecclesie, concedendo³. Postmodum autem, intellecto quod nonnulli laici crucesignati, occasione litterarum hujusmodi, cogebantur indebitos subire labores, cum nequaquam intentionis nostre fuisset sub hujusmodi mandato ipsos includi, maxime cum generaliter crucesignatis omnibus a Sede Apostolica sit indultum ut, quamdiu coram suis diocesanis vel ordinariis parati fuerint stare juri, ad iudices extraordinarios vel delegatos a Sede Apostolica non trahantur: tibi dedimus in preceptis ut, contra laicos crucesignatos regni predicti nulla ratione procedens, si forsan contra eos in aliquo processibus, studes sine difficultatis obstaculo revocare⁴. Cumque dicti cives inculcarent in presentia nostra querelam, quod, licet karissimo in Christo filio nostro .. illustri regi Francorum direxerimus preces nostras, ut subditos suos ad satisfaciendum eis tradita sibi compelleret potestate, et te pro cogendis debitoribus ad forum Ecclesie pertinentibus, ad partes illas duxerimus destinandum, nulla tamen eis a subditis dicti regis vel a crucesignatis satisfactio preberetur, interdicto tibi a rege prefato ne in nostri procederes executione mandati: tertio tibi litteras nostras direximus, continentes ut, nisi ordinarii dictorum crucesignatorum, per te moniti, prefatis mercatoribus infra quatuor menses satisfactionem debitam ab eis facerent exhiberi, extunc contra crucesignatos ipsos juxta formam tibi

primo traditam procedere procurares¹. Nuper autem prefati cives, ad nostram presentiam recurrentes, exponere curaverunt quod, cum jurisdictionem habere per premissas litteras contra laicos crucesignatos minime videaris, sicut inuitur ex intentione mandantis, per secundas litteras declaratum², de ipsis nequeunt justitiam obtinere. Unde nobis humiliter supplicarunt ut, cum etiam laici crucesignati ad ecclesiasticum forum spectent, providere ipsis ne, occasione secundi mandati, per quod a tua jurisdictione videntur excepti, pecuniam dictorum civium ulterius injuste detineant, curaremus, presertim cum dampna et expense civium predictorum in tantum exereverint, quod jam credantur mutuae sortis excedere quantitatem. Licet igitur crucesignatis ipsis esse velimus, quantum cum Deo possumus, favorabiles et benigni, quia tamen salutari eorum non expedit propria comoda de dampnis facere proximorum, nosque prefatis civibus non debemus in suo jure desesse, cum simus omnibus in justitia debitores, volentes sic crucesignatis ipsis, servando fori ecclesiastici privilegium consuetum, apostolicum imperitari favorem, quod justitia civium eorundem non absorbeat omnino: mandamus quatenus omnes ordinarios dictorum crucesignatorum ut tam laicos quam clericos crucesignatos, quod eisdem mercatoribus super debitis in quibus tenentur eidem, congruam, usuris omnino cessantibus, satisfactionem impendant, juxta officii sui debitum, infra quatuor mensium spatium post monitionem tuam compellant, moneas et inducas. Quod si dicti ordinarii non processerint contra eos, tu extunc eosdem crucesignatos quod vel coram te satisfaciunt prefatis mercatoribus, ut tenentur, vel, si maluerint, super hiis per procuratores idoneos infra competentem terminum quem duxeris statuendum, cum rationibus suis et processibus, si qui litterarum nostrarum auctoritate sunt habiti, compareant coram nobis, facturi et recepturi quod dictaverit ordo juris —, compellas. Dat. Laterani, XV kalendas aprilis, anno undecimo. »

— 1181 — Latran, 28 février, 6 mars ou 14 mars 1238?

Capitulo Constantiensi significat se confirmare creationem officii decanatus a Constantiensi episcopo in ipsorum ecclesia factam. — (Reg. 18, f. 369^{vo}; ann. XI, c. 470.)

« *Capitulo Constantiensi.* Hiis que pro —. Significastis

1. Une lettre identique par la teneur, mais adressée aux archidiacres de Rouen et de Beauvais, et datée du 14 avril, se trouve plus loin parmi les bulles de la XII^e année (année XII, c. 28).

2. Sic, peut-être pour *mutuarunt*.

3. Cf. *supra*, n° 3534.

4. Cf. *supra*, n° 3882.

1. Cf. *supra*, n° 3928.

2. Sic, ici et dans le *capitulum* 38 de la XII^e année, peut-être pour *declarata* se rapportant à *intentione*.

siquidem nobis quod, cum ecclesia vestra propter defectum officii decanatus non modicum pateretur in spiritualibus et temporalibus detrimentum, venerabilis frater noster .. episcopus vester, super hoc volens ipsi ecclesie providere, hujusmodi dignitatem creandam providit ibidem, vobis concedens eligendi personam idoneam in decanum, liberam facultatem, certis taxatis redditibus, de quibus decani qui pro tempore fuerint, competenter valeant sustentari, jurisdictionem quam habent decani aliarum ecclesiarum cathedralium provincie Rothomagensis, in eadem ecclesia obtenturi; adjecto quod prebenda quam habuerit canonicus ipsius ecclesie qui primo assumptus fuerit in decanum, ipsi decanatu perpetuo sit annexa, prout in ejus litteris inde confectis dicitur plenius contineri. — Dat. Laterani, II [] martii, anno undecimo. »

-1182

Latran, 19 mars 1238.

Episcopo Agennensi, priori [fratrum Praedicatorum] Burdegalensi et fratri Bernardo, de ordine Praedicatorum, Agennensis diocesis, mandat quatenus episcopum Convenarum, — quem, apud Sedem Apostolicam constitutum, ipse papa monuerat viva voce, et, post ejus recessum, moneri fecerat ut monasterium Silvae Majoris, Burdegalensis diocesis, quod jam dudum detinuerat, dimitteret, et qui id efficere haecenus neglexerat, — moneant et inducant ut praefatum monasterium resignet ac dimittat; quod sive dimiserit sive non, ipsi, infra mensem post monitionem ei ab ipsis factam, faciant eidem monasterio per electionem canonicam provideri de persona idonea in abbatem. — (REG. 18, f. 369 v°; ann. XI, c. 171; — MOREAU 1191, f. 518; — cf. *supra*, n° 3731.)

« .. episcopo Agennensi, .. priori Burdegalensi et fratri Bernardo, de ordine fratrum Praedicatorum, Agennensis diocesis. Cum olim venerabilis —. Dat. Laterani, XIII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno undecimo. »

-1183

Latran, 15 mars 1238.

Sarsenati episcopo mandat quatenus, si expedire viderit, episcopo, clero et populo Cerviensibus licentiam tribuat ecclesiam cathedralem Cerviensem, extra civitatem positam et ab hominum habitatione remotam, infra ejusdem civitatis moenia transferendi. — (REG. 18, f. 369 v°; ann. XI, c. 172.)

« .. episcopo Sarsenati [?]. Licet ex illo —. Hinc est quod, scit venerabilis frater noster .. episcopus et dilecti

fili clerus et populus Cervienses nobis significare curarunt, cathedralis ecclesia Cerviensis, utpote extra civitatem posita et ab hominum habitatione remota, tempore guerre deseritur, et magnum in spiritualibus patitur detrimentum; quod, propter guerram in illis partibus, exigentibus peccatis, exortam, continue per triennium est perpessa. Tempore vero pacis, propter multam asperitatem hiemis et inundationem aquarum, populus ad eam sine magna difficultate non potest accedere, ac ab ipsa oportunitis temporibus ecclesiastica percipere sacramenta; et, cum non multum distet a mari, habitores ipsius nonnunquam perversorum incursum opprimuntur; aeris quoque intemperies nonnullos eorum infirmitate corrumpit et morte intercipit insperata. Unde, cum praefatus episcopus et canonici ejusdem ecclesie in ea propter premissa non possint nec proposerint de cetero commorari, praesertim cum domus canonicorum pene penitus sint destructae, ac parietes ipsius ecclesie parati ad casum, et pars domus episcopi jam combusta; memorati episcopus, clerus et populus nobis humiliter supplicarunt ut transferendi eandem ecclesiam infra civitatis praedictae moenia, licentiam eis concedere curarem. De tua igitur circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus quatenus, si premissis veritas suffragatur, et, consideratis hujusmodi negotii circumstantiis diligenter, id videris expedire, tribus eisdem auctoritate nostra licentiam postulata. Dat. Laterani, idibus martii, anno undecimo. »

-1184

Latran, 16 mars 1238.

Regem Franciae rogat et hortatur quatenus balivos suos in provincia Narbonensi et Albigesio compellat ut a gravibus excessibus quos contra jura ecclesiastica committebant, desistant. — (REG. 18, f. 370 r°; ann. XI, c. 173; — MOREAU 1191, f. 512.)

« .. illustri regi Francie. Ad audientiam nostram, fama referente, pervenit quod balivi tui in provincia Narbonensi et Albigesio, in occupatione bonorum dampnatorum de heresi plurimum excedentes, bona hujusmodi que in dominicaturis et feudis ecclesiarum consistunt, ad ipsas ecclesias devolvenda de jure, spretis ipsarum juribus, violenter pro suo libito voluntatis usurpant, hereticorum bona quandoque, non expectata inquisitorum sententia, occupant, et murandis hereticis, quorum bona devolvuntur ad ipsos, nec reclusorium facere, nec eis curant, prout statutum in Tolosano concilio extitit, in necessariis providere; sententias contra

plures magnates dampnatos de heresi distulerunt hactenus et adhuc differunt executioni mandare; dotes quoque mulierum catholicarum, quarum mariti de heresi condemnantur, et credita, deposita, commodata eisdem a viris catholicis pignora, etiam fructibus non computatis in sortem, que de iure ad viros catholicos pertinent, dicti balivi per injustitiam detinere contendunt; census possessionum dampnatorum dominis catholicis a quibus ipsas tenent, reddere renuunt, in pacis et fidei detrimentum; ceterum iidem balivi prelatos et alias personas ecclesiasticas, nec non homines ecclesiarum et monasteriorum coram se in seculari examine, ipsorum captis pignoribus vel personis, proponere ac excipere quaslibet actiones pro sua voluntate compellunt, in detrimentum ecclesiarum et subversionem ecclesiasticæ libertatis. Cum igitur super predictis omnibus et aliis pluribus emendandis, per venerabiles fratres nostros .. archiepiscopum Narbonensem et .. Biterrensem episcopum ac per alios, ut intelleximus, pluries fueris requisitus, nec ea feceris emendari, serenitatem regiam rogandam duximus attentius et hortandam quatenus, dictos balivos ut a premissorum excessuum presumptione desistant, tradita tibi celitus potestate compellens, sic premissa omnia facias emendari, quod exinde possessorem celi et terre tue reddas saluti propitium, et Ecclesie, plenam quam inclite recordationis .. pater et alii predecessores tui devotionem ad Deum et ipsam habuisse noscuntur, in personam tuam derivatam esse confidens, continuus pro te orationibus apud Deum intercedere et pro exaltatione tua apud homines laborare perpetuis temporibus obligetur. Alioquin, cum tanta dampna ecclesiarum et virorum ecclesiasticorum et tam graves excessus dissimulare equanimiter in anime nostre et tue periculum ulterius non possimus, non moleste feras si ad corrigendos predictos excessus et balivorum tuorum insolentiam reprimendam, vigorem ecclesiasticum exercentus. Dat. Laterani, XVII kalendas aprilis, anno undecimo. »

4185

Latran, 17 mars 1238.

« In eundem modum *nobilibus viris consiliariis karissimis in Christo filii nostri .. illustris regis Francie*, usque : exercemus. Quocirca nobilitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, in remissionem vobis peccaminum injungentes quatenus super hoc apud ipsum regem, ob reverentiam divini nominis, Apostolice Sedis et nostram, interponatis efficaciter partes vestras. Dat. Laterani, XVI kalendas aprilis, anno undecimo. » — (MOREAU 1191, f. 513 v.)

4186. — In eundem modum .. *regine Francie*.

4187

Latran, 18 mars 1238.

« In eundem modum .. *priori ordinis fratrum Predicatorum, et magistro S., archidiacono, et fratri Paulo delicio, ejusdem ordinis, Parisien[sibus]*, usque : exercemus. Quocirca mandamus quatenus, ad ipsum regem personaliter accedentes, eum, sibi tenore litterarum nostrarum exposito, ad id attente monere et prudenter inducere procuretis. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, XV kalendas aprilis, anno undecimo. » — (MOREAU 1191, f. 514.)

4188

Latran, 16 mars 1238.

« In eundem modum .. *archiepiscopo Rothomagensi, et .. Parisiens et .. Sittancensibus episcopis*, usque : mandamus quatenus super hoc apud eundem regem, ob reverentiam divini nominis, Apostolice Sedis et nostram, interponatis efficaciter partes vestras. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, XVII kalendas aprilis, anno undecimo. » — (MOREAU 1191, f. 514 v.)

4189

Latran, 16 mars 1238.

Regem Francie rogat et hortatur quatenus inhibeat ne balivi sui in provincia Narbonensi et Albigeois, inter alios excessus quos committebant, castra, villas et alia bona ecclesiarum vacantium usurpent. — (REG. 18, f. 370 v°; ann. XI, c. 474; — MOREAU 1191, f. 510.)

« .. *illustri regi Francie*. Ad audientiam nostram, fama referente, pervenit quod balivi tui, decedentibus ecclesiarum prelati in provincia Narbonensi, castra, villas et alia bona ecclesiarum vacantium contra juris debitum usurpare, et id de novo in ecclesiarum iuribus attemptare presumunt, quod nullo tempore a predecessoribus tuis vel aliis, occasione regalium vel alia, extitit attemptatum. Cum igitur super predictis excessibus etc., ut supra¹, usque : exercemus. Dat. ut supra. »

4190

Latran, 16 mars 1238.

Senescalis et balivi regis Francie in provincia Narbonensi et Albigeois constituti de eodem scribit et mandat quatenus a predictis excessibus desistant. — (REG. 18, f. 370 v°; ann. XI, c. 475; — MOREAU 1191, f. 511.)

« *Senescalis et balivi karissimis in Christo filii nostri ..*

Illustris regis Francie in provincia Narbonensi et Albigesto constitutis. Ad audientiam nostram, fama referente, pervenit quod vos in occupatione honorum dampnatorum etc., ut in prima¹, usque : subversionem ecclesiasticæ libertatis. Quocirca devotionem vestram monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus a predictorum excessum presumptione desistatis omnino. Alioquin venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Narbonensi, et .. Magalonensi et .. Elenensi episcopis nostris damus litteris in mandatis ut vos ab hujusmodi presumptione cessare, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellant. Dat. ut supra. »

4191. — In eundem modum .. *senescallo Carvasonensi et aliis balivis karissimis in Christo filii nostri .. illustris regis Francie in provincia Narbonensi et Albigesto constitutis.*

4192. — In eundem modum *nobili viro Philippo de Monte Forti et ejus balivis in Albigesto constitutis.*

4193

Latan, 12 mars 1238.

Archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato, mandat quatenus consulibus villæ ac maris Montis Pessulani satisfaciatur super perceptione, ab ipso archiepiscopo indebitè prohibita, quorundam obolorum ab eis ad opera maritima et alia deputatorum. — (Reg. 18, f. 370 v°; ann. XI, c. 476; — MOREAU 1191, f. 504.)

« .. *archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato.* Ex parte consulum ville ac maris Montis Pessulani fuit propositum coram nobis quod, cum tu, asserens de inhihendis novis pedagiis et de novo augmentandis veteribus in eadem villa Montis Pessulani et ejus districti, a nobis recepisse mandatum, eisdem ut a perceptione obolorum qui a longis retro temporibus percipiuntur in castro de Latis, desisterent, injunxisses : iidem excipiendo coram te proponere curaverunt quod, cum dicti oboli, tam largitione dominorum quam consulum et communis Montis Pessulani[i] concessione, per legatos Sedis Apostolicæ confirmata, pro conservanda pace, ac reparatione et conservatione gradus maris et ingressus fluminis Lesi, securitate navigantium, reprinendis et expellendis piratis, raptoribus et aliis, tam Christianis quam Saracenis, offendentibus transeuntes per mare ipsius vicinum, galea et aliis navigiis ad defensionem hujusmodi deputatis, ipsis a navigantiis exolvantur, nec computentur in redditus

1. N° 4181.

nec in usus alios convertantur, prout erant legitime probare parati, prohibere perceptionem ipsorum, occasione mandati hujusmodi, non poteris nec debebas. Et quia ipsos super hoc audire contra justitiam denegabas, pluries humiliter requisitus, sentientes indebite se gravari, nostram audientiam appellarunt. Ideoque mandamus quatenus, si est ita, in statum debitum provide revoces per te ipsum, si forsan contra eos in aliquo post appellationem hujusmodi processisti. Alioquin venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Arelatensi damus nostris litteris in mandatis ut idem id. sublato appellationis obstaculo, exequatur. Dat. Laterani, III idus martii, anno undecimo. »

4194

Latan, 20 mars 1238.

Priori et conventui Roffensibus significat se electionem ab eis celebratam de magistro Riccardo [de Wenden]¹, rectore ecclesie de Brumleie (= Bromley), Roffensis diocesis, in Roffensem episcopum duxisse confirmandam, eisque mandat quatenus eidem electo obedientiam et reverentiam debitam exhibeant. — (Reg. 18, f. 370 v°; ann. XI, c. 477; — cf. *supra*, n. 2731 et 3261.)

« .. *priori et conventui Roffensibus*². Cum electionem quam —. Dat. Laterani, XIII kalendas aprilis, anno undecimo. »

4195

Latan, 20 mars 1238.

Abbati de Leznes (= Lesnes, = Westwood), Roffensis diocesis, nec non cancellario et thesaurario Sancti Pauli Londoniensis, de eadem re scribens, significat se electionem a priore et conventu Roffensibus de magistro Riccardo [de Wenden], rectore ecclesie de Brumleie (= Bromley), in Roffensem episcopum celebratam, confirmasse, eisque mandat quatenus, revocato in statum debitum quicquid post latam ab ipso papa sententiam, invenerint in ecclesie Roffensis præjudicium attentatum, eundem electum in possessionem bonorum temporalium ejusdem ecclesie Roffensis inducant, et inductum defendant. — (Reg. 18, f. 371 r°; ann. XI, c. 478; — cf. *supra*, n. 2731 et 3261.)

« .. *abbati de Leznes, Roffensis diocesis, .. cancellario et .. thesaurario Sancti Pauli London[i]ensis.* Cum electionem quam —. Dat. ut supra. »

1. Cf. *supra*, n° 3261 et *infra*, n° 4197.

2. Une partie de cette bulle a été écrite dans les marges (marge de fond et marge extérieure), comme si l'on avait tenu à terminer le feuillet 370 avec cette pièce, dans laquelle on ne remarque d'ailleurs aucune trace de remaniement.

-1196

Latran, 8 mars 1238.

archiepiscopo Corinthiensi scribit : « Cum, sicut, te intima-
 » mante, accepimus, in receptione palli tibi a Sede Aposto-
 » lica destinati, de visitando Romanam Ecclesiam corporale
 » presiteris iuramentum, et Constantinopolitanam ecclesiam,
 » cui ecclesia tua immediate subesse dinoscitur, te oporteat
 » visitare, nos, tuis precibus inclinati, intendentes te non
 » posse visitare utramque, ab huiusmodi iuramento auctori-
 » tate presentium te duximus absolvendum. » — (REG. 18,
 f. 371 r°; ann. XI, c. 479.)

« . . . archiepiscopo Corinthiensi. Cum, sicut, te —. Dat.
 Laterani, VIII idus martii, anno undecimo. »

-1197

Latran, 20 mars 1238.

Priori et conventui Roffensis late scribit de causa elec-
 tionis magistri Ricardi de Wenden, rectoris ecclesiae de
 Bromleie (= Bromley), in Roffensem episcopum, inter ipsos
 et archiepiscopum Cantuariensem agitata, eisque significat se,
 post longos processus, plenus intellectus quae coram Aegidio,
 Sanctorum Cosmae et Damiani diacono cardinali, quem parti-
 bus ipse papa concesserat auditorem, hinc inde proposita
 fuerant, electionem de praedicto magistro ab ipsis factam
 canonice celebratam invenisse et confirmare; insuper declar-
 at electionem huiusmodi ad ipsos pertinere, et eidem archi-
 episcopo ejusque successoribus inhiberi ne se de Roffensis
 episcopi electione ulterius aliquatenus intromittant¹. —
 (REG. 18, f. 371 r°; ann. XI, c. 480; — *onist* BLISS; —
 cf. *supra*, n. 2731, 3261, 4194 et 4195.)

« [. . .] priori et conventui Roffensibus². Ecclesia vestra
 pastoris solacio destituta, et a venerabili fratre nostro
 . . . Cantuariensi archiepiscopo, qui ejusdem ecclesie
 asserit se patroaum, eligendi a vobis licentia petita

1. Matthieu de Paris a mentionné cet acte de Grégoire IX dans
 un passage de ses *Chronica Majora*, qu'il a paru intéressant de
 reproduire ici : « Illo quoque anno [1238], data est sententia a
 domino Papa pro monachis Roffensibus super controversia mota
 inter archiepiscopum E[dmundum] et eosdem monachos de eli-
 gendo sibi episcopo; et data est sententia pro eis, tam de petitorio
 quam de possessorio; et confirmatus est electus eorum, magister
 Ricardus de Wenden, die sancti Guthberti [20 mart.]. » (*Matthaei
 Parisiensis Chronica Majora*, éd. H. R. Luard, t. III (1876), p. 480;
 cf. *ibid.*, t. III, p. 306.)

2. L'adresse manque, tant en tête de la bulle qu'en manchette
 (les rubricelles, dans cette partie du *Registre*, ont été coupées
 par le couteau du relieur); mais, outre qu'on pourrait très aisément
 la rétablir par conjecture, elle est tournée (REG. 18, f. 267 r°)
 par la table des rubriques de la XI^e année. — L'initiale rubriquée
 manque également. — Cette pièce ne paraît cependant pas avoir
 été ajoutée après coup, à la fin du *Registre*; elle est de la même
 main et de la même encre que les précédentes.

cum humili[ate] pluries et negata. vos, ne tempus de
 eligendis episcopis a canone diffinitum in vestrum pre-
 judicium laboretur, potestatem providendi viduae eccle-
 sie de pastore in septem de collegio transtulistis. Qui cum dilectum filium magistrum Ricardum de
 Wenden, rectorem ecclesie de Brunlege, in Roffensem episcopum elegissent, et universi ac singuli, electionem
 hujusmodi approbantes, ipsam ab eodem archi-
 episcopo petieritis confirmari, et idem archiepiscopus id
 pro sua voluntate negavit, ad nostram duxistis audientiam
 appellandum. Cum autem, procuratoribus partium in nostra presentia constitutis, dilectus filius
 Alex[ander], monachus Roffensis, nomine vestro, quorum
 procurator erat, confirmari electionem eandem
 cum instantia petiisset, et declarari nichilominus per
 sententiam an ad vos¹ vel ad archiepiscopum electio
 pertineret, super negotio electionis dumtaxat, quia super
 declarationis articulo procurator archiepiscopi
 mandatum sufficiens non habebat, lis fuit apud Sedem
 Apostolicam contestata: et factis quibusdam positio-
 nibus et responsionibus ad eandem, causam dilectis
 filiis . . . abbati Sancti Albani et collegis suis sub ea
 forma duximus committendam², ut, vocatis tam super
 electionis quam declarationis, si velletis experiri, negotio
 evocandis, et auditis hinc inde propositis, causam
 ipsam infra quatuor menses, si de partium voluntate
 procederet, h[ic] [et] ca[nonico] terminaret, ac faceret
 quod decerneret, auctoritate nostra firmiter obser-
 vari; alioquin, eam sufficienter instructam ad examen
 apostolicum remittentes, prefigerent partibus terminum
 preemptorium competentem, quo per procuratores suffi-
 cientes et idoneos propter hoc apostolice se conspectui
 presentarent, quod justum foret, auctore Domino,
 recepture. Coram quibus die monachis Cantuariensibus
 assignata, et non curantibus comparere, idem³
 petiit, cum de jure communi, ecclesia Roffensis vacante,
 ad conventum ipsius spectet electio episcopi faciendi,
 per sententiam declarari ad eundem conventum electionem
 hujusmodi pertinere, ac inhiberi archiepiscopo
 supradicto ne se de electione ipsius ecclesie, cum eam
 vacare contingerit, intromittat; procuratore dieti archi-
 episcopi, litem contestando, negante ad iudicium
 conventum de jure communi electionem Roffensis epis-
 copi pertinere. Idem vero iudices, receptis testibus
 super utroque negotio ab utraque parte productis, et
 attestationibus publicatis, ac exhibitis hinc inde privi-

1. Ms. : sententiam ad ad vos.

2. Cf. *supra*, n° 3261.

3. C'est-à-dire : procurator prioris et conventus Roffensium.

legiis et aliis munimentis. causam instructam ad examen apostolicum remiserunt. Et quia de meritis persone electi inquirendum potissime videbatur, cum illius peteretur electio confirmari, ad utriusque partis instantiam ipsam examinautes, prout convenit, diligenter et competenter, litteratum et nec in natalibus nec in etate nec etiam in aliis canonicis defectum pati aliquem invenerunt eundem, qui promotionem ejus debeat impedire. Procuratoribus ergo partium constitutis denuo coram nobis dilectum filium nostrum Egidium, Sanctorum Cosme et Damiani diaconum cardinalem, concessimus audire. Coram quo examinatis diligenter dictis testium receptorum, et privilegiis ac instrumentis inspectis, prefatus procurator vester intentionem suam sufficienter esse probatam tam super electionis quam declarationis negotio assererat. Nam, cum electiones episcoporum ad cathedralium ecclesiarum clericos regulariter pertinere noscantur, et omnis congregatio sibi de jure communi provideat per electionem canonicam de prelo, nisi forte alicubi secus obtineat de jure seu consuetudine speciali, patet quod ad vos spectat electio, tanquam ad collegium ecclesie cathedralis; et sic, utendo jure vestro, ad electionem procedere absque alicujus injuria potuistis, cum injuriam nulli irroget, qui utitur jure suo. Felicis quoque memorie Adriani papa, predecessoris nostri¹, per privilegium suum vobis electionem canonicam asserit concessisse; et in privilegio pie memorie Innocentii pape, predecessoris nostri², nichilominus continetur quod omnes electiones sunt libere in ecclesiis cathedralibus Anglicanis. Prior etiam et conventus Roffenses qui pro tempore extiterunt, hoc jure tanto tempore usi sunt inconscie, quod jus eligendi, propter diuturnitatem temporis, usque ad legitimam prescriptionem producti, vobis potuit jam acquiri, cum a quinquaginta duobus annis citra probetur per testes in electionibus episcoporum Roffensium sic obtentum. Fuit insuper pro vobis etiam allegatum quod, eo tempore quo magistrum elegistis eundem, gratis in eligendi possessione vel quasi, cum, sicut per testes vestros est sufficienter ostensum, trium episcoporum qui ultimo et immediate Roffensi ecclesie prefuerunt, Gilberti videlicet, Benedicti et Henrici, electiones, per priorem et conventum ejusdem ecclesie celebratas, Cantuariensis archiepiscopus tanquam canonicas confirmavit. Quare dictus procurator vester ex hiis omnibus inferebat, et debere confirmari electionem predictam, et nichilominus de-

clarari jus eligendi ad vos, non ad archiepiscopum pertinere. Ex adverso vero fuit super electionis negotio inter cetera sic responsum, quod per privilegium bone memorie Alex[andri] pape, predecessoris nostri¹, quondam Ricardo, archiepiscopo Cantuariensi, concessum, est juri communi quod pro vobis inducitur, derogatum; in quo inter cetera continetur: « Preterea » Roffensem ecclesiam tibi et catholicis successoribus » tuis subjacere decernimus, veluti cujus episcopatus » et ejusdem redditus fuerunt de mensa Cantuariensis » archiepiscopi constituti; ita quod, ejusdem loci episcopo decedente, in tua sit dispositione ac successorum tuorum episcopum, tanquam proprium capellanum, ibidem instituere, secundum antiquam ecclesie tue consuetudinem, et secundum quod predecessores tui fecisse hactenus dinoscuntur. » Qui etiam Roffensis episcopus, quasi ex tenore ipsius privilegii Cantuariensi ecclesie specialius obligatus, archiepiscopatu vacante, ad communionem ejusdem Cantuariensis ecclesie, tenetur supplere vices archiepiscopi in conficiendo crismate ac ceteris que per episcopum desiderant expediri; et quod sic consueverunt archiepiscopi existentes pro tempore, instituere videlicet Roffensem episcopum, tanquam proprium capellanum, probare nisa est pars archiepiscopi per scripturas quasdam, sumptas de libris Cantuariensis ecclesie, quibus, ut asserit, fides per totam Angliam adhibetur. Et sic, tam per privilegium hujusmodi speciale quam per scripturas easdem, quibus tanquam authenticis est credendum, tollitur quod pro vobis inducitur, jus commune. Nec suffragatur vobis allegatum privilegium Adriani: tum quia nichil vobis, nisi quod de jure communi competit, canonice videlicet electio, conceditur in eodem, quod per ea que sunt allegata superius, est sublatum; tum quia, prima facie, contra vos videtur potius facere quam pro vobis, cum vobis non liberam sed canonicam electionem, et primam vocem in ipsa electione concedat; ergo non eligendi vobis, sed ceteri potius potius est concessa facultas, cum non nisi respectu secundi valeat dici primum; sic ergo innuitur quod, vobis prima voce concessa, idem archiepiscopus debeat habere secundam, et forte, tanquam dignior, potiore; tum etiam quia eidem privilegio est per predictum Alex[andri] privilegium derogatum. Porro dicta testium vestrorum, quibus tempus et usum nisa est pars vestra probare, nullum afferre vobis aminiculum videbantur: tum quia ex cursu temporis nulla obligatio nascitur, cum tempus non sit modus indu-

1. Très probablement Adrien IV.

2. Soit Innocent II, soit Innocent III.

1. Alexandre III.

cende obligationis, sicut etiam nec tollende, presertim cum bona fides et justus titulus, sine quibus in rebus ecclesiasticis non currit prescriptio, non probentur: tum etiam quia in institutione Benedicti dicitur¹ per Cantuariensem archiepiscopum interrupta; quem non electum a vobis, sed datum ab eodem archiepiscopo dicimini recepisse, prout procurator ipsius archiepiscopi per quosdam testes nusus est comprobare. Nec possessio quam probasse videmini, vobis prodest, cum in electione que ultimo facta est de Henrico, et confirmatione archiepiscopi subsequuta, utraque pars renuntiavit expresse juri quod sibi ex eis fuerat acquisitum, sicut exhibite in iudicio dicti archiepiscopi littere continebant. Rursum testes ad probandum electionis formam inductos a vobis, ratione contrarietatis reprobare nusus est idem archiepiscopi procurator, quia, cum unica tantum fuisset electio, quidam ipsorum eam in capella infirmatorii, et quidam factam in capitulo astruxerunt. Super declarationis vero negotio, litem negat pars archiepiscopi contestatam, cum, sicut asserit, non ad petitionem responsum fuerit, sed ad causam. Unde dictus archiepiscopi procurator electionem eandem non confirmandam, sed infirmandam potius assererat, et de negotio declarationis ex integro cognoscendum. Sed ad hec fuit ex parte vestra taliter replicatum, quod predictum Alex[andri] privilegium fuit per falsi suggestionem obtentum, cum multo ante illud Roffensis episcopatus fuerit constitutus et dotatus munificia a regibus Anglie qui pro tempore extiterunt, sicut tam per Bede ystoriā, que celebris habetur per totam Angliam, quam per ipsorum regum privilegia edocetur. Nec in eo fit mentio de prefato privilegio Adriani, cui non est per jamdictum Alex[andri] privilegium derogatum, quia, etsi de jure communi, cui per speciale privilegium derogatur, non sit in eodem privilegio mentio faciēda, cum in pectore suo habeat omnia jura princeps, semper tamen debet in eo fieri mentio alterius privilegii specialis, cum Romanus Pontifex omnium jurium possit habere memoriam, non factorem: nec etiam per verba in eo posita electio ipsi archiepiscopo, sed institutio potius, id est confirmatio, est concessa, cum electio ab institutione differat, et verbo institutionis utantur canones pro confirmatione frequenter; que etiam non causative sed conditionaliter potius sunt tenenda, id est, si antiqua consuetudo Cantuariensis ecclesie talis fuit et predecessores illius archiepiscopi hactenus sic fecerunt; de qua consuetudine vel quod predecessores ita fecerint, non est in

iudicio facta fides, cum verisimile non existat quod idem Alexander, qui de veritate precum, presentibus partibus, non cognovit, et cui merita cause non fuerint assertione partium patefacta, alia verba posuerit assertive. Sed et scriptis illis que excerpta de antiquis voluminibus asseruntur, aliquid non est standum: tum quia de ipsorum veritate non constat: tum etiam quia exemplo perniciosum est ut ei scripture credatur, qua unusquisque sibi à/////ione propria constituit² debitorem: quibus si etiam alias standum esset, non tamen per ea electio Roffensis episcopi facta per archiepiscopum probaretur. Nec est verum quod a parte altera allegatur, videlicet quod ex cursu temporis nullum jus in electionibus vendicetur, cum in eis sufficiat ut tempus ad prescriptionem legitimam producat. Nec juvatur suis testibus pars adversa, cum per illos nichil probetur penitus, utpote in suis assertionibus singulares². Renuntiatio quoque a parte archiepiscopi allegata nullum vobis prejudicium afferbat: tum quia litteris ejusdem archiepiscopi non est fides in vestrum prejudicium adhibenda; tum quia talis renuntiatio, si probaretur, etiam vacanti tunc ecclesie non noceret: tum quia possessioni prius habite in electione duorum episcoporum proximo decedentium, nullum prejudicium parabat; tum etiam quia, cum idem archiepiscopus, confirmando Henricum, directe protestationi quam fecerat, obviaret, facta eum protestatio non juvaret. Nec nocet diversitas quam in testibus vestris notare voluit pars adversa, cum non deponat de eodem actu et unico, sed diversis, quia compromissarii illum quem secreto inter se in capella prius elegerant, postmodum in capitulo sollempniter elegerunt: quam solle[m]nē electionem publicationem quidam testium nominarunt; nec unum reliquo adversatur, quia, cum eligendi actus sit iterabilis, utrumque potuit bene esse, et fieri electio hic et ibi: in quo si testes viderentur etiam discordare, benigna interpretatione essent ad concordiam reducendi; qui si etiam reduci ad concordiam non valerent, quia plures ad probandum electionem factam in capitulo inducuntur, fides ipsorum testimonio est habenda. Ceterum super declarationis negotio, negando litem contestatam fuge presidio, pars altera non juvatur, cum per narrationem facti et contradictionem objectam seu responsonem secutam rite contestatio litis fiat, maxime cum per narrationem et responsonem hinc

1. L'écriture du feuillet 372 r^o est d'une lecture souvent difficile, parfois douteuse, par suite de l'usure du parchemin, qui, en outre, est maculé en deux endroits.

2. La finale de ce mot est douteuse.

1. Sous-entendu : prescriptio.

inde sic factam partes litem intenderint contestari, et narrationi partis, non petitioni, que dirigebatur ad iudicem, non ad partem, et que non cadebat in contradictionem facti, sed ex iudicis officio dependebat, fuerat respondendum; presertim quia, taliter respondendo, intentionem petentis secuta responsio perimebat, sicut alias in causa mutui et multis aliis suadetur, veluti, petente aliquo ex causa mutui certam pecunie quantitatem, negato ex parte rei mutuo, per responsionem huiusmodi perimitur jus actoris; nec per iura canonica que inducta sunt, tollitur quin per narrationem facti et responsionem secutam litis contestatio fieri rite possit, sed ne fiat per positiones et responsiones, prout fiebat per errorem in quibusdam partibus, prohi-

betur. Hiis igitur et aliis coram cardinali predicto propositis, nobisque fideliter recitatis plenius intellectis, electionem de dicto magistro a vobis factam, quia invenimus ipsam canonicè celebratam, de fratrum nostrorum consilio confirmamus. Et quia super declarationis articulo intentionem vestram fundatam invenimus, declaramus ad vos electionem huiusmodi pertinere, eidem archiepiscopo et ejus successoribus inhibentes ne se de electione Roffensis episcopi, nisi quatenus ad eos metropolitico jure spectat, ulterius aliquatenus intromittant. Nulli ergo nostre declarationis et inhibitionis etc. Si quis autem etc. Dat. Laterani, XIII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno undecimo. »

INCIPIT REGESTUM

DOMINI GREGORII PAPE NONI

ANNI DUODECIMI

4198

Latran, 23 mars 1238.

Regi Franciæ notum facit se litteras ad magistrum Benedictum [de Guarcino], scriptorem suum, misisse, super satisfactione quibusdam mercatoribus Florentinis a nonnullis crucesignatis regni Franciæ impendenda de pecunia mutuata, cumque deprecatur quatenus eisdem mercatoribus contra debitores suos laicos provideat. — (REG. 19, f. 1 r^o; ann. XII. c. 1; — MOREAU 1192, f. 5; — cf. *supra*, n^o 4180.)

* .. *illustri regi Franciæ*. Cum olim dilecti filii .. potestas et commune Florentine civitatis fuissent graviter in presentia nostra conquesti quod nonnulli de regno Franciæ, mercatoribus civitatis ejusdem existentes ingrati unde tenebantur ad grates, de pecunia mutuata sibi ab illis satisfacere non curabant, diu post terminum expectati : nos, compatiens eorum angustiis, quas se propter hoc sustinuisse dicebant, pluribus eorum ad extremam inopiam jam deductis, et considerantes quod providere super hoc tua intererat atque nostra, celsitudini regie scripsimus ut subditos tuos ad satisfaciendum dictis mercatoribus tradita tibi compelleres potestate¹; dilectum quoque filium magistrum Benedictum, scriptorem nostrum, ad partes illas propter hoc duximus destinandum, sibi contra debitores

ad forum Ecclesiæ pertinentes sub certa forma jurisdictione concessa¹. Sed, sicut habet eorum inculcata querela, non solum nequiverunt suam hactenus pecuniam rehabere, verum etiam jam pro ea recuperanda tot sunt passi labores tantaque dampnorum et expensarum incommoda subierunt, quod, affecti tedio et quasi de juris auxilio desperati, fas reputant quodcumque nefas adhibeant ad inveniendum super hoc sibi remedium oportunum. Considerantes igitur quod hac occasione talia forte contingerent, que non possent ad nostrum et tuum beneplacitum emendari, ex affectione paterna, qua te inter reges et principes christianos carius amplexamur et securitatem cupimus hominum regni tui, ac ex officio apostolicæ servitutis, quo sumus omnibus in justitia debitores, dicto magistro injunximus ut, si ordinarii crucesignatorum, tam clericorum quam laicorum, juxta officii sui debitum infra quatuor menses post monitionem ipsius magistri, non compulerint eos ad satisfactionem debitam, usura cessante, prefatis mercatoribus impendendam, extunc ipse crucesignatos quod vel coram eo satisficiant prefatis mercatoribus, ut tenentur, vel, si maluerint, super hiis per procuratores idoneos infra competentem terminum quem duxerit statuendum, cum rationibus suis et processibus,

1. Cf. *supra*, n^o 3535.

1. Cf. *supra*, n^o 3534.

si qui litterarum nostrarum auctoritate sunt habiti, compareant coram nobis, facturi et recepturi quod dictaverit ordo juris, monitione premissa, auctoritate nostra compellat¹. Quocirca serenitatem regiam sicut iterum, sic attentius deprecamur quatenus dictis mercatoribus taliter in hac parte, quantum in regia potestate fuerit, contra subditos tuos laicos studeas providere, quod per diligentiam quam adhibueris in eorum jure favorabiliter prosequendo, ex debito gratiam eis facere videaris et propter hoc reddas eos tibi et hominibus regni predicti fortius obligatos, nosque providere super hoc aliter non cogamur, sed devotionem tuam possimus merito commendare. Dat. Laterani, X kalendas aprilis, pontificatus nostri anno duodecimo. »

4199

[Latran, 23 mars 1238.]

« In eundem modum .. *illustri regi Navarre et comiti Campanie*, usque : quod nonnulli de comitatu Campanie, mercatoribus etc., usque : ex affectione paterna, qua te sicut karissimum filium amplectamur et securitatem cupimus hominum terre tue, ac ex officio etc., usque : reddas eos tibi et hominibus terre predictae etc., usque in finem. » — (REG. 19, f. 1 r^o; — MOREAU 1192, f. 6 v^o.)

4200

Latran, 24 mars 1238.

Parisiensi et Silvanectensi episcopis, de eadem re scribens, mandat quatenus Francorum regem ad id moneant et inducant. — (REG. 19, f. 1 r^o; ann. XII, c. 2; — MOREAU 1192, f. 7.)

« .. *Parisiensi et .. Silvanectensi episcopis*. Cum olim dilecti tili .. potestas et commune Florentine civitatis fuissent graviter in presentia nostra conquesti quod nonnulli de regno Francie etc., ut supra, usque : considerantes quod hujusmodi negotium non solum nostrum, sed etiam regie provisionis remedium requirebat, dilectum filium magistrum B[enedictum], scriptorem nostrum etc., usque : concessa, et karissimo in Christo filio nostro .. regi Francorum illustri scripsimus ut subditos suos ad satisfaciendum dictis mercatoribus tradita sibi compelleret potestate. Sed, sicut habet eorum inculcata querela etc., usque : non possent ad nostrum et ipsius regis placitum emendari etc., usque : debitores, ipsum regem sicut iterum, sic attentius deprecamur ut dictis mercatoribus etc., usque : commen-

dare. Quocirca mandamus quatenus prefatum regem ad id moneatis attente et inducere procuretis. Quod si non ambo etc. Dat. Laterani, VIII kalendas aprilis, anno duodecimo. »

4201

[Latran, 24 mars 1238.]

« In eundem modum *Warnacio, canonico Tervisino, Parisius commoranti* etc., usque : quod nonnulli de Campania, mercatoribus etc., usque : concessa, et karissimo in Christo filio nostro .. illustri regi Navarre et comiti Campanie scripsimus etc., usque in finem. » — (REG. 19, f. 1 r^o; — MOREAU 1192, f. 7 v^o.)

4202

Latran, 26 mars 1238.

Magistro Benedicto [de Guarcino], scriptori suo, mandat quatenus in negotio mercatorum Florentinorum celeriter procedat et postea ad praesentiam apostolicam revertatur. — (REG. 19, f. 1 v^o; ann. XII, c. 3; — MOREAU 1192, f. 7 v^o.)

« *Magistro Benedicto, scriptori nostro*. Presentium tibi auctoritate mandamus quatenus in negotio mercatorum Florentinorum, pro quo te mittendum duximus, juxta formam litterarum nostrarum sine dispendio more procedas, et, quod tibi per easdem ingungitur, celeriter, quantum poteris, adimpleto, ad nostram praesentiam revertaris. Ut autem, intentione nostra plenius intellecta, tibi sit lucidum quod forsitan ex cavillationibus litigantium redderetur obscurum, tue discretioni volumus esse manifestum, quod per litteras ipsas compositiones quas debitores mercatorum ipsorum cum eis secundum Deum amicabiliter inierunt, non intendimus revocare. — Dat. Laterani, VII kalendas aprilis, anno duodecimo. »

4203

Latran, 25 mars 1238.

Conradum, Mazoviae et Lanchicie (= Lenczig) ducem, aliosque duces Poloniae, qui, non obstantibus [Witlemi], episcopi quondam Mutinensis, ipsius papae paenitentiarum, Apostolicae Sedis legati, monitis, homines cathedralium et aliarum ecclesiarum Gneznensis provinciae angariis, perangariis et vectigalibus graviter affligebant et contra iustitiam cogebant, inter alia, ut ipsorum venatores in domibus suis reciperent ac illis procuraciones indebitas exhiberent, rogat et monet ut, a praedictorum ecclesiarum et hominum gravaminibus quiescentes omnino, eis de illatis damnis et injuriis

1. Cf. supra, n^o 4180.

debitam satisfactionem exhibeant. — (REG. 19, f. 1 v°; ann. XII, c. 4; — POTHAST 10551.)

« *Nobilibus viris C[onrado]. Mazovie et Lanchicie¹, et aliis ducibus Polonie.* Sua nobis venerabilis —. Dat. Laterani, VIII kalendas aprilis, anno duodecimo. »

1204

Lateran, 26 mars 1238.

Archiepiscopo Lugdunensi mandat quatenus comiti Matisconensi cruce signato subsidium quattuor milium librarum faciat exhiberi. — (REG. 19, f. 1 v°; ann. XII, c. 5; — MOREAU 1192, f. 9; — cf. *supra*, n. 3907 et 3916.)

« .. *archiepiscopo Lugdunensi.* Nobilis vir .. comes Matisconensis cruce signatus sua nobis petitione monstravit quod, cum ipse, tanquam obediens filius, in succursum imperii Romanie recepisset ad mandatum apostolicum signum crucis, et eidem redemptiones votorum cruce signatorum provincie Lugdunensis de speciali gratia duxerimus concedendas, quia postmodum ei duas ipsius provincie dioceses, Lingonensem videlicet et Eduensem, dicimus subtraxisse, eas nobili viro .. duci Burgundie concedendo, idem, apostolica provisione fraudatus, prout asserit, coactus est vendere quoddam castrum octo milium librarum pro stipendiis militum conductorum. Nos igitur, laudabile ipsius propositum piis effectibus prosequentes, mandamus quatenus eidem comiti de hiis que Terre Sancte subsidio vel imperii predicti succursui post concessionem huiusmodi sunt legata, vel alias quocumque modo concessa, in provincia Lugdunensi, dicto comiti, donec de ipsius obitu vel reditu certissime cognoscatur, usque ad summam quatuor milium librarum Parisiensis monete facias auctoritate apostolica exhiberi. Contradictores —. Dat. Laterani, VII kalendas aprilis, anno duodecimo. »

1205

Lateran, 22 mars 1238.

Archiepiscopo Senonensi et episcopo Silvanectensi, — cum rex Francie a Sede Apostolica petisset quid sibi, ob magnam pecunie quantitate quam ipse vel ipsius progenitores a Judaeis receperant, vel a Christianis, qui ipsi eam a Judaeis non sine usuris habuerant, esset agendum, cujus pecunie magna pars in Terra Sancta et in Albigeo pro negotio pacis et fidei fuerat expensa seu pauperibus erogata, — man-

dat quatenus eas pecunias, quarum creditores non inveniuntur, ad comparanda auxilia pro imperio Romanie conservari fideliter faciant. — (REG. 19, f. 1 v°; ann. XII, c. 6; — MOREAU 1192, f. 3; — cf. *supra*, n° 3899.)

« .. *archiepiscopo Senonensi et .. episcopo Silvanectensi.* Ex parte karissimi in Christo filii nostri .. regis Francorum illustris fuit propositum coram nobis quod ipse ac progenitores¹ ejus, quorum heres existit, a Judeis et Christianis, pro Judeorum debitis in quibus tenebantur eisdem, maximam quantitatem pecunie receperunt, que acquisita creditur per usuras. Verum, cum quantum et a quibus dicti Judei receperunt, ignoretur, si dictus rex, ut asserit, laboraret ad certitudinem predictorum, plurimi forsan falso assererent a Judeis se multa recepisse, vel solvisse ipsis, nomine usurarum; preterea, cum nulle inde certe probationes existant, perjuriam exinde et gravia scandala orientur. Cum igitur progenitores ipsius de huiusmodi pecunia tam in Terra Sancta quam Albigen[sium] pro negotio pacis et fidei magnam partem expenderint, et multum ex ipsa in ultima voluntate sua pauperibus erogarint, idem rex super hoc petiit sibi salubriter per Sedem Apostolicam provideri. Quocirca mandamus quatenus dicto regi super hiis, prout, secundum Demm, anime sue saluti expedit, auctoritate nostra providere curetis. Quod autem dandum ab ipso pro satisfactione illorum qui commode inveniri non possunt, duxeritis ordinandum, converti volumus in subsidium imperii Romanie. Vos igitur, nobis vestris exposituri literis pecunie quam propter hoc dari contigerit, quantitatem, illam, ad dictum imperium secundum nostrum beneplacitum transmittendam, conservari fideliter faciatis, ita quod ipsum imperium super hoc aliquo modo non fraudetur. Dat. Laterani, XI kalendas aprilis, anno duodecimo. »

1206

Lateran, 22 mars 1238.

Priori fratrum Praedicatorum Parisiensis mandat quatenus cruce signatis regi Francie qui in imperii Constantinopolitani subsidium vota sua commutent, eam indulgentiam tribuat, quam habent, si de novo cruce recipient; cruce signatis et cruce signandis propter torneamenta excommunicatis absolutionem impendat; illos cruce signatos, et alios qui in praedicti imperii succursum aliquid de bonis suis se missuros promiserint, compellat ut vota sua et promissiones suas tempore passagii adimpleant; ei et illis quibus ipse prior vices suas in hac parte commiserit, diversis modis in negotio

1. Ms. : Lanchicie.

1. Sic, à cet endroit; plus loin, dans la même pièce : *progenitores*.

crucis laborantibus, venia peccatorum concessa. — (REG. 19, f. 2 r^o; ann. XII, c. 7.)

« .. *priori fratrum Predicatorum Parisiensi*. Cum tibi nostris dederimus litteris in mandatis ut per te et alios fratres tui ordinis in subsidium imperii Constantino-politani predicares per regnum Francie verbum crucis, mandamus quatenus, eis¹ qui in ejusdem imperii subsidio sua vota commutant, eam indulgentiam tribuens, quam haberent, si de novo reciperent signum crucis, et cruce signatis ac cruce signandis in dicto subsidio excommunicatis propter torneamenta auctoritate nostra beneficium absolutionis impendens, omnes taliter cruce signatos, et alios qui in hujusmodi succursum aliquid de bonis suis promiserint se missuros, ut vota et promissiones suas tempore passagii adimpleant —, compellas, et cruce signatos ipsos non permittas super personis, familiis et bonis suis ab aliquibus indebite molestari, molestatores [etc., usque :] compescendo. Ceterum, quia ad omnia per te laborare non sufficit et onera diversa per plures facilius supportantur, vices tuas aliis, prout videris expedire, qui super premissis simili auctoritate procedant, de licentia nostra committas. Nos enim fratribus tuis et aliis in negotio crucis laborantibus, et eis qui a tuo capitulo generali Constantinopolim, ad inhabitandum inibi, transmittuntur, illam concedimus veniam peccatorum, que in generali concilio Terre Sancte succurrentibus est concessa —. Dat. ut supra. »

1207

Latran, 22 mars 1238.

Patriarchae et baronibus Constantinopolitanis mandat quatenus « causarum jurgis » inter ipsos, « ecclesiasticas et » alias personas Constantinopolitani imperii motis et mo- » vendis, usque ad biennium » supersedeant, quo ejusdem imperii et ipsorum defensionis liberius vacare possint, « illis » dumtaxat causis exceptis, que adeo sunt instructae, quod » non restat nisi definitiva sententia proferenda. » — (REG. 19, f. 2 r^o; ann. XII, c. 8.)

« .. *patriarche et nobilibus viris baronibus Constantinopolitanis*. Cum non valeat —. Dat. ut supra. »

1208

Latran, 22 mars 1238.

Eidem patriarchae concedit ut Latinis qui se ad partem Graecorum contra Constantinopolitanum imperium transtu-

lerint, « si ad mandatum Ecclesie et Imperii auxilium cum » debita devotione redierint », absolutionem valeat imper- » tiri. — (REG. 19, f. 2 r^o; ann. XII, c. 9.)

« *Eidem patriarche*. Presentium tibi auctoritate —. Dat. Laterani, ut supra. »

1209

Latran, 22 mars 1238.

Archiepiscopo Viennensi, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus, verbum crucis per se ipsum ac alias personas idoneas in Viennensi provincia proponens, viros catholicos in succursum imperii Constantinopolitani, per Vatacium, Dei et Ecclesiae inimicum, oppressi, praecipitis salutaribus incitet; eis qui in ejusdem imperii « succursum signum crucis » assumpserint vel de bonis suis congruum subsidium desti- » nabunt », illa concessa venia peccatorum, quae Terrae Sanctae succurrentibus concedebatur. — (REG. 19, f. 2 r^o; ann. XII, c. 10; — MOREAU 1192, f. 1; — cf. J. BERNOULLI, *Acta Pontificum Helvetica*, t. 1, p. 128, n^o 19.)

« [...] *archiepiscopo Viennensi, Apostolicae Sedis legato*. Cum Vatacius, Dei —. Dat. ut supra. »

1210. — In eundem modum .. *archiepiscopo Lugdunensi*.**1211**. — In eundem modum .. *archiepiscopo Bisuntino*.**1212**. — In eundem modum .. *archiepiscopo Bituricensi*.**1213**. — In eundem modum .. *episcopo Cameracensi*.**1214**. — In eundem modum .. *episcopo Tullensi*.**1215**. — In eundem modum .. *episcopo Melensi*.**1216**. — In eundem modum .. *episcopo Leodiensi*.**1217**. — In eundem modum .. *episcopo Verdunensi*.**1218**

Latran, 29 mars 1238.

Patriarchae Constantinopolitano, Apostolicae Sedis legato, praecipit ut de Romaniae imperio, multis angustiis fatigato, nihil quod ejus subsidio competat, ad alias partes transferri permittat. — (REG. 19, f. 2 v^o; ann. XII, c. 11.)

« .. *patriarche Constantinopolitano, Apostolicae Sedis legato*. Res discriminis agitur, si de Romaniae imperio, multis angustiis et tribulationibus fatigato, quicquam quod ejus subsidio competat, in locum alium transferatur. Volumus igitur et per apostolica scripta [pre]cipiendo [m]andamus ut, absque conventia tui et dilectorum filiorum B[aldouini], heredis, ac baronum, et .. potestatis Venetorum, nec non illorum qui campi¹ dicuntur

1. Sic; ce mot doit être pris sans doute dans le sens de *campiones, defensores*.

imperii memorati, nichil de ipso quod ad ejus sustentationem faciat, transferri permittas: presertim cum summa sit diligentia procurandum ut non solum ad ejusdem usus bona conserventur ipsius, sed quod etiam ad ejus oportuna subsidium illuc de alienis partibus deducatur. Illos vero qui contra venire presumpserint —, compescas. Dat. Laterani, VIII kalendas aprilis, anno duodecimo. »

4219

Lateran., 29 mars 1238.

Episcopo Matisconensi mandat quatenus Humbertum, dominum Belli Joci, qui votum quod emiserat de proficiscendo in Terram Sanctam, commutaverat in subsidium imperii Romaniae, nec non alios cruce signatos Matisconensis dioecesis, qui cum eodem domino ad succursum ejusdem imperii proficiscerent, a primo voto denuntiet absolutos et eis eandem indulgentiam auctoritate apostolica concedat, quae succurrentibus Terrae Sanctae concedebatur. — (REG. 19, f. 2 v°; ann. XII, c. 12; — MOREAU 1192, f. 11.)

« .. episcopo Matisconensi. Cum dilectus filius —. Dat. ut supra. »

4220

Lateran., 31 mars 1238.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus illos cruce signatos de Scotia, qui propter paupertatem, senectutem, debilitatem aut infirmitatem non poterant personaliter exequi votum suum, a voto crucis absolvat. — (REG. 19, f. 2 v°; ann. XII, c. 13; — POTTHAST 10560.)

« Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato. Carissimus in Christo —. Dat. Laterani, II kalendas aprilis, anno duodecimo. »

4221Lateran., 1^{re} avril 1238.

O., P. et B. dominis, et aliis hominibus de Lacussell[o], Ameliensis dioecesis, qui, ipsi papae et Apostolicae Sedi fidelitatis juramento nuper praestito, promiserant se [et ipsorum successores] a viginti sex [denarios] Lucensium per « domos singulas terre » ipsorum annuatim, nomine census, in perpetuum [Sedi Apostolicae] soluturos, significat se ipsorum personas et bona sub beati Petri et sua protectione suscipere. — (REG. 19, f. 2 v°; ann. XII, c. 14.)

« Nobilibus viris O., P. et B., dominis, et aliis hominibus de Lacussell. fidelibus, Amel[ien]sis dioecesis. Sacrosancta

Romana Ecclesia —. Dat. Laterani, kalendis aprilis, anno duodecimo. »

4222

Lateran., 9 avril 1238.

Decano Parisiensi et fratri Willelmo, de ordine Minorum, penitentiario suo, mandat quatenus inhiibeant executoribus quorundam nobilium, ne quemquam cogant ad redemptionem voti pro itinere ad Terram Sanctam. — (REG. 19, f. 2 v°; ann. XII, c. 15; — POTTHAST 10563.)

« .. decano Parisiensi et fratri Willelmo, de ordine fratrum Minorum, penitentiario nostro. Licet, sicut te, fili penitentiariae, nobis innotuit intimante, nonnulli de regno Francie tum ex voto ut visitent sepulchrum dominicum, tum etiam ut proficiscantur in Terram Sanctam subsidium, susceperint signum crucis, et parati sint statuto termino personaliter exequi vota sua, executores tamen quorundam nobilium, quibus redemptiones votorum de senibus, debilibus et infirmis dicimur concessisse, reputantes eos impotentes et inuiles succursui dicte Terre, cum ipsi asserant se ad hoc idoneos et potentes, ac personaliter ire velint, eosdem ad redemptionem votorum suorum mandati nostri auctoritate compellunt. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus¹, si est ita, prefatis executoribus auctoritate nostra inhiibeatis expresse ut ad coactionem talium, occasione mandati hujusmodi, aliquatenus non procedant. Quod si non ambo —. Dat. Laterani, V idus aprilis, pontificatus nostri anno duodecimo. »

4223

Lateran., 30 mars 1238.

Archiepiscopo Tarentino, episcopo Melfitensi et archidiacono Neretanensi mandat quatenus negotium electionis Guillelmi, [archi]diaconi Monopolitani, in episcopum Monopolitanum, ad examen apostolicum sufficienter instructum remittant. — (REG. 19, f. 3 r°; ann. XII, c. 16.)

« .. archiepiscopo Tarentino, .. episcopo Melfitensi et .. archidiacono Neretanensi. Exhibita nobis dilectorum filiorum Johannis, archipresbiteri, Leonardi, primicerii, et quorundam aliorum canonicorum ecclesie Monopolitane petitio continebat quod, ecclesia ipsa, que ad nos nullo medio pertinet, vacante pastore, quidam ejusdem ecclesie canonici, post appellationem ad nos legitimam

¹ Sic, exceptionnellement, en toutes lettres; autre exemple, n° 2294.

interjectam, Guillelmum, diaconum¹ ipsius, insufficientis scientie et alias minus idoneum, eis contemptis et forma generalis concilii non servata, in episcopum suum eligere presumpserunt. Quare petebatur a nobis ut, electione hujusmodi irritata vel irrita penitus nuntiata, eligendi eis licentiam concedere curaremus. Ex parte vero majoris et sanioris partis capituli ejusdem ecclesie fuit propositum ex adverso quod, nuper dicta ecclesia pastoris solacio destituta, et presentibus omnibus qui debuerunt, voluerunt et potuerunt comode interesse, quia predictus archipresbiter et sequaces ipsius, requisiti ab eis, eligere cum aliis renuerunt, reliqui, penes quos electio residet, tanquam major et sanior pars capituli, servata forma concilii generalis, dictum Guillelmum, virum, ut asserunt, litteratum, providum et honestum, sibi canonice in episcopum elegerunt. Unde ipsorum petiti procurator electionem eandem auctoritate apostolica confirmari. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, negotium sufficienter instructum ad examen apostolicum remittatis, prefixo partibus termino peremptorio competenti, quo ipse per procuratores idoneos et idem G. personaliter compareant coram nobis, justam, auctore Deo, sententiam recepture. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, III kalendas aprilis, anno duodecimo. »

4221

Latran, 1^{er} avril 1238.

R. de Supino, rectori ducatus Spoleti, significat se fidelibus Ecclesie per ducatum Spoletanum constitutis mandasse ut, cum ab ipso R. de Supino requisiti fuerint, contra Tuderinos, propter injurias quas Urbeveticanis, id est Ecclesie Romanae, intulerant, potenter procederent; ei mandat quatenus, si praedicti fideles mandatum apostolicum neglexerint adimplere, eos ad id temporalis districtione compellat. — (REG. 19, f. 3 v^o; ann. XI, c. 17; — MOREAU 1192, f. 15; — POTTHAST 10561 t; — F. PAPENCORDT, *Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter, herausgegeben* . . von C. HÖFLER (Paderborn, 1857), p. 299, not. 3, non integra.)

« R. de Supin[o]. rectori ducatus Spoleti. Inde voti Deo et —. Dat. Laterani, kalendis aprilis, anno duodecimo. »

1. Sic, sans doute pour archidiaconum. — C. EBEL, *Hierarchia ecclesiae mediæ aevi* . . . t. I, p. 362, imprimo : a[rch]diaconum].

2. Avec l'incipit fautif : « Inde voti domino et, » d'après THIESEN, *Codex diplom. domini temporis*, I, 109, n^o 189.

3. Avec l'incipit fautif : « Indevoto Domino et. »

4225. — In eundem modum [Sinibaldo], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbitero cardinali, Marchie Anconitane rectori, ut eos ad id spiritali et temporali districtione compellat.

4226. — In eundem modum G[ottifrido] de Praefectis, subdiacono et capellano nostro.

4227

Latran, 1^{er} avril 1238.

« In eundem fere modum nobilibus viris baronibus, dominis, potestatibus, consiliis et populis civitatum, castrorum et aliorum locorum per ducatum Spoletanum et Marchiam Anconitanam constitutis. [Eis mandat, sub poena mille marcarum, quatenus, cum ab eodem Sinibaldo cardinali, Marchiae Anconitanæ rectore, ad ipsos specialiter destinato, ad hoc requisiti fuerint, potenter contra praedictos Tuderinos procedant.] Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 3 v^o; — MOREAU 1192, f. 17.)

4228

[Latran, 1^{er} avril 1238.]

« In eundem modum eisdem per ducatum Spoletanum constitutis, [cum similiter a praefato R. de Supino, rectore ducatus Spoleti, fuerint ad hoc requisiti], usque in finem. » — (REG. 19, f. 3 v^o; — MOREAU 1192, f. 17 v^o.)

4229

[Latran, 1^{er} avril 1238.]

« In eundem modum eisdem per Patrimonium beati Petri in Tuscia constitutis, [cum similiter a praedicto G[ottifrido] de Praefectis, ipsius papae subdiacono et capellano, fuerint ad hoc requisiti], usque in finem. » — (REG. 19, f. 3 v^o; — MOREAU 1192, f. 17 v^o.)

4230. — In eundem modum nobili viro comiti Willelmo i.

4231. — In eundem modum .. potestati, consilio et populo Narniensi.

4232. — In eundem modum .. potestati, consilio et populo Sutri.

4233. — In eundem modum .. potestati, consilio et populo Balneoregensibus.

4234. — In eundem modum .. potestati, consilio et populo Ameliensibus.

4235. — In eundem modum consilio et populo Mantellensibus.

4236. — In eundem modum .. castellano, consulibus et populo de Radcofan[o].

4237. — In eundem modum consulibus², consilio et populo Cornetanis.

1. Il faut entendre : Willelmo Aldebrandini, comiti palatino-Tusciae.

2. Ms. : .. consulibus.

1238. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo civitatis Castellane.*

1239. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Tuscanensibus, spiritum consilii sanioris.*

1240Latran. 1^o avril 1238.

Archiepiscopo Rothomagensi diversa mandata dat. causam inter abbatem conventumque Sancti Nicolai Andegavensis, ex una parte, et priorem conventumque de Spalding. Lincolnensis diocesis, ex altera, super possessione prioratus de Spalding, et super irritanda quadam compositione olim inita inter partes. contingentia, praecepit de testibus examinandis eorumque dictis in scriptis redigendis. — (Reg. 19, f. 3 v^o; ann. XII, c. 18; — cf. *supra*, n. 2116.)

« .. *archiepiscopo Rothomagensi.* Presentium tibi auctoritate mandamus quatenus, in causa que inter .. abbatem et conventum Sancti Nicolai Andegavensis, ex parte una, et .. priorem et conventum de Spalding. Lincolnensis diocesis, ex altera, super eo quod iidem abbas et conventus se ab ipsis priore et conventu de Spalding possessione subjectionis ejusdem prioratus asserunt spoliatos, et super irritanda quadam compositione olim inita inter partes, et rebus aliis vertitur, ab eisdem abbate ac priore, nomine suo et in animas conventuum eorundem, vel majoris et sanioris partis ipsorum, recepto juramento de veritate dicenda, injungas dictis abbati et priori ut, tam ponendo quam respondendo, dicant veritatem quam super positionibus tibi sub bulla nostra transmissis¹, ipsi sciunt, et per illos intelligent, in quorum animas juraverunt. Preterea singillatim super quolibet in qualibet compositione contento, facias a partibus sufficienter ad invicem responderi, nulla prorsus ab eis super ipsis positionibus contradictione recepta. Sine juramento autem, a sindico utriusque partis, quod sciat de hujusmodi positionibus vel credat, inquiras. Testes etiam quos super articulis sub eadem bulla transmissis, pars dictorum prioris et conventus duxerit producendos, ad reprobandos testes partis alterius in causa principali productos, quorum nomina in eisdem articulis continentur, usque ad kalendas novembris proximo futuri examines, secundum adverse partis interrogatoria, que tibi sub eadem bulla transmittimus, diligenter primo tamen in personam cujuslibet testis a predictis

abbate et conventu productis, facta singillatim specificatione criminum et aliorum objectorum sibi in eisdem articulis contentorum. Si vero dicti abbas et conventus testes aliquos coram te producerint contra testes ab eisdem priore et conventu producendos, juxta articulos quos ipsi abbas et conventus tibi super reprobandatione testium dictorum prioris et conventus in eadem producerunt, recipere, ac eos usque ad kalendas februarii proximo futuri diligenter examinare procuret, simili specificatione criminum et aliorum que contra testes eorundem prioris et conventus objecta fuerint observata; prius tamen prestito juramento a procuratoribus dictorum abbas et conventus, quod ad hoc eorum malitia non procedet. Ceterum nobis sub sigillo tuo dicta predictorum testium fideliter in scriptis redacta, una cum prefatis positionibus et responsionibus transmittas usque ad kalendas aprilis proximo futuri, quas procuratoribus partium in nostra presentia constitutis peremptorium terminum duximus prefigendum, in quo sufficienter instructe, cum omnibus rationibus, privilegiis et munimentis suis, per se vel procuratores idoneos compareant coram nobis, justam, dante Domino, sententiam recepture. Dat. Laterani, kalendis aprilis, anno duodecimo. »

1241Latran. 1^o avril 1238.

« In eundem modum .. *decano, magistris Wilhelmo de Sancto Marci Ecclesia et Wilhelmo de Lichefeld, canonico Sancti Pauli Londoniensis, usque in finem. Quod si non omnes etc., Unde etc.* Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 1 r^o.)

1242

Latran. 12 avril 1238.

Magistro Hugoni Pisano seu de Pisis, archidiacono Rothomagensi, mandat quatenus compositiones que inter mercatores Florentines et quosdam ex eorum debitoribus in Francia, mediante magistro Benedicto de Guarcino, ipsius papae scriptore, intervenerant, faciat observari. — (Reg. 19, f. 4 r^o; ann. XII, c. 19; — cf. *supra*, n. 4198-4200, et 4202.)

« *Magistro Hug[on]i Pisano, archidiacono Rothomagensi.* Olim dilectis filiis .. potestate et commune Florentinis graviter conquerentibus super eo quod [etc., ut supra, in litteris sub numero 4180 notatis, usque] expensas, et dampnis erant intolerabilibus jam afflicti; nos, eis volentes in suo jure favere —, ac dilectum filium

1. Ni ces positions ni les autres pièces annexes (articuli, interrogatoria) annoncées plus loin dans cette bulle, ne figurent dans le *Registre*.

magistrum Ben[edictum]. scriptorem nostrum, propter hoc in Franciam destinantes, contra debitores ipsorum civium omnes et singulos, tam ecclesiarum prelatos quam alios spectantes ad forum Ecclesie, sibi tradidimus scripta nostra. Verum, quia, sicut ex parte ditorum civium fuit propositum coram nobis, quidam debitorum ipsorum, magistro mediante predicto, cum eis ad compositiones amicabilem devenerunt, mandamus quatenus hujusmodi compositiones — facias — observari—. Dat. Laterani, II idus aprilis, anno duodecimo. »

-12-13

Lateran, 30 mars 1238.

Decano, cantori et thesaurario Zamorensibus mandat quatenus, in causa ecclesie Portugalensis contra Portugalie regem, — praedicto rege quasdam exceptiones objiciente, ut ipsorum processus impeditur, — a testes senes et valetu- » dinarios, et alios de quorum morte vel absentia diuturna » timetur, quos idem episcopus [Portugalensis] super pre- » missis duxerit producendos, recipere ac diligenter exami- » nare curantes », eorum dicta in publica monumenta redigi faciant, « denuntiando regi prescripto ut receptioni testium, » si velit, intersit », et super denuntiatione sic facta publicum instrumentum faciat confici. — (Reg. 19. f. 4 r^o; ann. XII, c. 20; — cf. *supra*, n^o 1080.)

« .. decano, .. cantori et .. thesaurario Zamorensibus. Exposita nobis venerabilis fratris nostri .. Portugalensis episcopi petitio continebat quod, cum nos dudum vobis nostris dederimus litteris in mandatis ut, ad .. Portugalie regem illustrem personaliter accedentes, quod de decimis regalibus et quibusdam aliis in nostris litteris comprehensis, quibus Portugalensem ecclesiam spoliaret, ei satisfaceret, moneretis eundem : te, filii cantor, propter infirmitatem qua tenebaris tunc temporis, excusato, vos, filii decane ac thesaurarie, ad regem properantes prefatum, cum idem rex nollet, licet sciret vos esse in eadem civitate in qua personaliter existeret, aliquatenus vos videre, quin potius exceptiones suas tam contra rescripta quam ipsius episcopi et bone memorie M[artini], predecessoris sui, personas, ut vestrum posset impedire processum, obici faceret, monitiones ad quas exequendas juxta mandatum apostolicum inducere volebatis eundem, in ecclesiis et multorum fidedignorum presentia publicare curastis. Quare a nobis idem episcopus humiliter postulabat ut, ne, probationum deficiente copia, ecclesia Portugalensis jure suo valeat defraudari, super hoc provideamus eidem —. Dat. Laterani, III kalendas aprilis, anno duodecimo. »

-12-11

Lateran, 30 mars 1238.

Eisdem mandat quatenus, — ne, occasione exceptionis excommunicationis quam rex Portugalie in personam episcopi Portugalensis opponebat, causa Portugalensis ecclesie contra eundem regem teneatur diutius in suspensio, — eundem episcopum super hoc absolvant, in eadem causa juxta priorum litterarum apostolicarum tenorem processuri; proviso quod, si eis illum juste excommunicatione ligatum esse constiterit, super his pro quibus excommunicatus sit, satisfaciat competenter. — (Reg. 19. f. 4 v^o; ann. XII, c. 21.)

« Eisdem. Ex parte venerabilis fratris nostri .. Portugalensis episcopi nostro fuit apostolatu reseratum quod, cum vos in causa quam habet Portugalensis ecclesia contra .. Portugalie regem illustrem, dudum velletis juxta apostolicum rescriptum procedere : eodem rege tam contra rescriptum per bone memorie M[artini], predecessorem ejusdem episcopi, ac per ipsum etiam impetratum, quam personam ejusdem exceptionis excommunicationis in vestra presentia proponente, in causa ipsa minime processistis. Quare a nobis humiliter postulabat ut, cum conscientia sua cum nequam remordeat, quod aliqua sit excommunicatione ligatus, ne, occasione hujusmodi, ecclesia ipsa juris sui dispendium patiat, quod se per discretum aliquem absolvi faciat, concederemus eidem —. Dat. ut supra. »

-12-15

Lateran, 30 mars 1238.

Episcopo Auriensi mandat quatenus, — cum, licet rex Portugalie per Salamantinum episcopum et ejus collegas, pro eo quod provisioni apostolicæ super libertate Portugalensis ecclesie parere noluerat, fuisset excommunicatus, personæ quaedam ecclesiasticæ regni Portugalensis eidem regi communicare praesumerent, — hoc in posterum, nisi in casibus concessis, non permittat, personas illas, si neesse fuerit, ab ejusdem regis communionem per censuram ecclesiasticam compescendo. — (Reg. 19. f. 1 v^o; ann. XII, c. 22; — MOREAU 1192, f. 13.)

« .. episcopo Auriensi. Significavit nobis venerabilis —. Dat. ut supra. »

-12-16

Lateran, 30 mars 1238.

Eidem mandat quatenus excommunicationis sententiam a Portugalensi episcopo prolata in omnes illos qui de manu Portugalie regis in episcopatu Portugalensis ecclesie et ecclesiasticæ beneficia recipient, — quam excommunicationem nonnulli contemnebant, — faciat firmiter observari; in transgressores, si infra certum tempus ab ipso episcopo Au-

riens praefigendum eisdem, ecclesias et beneficia sic recepta cum fructibus inde perceptis non omnino resignaverint, poenam aggravatam juxta sanctiones canonicas: ita tamen quod ultra tertiam vel quartam dietam extra suam dioecesim non trahantur in iudicium. — (REG. 19. f. 4 v^o; ann. XII. e. 23.)

« *Eidem.* Ex parte venerabilis —. Dat. ut supra. »

1247

Latran, 30 mars 1238.

Eidem mandat quatenus compellat fratres Praedicatorum, fratres Minores et alios exemptos regni Portugalensis ut, praesente Portugalie rege « in civitate, villa vel castro in » quorum ortis vel suburbis fidem religiosi morantur », interdicitum per « Salamantinum episcopum et collegas ipsius. » executores super hoc pro ecclesia Portugalensis » ab ipso papa deputatos, in loca ad quae idem rex devenit, « pro » latum, clausis januis, non pulsatis campanis, exclusis » excommunicatis et interdictis, submissa voce tantummodo » divina officia celebrando, inviolabiliter » observent. — (REG. 19. f. 4 v^o; ann. XII. e. 24; — MOREAU 1192. f. 14^o; — POTTHAST 10559².)

« *Eidem.* Cum ferro abscedenda —. Dat. ut supra. »

1248

Latran, 12 avril 1238.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, scribit: « Licet tibi, si bene » meminimus, nuper direxerimus scripta nostra ut liceat » tibi a monasteriis Cisterciensis ordinis procuraciones exi- » gere moderatas, indulgentia concessa eidem ordini non » obstante: quia tamen non est intentionis nostre, nec credi- » mus esse tue, ut contra indulgentiam ipsorum procuratio- » nes ab eis pecuniarie exigantur, mandamus quatenus, con- » tentus cibis regularibus, absque esu carniurn, cum ad ea » accesseris, prout in predicta indulgentia continetur, pro- » curaciones pecuniarias occasione litterarum huiusmodi non » patiaris exigi ab eisdem. » — (REG. 19. f. 4 v^o; ann. XII. e. 25; — *quasi* BLISS.)

« *Otoni.* Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato. Licet tibi, si —. Dat. Laterani, II idus aprilis, anno duodecimo. »

1249

Latran, 3 avril 1238.

Episcopo Lexoviensi mandat quatenus Bajocensis episcopi,

1. Avec l'imprimé: « Cum ferro abscedenda... »

2. Avec le même imprimé, d'après SHARALEA, *Enchiridion Franco-ciscaurum*, t. I, p. 237, n^o 252.

qui, propter corporis debilitatem, pontificale officium non jam exercere poterat, cessionem recipiat, et provisionem congruam faciat ei de bonis episcopalibus assignari. — (REG. 19. f. 5 r^o; ann. XII. e. 26; — MOREAU 1192. f. 12.)

« .. episcopo Lexoviensi. Presentatas nobis ex —. Dat. Laterani, III nonas aprilis, anno duodecimo. »

1250

Latran, 17 avril 1238.

Abbati et conventui Beati Martini Majoris Monasterii Turonensis significat se eis, ob reverentiam beati Martini, indulgere ut per generalem clausulam *quidam alii* trahi non possint in causam, per litteras apostolicas quae de nomine Majoris Monasterii Turonensis expressam non fecerint mentionem. — (REG. 19. f. 5 r^o; ann. XII. e. 27.)

« .. abbati et conventui Beati Martini Majoris Monasterii Turonensis. Ex parte vestra —. Dat. Laterani, XV kalendas maii, anno duodecimo. »

1251

Latran, 29 mars 1238.

Episcopo Civitatis Novae plura scribit de Nicoleta, quae, post mortem P., comitis Absarensis (= Osoro, Osor), viri sui, voto continentiae tamen emisso, Henrico Dandulo de Venetiis nupserrat, quae etiam, eodem Henrico derelicto, eoque vivente, matrimonium de facto cum Manfredo, milite Tervisino, contraxerat, et quae denique, ab eodem milite rejecta, praedictum Henricum super dote sua, quam ipsa, eum praedicto Manfredo diu manens, consumpserrat, tam coram diversis iudicibus quam coram duce Venetorum ejusque iudicibus inquietabat; ei mandat quatenus eisdem iudicibus inhibeat ne, occasione litterarum apostolicarum ad ipsos pro eadem muliere obtenturam, ad restitutionem dotis praedictae Nicoletae contra praedictum Henricum procedant; eandem mulierem, quae Venetiis vitam dissolutam ducebat, compellat ad observationem voti continentiae ab ipsa emisae. — (REG. 19. f. 5 r^o; ann. XII. e. 28.)

« .. episcopo Civitatis Novae. Dilectus filius nobilis vir Henricus Dandulo de Venetiis sua nobis petitione monstravit quod, cum olim Nicoleta mulier, post mortem quondam P., comitis Absarensis, viri sui, primo in bone memorie .. Castellani episcopi et deinde in nostris manibus, dum, in minori officio constituti, legationis officio in illis partibus fungeremur, votum continentiae sollempniter emisisset, ac postmodum, diabolo instigante, suggesto felicis recordationis Honorii pape, predecessori nostro, quod non esset, voti emissi tempore, sane mentis, apostolicas super hoc ad vengo-

pubilem fratrem nostrum . . episcopum Concordiensem et quondam A., primicerium Sancti Marci de Venetiis, litteras impetrasset : tandem ipsa, per eosdem iudices, juris ordine pretermissa, a voto hujusmodi sententialiter absoluta, incontinenti dieto Henrico se matrimonialiter copulavit ; et, existens aliquandiu cum eodem, non post multum temporis commissis dicitur adulterium cum Manfredo, milite Tervisino ; et, ut liberius posset cum eo adulterium perpetrare, a domo predicti Henrici latenter discedens, de bonis ipsius H. portavit secum non modicam pecunie quantitatem ; ac, iterum eidem predecessori nostro suggesto quod vellet redire ad statum pristinum et votum continentie, sicut promiserat, observare, super hoc ad bone memorie . . episcopum Clugiensem et ejus conjudices litteras a Sede Apostolica impetravit ! qui, cognitis causae meritis, illam a jamdicto nobili sententialiter separantes, sub pena excommunicationis mandaverunt eidem ne veniret de cetero contra votum. Sed ipsa, hujusmodi mandato contempto et continentie iterum voto fracto, de nocte fugiens de Venetiis ac accedens Tervisium, matrimonium de facto cum predicto Manfredo contraxit. Propter quod iidem iudices tulerunt, exigente justitia, excommunicationis sententiam in eosdem, ac eos excommunicatos Venetiis et Tervisii fecerunt publice nuntiari. Cum autem mulier ipsa, dieta excommunicatione dampnabiliter vilipensa, cum predicto milite diu manens, ex eo filios genuisset, demum, omnibus bonis que dotis sue nomine tulerat secum, consumptis, nominatus miles, eadem a se rejecta, recepit primam uxorem quam occasione illius dicitur dimisisse. Unde prenominata mulier, Venetias rediens, ibique in seculari habitu vitam duceus inonestam et penitus dissolutam, in anime sue periculum et scandalum plurimorum, tacito de fractione voti et excommunicationis sententia lata in eam per iudices memoratos, contra eundem Henricum super dote sua nostras in communi forma litteras ad diversos iudices impetravit, ipsumque tam coram ipsis quam coram nobili viro . . duce Venetorum et ejus iudicibus super hoc multipliciter inquietat. Quare supradictus H. nobis humiliter supplicavit ut in hoc sibi paterna providere sollicitudine curaremus. Ideoque mandamus quatenus, si premissis veritas suffragatur, eidem iudicibus auctoritate nostra expresse inibeas ne, occasione litterarum obtenturarum ad ipsos, ad restitutionem dotis procedant aliquatenus contra eum, nichilominus jamdictam mulierem ad observa-

tionem voti emissi — compellens. Dat. Laterani, IIII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno duodecimo. »

4252

Lateran, 29 mars 1238.

« In eundem modum nobili viro . . duce Venetorum, ut supra, usque : impetravit, ipsumque tam coram ipsis quam coram te tuisque iudicibus super hoc etc., usque : curaremus. Quocirca nobilitatem tuam monemus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus — contra eum ad restitutionem dotis aliquatenus non procedas. Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 5 v°.)

4253

Lateran, 14 avril 1238.

Abbat[us] [monasterii] Sancti Augustini Cantuariensis indiget ut cum mitra, annulo et sandaliis, quibus ejusdem abbatis predecessores in eodem monasterio, ad Romanam Ecclesiam nullo medio spectante, in divinis officiis utebantur, tunica et dalmatica in praedicto monasterio, missam celebrando, uti valeat. — (REG. 19, f. 5 v° ; ann. XII, c. 29.)

« . . abbat[us] Sancti Augustini Cantuariensis. Ex predecessorum tuorum —. Dat. Laterani, XVIII kalendas maii, pontificatus nostri anno duodecimo. »

4254

Lateran, 14 avril 1238.

Abbat[us] et conventui monasterii Sancti Augustini Cantuariensis significat se inhibere ne abbates, priores alique Cantuariensis et Roffensis dioecesium religiosi ab hominibus ejusdem monasterii Sancti Augustini terras, possessiones et redditus ad idem monasterium pertinentes, ipsis abbate et conventu ignorantibus vel invitatis, contra justitiam, in ejusdem monasterii praedictum, emere et sibi appropriare praesumant. — (REG. 19, f. 5 v° ; ann. XII, c. 30.)

« . . abbat[us] et conventui monasterii Sancti Augustini Cantuariensis. Universis et singulis —. Dat. ut supra. »

4255

Lateran, 16 avril 1238.

Potestatem et consilium Lucanos certiores facit de statuto ab ipso contra Bonacursum, civem Lucanum, qui pro Viterbiensi potestate se gesserat, nec non contra Markisium, iudicem Viterbiensem, et Armaleonem et Morlanum, Viterbienses tabelliones, edito, eosque monet quatenus illos sicut excommunicatos vitent et praedictum statutum faciant observari.

1. Cf. PRESSUTTI, *Regesta Honorii papae III*, t. II (1895), p. 75, n° 4010 (bulle du 30 mai 1222).

— (REG. 19, f. 5 v^o; ann. XII, c. 31; — MOREAU 1192, f. 26; — cf. *supra*, n. 3972 et 4015.)

« .. *potestati et consilio Lucanis*. Quantum timoris ad Deum quantumve reverentie ad Romanam gerat Ecclesiam Bonacursus, civis Lucanus, qui pro Viterbiensi potestate se gessit, satis patenter ostendit in Viterbiensis regimine civitatis. Idem enim, quasi animal in quo non est penitus intellectus¹, cum deberet Viterbienses eosdem ad viam rectitudinis ab invio revocare, totus in reprobum sensum datus², sic eos propria excavit malitia³ et amaritudinis felle⁴ potavit, quod nec ipsos compescuit nostra et fratrum nostrorum presentia, quorum saltem facies erubescere debuerunt, nec inhibito pluries inculcata et excommunicationis sententia in potestate ipsam, consilium, Aldebrandinum, qui se gerit pro balivo Viterbiensi, ac sequaces eorum a nobis prolata, potuerunt aliquatenus refrrenare —; quodam intus in ecclesia et multis aliis in civitate ipsa, nobis ibidem existentibus, impie trucidatis, succisis arboribus, devastatis vineis et commissis aliis multis malis, que longum esset per singula recensere; in quibus omnibus Markisii, iudicis, et Armaleonis et Morlani, tabellionum suorum, manus dicitur exitisse. Licet igitur contra Viterbienses eosdem juxta suorum meritorum exigentiam procedamus —, propria auctoritate statuimus ut predictus Bonacursus in potestatem seu rectorem, et quilibet ab eo descendens usque in tertiam generationem ad aliquod ecclesiasticum beneficium alicubi nullatenus assumantur; si secus actum fuerit, assumptione seu provisione ipsorum iuribus caritura. Locus autem qui eum, contra statuti nostri tenorem, in potestatem seu rectorem assumpserit, quamdiu in regimine traxerit ibi moram, sit suppositus ecclesiastico interdicto. Et quia, in Patrimonio Ecclesie metas commissi sibi officii non observans, sed ipsas impudenter excedens, adeo in potestarie officio notabiliter noscitur deliquisse, quod deberet esse vindicte speculum, non offense, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad hujusmodi, nec ad testimonium admittatur. Nullus ei preterea super quocumque negotio, sed ipse cogatur alii respondere. Judicem autem, qui, jurisjurandi religione contempta, iniqua iudicia iudicavit, et tabelliones predictos, qui tam Bonacursum quam Viterbienses eosdem pravis

consilii seduxerunt, perpetuo iudicatus et tabellionatus privamus officio, ita quod sententie ipsius iudicis nullam obtineat firmitatem, nec, si advocatus fuerit, ejus patrocinium admittatur, ac instrumenta confecta per tabelliones eosdem nullius penitus sint momenti; et ceteris penis idem iudex ac tabelliones ac descendentes ab eis subjaceant, que superius sunt expresse. Ne igitur aliorum culpam faciatis propriam per consensum, tantam nostram et Apostolicę Sedis injuriam inultam conniventibus oculis relinquendo, universitatem vestram monendam diximus et hortandam, per apostolicam vobis scripta mandantes quatenus, sicut viri catholici et fideles eosdem tanquam excommunicatos vitantes, ac statutum hujusmodi facientes inviolabiliter observari, sic ipsos iniquitatis filios potestate vobis tradita percullatis, quod pena ipsorum sit aliis ad terrorem et nos devotionem vestram possimus merito commendare. Nos enim damus venerabili fratri nostro .. episcopo Lucano nostris litteris in mandatis ut ipse, premissum statutum faciens firmiter observari, prefatos Bonacursum, iudicem ac tabelliones excommunicatos singulis diebus dominicis et festi[vis], pulsatis campanis et candelis accensis, publice nuntiari et tanquam excommunicatos usque ad satisfactionem condignam faciat ab omnibus evitari. Contradictores etc. Dat. Laterani, XVI kalendas maii, anno duodecimo. »

4256. — Scriptum est super hoc eidem episcopo¹.

4257

Latran, 17 april 1238.

Cantuariensi archiepiscopo, — qui aliquando, per Cantuariensem provinciam transiens, a quibusdam ex suffraganeis suis impediatur quominus eorundem suffraganeorum subditos, ipsius archiepiscopi personae vel familie injuriam inferentes, cohibere vateret, — indulget ut illos qui ipsi vel ipsius familie, per eandem provinciam transitum facientibus, aut moram protrahentibus in ipsius archiepiscopi maneris, injuriam irrogarint, possit ad debitam satisfactionem coercere. — (REG. 19, f. 6 r^o; ann. XII, c. 32.)

« .. *Cantuariensi archiepiscopo*. In hoc potissime —. Dat. Laterani, XV kalendas maii, anno duodecimo. »

4258

Latran, 16 april 1238.

Priori et conventui Cantuariensibus concedit ut. — non

1. C'est-à-dire : *episcopo Lucano*.

1. Cf. Tob. VI, 17 et Ps. XXXI, 9.

2. Cf. Rom. I, 23.

3. Cf. Sap. II, 21.

4. Cf. Act. VIII, 23.

obstante quadam abusiva quorundam locorum consuetudine, cujus praetextu quidam ex ipsorum adversariis juramentum calumniae praestare recusabant, — in causis contra ipsos vel ab ipsis motis vel movendis, in quibus, secundum canonica seu civilia jura, de veritate dicenda vel calumnia sit iurandum, eis liceat ab ipsorum adversariis petere huiusmodi juramenta, « eisdem adversariis ad ea prestanda per ordinarios » vel delegatos iudices compellendis »; ita tamen quod ipsi similia juramenta requisiti sine difficultate praestent. — (REG. 19, f. 6 r^a; ann. XII, c. 33.)

« .. *priori et conventui Cantuariensibus*. Ex parte vestra —. Dat. Laterani, XVI kalendas maii, anno duodecimo. »

4259

Latran, 12 avril 1238.

Magistro Roberto de Otrington (= Otterington ?), clerico, indulget ut archidiaconatum Karleolensem (= Carlisle), canonice ei oblatum, recipere valeat et una cum redditibus quos jam ipse juste et pacifice possidebat, retinere. — (REG. 19, f. 6 r^a; ann. XII, c. 34.)

« *Magistro Roberto de Otrington, clerico*. Ad impendendum tibi —. Dat. Laterani, II idus aprilis, anno duodecimo. »

4260

Latran, 16 avril 1238.

Abbatī Sancti Laurentii de Aversa mandat quatenus, si repererit majorem et saniorē partem conventus monasterii Casinensis fratrem Johannem Cazolum, ejusdem monasterii monachum, velle habere in decanum, et eundem Johannem esse ad hoc officium idoneum, ipsum instituat in eodem officio; alioquin de alia persona idonea praedicto monasterio provideat. — (REG. 19, f. 6 r^a; ann. XII, c. 35.)

« .. *abbati Sancti Laurentii de Aversa*. Intelleximus quod major —. Dat. Laterani, XVI kalendas maii, anno duodecimo. »

4261

Latran, 15 avril 1238.

Episcopo Reatino, — audito inter ipsum episcopum et capitulum Reatinum dissensionem ex communiōne possessionum et bonorum ecclesiae Reatinae esse subortam, — mandat quatenus « aliquem idoneum et bene instructum de » qualitate ac quantitate bonorum praedictae ecclesiae, cum » sufficienti mandato et plenaria potestate vel compositio- » nem amicebiliter faciendi », vel apostolica recipiendi mandata super divisione bonorum ab ipso papa inter ipsum

episcopum et praedictum capitulum faciendi, et divisionem acceptandi eandem, infra octo dies post praesentis mandati receptionem ad ipsum papam destinet. — (REG. 19, f. 6 v^a; ann. XII, c. 36.)

« .. *episcopo Reatino*. Cum ex communiōne —. Dat. Laterani, XVII kalendas maii, pontificatus nostri anno duodecimo. »

4262. — In eundem modum *capitulo Reatino*.

4263

Latran, 17 avril 1238.

Priori et conventui Cantuariensibus significat se eis, ad instar Alexandri [III] papae, omnes oblationes et obventiones quas populi ad ipsorum ecclesiam, beati Thomae martyris meritis illustratam, confluentes, eidem ecclesiae, ob reverentiam ejusdem beati Thomae et aliorum sanctorum quorum reliquiae requiescant in eadem, contulerint, « in usus sacro- » rum vestimentorum, fabricae ac luminarium ipsius eccle- » sie, infirmorum et hospitium convertendas », et ab ipsis hactenus pacifice perceptas, confirmare. — (REG. 19, f. 6 v^a; ann. XII, c. 37.)

« .. *priori et conventui Cantuariensibus*. Ecclesie vestre, quae —. Dat. Laterani, XV kalendas maii, anno duodecimo. »

4264

Latran, 14 avril 1238.

Magistris Hugoni de Pisis, Rothomagensi, et Petro, Belvacensi archidiaconis, eadem, iisdem verbis, scribit de negotio mercatorum Florentinorum contra ipsorum debitores cruce-signatos in regno Franciae, quae supra magistro Benedicto [de Guarcino], scriptori suo, in litteris sub numero 4180 notatis, eisque similiter mandat quatenus omnes ordinarios praedictorum cruce-signatorum moneant et inducant ut tam laicos quam clericos cruce-signatos infra quattuor menses compellant ut eisdem Florentinis super debitis in quibus teneantur eisdem, congruam satisfactionem impendant; quod si dicti ordinarii contra eosdem debitores cruce-signatos non processerint, ipsi magistri Hugo et Petrus praedictos debitores compellant ut eisdem Florentinis satisfaciant vel coram ipso papa per procuratores infra competentem terminum compareant. — (REG. 19, f. 6 v^a; ann. XII, c. 38; — cf. *supra*, n^o 4242.)

« *Magistris Hug[oni] de Pisis, Rothomagensi, et Petro, Belvacensi archidiaconis*. Cum olim dilecti filii .. potestas et commune Florentini [etc., ut supra, in litteris sub numero 4180 notatis, mutatis mutandis, usque in

finem]. Dat. Laterani, XVIII kalendas maii, anno duodecimo. »

4265

Latran, 21 avril 1238.

Episcopo Cenomanensi mandat quatenus, redemptiones votorum crucesignatorum, ac legata et alias deputata succursui Terrae Sanctae in Rothomagensi provincia et in Cenomanensi dioecesi juxta formam ei traditam colligens, tertiam partem Petro de Brana crucesignato vel ejus procuratori ad praesens attribuat, et, duas alias recipiens fideliter et conservans, faciat eas eidem, cum fuerit in partibus Constantino-politanis, integre assignari, expendendas per ipsius episcopi manus, prout, consideratis negotii circumstantiis, melius viderit expedire; non obstante prohibitione fratris Willelmi, de ordine fratrum Minorum, ipsius papae paenitentiarum. — (REG. 19, f. 7 r°; ann. XII, c. 39; — MOREAU 1192, f. 32; — POTTHAST 10579; — cf. supra, n. 4025, 4027 et 4029.)

« .. episcopo Cenomanensi. Presentium tibi auctoritate —, Dat. Laterani, XI kalendas maii, pontificatus nostri anno duodecimo. »

4266. — In eundem modum fratri Willelmo de Oleron[e], ordinis fratrum Predicatorum, in Pictavensi et Andegavensi civitatibus ac dioecibus, ac in Britannia etc. — (Cf. supra, n. 3945, 4025 et 4026.)

4267

Latran, 20 avril 1238.

Regi Angliae causas exponit propter quas [Ricardus], comes Cornubiensis, ipsius regis germanus, crucesignatus, transitum in Terram Sanctam in tempus magis opportunum prorogare debeat; de transitu tamen praedicti comitis cum eo rex illud disponat quod ipsi regi, regno Angliae et eidem comiti melius viderit expedire; si enim ipsi regi et aliis visum fuerit ejusdem comitis voluntatem super praedicto transitu posse sine ipsius regis et praedicti regni detrimento impleri, ipse papa non vult eundem comitem super hoc per aliquem impediri. — (REG. 19, f. 7 r°; ann. XII, c. 40; — cf. supra, n° 4095.)

« .. illustri regi Anglie. Olim ex litteris dilecti filii nobilissimi viri .. comitis Cornubiensis, germani tui, affectionem redolentibus filialem, accepimus quod, crucis caractere affixo suis humeris, tran[s]fretare volebat ad honorem et gloriam Redemptoris. Nos quidem, considerato discrimine quod de ipsius absentia regno tuo poterat imminere, quod transiret, non duximus acceptandum, sicut et modo non ducimus, ipso, licet laudabiliter, in hujusmodi desiderio permanente, presertim

cum id, temporibus istis, ex causis pluribus nec consultum esse pateat, nec salubre. Nosti siquidem, et nos etiam ex relatu fide digno percepimus, quod, eodem comite in Anglie partibus constituto, tuus et ejusdem ac regni status et in prosperis erigitur et a pravis accidentibus preservatur; que etsi forsam, obtentu sue presentie malivolis quiescentibus, lateant in presenti, tamen posset accidere quod illa, ipso posito in remotis, in publicum prorumperet, et, quod absit! alicujus materiam dispendii generarent. Quid ultra? Multis et evidentibus patet indicium quod fere nil magis celsitudinis tue decus ampliat et nomen exaltat, quam ejusdem nobilissimi salutaribus fovendi consiliis et oportunis subsidiis adjuvari. Preterea, et si comes ipse deberet in presenti transire, multipliciter tamen fore dinoscitur fructuosum, ut executionem voti sui ac baronum qui secum in Terram Sanctam sunt parati procedere, in tempus proroget opportunum; presertim cum ejusdem Terre negotium utilius dirigatur et melius, si a magnatibus secundum diversa tempora subventio sibi successiva proveniat, quam quod ab ipsis illuc in uno et eodem passagio procedatur. Igitur, fili karissime, cum potissime tibi sit debitum, tranquillitatis regni tui continuum diligere incrementum, et tu ipse cujusmodi utilitas eidem ex memorati nobilissimi presentia producat, clarius scias et melius, quam a nobis mente concipi vel verbo valeat explicari: serenitati tue consulimus 'nt, consideratis premissis ac aliis circumstantiis universis, de transitu comitis sepedicti cum ipso disponas quod tibi, regno et sibi melius videris expedire. Si enim tibi, ac aliis quibus super hoc scripta nostra dirigimus, visum fuerit quod voluntas ejusdem comitis super hujusmodi transitu impleri valeat sine tuo et ipsius regni aliquo detrimento, cum super ipso per aliquem nolumus impediri. Dat. Laterani, XII kalendas maii, anno duodecimo. »

4268

Latran, 20 avril 1238.

« In eundem bre modum nobili viro Ricardo, comiti Cornubiensi, crucesignato, usque : Igitur, benedicti filii etc., usque : circumstantiis universis, de maris transitu cum memorato rege disponas quod sibi, regno et tibi melius videris expedire. Si enim tibi etc., usque : detrimento, te super hujusmodi transitu per aliquem impediri nolentes, volumus ut dilectus filius O[cto], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, Apostolice Sedis legatus, legata in Terre Sancte subsidium, aut que de vicesima seu triecima, vel pro redemptione votorum in eodem regno haberi poterunt, per viros ad hoc idoneos colligi faciat, et in domo Templi Lon-

doniensis fideliter conservari, tecum per aliquos fratres Templi et Hospitalis, cum arripueris iter huiusmodi, defendenda, ut ipsa tibi, cum ad transmarinas partes, Deo duce, perveneris, integre assignentur, in tuum subsidium et aliorum crucesignatorum Anglie, juxta tue provisionis arbitrium, convertenda. Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 7 v°.)

1269

[Latan, 20 avril 1238.]

« In eundem fere modum *eidem legato*, usque : Igitur, cum tua discretio cujusmodi utilitas etc., usque : valeat explicari : mandamus quatenus, consideratis etc., usque : Si enim tibi, et venerabilibus fratribus nostris .. Cantuariensi et .. Eboracensi archiepiscopo ac .. episcopo Lincolnensi, quibus super hoc etc., usque : cum super ipso per aliquem impediri nolentes, volumus ut legata etc., usque : conservari : que tandem, dicto comite se ad passagium accingente, secum per aliquos ex Hospitalariis et Templariis deferantur, ut ipsa eidem, cum ad transmarinas partes etc., usque in finem. » — (REG. 19, f. 7 v°.)

1270

Latan, 21 avril 1238.

« In eundem fere modum .. *archiepiscopo Cantuariensi*, usque : Igitur, cum potissime etc., ut supra, usque : explicari : mandamus quatenus, consideratis etc., usque : de maris transitu cum comite sepedicto disponas etc., usque : expedire. Si enim dilecto filio nostro O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, ac tibi, et venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Eboracensi et .. episcopo Lincolnensi, quibus etc., ut supra, in ea que dirigitur regi¹, usque : impediri. Dat. Laterani, XI kalendas maii, anno duodecimo. » — (REG. 19, f. 7 v°.)

1271. — In eundem modum .. *archiepiscopo Eboracensi.***1272.** — In eundem modum .. *episcopo Lincolnensi.***1273**

Latan, 23 avril 1238.

Ricardo, comiti Cornubiensi, crucesignato, significat se grato animo accepisse cum proposuisse in Terrae Sanctae subsidium proficisci, cumque, cum uxore, filiis, familia et omnibus bonis ipsius, sub beati Petri et sua protectione suscipit. — (REG. 19, f. 7 v°; ann. XII, c. 41.)

« *Nobili viro Ricardo, comiti Cornubiensi, crucesignato.* Pro fidei meritis. — Dat. Laterani, VIII kalendas maii, anno duodecimo. »

1. N° 4267.

1274

Latan, 23 avril 1238.

« In eundem fere modum .. *Cantuariensi et .. Eboracensi archiepiscopo, et .. episcopo Lincolnensi.* [Eis mandat quatenus non permittant eundem comitem super his molestari.] Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 7 v°.)

1275

Latan, 18 avril 1238.

Eidem comiti significat se eum, cum uxore, filiis, familia et omnibus bonis ipsius, sub beati Petri et sua protectione suscipere, et specialiter terras et tenimenta quae ipsi comiti rex Angliae dederit, ipsi comiti confirmare. — (REG. 19, f. 7 v°; ann. XII, c. 42.)

« *Eidem comiti.* Justis petentium etc. — Dat. Laterani, XIII kalendas maii, anno duodecimo. »

1276

Latan, 20 avril 1238.

Eidem confirmat concessionem ei a rege Angliae, ipsius comitis fratre, factam, videlicet ut, ipso comite de hac vita migrante, proventus qui de ipsius comitis terris, ab ipsius obitu die usque ad festum beati Michaelis proximo futurum, percipi possint, in usus pios, pro ipsius comitis animae remedio, erogentur. — (REG. 19, f. 7 v°; ann. XII, c. 43.)

« *Eidem.* Justis petentium etc. — Dat. Laterani, XII kalendas maii, anno duodecimo. »

1277

Latan, 23 avril 1238.

Eidem petenti indulget ut capellanis et clericis ipsius, in locis terrae ipsius « generali supposito interdicto, non pulsatis » campanis, clausis januis, suppressa voce, nominatim interdictis et excommunicatis exclusis, celebrare divina », et ipsi, nec non ipsius uxori et filio¹ illa audire liceat. — (REG. 19, f. 8 r°; ann. XII, c. 44.)

« *Eidem.* Promerente tue puritate. — Dat. Laterani, VIII kalendas maii, anno duodecimo. »

1278

Latan, 23 avril 1238.

Eidem indulget ne in terram vel aliquam partem terrae

1. Dans la pièce 4273 (XII, 41), on lit : « cum uxore, filiis... » ; dans celle-ci : « uxori ac nato suis... » ; dans la pièce 4278 (XII, 45) : « uxorem et filios tuos... » — A noter qu'à l'époque de ces bulles, Richard de Cornouailles n'avait qu'un enfant vivant, son fils Henry.

ipsius, aut in ipsum sive in ipsius uxorem et filios excommunicationis vel interdicti sententia sine manifesta causa profertur. — (REG. 19, f. 8 r°; ann. XII, c. 15.)

« *Eidem.* Merito tue devotionis —. Dat. ut supra. »

1279

Latran, 20 avril 1238.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicæ Sedis legato, Riccardi, comitis Cornubiensis, supplicationibus inclinatus, mandat quatenus eum quatuor ex clericis ipsius comitis quos ipse comes maluerit, « dum tamen non patiantur defectum natalium vel etatis, » et alias honestatis ac scientie meritis adjuventur », dispenset quod quilibet eorum, præter beneficium quod obtineat, curam habens animarum annexam, eum aliud, similem curam habens, possit recipere ea cum eodem beneficio retinere; quod si forsam per ipsum legatum fieri non poterit, ipse legatus faciendum committat Exoniensi episcopo vel cui melius viderit expedire. — (REG. 19, f. 8 r°; ann. XII, c. 16.)

« *O[toni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicæ Sedis legato.* Ex dilecti filii —. Dat. Laterani, XII kalendas maii, anno duodecimo. »

1280

Latran, 20 avril 1238.

Eidem, regis Angliæ et Riccardi, comitis Cornubiensis, ejusdem regis germani, cruce signati, precibus inclinatus, mandat quatenus Rogerio, clerico, eorumdem regis et comitis nepoti, qui dicebatur ecclesiasticis redditus non habere, de quibus posset secundum nobilitatem generis et persone merita sustentari, provident prout viderit expedire. — (REG. 19, f. 8 r°; ann. XII, c. 17.)

« *Eidem.* Carissimus in Christo —. Dat. ut supra. »

1281

Latran, 21 avril 1238.

Roberto de Kinton (= Kington?), clerico comitis Cornubiensis, significat se eum eo dispensare ut unicum beneficium, curam habens animarum annexam, recipere valeat, et cum beneficio quod jam obtinebat, retinere; ita tamen quod in altero personaliter serviat, et in altero per idoneum vicarium faciat deserviri. — (REG. 19, f. 8 r°; ann. XII, c. 18.)

« *Roberto de Kinton, clerico nobilis viri .. comitis Cornubiensis.* Te dignum gratia —. Dat. Laterani, VIII kalendas maii, anno duodecimo. »

GRÉGOIRE IX, t. II.

1282

Latran, 15 avril 1238.

Abbatissæ et conventui inclusarum ancillarum Christi monasterii Sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti Damiani, significat se ab eis liberam resignationem hospitalis Sancti Francisci, Pragensis diocesis, earum monasterio olim ab Apostolica Sede concessi, recepisse, eisque concedit ut invitæ cogi ad recipiendum de cetero possessiones aliquas nequeant. — (REG. 19, f. 8 r°; ann. XII, c. 49; — POTTHAST 10571.)

« .. *abbatissæ et conventui inclusarum ancillarum Christi monasterii Sancti Francisci, ordinis sancti Damiani, Pragensis.* Pia credulitate tenentes —. Dat. Laterani, XVII kalendas maii, anno duodecimo. »

1283

Latran, 27 avril 1238.

Magistro et fratribus hospitalis Sancti Francisci Pragensis significat se ab abbatissa Agnetæ, germana [Wenceslæi], regis Bohemæ, nec non a conventu inclusarum ancillarum Christi monasterii Sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti Damiani, resignationem hospitalis Sancti Francisci, ejusdem loci, recepisse, eisque possessionem ejusdem hospitalis concedit, uno byzantio annuatim ab eisdem fratribus Camera Apostolicæ propter hoc persolvendo. — (REG. 19, f. 8 v°; ann. XII, c. 50; — POTTHAST 10588.)

« .. *magistro et fratribus hospitalis Sancti Francisci Pragensis.* Carissima in Christo —. Dat. Laterani, V kalendas maii, anno duodecimo. »

1284

Latran, 22 avril 1238.

Priorem provincialem ordinis Predicatorum in Polonia et priorem Pragensem ejusdem ordinis rogat et hortatur quatenus, magistro et fratribus hospitalis Sancti Francisci Pragensis cupientibus ipsorum priorum doctrinæ habere præsidium, usque ad quinquennium bis vel semel in anno idem hospitale visitent, corrigentes et reformantes ibidem reformanda et corrigenda; præterea super institutionibus per fratrem Johannem [Anglicum], ministrum provinciam ordinis Minorum, auctoritate apostolica factis ibidem, quæ in parte correctionem seu mutationem, sicut proponebatur, exposcebant, providere curent. — (REG. 19, f. 8 v°; ann. XII, c. 51; — POTTHAST 10582.)

« .. *provinciali in Polonia et .. Pragen[sis] prioribus ordinis fratrum Predicatorum.* Vota devotorum Ecclesie —. Dat. Laterani, X kalendas maii, anno duodecimo. »

1285

Latran, 21 avril 1238.

Magistro et fratribus domus militiae Templi Hierosolymitani monasterium Sancti Justini de Arno, Perusinae dioecesis, in temporalibus diminutum et in spiritualibus deformatum, reformandum conceffit, uno byzantio annuatim Ecclesiae Romanae ab eis exsolvendo. — (Res. 19, f. 8 v^o; ann. XII, c. 52; — cf. *supra*, n^o 3975.)

« *Magistro et fratribus domus militiae Templi Hierosolymitani.* Cum monasterium Sancti Justini de Arno, Perusinae dioecesis, quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, adeo per malitiam habitantium in eodem sit in temporalibus diminutum, utpote alienatis fere omnibus bonis ejus, et in spiritualibus deformatum, quod nulla spes est de cetero ut resurgere valeat per se ipsum : quia interest nostra ne omnino deperat, sed potius saltem in ordine alio reformetur, sperantes dictum monasterium per diligentem vestre studium, auctore Domino, in melius reformandum, ipsum vobis concedimus, cum subjectis sibi ecclesiis et universis que dinoscuntur ad dictum monasterium pertinere; uno bizantio nobis et Ecclesiae Romanae pro censu exolvendo, annis singulis reservato; ita quod per quatuor capellanos ad minus faciatis in eodem monasterio deserviri, ac praedictae ecclesiae debitum obsequium non fraudentur, nec non et possessiones ejusdem monasterii studeatis ad jus et proprietatem ipsius legitime revocare —. Dat. Laterani, VIII kalendas maii, anno duodecimo. »

1286

Latran, 26 avril 1238.

Episcopo Cumanorum mandat quatenus fratrem Ponsam, de ordine Praedicatorum, terrae Bosnae praeficiat in episcopum et pastorem, eique injungat ut de terra Cholim diligentem curam in spiritualibus habeat, quousque de illa per Romanam Ecclesiam quod opportunum fuerit, disponatur; nonnullis mandatis ad eandem rem pertinentibus, adjunctis. — (Res. 19, f. 8 v^o; ann. XII, c. 53; — MOREAU 1192, f. 36; — POTTHAST 10585.)

« .. *episcopo Cumanorum.* Inspirationis divinae gratia —. Dat. Laterani, VI kalendas maii, anno duodecimo. »

1287

Latran, 23 avril 1238.

Pampilonensi, Tyrasonensi et Baiionensi episcopis mandat quatenus, excommunicationis sententiam quam abbas de Yrancio et prior hospitalis Ronchidae Vallis in milites et infanzones qui impias colligationes fecerant in praedictum

regis Navarrae, promulgaverant, innovantes, eam faciant solemniter publicari et usque ad satisfactionem condignam observari. — (Res. 19, f. 9 r^o; ann. XII, c. 54; — MOREAU 1192, f. 33; — cf. *supra*, n^o 2856.)

« .. *Pampilonensi, Tyrasonensi et Baiionensi episcopis.* Abusiva presumptio que —. Nos olim, intellecto quasdam colligationes impietatis, firmatas etiam juramentis, in regno Navarre in prejudicium juris regii esse factas, dilectis filiis .. abbati de Yrancio, Cisterciensis ordinis, et .. priori hospitalis Ronchidae Vallis per litteras nostras dicimur mandavisse ut, si colligationes hujusmodi in prejudicium juris regii factas esse constaret, colligantes ipsos ut ab eis recederent, inducere procurarent, illos ad id, si necesse foret, per censuram ecclesiasticam coercentes. Ipsi vero, tanquam devotionis filii, cupientes mandatum nostrum exequi reverenter, cum eis legitime constitisset, immo esset notorium, quod per colligationes easdem jus regium enormiter lederetur, utpote cum, resistente juratorum potentia, nec a subjectis suis karissimus in Christo filius noster .. illustris rex Navarre jura sua posset exigere nec delinquentes animadversione debita castigare; in milites et infanzones, quorum est maxima multitudo, qui colligationes fecerant supradictas, pro eo quod, diligenter ab eis moniti, ad dissolutionem illarum induci nullatenus potuerunt, excommunicationis sententiam promulgarunt, quam per totius regni Navarre ecclesias fecerunt solemniter publicari. Sed ipsi, quod non absque dolore referimus, in reprobum sensum dati¹ —, latam in eos sententiam aspernantes —, sacerdotes et alios viros ecclesiasticos ut eos ad divina reciperent et suo corpori adhererent, inducere, ac ad spiritualia manus extendere ausu dampnabili presumpserunt. Et, quasi eis ista non sufficerent ad offensam, ad majoris damnationis eorum cumulum, quadam die, cum tu, frater Pampilonensis, diocesanus ipsorum, qui jampridem colligationes ipsas dampnaveras, perditioni condolens eorundem, ad locum ubi convenerant, accessisses, ut eos ad sinum revocares matris Ecclesiae et, dissolutis colligationibus, regi conciliares eidem, ipsi, irruentes in te, diabolico spiritu concitati, te, nisi divino evasisses auxilio, crudeliter trucidassent, prout tue ac eorundem abbas et prioris et aliorum prelatorum exhibite nobis littere continebant. Quare praefatus rex nobis humiliter supplicavit ut, cum ex eo impediatur omnino executio voti sui, super hoc tam congruum quam festinatum reme-

1. Cf. *not.* 1, 28.

dium apponere curaremus. Ne igitur superbia predicatorum semper ascendat, si eorum non fuerit conatus fortiter obviatum, nos, colligationes ac iuramenta huiusmodi et quicquid ex eis secutum est vel ob ipsa, irrita nuntians ac decernens penitus non servari, mandamus quatenus, predictam excommunicationis sententiam innovantes sollempniter, ac per omnes ecclesias ejusdem regni singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, publicari facientes eandem, ipsam usque ad satisfactionem condignam faciatis inviolabiliter observari. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, VIII kalendas maii, anno duodecimo. »

-1288

Lateran, 23 avril 1238.

Ministro ordinis Minorum in Navarra et magistro Petro de Leodegaria, de ordine Praedicatorum, Pampiloniae commoranti, mandat quatenus in regno Navarrae contra illos quos per inquisitionem eis constitit haereticas labis esse reos, « tam juxta sanctiones canonicas quam statuta » apostolica procedant, invocato contra eos, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. — (REG. 19, f. 9 v°; ANN. XII, c. 55; — MOREAU 1192, f. 35, ex cod. Vatican. 7024; — POTTHAST 105834.)

« .. ministro ordinis fratrum Minorum in Navarra et magistro Petro de Leodegaria, de ordine fratrum Praedicatorum, Pampiloniae commoranti. Rumor qui de —. Dat. ut supra. »

-1289

Lateran, 21 avril 1238.

Abbatibus de Brunnebach (= Bronnbach) et de Sconetal (= Schoenthal), Cisterciensis ordinis, Herbipolensis diocesis, et priori fratrum Praedicatorum Herbipolensi mandat quatenus de virtute morum et veritate signorum, operibus videlicet et miraculis Brunonis, episcopi Herbipolensis, inquirent. — (REG. 19, f. 9 v°; ANN. XII, c. 56; — MOREAU 1192, f. 28, parim ex RAYNALDO; — POTTHAST 10580, falso initio, ex RAYNALDO.)

« .. de Brunnebach et .. de Sconetal² abbatibus, Cisterciensis ordinis, Herbipolensis diocesis, et .. priori fratrum Praedicatorum Herbipolensi. Mirabilis Deus in —. Sicut enim venerabilis frater noster .. episcopus et dil[ecti]

1. A la date du 24 avril (VIII kalendas maii), d'après WADDING, *Annales Minorum*, t. III, p. 5, n° 6, RIPPOLL, *Bullar. Praedicator.*, t. I, p. 101, n° 181 (d'après WADDING), et SBARALEA, *Bullar. Franciscan.*, t. I, p. 238, n° 258.

2. Ms. : Scovetal.

fil[ii] .. decanus et capitulum de populus Herbipolenses nobis per nuntios suos et litteras intimarunt. Dominus tantam pie memorie Brunoni, episcopo Herbipolensi, contulit gloriam, quod sepulchrum ejus tot et tantis dat coruscare miraculis, ut inter alios sanctos ejus non invocari suffragia sit indignum. Quare nobis humiliter supplicarunt ut super miraculis que per eum Dominus operatur, testimonia recipi faceremus. Verum, quia in tam sancto negotio non est nisi maturitate et gravitate previa procedendum, de circumspectione vestra plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus quatenus, ascitis vobis vicis religiosi et Dominum timentibus, de virtute morum et veritate signorum, operibus videlicet et miraculis, diligenter inquirentes, depositiones testium receptorum, sub sigillis vestris inclusas, usque ad nostrum beneplacitum fideliter conservetis —. Dat. Laterani, XI kalendas maii, anno duodecimo. »

-1290

Lateran, 22 avril 1238.

Archipresbytero et capitulo ecclesiae Sanctae Mariae Majoris de Urbe scribit : « Quia nonnunquam in quibusdam » ecclesiis pauci, non tam ratione quam propria voluntate, » utilitatem multorum impediunt et ordinationem ecclesie » stasticam procedere non permittunt, mandamus quatenus, » in omnibus ecclesie vestre negotiis et tractatibus, illud, » appellatione remota, inviolabiliter observetis, quod a majori et seniori parte capituli fuerit ordinatum, nisi a paucioribus et inferioribus aliquid rationabile objectum fuerit » et probatum, quare id non debeat fieri vel non possit. » — (REG. 19, f. 9 v°; ANN. XII, c. 57.)

« .. archipresbytero et capitulo ecclesie Sancte Marie Majoris de Urbe. Quia nonnunquam in —. Dat. Laterani, X kalendas maii, anno duodecimo. »

-1291

Lateran, 17 avril 1238.

Archiepiscopo et archidiacono Caesariensibus significat bonae memoriae Bethlehemitanum episcopum, in appellationis causa quae inter ecclesiam Bethlehemitanam, ex parte una, et magistrum fratresque Hierosolymitani hospitalis, ex altera, super terris, vineis, domibus et rebus aliis vertebatur, item olim in ipsius papae praesentia fuisse contentatum, eisque mandat quatenus, ne fratres praedictos, propter lapsus temporis, juris sui contingat incurere laesionem, capitulum Bethlehemitanum ex parte ipsius papae citent et eidem episcopo injungant ut per procuratorem idoneum ad dictum negotium prosequendum, infra octo menses post edictum citationis eis ab ipsis archiepiscopo et archidiacono factae, apostolice conspectui se praesentent. — (REG. 19, f. 9 v°; ANN. XII, c. 58.)

— J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II (1897), p. 527, n° 2196.)

« .. archiepiscopo et .. archidiacono Cesariensibus. Cum bone memorie —. Dat. Laterani, XV kalendas maii, anno duodecimo. »

-1292

Latran, 1^{er} avril 1238.

Abbati et conventui Sancti Augustini Cantuariensis significat se compositionem quae inter ipsos, ex parte una, et archiepiscopum archidiaconumque Cantuariensium, ex altera, in quaestione inter partes super ecclesia de Cistelet (= Chislelet) et nonnullis aliis articulis agitata, intervenerat, confirmare, inserto sub sua bulla ejusdem compositionis tenore. — (Reg. 19, f. 10^{re}; ann. XII, c. 59; — cf. *supra*, n. 281 et 282.)

« .. abbat et conventui Sancti Augustini Cantuariensis. Ex parte vestra —. Dat. Laterani, kalendis aprilis, anno duodecimo. »

-1293

1237.

[Praedictae vero compositionis tenor hic est:]

« Noverint universi presens scriptum inspecturi » quod, cum inter dominum Edmundum, Dei gratia Cantuariensem² archiepiscopum, totius Anglie primate[m], [et] magistrum Symonem de Langetu., archidiaconum Cantuariensem, ex una parte, et dominum Robertum, abbatem, et conventum Beati Augustini Cantuariensis, ex altera, controversia diutius mota fuisset super ecclesia de Cistelet, et jurisdictione cohercendi homines et clericos ipsorum » abbat et conventus delinquentes in diocesi Cantuariensi extra septa sui monasterii, que continent elemosinariam extra portam eorum, nec non ordinatione vicariarum in capellis spectantibus ad ecclesiam » de Menstre, et pulsatione campanarum que fieri consuevit, ut dicunt, in ecclesiis suis, in adventu ipsius » abbat, et de inclusione anachoritarum, et de annuis » prestationibus quas in diversis ecclesiis sui patronatus dicti abbas et conventus ab antiquo perceperunt, et super ecclesiis de Mideltun, et de Faversham, nec non super custodia ecclesiarum vacantium » de patronatu ipsorum, et clavibus, et sequestris, et

» missione in corporalem possessionem, et procuratoribus, et fructibus medii temporis, et benedictione » abbat sine exactione professionis in monasterio » Sancti Augustini per archiepiscopum facienda: ut » omnis materia litis amputetur in futuro, et lactenus » mota conquiescat, ad perpetuam pacem super articulis prenotatis tandem amicabiliter sic convenit. » Archiepiscopus siquidem memoratus, inspecta compositione inter bone memorie predecessorem suum » Ricc[ardum], et Rog[erium], tunc abbatem Sancti Augustini, cum consensu conventus utriusque olim » facta sub sigillis eorundem, et sub sigillo illustris » quondam regis Anglie Henrici¹ verbo ad verbum testificata, accusationi privilegiorum Sancti Augustini, » pro se et conventu suo, sicut dictus predecessor suus » ante fecerat, cum consensu dicti archidiaconi renuntiavit. Idem etiam archiepiscopus, inspecta sententia » bone memorie Alex[andri] pape² contra prefatum » Ricc[ardum], predecessorem suum, et successores » ipsius, communicato fratrum consilio, promulgata, » inspectis etiam privilegiis Romanorum Pontificum » Lucii et Urbani³, qui dictam sententiam ex certa » scientia confirmarunt, pro se et successoribus suis » concedit in futuro benedictionem impendere electis » Sancti Augustini in eodem monasterio, sine exactione » professionis, cum ad hoc fuerit requisitus. Cum autem dictus archiepiscopus ad benedicendum electum, » ut dictum est, venerit, cum processione et pulsatione » a conventu recipietur; ita ut per hoc in nullo eorum » privilegiis derogetur, vel idem aliquid juris possit. » ea vice vel alia, infra septa dicti monasterii contra » tenorem privilegiorum suorum vindicare. Electus » vero Beati Augustini statim in acceptione benedictionis mitram geret et insignia abbat ejusdem loci » consueta. De subjectione autem clericorum et hominum abbat et conventus Sancti Augustini sic convenit, quod clerici eorum et homines maneriorum et » abbatie archiepiscopo Cantuariensi et archidiacono » et eorum officialibus in spiritualibus subiacebunt » ratione delicti extra septa antedicta perpetrati; hac » distinctione servata, quod clerici sive servientes capitales in maneriis ipsorum, cum sint de familia » abbat, si aliquando fecisse dicantur aliquid quod » excommunicationem inducat majorem vel minorem, » ante discussionem facti, nisi forte factum esset notum, vel antequam confessi fuerint vel convicti,

1. Henri II.

2. Alexandre III.

3. Lucius III et Urbain III.

1. Reg. 19, f. 10^{re}.

2. Ms.: Dei gratia . Cantuariensem.

» vel in opere deprehensi vel contumaces, post legiti-
 » mam citationem extra septa monasterii sibi factam,
 » ab ordinariis nec excommunicari poterunt nominatim
 » nec suspendi. Si quis autem taliter extra septa delin-
 » quentium ad monasterium confugerit, abbas vel is
 » qui pro tempore preerit monasterio, compellet eum
 » stare juri coram eisdem, vel expellet eum de abbacia.
 » omni tamen jurisdictione ordinaria seu coherione
 » infra septa monasterii cessante. Institutiones etiam
 » personarum seu vicariorum in ecclesiis Sancti Au-
 » gustini ab archiepiscopo vel ejus officiali fient ad
 » presentationem abbatis et conventus Sancti Augusti-
 » ni; ita quidem quod, cum personam vel vicarium
 » in ipsorum ecclesiis decedere contigerit, retentio cla-
 » vium penes abbatem et conventum residet, donec
 » ad presentationem eorum aliquis instituat; et post
 » factam institutionem, missio fiat per archidiaconum
 » in corporalem possessionem; salva tamen interini
 » jurisdictione archidiacono debita, si ad illas ecclesias
 » accedat vel mittat. Fructus vero medii temporis inter
 » abbatem et archidiaconum dimidiabuntur; et ei qui
 » vice archidiaconi faciet missionem, abbas et conven-
 » tus tradent clavem; archidiaconus vero vel ejus nuntius
 » omnem residuum sollempnitatem faciet. Similis
 » etiam erit dimidiatio sequestrorum. Item, pro bono
 » pacis, concedunt abbas et conventus quod archidia-
 » conus, quando visitationem exercet officium in eccle-
 » siis eorum, sicut in aliis ecclesiis diocesis Cantua-
 » riensis recipiat procuracionem consuetam, exceptis
 » propriis eorum ecclesiis, scilicet de Menstre, de
 » Northburn., de Cistelet, de Faversham¹, de Mideltun.,
 » que, cum suis capellis, immunes erunt in futuro tam a
 » donis quam a procuracione archidiaconi et ejus offi-
 » cialium. Item, quamvis, pro litibus sopiendis in fu-
 » turo, concedant abbas et conventus, quod in ecclesiis
 » ipsorum institutiones personarum et vicariorum fiant
 » per archiepiscopum vel ejus officialem, et per archidia-
 » conum, ut premissum est, missio in corporalem pos-
 » sessionem; prenominate tamen proprie ipsorum eccle-
 » sie libere erunt ab omni suspensione et interdico ordi-
 » narium in perpetuum, cum eis a Sede Apostolica
 » sit indultum. ne Cantuariensis archiepiscopus vel ar-
 » chidiaconus seu ejus officialis ecclesias eorum sus-
 » pendere possint vel supponere interdico; salva tamen
 » omni jurisdictione in personas, ut dictum est. In
 » capellis vero de Menstre, scilicet Sanctorum Petri,
 » Johannis et Laurentii, presentabunt domino archi-
 » episcopo idoneos capellanos perpetuos ad altaragia,

» ita tamen quod singula altaragia valeant decem
 » marcas; qui hac portione tantum erunt contenti,
 » sub pena amissionis diete portionis, si coram iudice
 » quocumque ex certa scientia plus aliquando peti-
 » rint; presertim cum vicarius matricis ecclesie de
 » Menstre, cui est sufficiens vicaria ab antiquo taxata,
 » in ejusdem vicarie sue [finibus]¹, ratione minutarum,
 » percipiat decimam decimarum agnorum videlicet et
 » porcorum, et obventiones ex matrimonis et purifi-
 » cationibus post partum et corporum quorundam se-
 » pultura provenientes; aliis ecclesiarum suarum ca-
 » pellis in quibus fuerint vicarii, in suo statu
 » remanentibus. Prefatus siquidem archiepiscopus,
 » cum consensu archidiaconi, inspectis Romanorum
 » Pontificum privilegiis, et predecessorum suorum,
 » scilicet Thebaldi, Ric[ardi] memorati et Huberti,
 » nec non et capituli sui, et illustrium regum Anglie
 » scriptis authenticis, memoratas ecclesias, scilicet de
 » Menstre, de Northburn., de Cistelet, de Faversham,
 » de Mideltun., cum capellis suis et decimis quas, rati-
 » one earum, perceperunt vicarii, in suo statu
 » pertinentiis suis, lite mota per predecessores suos
 » non obstante, concedit et confirmat eisdem, cum
 » prebenda de Gotheistun.² [et] usibus ipsarum³ per-
 » petuis, pacifice retinendas cum libertate supradicta:
 » salvis vicariis consuetis in omnibus, dum tamen vi-
 » carius ecclesie de Cistelet qui pro tempore fuerit, de
 » sua vicaria, ad quam spectant omnes obventiones et
 » minores decime, preter garbas et fenum, quinque
 » marcas annuas solvat eisdem. Quod autem pulsatio
 » campanarum fiat de cetero contra abbatem in eccle-
 » siis dictorum abbatis et conventus, secundum quod
 » fieri consuevit, archiepiscopus sustinebit. Anacho-
 » rite vero de cetero non fient in ecclesiis Sancti Au-
 » gustini ab abbate, nisi per ordinarium, nec per or-
 » dinarium nisi de consensu abbatis. Pro annuis
 » autem pensionibus quas, ut premissum est, in diver-
 » sis ecclesiis sui patronatus abbas et conventus hac-
 » tenus perceperunt, concedit eisdem dictus archiepis-
 » copus in ecclesia de Prestun, vel de Selling., quam
 » citius vacare contigerit, viginti marcas annuas per-
 » petuo percipiendas; ita tamen quod ceteri ipsorum
 » ecclesie de cetero sint libere ab hujusmodi prestatio-
 » nibus et pensionibus, et dicti abbas et conventus
 » nichil amplius in illa nec in aliis ecclesiis quas nunc

¹ Il y a ici dans le texte une lacune évidente. La restitution
finibus, proposée ici, est pu¹ sur un conjectural.

² Cf. *supra*, n° 287.

³ Ms. : ipsorum.

1. Ms. : Faversham.

in proprios usus non habent, aliquam appropriationem de jure vendicent in futuro, nisi eis de novo concedantur. Ut autem tollatur omnis sinistra suspitio, dicti abbas et conventus nullam ecclesiam sui patronatus de cetero habebunt ad firmam, nisi de consensu ordinariorum. Si qua vero partium predictarum contra istam compositionem aliquid nunc impetravit vel impetraverit in futuro, irritum habeatur et inane, confirmatione nihilominus firmum robur obtinente. Facta est autem hec compositio anno ab incarnatione Domini M^oCC^oXXXVII^o, pontificatus dicti domini E[dmundi], Cantuariensis archiepiscopi, anno quarto; in hiis testibus: domino Angero, abbate de Derham, magistro Roberto de Abbendun., Thoma de Franckenham, Roberto de Stafford., Riccardo de Lange-dun., Nicolao de Bureford., tunc officiali domini Cantuariensis. Riccardo de With., tunc cancellario domini Cantuariensis, Riccardo, rectore ecclesie de Holingeburn., Waltero de Sumercot, Willelmo, rectore ecclesie de Livingeburn., Henrico de Well, et Roberto de Dorking, clericis domini E[dmundi], Cantuariensis archiepiscopi, et multis aliis. »

1291

Latran, 17 avril 1238.

Archiepiscopo Eboracensi, nec non Wigorniensis et Co[n]ventrentis episcopi scribit de Fulcone, praeposito ecclesiae Beverlacenensis, Eboracensis diocesis, qui duo beneficia, curam animarum habentia, quae ante generale concilium [Lateranense] sine dispensatione apostolica fuerat assecutus, in manibus ipsius papae, quia eum conscientia super hoc remordebat, voluerat resignare, et ipsi papae supplicaverat ut, eum de proventibus praepositurae suae et ecclesiae de Howeden., super qua cum eo per Sedem Apostolicam fuerat dispensatum, prout tam Honorii papae [III] quam ipsius Eboracensis archiepiscopi litterae continebant, non posset decetero expensas statui ipsius personae congruentes sustinere, hujusmodi resignatione recepta, sibi ipse papa provideret; eis mandat quatenus, eodem praeposito duo beneficia in ipsorum manibus resignante, circa eum statuatur prout viderint expedire, praedicti concilii generalis [Lateranensis] constitutione contra illos qui plura beneficia simul obtineant, edita, non obstante. — (Res. 19, f. 11 r^o; ann. XII, c. 60.)

« .. archiepiscopo Eboracensi, .. Wigorniensis et [..] Co[n]ventrentis episcopis. Considerans dilectus filius — Dat. Laterani, XV kalendas maii, anno duodecimo. »

1295

Latran, 23 avril 1238.

Willelmo Arnaldi, ordinis Praedicatorum et Stephano de

Sancto Tiberio, ordinis Minorum, inquisitoribus haereticorum in civitate et diocesi Tolosan[is], mandat quatenus in negotio Raymundi Rogerii, dicti Minoris, civis Tolosani, — qui olim quibusdam haereticis invitatus communicaverat, propter quod deberat, haeretica pravitate suspectus, suscipere signum crucis, et qui postmodum, cum quosdam haereticos revelasset, ab haereticorum inquisitoribus catholicis nuntiatus fuerat, propter quod asserbat se non teneri ad laborem Hierosolymitanae peregrinationis, — agant secundum quod ejusdem Raymundi Rogerii saluti noverint expedire; ei paenitentiam competentem injungant, eumque absolvant ab excommunicatione et aliis poenis, si quas incurrerit, pro eo quod nondum transiverit. — (Res. 19, f. 11 r^o; ann. XII, c. 61; — *Portnastr* 10581¹.)

« Willelmo Arnaldi, Praedicatorum, et Stephano de Sancto Tiberio, Minorum ordinum fratribus, inquisitoribus haereticorum in civitate et diocesi Tolosan[is]. Raimundus Rogerii, dictus Minor, civis Tolosanus, nobis exposuit quod, cum ipse olim, constitutus in paterna potestate, non suam, sed patris sui, cujus indignationem timebat, voluntatem sequens, quibusdam communicasset haereticis, non tamen in haeretica pravitate, nec unquam crederiderit in eodem: tandem, quia venerabilis frater noster .. episcopus Portuensis, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legatus, illos quos invenit de predicta pravitate suspectos, cruce signari mandavit, idem, pro eo quod haereticis communicaverat, ut superius est expressum, de mandato dicti legati suscepit cum multis aliis signum crucis. Cumque postmodum, ardore fidei vehementer accensus, inquisitoribus haereticorum a Sede Apostolica deputatis in penitentiali foro que circa haec sibi contingerant, revelasset, et tanquam catholicus detexisset culpas etiam aliorum, in hiis non deferens consanguineis vel amicis: ipsi inquisitores, ut ab eo sinistrae suspitionis materiam amoverent, ipsum catholicum nuntiarunt, prout in litteris eorum, et venerabilis fratris nostri .. episcopi, nec non .. abbatis Sancti Saturnini, .. ministri fratrum Minorum et .. prioris fratrum Praedicatorum Tolosanorum inde confectis, plenius continetur. Unde, cum, sicut asserit, non ita deliquerit quod Hierosolimitanae peregrinationis teneatur subire laborem, sed potius fuerit Ecclesie fructuosus, in eo quod haereticos revelavit, propter quod graves inimicitias se asserit incurrisse, nec sit habilis ad pugnandum, nobis humiliter supplicavit ut super

1. A la date du 24 avril (*VIII kalendas maii*), d'après *Wadding, Annales Minorum*, t. III, p. 6, n^o 7, et *Sbaralea, Bullar. Franciscan.*, t. 1, p. 239, n^o 259; *Ripoll, Bullar. Praedicator.*, t. 1, p. 100, n^o 180, donne la date *VII kalendas maii* (= 25 avril).

hoc providere sibi de benignitate apostolica curaremus. Quia vero nobis non constituti de premissis, de discretione vestra plenam in Domino fiduciam obtinentes, devotioni vestre mandamus quatenus, consideratis diligenter circumstantiis universis, agatis super hoc auctoritate nostra cum ipso prout, secundum Deum, injuncta sibi alia penitentia competenti, salutis anime sue noveritis expedire, absolvendo ipsum ab excommunicationis sententiis ac penis, si quas incurrerit pro eo quod hactenus non transivit. Dat. Laterani, VIII kalendas maii, anno duodecimo. »

1296

Lateran, 13 avril 1238.

Archiepiscopo Lugdunensi et priori Portarum, Carthusiensis ordinis, Lugdunensis diocesis. — auditio quod in ecclesia Brivatensi, Claromontensis diocesis, Sedi Apostolicae, sicut dicebatur, immediate subjecta, illa prava consuetudo servabatur, videlicet ut ejusdem ecclesiae canonici in praebendis, quasi hereditario jure, parentibus et consanguineis, contra canonica instituta, succederent, — mandat quatenus, personam ad praefata ecclesiam accedentes, inquirant super praemissis veritatem, et, si rem invenerint ita se habere, amotis exinde illis qui taliter in praebendis in praefata ecclesia successerint, et in eorum locis personis idoneis substitutis, quae velint et possint in eadem ecclesia deservire, supradictam consuetudinem exinde penitus extirpent, et alias corrigenda et reformanda corrigant ibidem et reforment. — (REG. 19, f. 11 v°; ann. XII, c. 62; — MOREAU 1192, f. 19.)

« .. archiepiscopo Lugdunensi et .. priori Portarum, Carthusiensis ordinis, Lugdunensis diocesis. Ad nostram audientiam —. Dat. Laterani, idibus aprilis, anno duodecimo. »

1297

Lateran, 16 avril 1238.

Abbati et conventui Sancti Eadmundi, Norwicensis diocesis, significat se inhibere a ne quis, nisi Romanus Pontifex vel legatus ipsius, in villa Sancti Eadmundi aut infra » quatuor cruces uno miliario ex quatuor partibus a villa » distantes », prout ab « Alexandro secundo, Lucio [secundo]¹, Adriano [quarto] et Alexandro tertio, Urbano [tertio], Celestino [tertio], Innocentio [tertio] et Honorio [tertio], Romanis Pontificibus », proponebant ipsi ipsorum monasterio fuisse concessum, « potestatem aut jus aliquod » sibi valeat vindicare, vel missas publicas aut conventum

1. On doit supposer a priori que les papes cités s'ic sont rangés selon leur ordre chronologique

» celebrare, aut oratorium, seu capitulum edificare, aut synodum seu quolibet officium episcopale exercere. ». — (REG. 19, f. 11 v°; ann. XII, c. 63.)

« .. abbatii et conventui Sancti Eadmundi, Norwicensis diocesis. Vestris devotis precibus —. Dat. Laterani, XVI kalendas maii, anno duodecimo. »

1298

Lateran, 15 avril 1238.

Abbati de Maseriis, Cabilonensis diocesis, nec non abbati et priori de Lucela, Basiliensis diocesis, mandat quatenus ab universis abbatibus, prioribus et conventibus monasteriorum ordinis Cluniacensis in Alamannia faciant sibi decimam omnium suorum proventuum et reddituum usque ad triennium exhiberi, per ipsos abbates de Maseriis et de Lucela et priorem de Lucela convertendam in solutionem debitorum quibus ecclesia Cluniacensis usque ad exinanitionem premebatur. — (REG. 19, f. 11 v°; ann. XII, c. 64; — J. BERNOLLI, *Acta Pontificum Helvetici*, t. I, p. 128, n° 192.)

« .. de Maseriis et .. de Lucela abbatibus et .. priori de Lucela, Cabilonensis et Basiliensis diocesis. Ex parte dilectorum filiorum .. abbatii et conventus Cluniacensis ecclesie fuit nobis humiliter supplicatum ut eidem ecclesie, que tanto premitur onere debitorum, quod, nisi ei celeriter succurratur, verendum est ne absorbeatur voragine usurarum, ad quas solvendas universi ejus redditus vix sufficere asseruntur, cum jam fere sit ad extremam exinanitionem redacta, debita providere sollicitudine curaremus. Nos itaque, ipsi ecclesie tanquam speciali Ecclesie Romane filie paterno compatiens affectu, ac attendentes quod, si patiat unum membrum, cetera membra ei debent compati et illius necessitatis onera supportare, ut sic adimpleant legem Christi, mandamus quatenus ab universis abbatibus et prioribus eorumque conventibus monasteriorum et locis aliis Alemannie sui ordinis faciatis decimam omnium suorum proventuum et reddituum usque ad triennium exhiberi, per manus vestras in solutionem debitorum hujusmodi, de ipsorum abbatibus et conventus conscientia, integre convertendam, eos ad exhibitionem ipsius, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo; quicquid inde feceritis, nobis fideliter rescripturi. Constitutione de duabus dietis in generali concilio edita, non obstante. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, XVII kalendas maii, anno duodecimo. »

1299. — In eundem modum .. abbatii et .. priori Sancti An-

dece, abbas sancti Augustini, et .. archidiacono Sancti Eusebii Verulani[stano], in Italia.

4300. — In eundem modum .. *abbati et .. priori de Faesio, Cisterciensis ordinis, Turdegalensis diocesis, et magistro Vitali, canonico Sancti Severini Turdegalensis, in Guasconia.*

4301. — In eundem modum .. *abbati et .. priori de Palatolis, Cisterciensis ordinis, Palentine diocesis, et .. decano Palentino, in Hispania.*

4302. — In eundem modum .. *archiepiscopo Cantuariensi et .. abbati de Parco Lud[e], Cisterciensis ordinis, Lincolnien[si]s diocesis, et .. cancellario Lincolnien[si], in Anglia.*

4303. — In eundem modum .. *de Bella Villa, sancti Augustini, et .. de Benedictione Dei abbatibus, et .. priori de Benedictione Dei, Cisterciensis ordinum, Lugdunensis diocesis, in Viennensi, Lugdunensi et Bisuntina provinciis.*

4304. — In eundem modum .. *Vallis Bone, Cartusien[si]s ordinis, et .. Sancti Juliani et .. Sancti Marcelli prioribus, Ulcien[si]s et Vitariensis diocesium, in Provincia.*

4305. — In eundem modum .. *archiepiscopo Rothomagen[si], .. decano et Ofdoni de Garlandia, archidiacono Parisiensibus, in Francia.*

4306

Latran. 30 avril 1238.

Archipresbytero et capitulo ecclesie Sanctae Mariae Majoris de Urbe, — quae, praeter Romanum Pontificem, non habebat episcopum vel rectorem ad quem recurreret, et mandat quatenus, si quem canonicum ipsius ecclesiae « pro » defendendo iure ecclesiae ac tuenda ecclesiastica libertate « vel laicalium potentiam absentari contigerit », tamdiu ei de proventibus ipsius ecclesiae portionem integram ministrent. « donec ad eandem ecclesiam secure redire valeat et morari ». — (REG. 19, f. 12 r°; ann. XII, c. 65.)

« .. archipresbytero et capitulo ecclesie Sancte Marie Majoris de Urbe. Etsi ecclesiarum omnium —. Dat. Laterani, II kalendas maii, anno duodecimo. »

4307

Latran. 30 avril 1238.

Astori, archipresbytero ecclesiae Sanctae Mariae Majoris de Urbe, qui proponebat procedere ad reformationem ejusdem ecclesiae, — qua reformatione eadem tam in spiritualibus quam in temporalibus indigebat, — mandat quatenus, « ne » reformationem hujusmodi aliquorum contingat potentia « vel malitia impelleri », si quis canonicorum ejusdem ecclesiae ipsi archipresbytero in hoc se opposuerit, illum, « a de » consilio totius vel majoris partis capituli, tam per subtractionem proventuum quam per suspensionis et excommunicationis sententias « coerceat. — (REG. 19, f. 12 r°; ann. XII, c. 66.)

« Astori, archipresbytero ecclesie Sancte Marie Majoris de Urbe. Quia, sicut in —. Dat. ut supra. »

4308

Latran. 11 mai 1238.

Archiepiscopo Remensi mandat quatenus Atrebatensis episcopi, qui per litteras suas et magistrum Adam, capellanum suum, supplicaverat se ipsum, « caligantibus oculis pre » etate », et propter animi et corporis debilitatem, ab onere pontificalis officii relaxari, cessionem, si praemissis veritas suffragaretur, recipiat, eique provisionem congruam pro sustentatione sua de bonis Atrebatensis ecclesiae faciat assignari. — (REG. 19, f. 12 r°; ann. XII, c. 67; — MOREAU 1192, f. 42.)

« .. archiepiscopo Remensi. Littere venerabilis fratris —. Dat. Laterani, V idus maii, anno duodecimo. »

4309

Latran. 30 avril 1238.

Agnetem [vel Adelasiani] ¹ domnicellam, dominam Turritanam, de obitu [Ubaldi, judicis Gallurensis] ², viri sui, consolatur, eique significat se velle ut talem in virum recipiat, qui Sedi Apostolicae sit acceptus. — (REG. 19, f. 12 r°; ann. XII, c. 68; — MOREAU 1192, f. 38; — POTTHAST 26279; — RODENBERG 726.)

« Nobili mulieri Agneti donnicelle, domine Turritan[e]. Clare memorie .. viri tui obitu intellecto, nos ipsi non potuimus non dolere, cum et personam ipsius sincera dilexerimus in Domino caritate, et te, quam in Christo sincere diligimus, tanti viri didicerimus solacio destitutam. Sed in hoc consolationem accepimus, et te ipsam volumus consolari, quia ipsum in bona contritione et devota confessione intelleximus obiisse. Unde nobilitatem tuam monemus et hortamur at[tente] quatenus, prudenter attendens quam fallax sit mundus, vita brevis, finis dubius, horribilis exitus et terribilis tandem iudex, non indulgeas lacrimis, sed orationibus et elemosinis potius vaces pro mortuo apud Deum. Ceterum, cum non expediat tibi et terre tue ut conjugio careas, sed nugas in Domino et vaces filiis procreandis, volumus ut, de nostro consilio et mandato, talem in virum recipias, qui et nobilitati tue gratus et nobis merito sit acceptus, ac terram et jura tua, prout expedit, in forti manu et extento brachio ⁴ teneatur. Et ut melius et efficacius ad honorem et utilitatem tuam quod intendimus, complectur, presentium tibi aucto-

1. Cf. GEN. XLVIII, 10; etc.

2. Elle est appelée *Adelasia* et non *Agnes* dans les pièces qui portent les numéros 3349-3355, 3423, 3424. Cf. aussi RODENBERG, p. 624, not. 2.

3. Cf. supra, n. 3349, 3353, 3355, 3422 et 3423.

4. Cf. DU RT V, 15; etc.

ritate mandamus quatenus per fidelem nuntium et discretum, cui etiam consentiendi in virum et jurandi in animam tuam, si opus fuerit, potestatem concedas. voluntatem tuam nobis celeriter rescribere non postponas. Dat. Laterani, II kalendas maii, anno duodecimo. »

4310

Latran, 4 mai 1238.

« In eundem fere modum . . . abbati *Sacrarvensi, Camaldulensis ordinis, Plovaensis diocesis*, usque in finem. Ideoque mandamus quatenus eandem donnicellam ad id efficaciter moneas et inducas. Et quia non expedit ut terra sua, que est Romane Ecclesie specialis, ad manus alicujus deveniat, qui non sit fidelis Sedis Apostolice ac devotus, ei sub fidelitatis juramento et pena excommunicationis firmiter inhibere procuras, ne cum aliquo contrahat absque nostra licentia speciali. Dat. Laterani, III nonas maii. » — (MOREAU 1192, f. 38 v°; — POTTHAST 26280; — RODENBERG, *post* n° 726.)

4311

Latran, 29 avril 1238.

Danieli Percivallo de Auri et Manuelli, civibus Januensis, qui in portu Turritano, ad Sedem Apostolicam pertinenti, castrum aedificari fecerant, mandat quatenus archiepiscopo Arborensi, cum ab eo fuerint requisiti, corporale juramentum praestent de stando super hoc mandatis apostolicis; nullam nobili mulieri A[delasiae]¹, dominae provinciae Turritanae, vel ejus terrae molestiam inferant; noverint ipsum papam eidem archiepiscopo mandare ut tam ipsos cives Januenses quam alios qui ipsis super hoc consilium vel auxilium praestiterint, per censuram ecclesiasticam compellat. — (REG. 19, f. 12 v°; ann. XII, c. 69.)

« *Danieli Percivallo de Auri et Manuelli, civibus Januensis*. Qui aliis in —. Dat. Laterani. III kalendas maii, anno duodecimo. »

4312

Latran, 29 avril 1238.

Archiepiscopo Arborensi mandat quatenus vicecomites Pisanos, — qui nuper Gal[li]urensium provinciam, ad Romanam Ecclesiam pertinentem, hostiliter invaserant, molientes eandem suo domino subjungere, — moneat et inducat « ut, omni » dilacione ac difficultate postpositis, a temeritate hujusmodi », et a molestatione A[delasiae]¹, dominae memoratae provinciae, desistant; « alioquin in ipsos et omnes alios qui eis in » hac parte dederint consilium, auxilium vel favorem », proferat excommunicationis sententiam, quam faciat per

1. Appelée ci-dessus *Agnes*, dans la pièce 4309.

Sardiniam et Tusciam sollempniter publicari et usque ad satisfactionem condignam observari; ceterum illos de Sardinia et Tuscia qui eisdem Pisanis super hoc in armis praestiterint subsidium, compellat ut a tali praesumptione desistant. — (REG. 19, f. 12 v°; ann. XII, c. 70.)

« .. archiepiscopo *Arborensi*. Nobiles viri vicecomites —. Dat. ut supra. »

4313

Latran, 26 avril 1238.

Archiepiscopo Eboracensi mandat quatenus, nisi procuratores regis Angliae, — qui electioni a capitulo Dunelmensi de T., priore Dunelmensi, in episcopum Dunelmensem celebratae, assensum suum praestare noluerat, — infra menses exceptiones contra praedictam electionem probaverint, ad quas fuerant admissi, ipse eandem electionem, si illam invenerit de persona idonea canonice celebratam, infra quattuor menses confirmet. — (REG. 19, f. 12 v°; ann. XII, c. 71.)

« .. archiepiscopo *Eboracensi*. Ex parte dilectorum filiorum conventus ecclesie Dunelmensis fuit propositum coram nobis quod, eadem ecclesia pastoris solacio destituta, et a karissimo in Christo filio nostro . . . illustri rege Anglie petita, ut moris est, licentia et obtenta, ipsi, convenientes in unum, Spiritus Sancti gratia invocata, dilectum filium T., priorem suum, virum, ut asserunt, litteratum, providum et honestum, ac in spiritualibus et temporalibus circumspectum, canonice in suum episcopum elegerunt. Cumque predicto regi humiliter supplicassent ut suum electioni hujusmodi prestaret assensum, quia idem rex supplicantium votis non annuit, pluries requisitus, ipsi, attendentes quod dicta ecclesia, ob vacationem diutinam, gravem patiebatur in spiritualibus et temporalibus lesionem, a te, metropolitano loci, confirmari electionem eandem cum instantia petierunt. Sed, quibusdam¹ procuratoribus regis ejusdem prefatum priorem inimicum regi et regno asserentibus et suspectum, inimicitiarum, suspitionis², symonie ac aliis quibusdam exceptionibus contra ipsum propositis ab eisdem, et super ipsis an admittende essent omnes vel aliquae, coram te diutius litigato: tu, inimicitiarum et suspicionis exceptiones recipiens, que jus regium tangere videbantur, reliquis non admisis, super quo circumspectionis tue prudentiam in Domino commendamus, probandi eas certum terminum eisdem procuratoribus assignasti. Et licet illas

1. Ms. : a quibusdam.

2. Sic, à cet endroit; plus loin, dans la même pièce : *suspicionis*.

iisdem procuratores infra prefixum eis terminum non probarint, tu tamen, volens forsas deferre homini plus quam Deo, ad decisionem negotii procedere, requisitus pluries, noluit, non absque gravi ejusdem ecclesie detrimento. Ne igitur, prorogando iudicium, justitie derogetur, mandamus quatenus —, nisi predicti procuratores infra mensem post monitionem tuam, quem adhuc eis, ad superandam ipsorum malitiam, [terminum] a te volumus assignari, exceptiones probaverint, ad quas fuerunt admissi, tu extunc, de modo electionis, studiis eligentium et electi meritis veritate plenius inquisita, si electionem ipsam inveneris de persona idonea canonice celebratam, eam infra quatuor menses a receptione presentium studeas confirmare. Alioquin, ea rite cassata, facias eidem ecclesie per electionem canonicam provideri. Nos enim dilecto filio nostro O[toni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, dirigimus scripta nostra ut, te infra prefixum tempus mandatum nostrum exequi finaliter negligente, idem extunc procedat in hujusmodi negotio juxta traditum tibi formam. Dat. Laterani, VI kalendas maii, pontificatus nostri anno duodecimo. »

4314. — Scriptum est super hoc eidem legato.

4315

Latran, 4 mai 1238.

Archiepiscopo Remensi et episcopo Suessionensi mandat quatenus [Johannem II], comitem Suessionensem, — qui, « anno jam elapso », promiserat et juraverat quod, assumpto signo crucis, in subsidium imperii Romaniae cum quindecim milibus una cum P[etro] de Brana¹ transfretaret, receptis ab eodem P. « mille et quingentis libris Turonensium », — ad observationem promissionis et juramenti sui, quae servare denegabat, per excommunicationis in personam et interdictioni in terram sententias compellant. — (REG. 19, f. 13 r^a; ann. XII, c. 72; — MOREAU 1192, f. 39.)

« .. archiepiscopo Remensi et .. episcopo Suessionensi. Cum, sicut dilectus —. Dat. Laterani, IIII nonas maii, anno duodecimo. »

4316

Latran, 4 mai 1238.

Episcopo Sagiensi, eadem, iisdem fere verbis², scribens

1. Cf. supra, n. 4265 et 4266.

2. Outre la substitution implicitement indiquée, dans cette seconde bulle, du diocèse de Sées au diocèse du Mans (les deux

quae supra, sub numero 4265, episcopo Cenomansensi, mandat quatenus, redemptiones votorum cruce signatorum, ac legata et alias deputata succursui Terrae Sanctae in Rothomagensi provincia et in Sagiensi dioecesi juxta formam ei traditam colligens, tertiam partem Petro de Brana¹ cruce signato vel ejus procuratori ad praesens attribuat, et, duas alias recipiens fideliter et conservans, faciat eas eidem, cum fuerit in partibus Constantinopolitanis, integre assignari, expendendas per ipsius episcopi manus, prout, consideratis negotii circumstantiis, melius viderit expedire; non obstante prohibitione fratris Willelmi, de ordine fratrum Minorum, ipsius papae paenitentiarum. — (REG. 19, f. 13 r^a; ann. XII, c. 73; — POTTHAST 10590.)

« .. episcopo Sagiensi. Presentium tibi auctoritate —. Dat. ut supra. »

4317

Latran, 4 mai 1238.

Abbate et priori Majoris Monasterii Turonensis mandat quatenus, — cum monasterium Burguliense in diversis dioecibus obtineret quosdam prioratus a monasterio ipso remotos, in quibus nulli jus competeat praesentandi, quorum prioratum quilibet, propter tenuitatem proventuum ipsorum, ad sustentationem duorum monachorum commode non sufficiebat, cumque non conveniat monachos solitarios commorari, — duos ex ipsis prioratibus, si viderint expedire, in unum, in quo monachi commode morari valeant, de dioecesanorum assensu, absque juris alicui praesidio, uniant. — (REG. 19, f. 13 r^a; ann. XII, c. 74.)

« .. abbati et .. priori Majoris Monasterii Turonensis. Sicut ex parte —. Dat. ut supra. »

4318

Latran, 30 avril 1238.

Priorisse et conventui monasterii Sanctae Crucis de Fosabandi Pisani, ordinis sancti Augustini, quae elegerant in voluntaria paupertate sequi Christum, significat se inhibere ne quis in eas « excommunicationis seu suspensionis sententiam, absque manifesta et rationabili causa et canonica monitione premissa », promulget. — (REG. 19, f. 13 r^a; ann. XII, c. 75.)

« .. priorisse et conventui monasterii Sancte Crucis de

textes portent l'expression commune : « in tua dioecesi », il n'y a entre ces deux pièces qu'une bien légère différence, due sans doute à l'inadvertance d'un copiste; on lit dans la première (n° 4265) : « et duas recipiens fideliter »; dans la seconde (n° 4316) : « et duas partes recipientes fideliter. »

1. Ms. : Bruna.

Fossabandi Pisan[1], ordinis sancti Augustini. Cum vos ipsas —. Dat. Laterani, II kalendas maii, anno duodecimo. »

4319

Lateran, 14 avril 1238.

Regem Portugaliae, qui Bracharenses ecclesias plurimis damnis et exactionibus aggravaverat, admonet ne per se, vel per officiales et vassallos suos, personas ecclesiasticas infamare, vel earum domos infringere seu bona diripere de cetero praesumat, eique minuitur, nisi, infra tempus ab ipso papa praefixum, ecclesiis ac monasteriis de injuriis quas eis ipse, vel praedicti officiales et vassalli irrogarint, competenter satisfecerit, excommunicationem in personam et interdictum in loco ubi fuerit. — (REG. 19, f. 13 r°; ann. XII, c. 76; — MOREAU 1192, f. 22; — POTTHAST 10570. *falso initio*, ex RAYNALDO.)

« .. *illustri regi Portugaliae, spiritum consilii sanioris.* Si quam horribile sit in manus Dei viventis incidere¹, debita meditatione pensare, ab offensione Sacrosanctae Ecclesiae, sponse suae, quam ipse proprio sanguine comparavit, et servitorum ejus cautius abstinere. Ad nostram siquidem audientiam noveris pervenisse quod tu, pretextu cujusdam prave constitutionis quam [...] proventus tuus asserit edidisse, videlicet ut mulier capiat, cum qua persona ecclesiastica reperitur, officiales et quidam alii vassalli tui sepe domos hujusmodi personarum diocesis Bracharensis infringunt, et, sive inveniuntur cum eis mulieres, sive non [etc., ut supra, in epistola sub numero 2753 notata², pro Portugalensi ecclesia, paucis mutatis, usque :] pecunie quantitatem. Preterea, si contingat aliquando quod venerabilis frater noster .. archiepiscopus Bracharensis et ejus vicarii [etc., ut supra, in eadem epistola, mutatis mutandis, usque :] necessaria, subire angarias et perangarias et ad alia compellis onera inhonesta, et tam tua quam baronum et officialium tuorum banna et statuta servare; inter que tu tale fecisti, in odium Dei et Ecclesiae ac ministrorum ejus, statutum, videlicet ut, si quis possessiones aliquas ecclesie vel monasterio donaverit inter vivos aut in ultima reliquerit voluntate, non liceat ecclesie ipsas recipere, nec eis aut cuiquam persone ecclesiasticae possessiones aliquas comparare, quantumcumque ab omni onere tributi vel servitutis immunes; ex quo devotio fidelium et voluntas decedentium nequiter impeditur. Ad hec, si qua persona eccle-

siastica [etc., supra, ut in eadem epistola, usque :] gravaminibus opprimendo; propter que ecclesie ac monasteria ad tantam exinanitionis miseriam sunt deducta, quod non possunt ministros proprios sustentare. Unde idem archiepiscopus te sepius monuit diligenter, ut ecclesiis et monasteriis ac personis ecclesiasticis de dampnis et injuriis per te ac tuos irrogatis eisdem, satisfaceres competenter, personam tuam, et officiales ac subditos tuos, super premissis vel similibus ab ecclesiarum molestiis cohibendo. Sed, te monitiones ejusdem archiepiscopi surdis auribus transeunte, idem, post monitiones et expectationes diutinas, gravamen ecclesiarum ulterius equanimiter sustinere non valens, in tua, baronum et aliorum tuorum hominum, episcoporum quoque et multorum religiosorum presentia, excommunicavit tam barones quam omnes alios, qui vel de mandato tuo, vel de propria auctoritate, seu temeritate potius, occasione quacumque, premissis vel aliis similibus modis, contra libertatem ecclesiasticam ecclesias, monasteria vel personas ecclesiasticas Bracharensis diocesis presumerent aggravare. Nos igitur, et saluti tue consulere, et ecclesiarum ac personarum ecclesiasticarum indemnitatibus, sicut tenemur, precavere volentes, serenitatem tuam auctoritate presentium districtius inhihemus ne per te, vel officiales aut vassallos tuos, personas ecclesiasticas infamare, vel domos infringere seu bona ipsarum diripere, predicto vel alio consimili modo, presumas. Si vero archiepiscopus vel ejus vicarii contra ecclesiasticos viros processerint [etc., ut supra, in eadem epistola, usque :] penitus desistens. Alioquin, cum non sit cuiquam in anime suae periculum deferendum, noveris nos eidem archiepiscopo nostris dedisse litteras districtius in preceptis ut, nisi tu infra tres menses post receptionem litterarum nostrarum, vel publicationem earum in loco ubi fueris, predicta curaveris adimplere, et ecclesiis ac monasteriis de dampnis et injuriis per te ac tuos irrogatis eisdem, satisfeceris competenter, promittens firmiter per patentes litteras tuas quod articulos expressos superius, cum sint de jure communi, observabis et facies observari, eidem archiepiscopo et suis plenam securitatem impendens, te ac tuos, barones, officiales, balivos et subditos tuos ab ecclesiarum gravaminibus cohibendo, idem archiepiscopus omnia capitula supra-scripta, sublati cuiusque contradictionis et appellationis obstaculo, exequatur; contradictores — compescendo; te insuper sententia excommunicationis percellens, loca ad que te devenire contigerit, quamdiu ibi fueris, supponat ecclesiastico interdicto, et faciat sententias ipsas usque ad satisfactionem condignam

1. Cf. HEDR. X, 31.

2. Cf. aussi la pièce 1327.

auctoritate nostra inviolabiliter observari. Non obstante indulgentia que tibi dicitur ab Apostolica Sede concessa, ne quis in te vel regnum tuum excommunicationis vel interdicti sententiam audeat promulgare. Si vero tu in hujusmodi pertinacia diutius duxeris persistendum, Romana Ecclesia super hiis aliter, auctore Domino, providebit. Dat. Laterani, XVIII kalendas maii, anno duodecimo. »

4320

Lateran, 11 avril 1238.

« Scriptum est super hoc eidem archiepiscopo in eundem fere modum, ut supra, usque in finem. Quocirca fraternitati tue, cui super predictis meram executionem committimus, per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus, si jandictus rex infra prescriptum tempus que premissimus, neglexerit adimplere, tu premissa omnia auctoritate nostra, sublato appellationis obstaculo, exequaris. Contradiectores etc. Dat. ut supra. » — (MOREAU 1192, f. 25 v°.)

4321

Lateran. 5 mai 1238.

Archiepiscopo Bracharensi mandat quatenus postulationem a conventu monasterii Villae Novae, Bracharensis dioecesis, praesentatam, de M., clerico olim saeculari, qui habitum regularem in eodem monasterio postea susceperat, in ejusdem monasterii priorem, si quid canonicum non obstaret, admitat. — (REG. 19, f. 11 r°; ann. XII, c. 77.)

« .. archiepiscopo Bracharensi. Significantibus dilectis filiis conventu monasterii Ville Nove, Bracharensis dioecesis, nos noveris accepisse quod, cum olim, monasterio ipso vacante, bone memorie .. archiepiscopus Bracharensis, predecessor tuus, M., clericum saecularem, qui habitum regularem ibidem susceperat per se ipsum, benedicto sibi superpellicio, ad petitionem conventus ipsius prefecisset eidem, faciens ipsum subsequenter in manu ejusdem prioris ejusdem ordinis regulares observantias profiteri : tu, quia prius professus non fuerat, eum a sic suscepto regimine amovisti ; et ita remansit in eo simplex canonicus regularis ; cui duo postmodum successive substituti priores, quoniam, propter malefactorum incursum, cum locus idem in medio nationis prave sit positus et perverse, non potuerunt monasterium ipsum ab eorum incursum defendere, illud spontanei dimiserunt ; propter quod idem monasterium in spiritualibus et temporalibus graviter est collapsum. Quare conventus idem, considerans casus hujusmodi ad presens per alium relevari non posse, dictum M. a te in priorem sibi concedi, unanimi-

ter et concorditer postularunt, sperantes quod per ipsum, cum sit religiosus, providus pariter et discretus, possit sepefatum monasterium in spiritualibus et temporalibus restaurari. Quorum petitioni tu non duxisti simpliciter annuendum, sed sibi loci custodiam interim commisisti, donec super hoc Sedis Apostolice beneplacitum implerent. Unde a nobis humiliter postulabant ut desolationi sepefati monasterii obviare misericorditer curaremus —. Dat. Laterani, III nonas maii, anno duodecimo. »

4322

Lateran, 5 mai 1238.

Abbatissae et conventui inclusarum ancillarum Christi monasterii Sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti Damiani, rigorem regulae in quibusdam temperat. — (REG. 19, f. 14 v°; ann. XII, c. 78; — POTHAFF 10592; — cf. supra, n° 3602.)

« .. abbatisse et conventui inclusarum ancillarum Christi monasterii Sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti Damiani. Pia meditatione pensantes —. Dat. Laterani, III nonas maii, anno duodecimo. »

4323

Lateran, 6 mai 1238.

Priori et conventui Cantuariensibus significat se velle ut per recentem innovationem ab ipso papa factam, cujusdam privilegii a Bonifatio papa abbati et conventui monasterii Beatorum Apostolorum Petri et Pauli civitatis Dornberniae (= Douvres) concessi, in quo innovato privilegio quadam continebantur ab ipsis Cantuariensibus possessa, scilicet totum litus et tota aqua de Stanores, cum pertinentiis suis, nullum super his praedictis eis fiat. — (REG. 19, f. 14 v°; ann. XII, c. 79.)

« .. priori et conventui Cantuariensibus. Cum dilecti filii —. Dat. Laterani, II nonas maii, pontificatus nostri anno duodecimo. »

4324

Lateran, 4 mai 1238.

Episcopo et capitulo Atrebatensibus concedit ut deinceps non teneantur per mandatum apostolicum quod de praesenti indulgentia non fecerit mentionem, aliquem in canonicum recipere et alicui praebendam conferre. — (REG. 19, f. 14 v°; ann. XII, c. 80; — MOREAU 1192, f. 40.)

« .. episcopo et capitulo Atrebatensibus. Decet et expediat —. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit proposi-

tum coram nobis, jam tres prebende sunt tribus clericis in ecclesia vestra de mandato nostro collate, ac duas alias conferri duobus aliis, gratiam ad presens hujusmodi prosequentibus, mandaverimus in eadem, preter sextum, contra quem appellationis causam a dilecto filio magistro Petro de Papa, subdiacono nostro, canonico Parisiensi, interposite duximus admittendam : nos, devotis vestris supplicationibus inclinati, presentium vobis auctoritate concedimus ut, salvo jure predictorum, si quid est eis per obtentas a nobis litteras acquisitum, non teneamini aliquam ad mandatum nostrum recipere, nisi de indulgentia presenti fecerit mentionem, per quam Johanni, nato nobilis viri Johannis Pantaleonis, civis Romani, pro quo vobis nuper direximus scripta nostra, nullum volumus prejudicium generari — Dat. Laterani, IIII nonas maii, anno duodecimo. »

1325

Lateran, 15 avril 1238.

Archidiacono, succentori et magistro Petro de Papa, canonico Parisiensibus, mandat quatenus quicquid pro magistro Radulfo de Burgo Sancti Memmii, Catalaunensi clerico, super obtinenda prebenda in ecclesia cathedrali Catalaunensi invenerint attentatum, denuntient penitus non valere. — (Reg. 19, f. 14 v^o; ann. XII, c. 81.)

« .. archidiacono, .. succentori et magistro [Petro] de Papa, canonico Parisiensibus. Ex parte dilectorum filiorum .. decani et capituli Cathalaunensium fuit propositum coram nobis quod, cum magister Radulfus de Burgo Sancti Memmii, Cathalaunensis clericus, tam ad bone memorie .. episcopum Cathalaunensem quam ad ipsos nostras impetrasset litteras, continentes ut in aliqua ecclesiarum civitatis Cathalaunensis, in qua prebendarum collatio spectaret ad ipsos, providerent eidem in beneficio prebendali, nisi rationabile quid obstaret. non obstante si direxissetis eis pro aliis scripta nostra : tandem, episcopo defuncto, asserens idem magister quod, ecclesia Cathalaunensi vacante, collatio prebendarum hujusmodi ad ipsum capitulum pertinebat. secundo a nobis obtinuit eidem capitulo firmiter precipiendo mandari ut ei providerent in beneficio prebendali, juxta priorum continentiam litterarum; Viviano, canonico Metensi, per alias litteras a nobis injuncto ut eos ad id compelleret per censuram ecclesiasticam, nisi rationabile quid obstaret. Qui, ad instantiam dicti magistri tradidit sibi potestatem excedens, mandavit eisdem ut eum recipere in cano-

nium et in fratrem in ecclesia cathedrali, et ei stallum in choro et locum in capitulo assignarent, vel comparerent certis loco et termino coram eo, proposituri quare id facere non deberent. Fecit insuper inhiberi eis ne, pendente negotio, alii quam dicto magistro beneficium prebendale conferrent in ecclesia memorata, denuntiando, si secus fieret, irritum et inane. Cumque postmodum ad terminum ipsum idem executor .. abbat et .. priori Sancti Vincentii Metensis sub ea forma, ut, si ambo interesse non possent, alter nichilominus procederet, reservata sibi definitiva sententia, commiserit vices suas : iidem, ab ipso priore sentientes indebite se gravari, quia, tam subdelegationis quam apostolici mandati fines excedens, reputando eos pro suo libito contumaces, finaliter in causa processit, mandando eos moneri ut infra certum terminum illum reciperent in canonicum et in fratrem, et ei stallum in choro et locum in capitulo assignarent, et, nisi hoc facerent, excommunicatos publice nuntiari, licet ipsi coram eo primitus fecissent excipiendo proponi se indulgentiam habere, ut nullum ad mandatum nostrum non faciens de ipsa indulgentia mentionem, recipere teneantur, ad executorem appellavere predictum. Et quia idem executor, existens illi plus debito favorabilis, ad ipsos gravandos intendere videbatur, sicut jam ex precedentibus apparebat, eo committente alii causam hujusmodi, iterum sibi definitiva sententia reservata, ut sic in sua potestate negotium retineret : ad nostre duxerunt provisionis remedium recurrendum, humiliter supplicantes ut gravari eos super receptione dicti magistri in prefata ecclesia, in qua sunt ad mandatum nostrum recepti tres, minime pateremur. Cum igitur intentionis nostre non fuerit ut idem magister assequeretur prebendam per tale mandatum in ecclesia memorata, mandamus quatenus, si premissis veritas suffragatur, quicquid pro dicto magistro super obtinenda, in ecclesia ipsa, prebenda invenerit attemptatum, denuntietis penitus non valere, nec tenere sententias, si quas in ipsum capitulum vel eorum aliquos, pro eo quod opposuerunt se ipsi magistro, inveneritis promulgatas. Testes etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, XVII kalendas maii, anno duodecimo. »

1326

Lateran, 10 mai 1238.

Regem Portugallie et alios et aliorum quatenus Braganensium ecclesiam de decimis et aliis annuatim sibi solvant, restituere non postentat: quod si in monitionibus decani, D. Rodrici, archidiaconi, et thesaurarii Auriensium super hoc ac presertim nobis, ei resistatur: interdicitur in his ad quae devenit.

— (REG. 19, f. 15 v^o; ann. XII, c. 82; — MOREAU 1192, f. 44; — cf. *supra*, n^o 4319.)

« .. *illustri regi Portugalie, spiritum consilii sanioris.* Si quam graviter Oza percussus fuerit, eo quod arcam sacri federis sacrilegis presumpsit manibus attricare¹, debita meditatione pensares, Sacrosanctam Ecclesiam offendere nullatenus attemptares. Ad nostram siquidem audientiam, venerabili fratre nostro .. Bracharensi archiepiscopo referente, pervenit quod tu — Bracharensem ecclesiam decimis regalibus ab inclite recordationis .. rege Portugalie. patre tuo, aliquamdiu sine controversia persolutis eidem, ac rebus aliis illi citate spoliasti. Unde — serenitatem regiam rogamus, monemus at[tentius] et hortamur quatenus, ab archiepiscopi et ecclesie premissorum super premissis omnibus indebita molestatione desistens, decimas et alia supradicta eis restituere non postonas, et ipsos ea omnia de cetero pacifice possidere permittas. congrue sibi satisficiens de subtractis. Alioquin noveris nos dilectis filiis .. decano, D. Roderici, archidiacono et .. thesaurario Auriensibus in virtute obedientie nostris dedisse litteris in preceptis ut te ad supradicta omnia moneant et inducant; si vero tu monitionibus eorum acquiescere nolueris in hac parte, iidem te ad hec, cum contra Deum tibi in anime tue periculum deferre nullatenus debeamus, per interdictum locorum ad que devenis, ita quod, quamdiu ibi fueris, nullum inibi divinum officium vel ecclesiasticum sacramentum, preter baptismum parvulorum et penitentiam morientium, aliquatenus celebretur, auctoritate nostra, sublato cujusque appellationis et contradictionis impedimento, compellant. Non obstantibus constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, ita tamen quod ultra tertiam vel quartam extra regnum Portugalie ad iudicium non traharis, vel indulgentia aliqua [etc., usque:] interdicti sententiam audeat promulgare. Dat. Laterani, VI idus maii, pontificatus nostri anno duodecimo. »

4327. — *Scriptum est illis?*

4328

Latran, 5 mai 1238.

Abbati et priori Beati Juliani Turonensis, petitioni abbatis et conventus monasterii Burguliensis annuens, mandat quatenus, — si eis constiterit prioratus de Boceo, de

1. Cf. 2 REG. VI, 6-7.

2. C'est-à-dire : .. decano, D. Roderici, archidiacono et .. thesaurario Auriensibus.

Foeceo, de Ozeo et de Sancto Lauro, monasterio eidem Burguliensi immediate subjecto, ad quos Gaufridus de Liezi-niaco, Comitatus diocesis, qui in eisdem prioratibus cum parvo comitatu charitative procurari consueverat, tunc cum nimia multitudine accedebat, ab eisdem procuraciones tanquam debitas extorquere praesumens, ad procuraciones aliquas teneri eidem Gaufrido, — illas secundam aequitatem moderari curent; alioquin eundem Gaufridum cogant ut ab indebita hujusmodi exactione conquiescat. — (REG. 19, f. 15 v^o; ann. XII, c. 83.)

« .. *abbati et .. priori Beati Juliani Turonensis.* Dilecti filii .. abbas —. Dat. Laterani, III nonas maii, anno duodecimo. »

4329

Latran, 10 mai 1238.

Alienorae, sorori regis Anglorum, scribit : « Super matris monio quod inter te ac nobilem virum S[ymonem] de Monte Forti, comitem Leicestrie, in facie Ecclesie intelleximus esse contractum, nobis et fratribus nostris sunt a diversis diversa relata, per que non vidimus contra iam contractum matrimonium presumendum. » — (REG. 19, f. 15 v^o; ann. XII, c. 84.)

« *Nobili mulieri A[lienore], sorori karissimi in Christo filii nostri .. regis Anglorum illustris.* Super matrimonio quod —. Dat. Laterani, VI idus maii, anno duodecimo. »

4330. — In eundem modum *nobili viro S[ymoni] de Monte Forti, comiti Leicestrie.*

4331

Latran, 7 mai 1238.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, significat se, ut ipse legatus sciat qualiter in facto A[lienorae], sororis regis Angliae, debeat se habere, ei formam litterarum eidem A[lienorae] ab ipso papa directarum, praesentibus inclusam¹, mittere. — (REG. 19, f. 15 v^o; ann. XII, c. 85.)

« *O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato.* Ut scias qualiter —. Dat. Laterani, nonis maii, anno duodecimo. »

4332

Latran, 31 mars 1238.

Heliae, abbati Usercensi, ordinis sancti Benedicti, Lemo-

1. Cf. la pièce 4329; cette première pièce n'est pas, comme pourrait le faire croire l'expression : « praesentibus inclusam », reproduite à nouveau dans la pièce 4331.

vicensis diocesis, cui a Sede Apostolica usus mitræ ac baculi pastoralis jam concessus fuerat, usum annuli insuper de gratia speciali personæ concedit. — (REG. 19, f. 15 v^o; ann. XII, c. 86.)

« *Helie, abbati Usercensi, ordinis sancti Benedicti, Lemoicensis diocesis.* Ad ecclesiastici decoris — Dat. Laterani, II kalendas aprilis, anno duodecimo. »

-1333

Latran, 6 mai 1238.

Archiepiscopum Toletanum rogat et monet quatenus magistro Johanni, decano Ulixbonensi, ipsius papæ capellano, — quem rex Portugalie, graviter contra eum motus ex eo quod idem Johannes S. Gometi, qui se pro electo Ulixbonensi gerebat, se opposuerat, ter bonis suis spoliaverat et exulare coegerat, — nec non clericis et laicis eidem magistro adhaerentibus et persecutionem hujusmodi patientibus, faciat tam ab ecclesiis cathedralibus et aliis quam a monasteriis regnorum Castellæ et Legionis, donec persecutione cessante, pacificam possessionem ablatorum habuerint, provisionem decanum et congruam assignari, et ejusdem decani procuratori in expensis necessariis provideri. — (REG. 19, f. 15 v^o; ann. XII, c. 87; — MOREAU 1192, f. 43; — POTTHAST 10593; — cf. *supra*, n. 3811 et 3853.)

« .. *archiepiscopo Toletano.* Tyrannidem quam .. Portugalie rex illustris dudum exercuit in ecclesiis regni sui, diutius divulgatam, fraternitatem tuam credimus non latere. Ipse enim, cum a primevo adolescentie sue flore se assuefecisse debuerit timori divini nominis et amoris, immaturatos juventutis sue fructus in flore corrumpens, ac vestigia patris sui deserenda non deservens, qui ecclesias et personas ecclesiasticas pene importabilibus oppressionibus tribulavit, a principio regni sui, quod a rege regum, prout ostendit operibus, non agnoscit, ecclesias omnes et viros ecclesiasticos, pravus inductus, et utinam non seductus, consiliis, sic oppressit et opprimit incessanter, quod nulla in regno ipso libertatis ecclesiasticæ vestigia remanserunt; nec hiis contentus, tanquam ingratitude filius, oblitus beneficiorum a Sede Apostolica perceptorum, ad desiderabilia nostra, familiares nostros videlicet, qui deberent, ob reverentiam nostram, esse ab omni prorsus incursione securi, extendit presumptione dampnabili manus suas. Nam, quasi ei modicum videretur quod olim dilectum filium magistrum Johannem, decanum Ulixbonensem, capellanum nostrum, qui, sicut tua circumspectio non ignorat, ob prerogativam meritum,

in nostris et fratrum nostrorum oculis invenit gratiam et favorem, et eidem regi dudum obsequiosus fuerat et devotus, nostris obsequiis insistentem, sine omni culpa bis spoliaverat bonis suis; nuper, quod non absque amaritudine cordis audivimus nec sine pudore narramus, motus ex eo, ut dicitur, graviter contra ipsum, quod se, prosequendo jus suum, S. Gometi, qui se pro electo Ulixbonensi gerebat, opposuit, quanquam idem S. nichil juris haberet penitus, sicut patuit ex postfacto, eundem decanum per F[erendum] Serpentin[um]¹, fratrem suum, dictum Infantem, et quosdam alios spoliari tertio fecit omnibus bonis suis, domos dirui decanatus, et utensilia omnia et quæcumque ibidem reperta sunt, more predonum, hostiliter concremari; et addens afflictionem afflicto, excogitato novo supplicii genere, universos qui eum consanguinitate vel affinitate contingunt, post spoliationem bonorum coegit miserabiliter exulare, ac aliis diversis persecutionum generibus illos persequitur quasi hostes, ita quod jam non audent per regnum ambulare in publico, sed latent, non absque timore gravis periculi, in occulto; et qui aliis alluebant, proh dolor! vite necessaria medicare ab aliis compelluntur. Ad majoris etiam ipsius regis cumulum dampnationis, accedit quod, cum quidam decano adherentes eidem, persecutionis rabiem fugientes, cum suis et ejusdem decani bonis ad quandam ecclesiam confugissent, dictus frater ejus, quod est auditu horribile, non absque ipsius regis connivente, cum, eo prohibente, talia fieri nequiverissent, Sarracenos, cum fores essent clausæ, nec Christiani vellent inferre tantam contumeliam Creatori, fecit intrare per tectum; qui, altare pollutis pedibus conculcantes, vexillo vivifice crucis fracto, et Christum ac Eucharistia pedibus quasi luto viliter conculcatis, diriperunt bona hujusmodi, ut predones. Illius igitur vestigia imitati, qui honorari in honore suorum et contempti se asserit in contemptu, eidem decano, cujus anxietates non ambigimus esse nostras, ac suis illatas nobis irrogatas injurias repulantes, paterno eis affectu compatimur, et ne persecutores ipsorum eis tanquam penuriam patientibus valeant insultare, dignum duximus ipsis congrue providere. De tua ergo sinceritate, qui Romane Ecclesie ac suorum zelaris honorem, indubitatam fiduciam obtinentes, fraternitatem tuam affectuose rogamus, mememus et hortamur a[tente], ac per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus, sicut de gratia nostra confidis, tum ab ecclesiis cathedralibus et

1. Cf. THREN. I, 10.

1. Ce frère du roi Sanche II figure plusieurs fois dans le *Registre* de la XIII^e année sous le titre d'*Infans de Serpa*.

aliis quam monasteriis regnorum Castellæ et Legion[is] ubi commodius expedire videris. facias decano predicto et suis, clericis et laicis, persecutionem hujusmodi patientibus, provisionem decentem et congruam, dilatione ac excusatione cessantibus, donec, persecutione ipsa cessante, pacificam possessionem ablatorum habuerint assignari, ac .. procuratori decani hujusmodi negotium prosequenti in expensis necessariis provideri —. Quicquid autem inde feceris, nobis studeas tuis litteris fideliter intimare. Dat. Laterani, II nonas maii, anno duodecimo. »

1331

Lateran. 11 mai 1238.

Agneta, ancillam Christi, quae Sedi Apostolicae formam vitae confectam ex formula vitae a beato Francisco sanctae Clarae, abbatissae monasterii Sancti Damiani de Assisio, tradita, et ex quibusdam capitulis quae in ordinis beati Damiani regula continebantur, ad confirmandum destinaverat, ab observantia praedictae formulae absolvit, eique mandat quatenus regulam quam ei sub sua bulla transmittit, suscipiat et in monasterio suo futuris temporibus observet. — (REG. 19, f. 16 r^o; ann. XII, c. 88; — POTTHAST 10596.)

« *Agneta, ancille Christi et gloriose Virginis in mulieribus benedictae.* Angelis gaudium et —. Dat. Laterani, VII idus maii, anno duodecimo. »

1335

Lateran. 9 mai 1238.

Eandem, quae munus abbatissae post triennium resignaverat, plurimum laudat et ad excelsas virtutes capessendas invitavit. — (REG. 19, f. 16 v^o; ann. XII, c. 89; — POTTHAST 10595.)

« *Eidem.* De Conditoris omnium —. Dat. Laterani, VII idus maii, anno duodecimo. »

1336

Lateran. 11 mai 1238.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus episcopum Cicestrensem et magistrum Willelmum Cicestrensem² com-

1. Il s'agit, dans cette bulle et dans la bulle suivante, d'Agnès de Bohême, fille du roi Ottokar I, clarisse au monastère de Saint-François de Prague, qui figure, soit sous son nom d'Agnès, soit seulement avec son titre d'abbesse, dans les pièces 2071, 2072, 2693, 2694, 3601, 3603, 4282, 4283 et 4322 de nos *Registres*.

2. C'est le personnage qui est appelé « Willelmus de Nevilla » dans la pièce 575 de nos *Registres*.

pellat ut Alatrino, ipsius papae subdiacono et capellano, restituant thesaurariam Cicestrensem; quod si mandatum apostolicum exsequi noluerint, ipse procuratorem praedicti Alatrini in eisdem thesaurariae possessionem inducat et inductum tueatur. — (REG. 19, f. 17 r^o; ann. XII, c. 90; — cf. *supra*, n^o 575.)

« *O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato.* Lecta coram nobis dilecti filii Alatrini, subdiaconi et capellani nostri, petitio continebat quod, cum sibi thesaurariam Cicestrensem contulerimus de gratia speciali, et eandem magistrum Willelmo Cicestrensi commiserimus reservandam, ita tamen ut in equivalenti redditu ipsius annua pensione tandiu responderet eidem, donec sibi venerabilis frater noster .. episcopus Cicestrensis auctoritate nostra in equivalenti ejusdem thesaurariae beneficio, deductis ipsius expensis et oneribus, in sua diocesi provideret : tamen dictus magister, factam sibi in hac parte gratiam non advertens, dicto capellano per plures annos de ipsius thesaurariae redditibus satisfacere non curavit, nec idem episcopus eidem providere voluit, cum tamen posset, de vacante sibi cantoria ecclesiae Cicestrensis. Propter quod dictus A. diversis iudicibus per nostras litteras obtinuit demandari ut eundem magistrum ad satisfaciendum sibi de iamdictis redditibus, et episcopum memoratum ad resignandum thesaurariam eandem auctoritate apostolica cohercerent. Cuique postmodum idem capellanus cum procuratore sedepredicti magistri super ipsius thesaurariae redditibus composuisset de nostra licentia speciali, tamen capitulum Cicestrense compositionem hujusmodi ratam ducere et observare inviolabiliter recusavit, licet ad hoc ipsi et memoratus episcopus tenerentur, eodem capellano propter hoc subire coacto labores plurimos et expensas. Ne igitur idem de hujusmodi gratia solum debeat reportare gravamen, mandamus quatenus, non obstantibus litteris supradictis et processu habito per eandem¹, vel compositione predicta, seu etiam assignatione eidem capellano facta per episcopum memoratum de ecclesia de Kuckefeld., ad .. priorem et conventum Lewenses jure patronatus spectante, cum non fuerit intentionis nostrae quod idem episcopus iamdicto capellano de alienis, sed de suis ecclesiis provideret, dictos episcopum et magistrum ut eidem capellano thesaurariam ipsam, cum suis pertinentiis et redditibus inde perceptis, absque difficultate restituant —, compellas. Si vero ipsi nec sic efficere voluerint quod

1. Ms. : eosdem.

mandatur, procuratorem capellani predicti in possessionem sepedicte thesaurarie inducas et tucaris inductum, revocato in irritum si quid, medio tempore, super eadem thesauraria et ejus juribus inveneris attemptatum. Contradictores etc. Dat. Laterani, V idus maii. »

1337

Anagni, 9 août 1238.

Episcopo Tholosano et inquisitoribus haereticæ pravitatis in terra comitis Tholosani et partibus Albigensium significat se episcopum Soranum ad terram et partes easdem, commisso ei plenæ legationis officio, destinare; eis mandat quatenus inquisitionem haereticæ pravitatis, et effectum condemnationum latorum in homines ejusdem comitis ac penitentiae eis injunctæ occasione jamdictæ pravitatis, postquam ejusdem comitis nuntii arripuerint iter ad Sedem Apostolicam veniendi, usque ad tres menses post receptionem praesentium suspendant; additis mandatis de suspectis de haeresi qui crucem assumpturant. — (Reg. 19, f. 17 v°; ann. XII, c. 91; — cf. POTTHAST 10598¹, et *infra*, ann. XII, c. 416.)

« .. episcopo² Tolosano³ et inquisitoribus hereticæ pravitatis in terra nobilis viri .. comitis Tolosani et partibus Albigensium. Actore Deo, fidem ampliari catholicam et confundi pravitatem hereticam cupientes, de consilio fratrum nostrorum providimus ut venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Soranum⁴, virum utique scientia, moribus et honestate preclarum, ad terram nobilis viri .. comitis Tolosani et Albigensium partes, commisso sibi plene legationis officio, destinemus. Volumus igitur et districte precipiendo mandamus quatenus inquisitionem predictæ pravitatis, et effectum condemnationum latorum in homines ejusdem comitis ac penitentiae ipsis injunctæ occasione pravitatis ipsius, postquam

1. Avec la date III idus maii (= 13 mai 1238), d'après TEULET, *Layettez du Trésor des Chartes*, t. II, p. 377, n° 2711.

2. Cette bulle, avec l'in e. m. qui suit, a été entièrement biféc par de grands traits rouges au minium; dans la marge, on lit : an. (annullata?). On distingue la trace de plusieurs corrections, notamment dans la date. Cette bulle, dans sa teneur générale, est identique à une bulle du 13 mai de la même année (III idus maii, POTTHAST 10598), qu'on trouvera plus loin (ann. XII, c. 416), mais où, au lieu de l'évêque de Sora, figure l'évêque de Préneste.

3. Le mot Tolosano est le résultat d'une correction.

4. Les mots : « Soranum, virum utique », qui sont le résultat d'une correction, remplacent un texte soigneusement gratté, qui était un peu plus long, celui, selon toute vraisemblance, qu'on lit, à cet endroit, dans TEULET, *Layettez*, t. II, p. 377, n° 2711 : « fratrem nostrum [Jacobum], episcopum Penestrinum, magnum et honorabile membrum Ecclesie, scientia, moribus » etc.; c'est cet autre texte qu'on trouvera plus loin dans la pièce 416 de la XII^e année.

nuntii ejusdem comitis arripuerunt iter ad Sedem Apostolicam veniendi, usque ad tres menses post receptionem presentium suspendant; condemnatis hujusmodi quod ad propria redeant, concedentes, recepta tamen prius ab eis sufficienti et idonea cautione, quod ad statum in quo nunc esse noscuntur, juxta mandatum apostolicum vel ejusdem episcopi revertentur. Preterea contra illos qui, de predicta pravitatis suspecti, ad mandatum venerabilis fratris nostri .. episcopi Portuensis, tunc¹ in partibus illis Apostolicæ Sedis legati, ad eundem in Terram Sanctam crucis signaculum assumpturunt, non obstantibus litteris apostolicis quas de ipsorum transitu venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis legato, sub certa forma transmisimus, usque ad predictum terminum in aliquo minime procedatis. Nam per eundem Soranum² episcopum, cum ad vos, duce Christo, pervenerit, de suspectis hujusmodi, ac aliis que precipue agenda sunt circa inquisitionem pravitatis hereticæ, disponetur quod secundum Deum videbitur expedire. Dat. Anagnie, V idus augusti³, anno duodecimo. »

4338. — In eundem modum .. episcopo Agennensi et inquisitoribus hereticæ pravitatis in terra nobilis viri etc., ut supra. — (Cf. POTTHAST 10599¹.)

1339

Lâtran, 14 avril 1238.

Archiepiscopo Cantuariensi concedit ut suffraganeos suos alibi quam in ecclesia Cantuariensi, « cum necessitas id » urgens exposcerit, consecrare possit, non obstante concessione ab eodem archiepiscopo monachis ejusdem ecclesie Cantuariensis facta, ab ipso papa confirmata, qua perpetuis futuris temporibus in eadem dumtaxat ecclesia ejus archiepiscopus suffraganeos suos consecrare tenebatur; cujus concessionis observantia, « propter varietatem accidentium », non absque discrimine aliquando proveniebat. — (Reg. 19, f. 17 v°; ann. XII, c. 92; — cf. *supra*, n° 4045.)

« .. archiepiscopo Cantuariensi. De Omnipotentis gratia —. Dat. Laterani, XVIII kalendas maii, anno duodecimo. »

1. Le mot : « tunc » a été écrit après coup.

2. Le mot : « Soranum » résulte d'une correction. — TEULET, *Ibid.*; « Penestrinum. »

3. Les mots : « Anagnie, V » et « augusti » résultent d'une correction. — TEULET, *Ibid.*; « Laterani, III idus maii. »

4. Avec la date III idus maii (= 13 mai 1238), d'après TEULET, *Ibid.*, n° 2712.

43-10

Latran, 14 mai 1238.

Eidem significat se, — accepto aliquando contingere quod, « si aliquis ex monachis ecclesie Cantuariensis, animarum » profectum diligens », ipsi archiepiscopo, « in ipsa de statu » regularis ordinis inquirerenti, aliorum ex eisdem monachis » culpam revelaverit vel excessum », ejusdem ecclesie prior et conventus talia denuntianti et consimilibus poenam propter hoc infligebant, « faciendo ipsos mancipari carceri, vel » artari vinculis, seu aliis afflicti nocementis », — inhibere « quod hujusmodi monachi a priore et conventu predictis » occasione prefata in aliquo non graventur ». — (REG. 19, f. 17 v^o; ann. XII, c. 93.)

« Eidem. Te circa subditorum —. Dat. Laterani, II idus maii, anno duodecimo. »

43-11

Latran, 14 mai 1238.

Dervensi et Sancti Vincentii Metensis abbatibus sub poena excommunicationis mandat quatenus in collectione reddituum et proventuum episcopatus Metensis, in solutionem illorum quae ab ecclesia Metensi quibusdam mercatoribus Romanis debebantur, convertendorum, infra mensem procedant, nonnullis aliis mandatis additis, praedictorum et aliorum ejusdem ecclesie debitorum solutionem contingentibus. — (REG. 19, f. 18 r^o; ann. XII, c. 94; — MOREAU 1192, f. 58; — cf. *supra*, n. 3714 et 3877.)

« .. monasterii Dervensis, Cathalaunensis dioecesis, et .. Sancti Vincentii Metensis abbatibus. Cum inter venerabilem fratrem nostrum .. Metensem episcopum . tunc apud Sedem Apostolicam constitutum, ex parte una, et quosdam mercatores Romanos, ex altera, coram dilecto filio nostro T[homa], tituli Sancte Sabine presbitero cardinali, a nobis partibus auditore concesso, super quadam pecunie summa in qua dictus episcopus eisdem mercatoribus tenebatur, questio verteretur : tandem, cardinali mediante predicto, partes ad compositionem amicabilem devenerunt, prout quedam publica continent instrumenta, ejusdem cardinalis et Jacobi I, procuratoris ipsius episcopi, et alia, tam cardinalis quam episcopi predictorum munita sigillis; in quibus, inter alia, continetur quod, collectis integre universis episcopatus Metensis redditibus et proventibus ac subsidiis, et deductis quingentis marcis argenti pro sustentatione prefati episcopi annuatim, quibus ipsum volumus esse contentum, residuum in solutionem illo-

rum que mercatoribus Romanis debentur, juxta instrumentorum ipsorum tenorem, et quibusdam Senen[sibus], usque ad mille marcas, nec non Meten[sibus], usque ad duo milia marcarum dumtaxat annuatim, in nudinis Sancti Remigii Trecentis, apud Treas, sine diminutione qualibet, convertatur; venerabili fratre nostro magistro G[uidone] seu Guiardo de Lauduno, episcopo Cameracensi, tunc cancellario, et dilecto filio P[etro] de Columpna, canonico Parisiensibus, compositionis hujusmodi conservatoribus deputatis. Cum autem de hiis memoratis mercatoribus huc usque neque per te, fili abbas Sancti Vincentii, et .. predecessorem tuum, fili abbas Dervensis, quibus fuerat fructuum commissa collectio, neque per alios sit in aliquo satisfactum, et in collectione ipsorum reddituum et proventuum juxta mandatum nostrum minime sit processum, mercatores jamdicti dampna gravia et expensas non modicas se asservunt incurrisse. Verum, quia ex dilatione solutionis non solum iidem creditores, sed etiam Metensis ecclesia videntur dispendiis subjacere, nos, tam istorum quam illius indemnitatibus precavere volentes, discretioni vestre per apostolica scripta, sub pena excommunicationis, districte precipiendo mandamus quatenus, infra mensem post receptionem presentium, in predictorum collectione procedere procuretis juxta priorum nostrorum continentiam litterarum, solutione annis singulis supradictis mercatoribus proportionaliter facienda. Super dampnis vero et expensis de quingentis marcis deputatis episcopo, facta de plano, sine strepitu judicii, diligenti inquisitione, si constituerit quod per eum fuit haecenus solutio retardata, faciatis juxta tenorem compositionis ejusdem satisfieri mercatoribus antedictis; et, si inveniatur episcopatus obligatus ultra duo milia marcarum, que dicebantur deberi Metensibus, et ea debita idem episcopus non exolvit, prout in compositione promisit, vos, quingentas marcas deputatas episcopo retinentes, ipsas in solutione[n] debitorum hujusmodi convertatis, expensas de aliis bonis episcopatus vobis necessariis percepturi. Contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, nobilis viri .. comitis Barri et scabinorum Metensium ac aliorum quos expedire videritis, ad hec, si necesse fuerit, auxilio invocato. Quicquid autem super hiis omnibus duxeritis faciendum, cum a nuntio mercatorum requisiti fueritis, nobis vestris litteris fideliter intimetis. Alioquin suspensi ad nostram presentiam accedatis, recepturi penam debitam pro contemptu. Quod si non ambo etc. Dat. Laterani, II idus maii, anno duodecimo. »

1. C'est le personnage qui, dans la pièce 3714, est appelé « Jacobus Trecentis ».

-1312-

Latran, 10 mai 1238.

Priori Sancti Stephani de Cadomo, Bajocensis diocesis, scholastico Lexoviensi et magistro Johanni de Cadomo, canonico Ebroicensi, mandat quatenus, — cum in monasterio [Sanctae Trinitatis] Fiscannensi, ordinis sancti Benedicti, Rothomagensis diocesis, a quibusdam auctoritate apostolica diversis temporibus visitato, quaedam fuissent edita statuta, quorum aliqua per Sedem Apostolicam fuerant confirmata, — ad quorum statutorum observantiam praedicti monasterii abbas et conventus asserebant se non posse sufficere, « pro eo quod alias et beati Benedicti regulam et constitutiones nuper » ab ipso papa editas pro posse diligenter observabant, — eosdem abbatem et conventum « earundem » regule ac constitutionum observantiae insistentes, ab institutionis visitorum hujusmodi taliter » relevent, quod, ipsorum institutorum praetextu, eis observantia earundem regulae et constitutionum importabilis non reddatur. — (Reg. 19, f. 18 r°; ann. XII, c. 95.)

« .. priori Sancti Stephani de Cadomo, Bajocensis diocesis, .. scholastico Lexoviensi et magistro Johanni de Cadomo, canonico Ebroicensi. Moderantiae studium est —. Dat. Laterani, VI idus maii, anno duodecimo. »

-1313-

Latran, 17 mai 1238.

Cantuariensi archiepiscopo, — qui in dioecesis suffraganeorum suorum quaedam maneria habere dicebatur ab ipsorum suffraganeorum jurisdictione libera et exempta, et ad ipsam archiepiscopum pleno jure spectantia, super quibus ipsi archiepiscopo et ecclesiae Cantuariensi per quosdam injuria pluries irrogabatur, — concedit « ut invasores, raptores » et predones maneriorum hujusmodi et rerum ad ea pertinentium » possit spirituali districtione compescere. — (Reg. 19, f. 18 v°; ann. XII, c. 96.)

« .. Cantuariensi archiepiscopo. Honore dignam Cantuariensem —. Dat. Laterani, XVI kalendas junii, anno duodecimo. »

-1314-

Latran, 17 mai 1238.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, significat se velle ut festum Nativitatis Dominicae proximo futurum terminum peremptorium Cantuariensi archiepiscopo nec non priori conventuique Cantuariensibus [sen eorum procuratoribus] praefigat, quo coram ipso papa compareant, super indulgentia quam idem archiepiscopus a Sede Apostolica petierat, de monachis ec-

clesiae Cantuariensis juxta regularia instituta compescendis, causam acturi. — (Reg. 19, f. 18 v°; ann. XII, c. 97.)

« O[toni]. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali. Apostolicae Sedis legato. Venerabilis frater noster .. Cantuariensis archiepiscopus. intendens correctionis officium tanto expeditius prosequi, quanto favorabilis auctoritatis nostrae presidio fovetur, ut monachos Cantuariensis ecclesiae, quos redderet extra claustrum licentia dissolutio vagos, et infra vaga licentia dissolutos, posset juxta regularia instituta, in capitulo et extra, sociatis sibi viris prudentibus, debita castigatione compescere, ac conquerentibus exhibere de talibus justitiae complementum. Apostolicae Sedis indulgentiam petiit, in juris ordinarii fulcimentum. Verum, cum procuratores .. prioris et conventus Cantuariensis ex adverso citra litem contestationem proponerent se contra predicta privilegia et indulgentias Pontificum Romanorum nec non consuetudine antiqua et approbata munitos, volumus et mandamus ut festum Nativitatis Dominicae proximo futurum terminum peremptorium ut[r]ique parti praefigas, quo, cum omnibus rationibus et munimentis suis ad predicta spectantibus, compareant coram nobis, processure in forma judicii vel Sedis Apostolicae providentiam recepturae. Dat. Laterani, XVI kalendas junii, anno duodecimo. »

-1315-

Latran, 17 mai 1238.

Eidem significat se eisdem archiepiscopo Cantuariensi nec non priori conventuique Cantuariensibus idem terminum peremptorium, scilicet festum Nativitatis Dominicae proximo futurum, praefixisse, quo coram ipso papa similiter compareant, super licentia quam idem archiepiscopus a Sede Apostolica petierat, collegium canonicorum secularium ac dignitates ecclesiasticas instituendi in aliqua dioecesis Cantuariensis ecclesia, idemque collegium dotandi, parte ditorum prioris et conventus quaedam privilegia apostolica opponente, causam acturi; ei inquisitionem committit super hujusmodi institutione ab eodem archiepiscopo facienda. — (Reg. 19, f. 18 v°; ann. XII, c. 98.)

« Eidem. Constitutus in presentia nostra venerabilis frater noster .. Cantuariensis archiepiscopus humiliter petiit ut instituendi collegium canonicorum secularium ac dignitates ecclesiasticas in aliqua ecclesiarum sue diocesis qua mallet, ad eum pertinentium pleno jure, ac dotandi de beneficiis ad ipsum eodem modo spectantibus, nec non de proventibus archiepiscopaliibus, juxta quantitatem sacris canonibus praefinitam, sibi li-

centiam largiremur. Procuratores autem .. prioris et conventus Cantuariensis ecclesie e contrario proponebant non debere desiderium petitoris admitti, arbitrium quoddam, et confirmationem ejusdem per bone memorie [innocentium] papam, predecessorem nostrum, nec non indulgentias et privilegia Romanorum Pontificum opponentes. Sane super cujusdam tenore arbitrii et compositionis forma in prenominati predecessoris nostri regesto repertis, fuit diutius litigatum. Verum, quia pars monachorum citra litis contestationem se habere asserbat in Anglia alia munimenta, ne quid de contingentibus videretur omitti, festum Nativitatis Dominice proximo futurum terminum peremptorium natrique parti prefiximus, quo, cum omnibus rationibus [etc., ut supra, in superioribus litteris, sub numero 4344 notatis, usque:] recepture. Interim autem volumus quod, inspiciens locum quem archiepiscopus ad premissa intendit eligere, quid et quantum ac de quibus houis conferre proponat in dotem, et quot canonicos instituere intendat ibidem, nec non circumstantias alias plena circumspectione pensare procuret, quicquid super hiis inveneris, nobis termino supradicto plene ac fideliter rescripturus. Dat. ut supra. »

4316

Lateran, 13 mai 1238.

Thome, archidiacono Essexiae, Londoniensis dioecesis, — qui de preventibus archidiaconatus Essexiae, viginti quatuor marcarum valentiam vix excedentibus, non poterat, juxta statum personae suae « ac terre consuetudinem, hospitalitatis et alia consuea subire onera expensarum », — indulget ut ei liceat ecclesiam de Petewrth (= Petworth), curam animarum habentem, quam se proponebat canonicè asecutum, una cum archidiaconatu praedicto retinere, ita tamen quod in eadem ecclesia faciat per idoneum vicarium deserviri. — (REG. 19, f. 19 r°; ann. XII, c. 99.)

« Thome, archidiacono Essexiae, Londoniensis dioecesis. Apostolicæ Sedis benignitas. — Dat. Laterani, III idus maii, anno duodecimo. »

4317

Anagni, 23 août 1238.

Bisuntino, Lugdunensi, Viennensi, Tarantasiensi, Ebredunensi, Aquensi, Arelatensi et Narbonensi archiepiscopis eo-

1. Ms. : Petewrth.

rumque suffraganeis, nec non Lemovicensi, Caturcensi, Ruthenensi, Albiensi, Mimatensi, Aniciensi, Agennensi, Lectorensi, Petragoricensi, Vasatensi et Convenarum episcopis, nec non abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, praepositis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum praelatis, tam exemptis quam non exemptis, per eorundem archiepiscoporum et episcoporum provincias, civitates et dioeceses constitutus significat se Soranum episcopum, concessio ei plenae legationis officio, in Provinciam mittere; eos rogat et hortatur quatenus eundem legatum omni quo possint honore prosequantur, eique super haeretica pravitate abolenda efficaciter intendant. — (REG. 19, f. 19 r°; ann. XII, c. 100; — cf. J. BERNOULLI, *Acta Pontificum Haeretica*, t. I, p. 131, n° 198; — cf. *infra*, ann. XII, c. 425 v.)

« .. Bisuntino², .. Lugdunensi³, .. Viennensi, .. Tarantasiensi, .. Ebredunensi, .. Aquensi, .. Arelatensi et .. Narbonensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, et .. Lemovicensi, .. Caturcensi, .. Ruthenensi, .. Albiensi, .. Mimatensi, .. Aniciensi, .. Agennensi, .. Lectorensi, .. Petragoricensi, .. Vasatensi et .. Convenarum episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum praelatis, tam exemptis quam non exemptis, per eorum provincias, civitates et dioeceses constitutis. Dei et hominum mediator Dominus Ihesus Christus, qui, cum esset in terris pro humani salutis generis constitutus, innumeris miseracionum operibus populorum multitudinem multiformiter recreavit, de ineffabili pietate providit ut, quia, ipso ad Patris gloriam redeunte, tenebrarum princeps multis erat temptationum laqueis renatos fonte baptismatis turbaturus, vicarium in terra relinqueret, et singulari potestate preditum et remedium multitudinem premi-nenti donatum, cujus et ceterorum quos apostolicæ pre-

1. Cette pièce XII, 425, dont l'adresse est un peu différente, est datée du 21 mai, au lieu du 23 août 1238, et, au lieu de l'évêque de Sora, c'est l'évêque de Préneste qui y est désigné comme légat; la comparaison des capitula 91 et 416 de cette même XII^e année, nous a déjà fait constater une première fois cette substitution.

2. Cette lettre, ainsi que les cinq suivantes, a été biffée par des traits au minimum. — L'adresse a été remaniée; les mots : « archiepiscopis... Aniciensi... » sont le résultat d'une correction, et les mots : « Agennensi... episcopis » sont écrits dans la marge.

3. Le mot : « Lugdunensi » a été biffé à l'encre noire; il est à noter que l'évêque de Lyon ne figure pas dans l'adresse de la pièce 425 de cette même XII^e année, sans qu'une vacance du siège archiepiscopal de Lyon, à cette époque, puisse expliquer une semblable suppression ou omission. — A noter encore que, dans l'adresse de cette même pièce, ne figurent pas les onze évêques énumérés ici entre les mots : « eorumque suffraganeis, » et : « ac dilectis filiis. »

tulit excellentia dignitatis, sollicitudine vigilantia pax orbi terre fieret et ad celi perveniendi patriam plena possibilitas proveniret. Nunc vero idem, sedens ad dexteram Majestatis, dat per eos qui dispositione divina sunt ad sponse precellentis obsequium, videlicet Sancte Matris Ecclesie, deputati, ut doctrina virtutum cunctis reddatur amica fidelibus, pax eisdem adveniat et incumbat desiderium consequendi premia supernorum. Hinc est quod, cum terra Provincie fuerit, nobis dolentibus, dudum bellorum attrita periculis et conspersa maculis hereticæ pravitatis, nos, sicut confidimus, illius inspiratione spiritus faciente, qui sanctis dedit apostolis mundum posse dirigere in status gloriam salutaris, digne providimus ut ad ipsam provinciam unum de dignioribus membris Ecclesie, videlicet pervenerabilem¹ fratrem nostrum .. Soranum episcopum², concessio³ sibi plene legationis officio, mitteremus, sperantes ut, quo plenius ipsum Dei sapientia virtutum insignibus dotasse dinoscitur, eo facilius et felicius que sunt salutis et gratie, operetur. Rogamus itaque universitatem vestram et hortamur in Domino Jhesu Christo, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus, per opera gratitudinis explicare solliciti quanta vobis circa Deum sit fidei puritas ac devotionis sinceritas erga Sedem Apostolicam, continuis honoribus per fidelium multitudinem attolendam, legatum eundem, in quo personam nostram recipi volumus et filiali reverentia pertractari, quasi pacis angelum devote ac ilariter admittentes, et ipsum omni quo scitis et potestis honore prosequi sollicita diligentia procuratis, et sibi super hiis que honorem Dei et Ecclesie ac libertatis ecclesiasticæ respiciunt incrementum, nec non ad ea per que status dicte provincie valeat salubritas, faciente Domino, reformari, ac super pravitatis hereticæ abolendis maculis, efficaciter intendatis: scituri quod per hoc et gratiam superne benedictionis acquisitis, et nos vobis non modicum obligatis ad opera gratiarum. Alioquin sententiam quam ipse tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, actore

Do[m]ino, usque ad satisfactionem condignam invariabiliter observari; non obstantibus indulgentiis¹, si quas habent aliqui vestrum, quod excommunicari vel interdicti non possint, nisi a legatis de nostro latere destinatis. Dat. Anagnie, X kalendas septembris, anno duodecimo. »

4348

Anagni, 9 août 1238.

Episcopo Sorano, Apostolicæ Sedis legato, facultatem concedit moderandi poenas et penitentias per quoscumque impositas hominibus terræ [Raymundi VII], comitis Tholosani, et cognoscendi de causis pro ipso comite et contra ipsum quibuscumque iudicibus a Sede Apostolica delegatis, in quibus non sit ad litis contestationem processum. — (REG. 19, f. 19 v°; ann. XII, c. 101; — cf. *infra*, ann. XII, c. 126.)

« .. episcopo Sorano, Apostolicæ Sedis legato², Super commisso prudente tue in Provincie partibus negotio fidei, libenter tibi faciendam committimus, per que de ipso, actore Deo, provenire valeat quod obtinamus. Plenam itaque de circumspectione tua fiduciam obtinentes, moderandi poenas et penitentias per quoscumque impositas hominibus terre nobilis viri .. comitis Tolosani, et cognoscendi de causis pro ipso et contra ipsum quibuscumque iudicibus a Sede Apostolica delegatis, in quibus non sit ad litis contestationem processum, tibi auctoritate presentium concedimus facultatem, volentes quod in illis in quibus lis esse contestata dinoscitur, a delegatis iudicibus secundum tuum consilium procedatur, nec non quod de appellationibus a dicto comite seu quibuscumque de hominibus suis in causis fidem tangentibus, ad Sedem Apostolicam interjectis, et de sententiis excommunicationis et interdicti ac de aliis contra ipsum et jandictos homines auctoritate apostolica vel ordinaria promulgatis, cognoscere valeas, et causas easdem fine debito terminare. Dat. Anagnie, V idus augusti, anno duodecimo. »

1. Dans le *capitulum* 425 de la XII^e année, au lieu de : « pervenerabilem », on lit : « venerabilem »; *pervenerabilem* devait ici s'appliquer primitivement à l'évêque de Préneste, et *venerabilem*, dans la pièce XII, 425, à l'évêque de Soana.

2. Les mots : « Soranum episcopum », écrits sur un grattage, sont le résultat d'une correction. — Il n'y a d'ailleurs pas trace, dans le corps de la pièce, d'autre modification que celle-ci; il n'y en a pas non plus dans la date.

3. Ici, comme dans le *capitulum* 425 de la XII^e année, *concesso* est peut-être pour *commisso*. — Cf. *supra*, n° 4337, et *infra*, n. 4348, etc.

1. Cette clause : « non obstantibus... destinatis » est absente du *capitulum* 425 de la XII^e année.

2. Cette lettre est également biffée par des traits au minium dans le *Registre*: il y a une surcharge à l'adresse et à la date; il est apparent qu'une première adresse et une première date ont été remplacées par celles qui se lisent aujourd'hui. — Une lettre presque entièrement identique, — et comportant seulement, après les mots : « comitis Tolosani », cette addition, qui paraît empruntée à l'in *eundem modum* qui suit : « ac Narbonensis provincie et Albigeis, exceptis tamen condempnatis de pravitate heretica vel etiam condempnandis », — a été adressée à l'évêque de Préneste, à la date du 21 mai de la même année; cf. *infra*, ann. XII, c. 426.

4349

[Anagni, 9 août 1238.]

« In eundem modum *eidem*¹, usque : comitis Tolosani, ac Narbonensis provincie et Albigesii, exceptis tamen condempnatis de pravitate heretica vel etiam condempnandis, nec non cognoscendi etc., ut supra, usque in finem. »

4350

Latan, 18 mai 1238.

Eidem significat se inhibere ne vacantibus ecclesiis terrarum legationis ipsi commissae, quae suspectae sint de haeresi, aliqui sine ipsius legati consilio et assensu in episcopos praeferantur. — (REG. 19, f. 19 v°; ann. XII, c. 102; — cf. *infra*, ann. XII, c. 427.)

« [*Eidem*².] Nil carius reputantes augmento fidei, pie facimus, si vitari quod sibi possit esse contrarium, procuremus. Cum igitur ejus promotio ex hoc potissime provenire noscatur, quod in ecclesiarum pastores assumantur viri fide conspicui et devotione ferventes : ne vacantibus ecclesiis terrarum legationis tue, quae suspecte sunt de macula heretica pravitatis, aliqui sine tuo consilio et assensu in episcopos preferantur³, jure tamen archiepiscoporum et episcoporum ac capitulorum in omnibus semper salvo, auctoritate presentium districtius inhibemus. Dat. Laterani, XV kalendas junii, anno duodecimo. »

4351

Anagni, 9 août 1238.

Eidem facultatem concedit exeundi, si necesse fuerit, terminos legationis ipsi commissae, et pacis et fidei turbatores, infra illos vel extra positos, spirituali districtione compescendi. — (REG. 19, f. 19 v°; ann. XII, c. 103; — cf. *infra*, ann. XII, c. 428.)

« *Eidem*⁴. Diligentie tue studio provenire cupimus

1. Cet in eundem modum a été ajouté après coup dans la marge du *Registre*; il n'est pas biffé, comme l'ont été les deux pièces qui le précèdent et les quatre suivantes.

2. Comme les précédentes, cette pièce a été biffée par des traits au minium. L'adresse primitive a été supprimée, sans être remplacée; on peut substituer, à coup sûr, *eidem*; la date, évidemment, aurait dû être modifiée; c'est par suite d'une omission qu'elle ne l'aura pas été. — Une lettre identique a été adressée à l'évêque de Préneste, à cette même date du 18 mai; cf. *infra*, ann. XII, c. 427.

3. Dans la lettre adressée à l'évêque de Préneste (ann. XII, c. 427), on lit : « proferantur. »

4. Comme les précédentes, cette pièce a été biffée par des traits au minium; la date en a été également modifiée. — Une lettre identique a été adressée à l'évêque de Préneste, à la date du 18 mai de la même année; cf. *infra*, ann. XII, c. 428.

ut in Provincie partibus negotium pacis et fidei, auctore Domino, salubriter dirigatur. Digne igitur quod exire terminos legationis tibi commissae, si necesse fuerit, et, infra illos vel extra positos, turbatores pacis et fidei possis spirituali districtione compescere, tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Anagnie, V idus augusti, anno duodecimo. »

4352

Anagni, 9 août 1238.

Eidem concedit ut, si forsan in aliqua provincia moram de necessitate fecerit, procuraciones de circumadjacentibus recipere valeat. — (REG. 19, f. 19 v°; ann. XII, c. 104; — cf. *infra*, ann. XII, c. 429.)

« [*Eidem*¹.] Ne commissum tibi negotium pacis et fidei pretextu aliquorum defectum possit in aliquo, quod avertat Dominus! impediri : tibi, si forsan in aliqua provincia moram de necessitate feceris, quod procuraciones de circumadjacentibus recipere valeas, tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. ut supra. »

4353

Anagni, 9 août 1238.

Eidem significat se velle ut sententias excommunicationis in [Raymundum VII, comitem Tholosanum], et interdicti in ejusdem comitis terram latas propter injurias ab eodem comite irrogatas [Raymundo Bernardi]², priori de Manso, — qui omnem quaestionem quam adversus eundem comitem habebat, in manibus episcopi Praenestini, Apostolicae Sedis legati, posuerat, — cum viderit expedire, relaxet, et inhibeat ne quis a Sede Apostolica delegatus in eundem comitem vel in ejus terram, absque ipsius Sorani episcopi, apostolici legati, consensu, pro dicto priore hujusmodi sententias proferat. — (REG. 19, f. 19 v°; ann. XII, c. 105; — cf. *supra*, n. 1574, 2679 et 2732, et *infra*, ann. XII, c. 434.)

« *Eidem*³. Dilectus filius .. prior de Manso in manibus

1. Comme les précédentes, cette pièce a été biffée par des traits au minium; de même que pour la pièce 4350, l'adresse primitive a été supprimée sans être remplacée; ici encore, il faut substituer *eidem*; on ne remarque aucune trace de remaniement dans la date. — Une lettre identique a été adressée à l'évêque de Préneste, à la date du 18 mai de la même année; cf. *infra*, ann. XII, c. 429.

2. Le nom de ce prieur du Mas-d'Agenais nous est donné par la pièce 2732.

3. Cette pièce a été, comme les précédentes, biffée par des traits au minium. Plusieurs modifications ont été apportées dans le texte, notamment dans l'*incipit*. On avait d'abord écrit : « Cum

venerabilis fratris nostri .. episcopi Penestrini omnem quam adversus nobilem virum .. comitem Tolosanum habere dinoscitur, posuit questionem. Sane, cum te ad partes ipsas providerimus destinandum, volumus et fraternitati tue per apostolica scripta mandamus ut, latis in ipsum, propter priorem eundem, excommunicationis et in terram ejus interdicti sententias, cum videris expedire, relaxans in favorem commissi tibi negotii pacis et fidei, ne aliquis a Sede Apostolica delegatus in eundem comitem vel terram ipsius, pro dicto priore, preter consensum tuum, hujusmodi sententias proferre presumat, auctoritate nostra districtius inhibere procuret. Nullis litteris obstantibus super hoc a Sede Apostolica impetratis, etiam si in earum aliquibus quod de ipsis plena debeat fieri mentio, habeatur. Dat. Anagnine, V idus augusti, pontificatus nostri anno duodecimo. *

4354

Latran, 20 mai 1238.

Johanni, canonico et procuratori ecclesie Sancti Petri de Massa Nova Fiscaria Ferrariensi significat se confirmare definitivam sententiam qua Johannes Spata, ipsius papae subdiaconus et capellanus, pronuntiaverat eandem ecclesiam Sancti Petri ab omni jure episcopali ab episcopo Cerviensi ibidem exercendo, esse liberam; inserto sub sua bulla ejusdem sententiae tenore. — (REG. 19, f. 19 v°; ann. XII, c. 106.)

« *Johanni, canonico et procuratori ecclesie Sancti Petri Masse Nove de Fiscaria¹ Ferrariensi.* In causa que inter te ac venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Cerviensem super ecclesia Sancti Petri de Massa Nova Fiscaria, parrochia et pertinentiis ejus, decimis, dampnis, expensis et rebus aliis vertebatur, tibi et

dilectus filius .. prior de Manso omnem in tuis manibus quam... »; le mot initial *Cum* a été exponctué, ainsi que *omnem* et *tuis*; puis on a ajouté dans la marge de fond : « venerabilis fratris nostri.. episcopi Penestrini omnem »; « posuit » a dû être substitué à « posuerit »; et on a obtenu ainsi un second texte, celui que nous reproduisons. En outre, les mots : « Sane cum te ad partes ipsas providerimus destinandum », ont été ajoutés dans la marge extérieure, avec un signe de renvoi entre *questionem* et *volumus*. Enfin, la date a été également remaniée. — Une lettre identique au texte primitif de celle-ci a été adressée à l'évêque de Préneste, à la date du 19 mai 1238 (cf. *infra*, ann. XII, c. 434); c'est, selon la plus grande vraisemblance, pour ne pas dire en toute certitude, cette lettre du 19 mai qui avait été primitivement écrite à cet endroit-ci du *Registre*.

1. Partout ailleurs que dans cette adresse, au lieu de : « Sancti Petri Masse Nove de Fiscaria », on lit (pièces 4354, 4355, 4356 et 4357) : « Sancti Petri de Massa Nova Fiscaria. »

eidem episcopo, in nostra presentia constitutis, venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Ostiensem concessimus auditorem. Coram quo lite super premissis legitime contestata, et factis hinc inde positionibus et responcionibus ad eandem, nos tandem, eodem Ostiensi de mandato nostro ad partes alias accedente, causam ipsam dilecto filio Johanni Spate, subdiacono et capellano nostro, commisimus terminandam. Cum autem, te ac parte altera comparentibus coram capellano predicto et in causa procedentibus memorata, demum eadem pars, per longa intervalla citata peremptorie ad iudicium et specialiter ad sententiam audiendam, se contumaciter absentarit nec paruerit, duntaxat expectata: predictus capellanus, visis confessionibus partium, et ipsius ecclesie rationibus ac instrumentis diligenter inspectis, quia constitit ei dictam ecclesiam, cum parrochia et pertinentiis suis, beati Petri juris existere, et nihil juris habere supradictum Cerviensem episcopum in eisdem, cognitis cause meritis, receptoque a nobis de sententia proferenda mandato, pronuntiavit per definitivam sententiam eandem ecclesiam, cum parrochia et pertinentiis suis, esse liberam ab omni jure episcopali episcopi Cerviensis, inhibendo ne dictus episcopus Cerviensis aliquod jus episcopale exerceat aut sibi vendicat de cetero in predictis, ac ei super hiis nichilominus perpetuum silentium imponendo, in ceteris absolvens se predictum episcopum Cerviensem. Quare petiti[i]sti ut quod ab eodem capellano factum est in hac parte, apostolice curaremus munimine roborare. Nos igitur, sententiam ipsam, provide latam, ratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem ejusdem sententie presentibus ad cautelam de verbo ad verbum duximus inserendum; qui talis est :

[4355]

20 avril 1238.

[Sententia autem predicti Johannis Spatae, ipsius papae subdiaconi et capellani, haec est :]

« In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Amen.
 » Anno Incarnationis ejusdem M^oCC^oXXXVIII^o, mense
 » aprili, die XX, indictione XI, pontificatus domini
 » Gregorii pape VIII anno XII^o. In presentia mea
 » infrascripti scriinarii et testium subscriptorum²,

1. REG. 19, f. 30 r°.

2. Les souscriptions annoncées ici du « scriinarius » et des té-

» dominus Johannes Spata, domini pape subdiaconus
 » et capellanus, sententiam protulit in hac forma. Cum
 » in causa que inter Johannem, canonicum Sancti
 » Petri de Massa Nova Fiscaria, nomine suo et ipsius
 » ecclesie, cujus erat procurator, ex parte una, et vene-
 » rabilem . . . episcopum Cerviensem, ex altera, super
 » ipsa ecclesia, parrochia et pertinentiis ejus, super
 » decimis, dampnis, expensis et rebus aliis vertebatur.
 » dominus papa dedisset olim venerabilem patrem
 » dominum [...] Ostiensem et Velletrensem episcopum,
 » tunc Sancti Eustachii diaconum cardinalem, partibus
 » auditorem, dictus canonicus eidem episcopo coram
 » eo libellum obtulit in hunc modum :

[4356]

[Tenor libelli a Johanne, canonico et procuratore prædictæ
 ecclesiæ Sancti Petri de Massa Nova Fiscaria, nomine ejus-
 dem ecclesiæ, Raynaldo, Sancti Eustachii diacono cardi-
 nali, correcti, hic est :]

« A vobis, venerabilis pater domine R[aynalde] car-
 « d[inalis], peto ego Johannes, canonicus Sancti Petri
 « de Massa Nova Fiscaria, que beati Petri juris exis-
 « tit, quatinus¹, cum eadem ecclesia nullo jure perti-
 « neat ad episcopum Cerviensem, nec sit in sua diocesi
 « constituta, eundem episcopum michi, nomine ipsius
 « ecclesie, condemnatis ad restitutionem decimarum
 « et omnium que ab ipsa ecclesia et parrochia ejus
 « indebite pervenerunt ad ipsum, vel ad alium, occa-
 « sione ipsius; que extimo mille quingentas libras;
 « et cum in eadem ecclesia et parrochia a parrochianis
 « et pertinentiis suis nichil penitus juris habeat,
 « firmiter inhibeatis eidem ne aliquod jus episcopale
 « ibidem exerceat, aut aliquid exigat vel extorqueat ab
 « eisdem, eidem episcopo super premissis silentium
 « imponentes; quem etiam peto michi, nomine ejusdem
 « ecclesie, condemnari in satisfactionem dampnorum
 « et expensarum, et interesse; que extimo quingentas
 « libras. Et cum in alienam messem miserit, presump-
 « tione dampnabili, temere falcem suam, contra cano-
 « nicas sanctiones, peto ipsum, pro transgressionem
 « hujusmodi, ex officio vestro puniri. Item peto ut, si
 « quis donationes vel concessionem de bonis ad eandem

« ecclesiam pertinentibus fec[er]it, denuntiatis eas pen-
 « nitus non valere. »

« Super quo cum dictus episcopus¹, qui tunc in curia
 » erat presens, litem fuisset taliter contestatus, salvo
 » jure reconveniendi, episcopus Cerviensis, litem con-
 » testando, respondit ad omnia premissa, preterquam
 » ad capitulum illud, in quo episcopum petit puniri,
 » pro eo quod misit falcem in alienam messem, quod
 » non credit ita esse sicut dicitur, et ea fieri non de-
 » bere. Et, factis coram eodem auditore quibusdam in
 » jure a partibus hinc inde positionibus et respon-
 » sionibus ad easdem, [cum] episcopus² intentionem
 » suam, licet ad hoc longum tempus habuerit, non
 » fundarit, nos Johannes Spata, domini pape subdia-
 » conus et capellanus, quem idem dominus papa eidem
 » domino Ostiensi et Velletrensi episcopo substituit in
 » hac causa, et quibus audientiam ejusdem cause
 » commisit, partibus comparentibus coram nobis, dis-
 » cussimus ipsius cause merita diligenter. Et cum pars
 » episcopi, peremptorie per longa intervalla ad judi-
 » cium et specialiter ad sententiam audiendam citata,
 » se contumaciter absentasset, nec comparuerit, diutius
 » expectata, nos, ne sub iudicii prorogatione justitia
 » lede[re]tur, cum hujusmodi dilatio in gravem ipsius
 » ecclesie lesionem et in multorum periculum cederet
 » animarum, partis contumacis absentia Dei repleta
 » presentia, visis confusionibus partium, et ipsius
 » ecclesie instrumentis et rationibus intellectis, de
 » speciali domini pape mandato, habito venerabilis
 » patris domini Raynerii, Sancte Marie in Cosmidin
 » diaconi cardinalis, et aliorum plurium sapientum
 » consilio, pronuntiamus ecclesiam Sancti Petri de
 » Massa Nova Fiscaria, cum parrochia et pertinentiis
 » suis, ab omni jure episcopali episcopi Cerviensis fore
 » liberam, et ne dictus episcopus aliquod jus episco-
 » pale de cetero in eis exerceat aut sibi vendicat, sen-
 » tentialiter prohibemus, ipsi super hiis perpetuum
 » silentium imponentes. Ab aliis vero que in libello
 » petita sunt contra eum, sententialiter ipsum absol-
 » vimus, cum nulla de hiis ex parte ipsius ecclesie
 » facta nobis fuerit certa fides. »

« Nulli ergo nostre confirmationis etc. Si quis au-
 tem etc. Dat. Laterani, XIII kalendas junii, anno
 duodecimo. »

moins, n'ont pas été reproduites dans le *Registre*, à la fin de la
 pièce.

1. Ro. 19, f. 20 r.

2. Cf. *supra*, t. II, col. 958, note 1.

1. C'est-à-dire : *episcopus Ostiensis et Velletrensis*.

2. Au texte, évidemment fautif, du *Registre* : « et episcopus », nous croyons devoir substituer : « cum episcopus. »

-1357

Latran, 7 mai 1238.

Ilyacintho, capellano suo, rectori Massano, de eadem re scribens, mandat quatenus eandem sententiam praedicti Johannis Spatae executioni mandet. — (REG. 19. f. 20 v°; ann. XII, c. 107.)

« *Jacinto, capellano nostro, rectori Massano.* In causa que inter dilectum filium Johannem, canonicum et procuratorem ecclesie Sancti Petri de Massa Nova Fiscaria Ferrariensium, et venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Cervinensem etc., ut supra, verbis competenter mutatis, usque : ratam habentes, mandamus quatenus eam executioni mandare procuret. Contradictores auctoritate nostra etc. Dat. Laterani, nonis maii, anno duodecimo. »

-1358

Latran, 26 mai 1238.

Regem Francorum hortatur quatenus a devotione Sedis Apostolicæ nullo unquam turbetur impulsu, sed eam filialis devotionis gratitudine prosequatur; addit se effectum interdicti in Belvacensem ecclesiam prolati tam diu suspendendum duxisse, donec eidem ecclesie de pastore provisum fuerit. — (REG. 19, f. 20 v°; ann. XII, c. 108. — MOREAU 1192, f. 82; cf. *ibid.*, f. 81, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10607; — RODENBERG 728; — cf. *supra*, n° 3894.)

« .. *illustri regi Francorum.* Si tua regalis sublimitas principes orbis circumspectat universos, inveniet se a Deo specialiter¹ inter ceteros exaltatum, qui ex gratia sua et meritis que clare memorie progenitores tui in conspectu ejus fecisse noscuntur, regnum tuum, benedictum ab eo, dilatare magnifice est dignatus, augens tibi gratiam in presenti et gloriam preparans in futuro. Pro eo enim quod iidem progenitores tui ad Factorem suum habuere puro corde respectum, et veritatem, mansuetudinem et justitiam servaverunt, tu quoque, tanquam heres legitimus, ipsis in timore Domini, et non solum in hiis, sed etiam in Ecclesie, matris tue, devotione succedis : tam illos quam te oleo exultationis pre participibus tuis unxit, fecitque tibi nomen grande supra nomen magnorum qui sunt in terra, tibi et regno tuo in rore celi et terre pin-

1. Avec l'incipit : « Licet interdum immissiones », d'après RAYNALDI, *Annales ecclesiasticæ*, t. XIII (1646), p. 516, ann. 1238, § 43, et SBARALEA, *Bullar. Franciscan.*, t. I (1759), p. 244, n° 265; SBARALEA s'est borné à reproduire RAYNALDI.

2. RODENBERG omis. specialiter.

guine benedicens. Sic autem regnum ipsum Dominus stabilivit et in devotione Romane Ecclesie, matris tue, adeo radicavit, quod semper in ea, ipso faciente, permansit, et ab ejus beneplacitis nullo unquam, sicut credimus, sit tempore discessurum: qu[oc]i[r]ca, licet interdum immissiones per angelos malos fiat, qui, ut operas suas ingerant et actus extollant, famam, quantum in eis est, aggravant aliorum et etiam benefacta depravant, dicentes bonum malum et malum bonum, ac lucem tenebras et tenebras lucem prava interpretatione ponentes : nos tamen, qui Sathane non ignoramus¹ astutias, pro certo credimus, immo probabili presumptione tenemus, quod serenitas regia, hujusmodi detractionibus velut nubibus aquilone fugatis, illius seduci se fallacis non permitit, quia fides tua, supra petre posita firmamentum, nec convelli potest ventorum detractionum incursumibus, nec matris tue caritas, quam habet ad te tanquam ad specialem filium, vulnerari. Nam, si in speculo rationis facta perspicias aliorum, in eo considerare poteris evidenter quod hii qui exultant, cum malefecerint, et in rebus pessimis gloriantur, affectionum suarum querunt habere consortes et desideriorum socios iniquorum. Si etiam ejusdem matris tue puritatem attendas, invenis quod in ejus actibus non dubie presumptionis est locus, sed experientie certitudo, nec est de illius intentione querendum, qui nichil agit in tenebris sed in luce, ut ejus sint opera manifesta : arbor enim a fructu cognoscitur et caritas ab effectu. Tu ergo, fili karissime, a devotione Sedis Apostolicæ, matris tue, quicquid suggeratur ab aliquo, nullo unquam turberis impulsu, sed eam, que te sincero cordis affectu diligit et honorat, tu quoque filialis devotionis gratitudine prosequaris. Ceterum, venerabili fratre nostro .. Claromontensi episcopo, nuntio tuo, et regalis excellentie litteris gratanti affectione receptis, et tam ipsarum serie litterarum quam hiis que idem episcopus super relaxatione interdicti ecclesie Belvacensis ex parte tua nobis exposuit, intellectis etiam diligenter, quia te inter ceteros reges catholicos et principes Christianos speciali caritate diligimus, ac per hoc tuis deesse desideris, quantum cum Deo possumus, non valemus, effectum illius interdicti, tue devotionis obtentu, tandem duximus suspendendum, donec eidem ecclesie provisum fuerit de pastore, parati semper ea efficere, que honorem tuum respiciant et augmentum. Dat. Laterani, VII kalendas junii, anno duodecimo.

1. RODENBERG, qui garde dans le texte la mauvaise leçon de RAYNALDI : *injuramus*, propose la bonne leçon en note (p. 627).

-1359

Latan, 26 mai 1238.

« In eundem fore modum .. *[[[u]stri regine Francorum, usque : ab effectu. Ceterum, venerabili fratre nostro .. Claramontensi episcopo etc., usque : augmentum. [Eam monet et hortatur quatenus apud Francorum regem, filium suum, efficaciter elaboret ut talibus oblationibus aures aliquatenus non inclinet.] Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 21 r^o; — MOREAU 1192, f. 84 r^o; — RODENBERG, *sub* n. 728.)*

-1360

Latan, 26 mai 1238.

« In eundem fore modum .. *archiepiscopo Rothomagensi, usque : augmentum. Quia vero te, tanquam nobile Ecclesie Dei membrum et columpnam immobilem Ecclesie Gallicane, non potest zelus non comedere i matris tue, nec potes opprobria illi exprobrantium² equanimiter sustinere, mandamus quatenus, prudenter attendens in machinationibus hujusmodi quid agatur, cum non solum ad conculcandam libertatem ecclesiasticam, sed utinam non ad evertendam fidem catholicam! intendatur, in quo tanto fortius, sed tamen cautius opponere te oportet, quanto cernis apertius in hoc periculum commune versari, et sic quasi proprium prosequeris interesse : tam apud eundem regem quam apud karissimam in Christo filiam nostram .. reginam Francorum illustrem, matrem ejus, sedulis monitionibus et crebris exhortationibus, secundum datam tibi a Deo prudentiam, efficaciter elaboras ut idem rex, tanquam princeps catholicus et devotus, hujusmodi oblationibus aures aliquatenus non inclinet; mandatum autem nostrum tam diligenter et tam³ efficaciter studeas adimplere, quod diligentie tue studium clareat per effectum, et nos sinceritatis tue zelum possimus merito commendare. Dat. Laterani, VII kalendas junii, pontificatus nostri anno duodecimo. » — (REG. 19, f. 21 r^o; — MOREAU 1192, f. 84 v^o; — RODENBERG, *sub* n. 728.)*

-1361

Latan, 26 mai 1238.

Archiepiscopo Cantuariensi concedit ut in regressu suo per regnum Francie nec non in Anglia, extra Cantuariensem provinciam, cum ad consecrationes episcoporum et dedicationes ecclesiarum, vel ad alias sollempnes festivitates invitatus fuerit, possit uti pallo. — (REG. 19, f. 21 r^o; ann. XII, c. 109.)

« .. *archiepiscopo Cantuariensi.* Procedit ex devotionis — Dat. Laterani. VII kalendas junii, anno duode-

¹ Cf. JOHANN. II, 17.

² Cf. PSAL. LXVIII, 10.

³ RODENBERG : diligenter, tam.

-1362

Latan, 26 mai 1238.

Eidem scribit : « In sententia per nos lata super electionis » causa que inter te, ex una parte, ac dilectos filios .. priorem et conventum Roffensis ecclesie, ex altera, vertebatur, declarandum duximus ad ipsos electionem Roffensis » episcopi pertinere, inhibentes ne Cantuariensis archiepiscopus qui pro tempore fuerit, nisi quantum ad eum spectat » de jure metropolitanico, se de hujusmodi electione ulterius » intromittat. Verum, quia de jure patronatus quod habere » in ecclesia predicta proponeris coram nobis, actum non » extitit, tibi aut¹ successoribus tuis per dictam sententiam » super ejusdem patronatus jure nullum volumus prejudicium generari. — (REG. 19, f. 21 r^o; ann. XII, c. 110; — cf. *supra*, n^o 4197.)

« Eidem. In sententia per —, Dat. ut supra. »

-1363

Latan, 26 mai 1238.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, mandat quatenus archiepiscopo Cantuariensi et priori conventuque Cantuariensibus festum Natalis Domini proximo futurum præfigat terminum preemptorium, quo, cum rationibus et munimentis suis, per procuratores coram ipso papa compareant, ut ipse papa disponat quod viderit expedire de compositione quae inter partes intervenerat super jure patronatus quod idem archiepiscopus in ecclesiis maneriorum ad eosdem priorem conventumque spectantium se habere proponebat. — (REG. 19, f. 21 r^o; ann. XII, c. 111.)

« O[toni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato. Inter venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum, ex una parte, et dilectos filios .. priorem et conventum Cantuarienses, ex altera, super jure patronatus quod idem archiepiscopus in ecclesiis maneriorum ad eosdem spectantium se habere proponit, et rebus aliis compositio amicabilem intervenit, si noster et karissimi in Christo filii nostri .. regis Anglorum illustris preberetur assensus; quem, dicta compositione nobis sub sigillis partium presentata, memorato archiepiscopo per nos prestari petente, pars altera proponebat quod petitionem hujusmodi ex certis causis admittere nullo modo deberemus : primo siquidem, quia per compositionem eandem remissa sunt jura Cantuariensis ecclesie et libertates etiam diminute; secundo, quia ipsa, cum in ea facta sit commutatio spiritualium ad temporalia, censeri potest non immerito vitiosa —, Dat. ut supra. »

1. Sic, peut-être pour et.

4364

Latran, 27 mai 1238.

Archiepiscopo Rothomagensi mandat quatenus, una cum Senonensi et Remensi archiepiscopis nec non Claromontensi episcopo, regem Francorum et matrem ejus ab injuriis Ecclesiae inferendis deterreat. — (REG. 19, f. 21 v°; ann. XII, c. 112; — MOREAU 1192, f. 86.)

« .. *archiepiscopo Rothomagensi*. Nuper, quibusdam referentibus, intellecto quod immissiones per angelos malos ! facte sunt hiis diebus, qui — animum karissimi in Christo filii nostri... regis Francorum illustris adversus matrem suam, Romanam Ecclesiam, pravis machinationibus seducere moliantur : nos eidem regi litteras nostras affectione plenas, prout expedire vidimus, duximus destinandas. Ceterum, quia venerabilis frater noster .. Claromontensis episcopus, intentionem nostram et immissionum hujusmodi materiam plene sciens, te plenius instruere poterit de premissis, mandamus quatenus, sicut de gratia nostra confidit et proprium zelaris honorem, tu, et venerabiles fratres nostri .. Senonensis et .. Remensis archiepiscopi, quibus super hoc dirigimus scripta nostra, una cum eodem episcopo sine more dispendio convenientes in unum, et, auditis que vobis exponenda duxerit, prudenter, prout convenit, attendentes in machinationibus hujusmodi quid agatur, cum non solum ad conculcandam libertatem ecclesiasticam, sed utinam non ad evertendam fidem catholicam ! intendatur, in quo est tanto fortius, sed tamen cautius resistendum, quanto videtur apertius in hec ³ periculum commune versari : communi deliberatione et jugi meditatione pensetis qualiter sit per vos non semel, sed sepe, et non tepide, sed ferventer apud eundem regem et karissimam in Christo filiam nostram .. reginam Francorum illustrem, matrem ejus, crebris monitionibus et sedulis exhortationibus insistendum, ut talibus seductionibus animi aliquatenus non inclinent, et quibus modis quibusve studiis sit hujusmodi astutiis cum Dei adjutorio resistendum : consilium vestrum, quid per nos agendum sit, nobis nihilominus rescripturi. Dat. Laterani, VI kalendas junii, anno duodecimo. »

4365

Latran, 27 mai 1238.

Silvanectensi et Meldensi episcopis, regis Francorum precibus inclinatus, mandat quatenus effectum sententiae inter-

1. PSAL. LXXVII, 49.

2. N° 4358.

3. Sic, peut-être pour hoc; cf. supra, n° 4360.

dicti ecclesiae Belvacensium : tam diu suspendant, donec eadem ecclesiae provisi fuerit de pastore. — (REG. 19, f. 21 v°; ann. XII, c. 113; — MOREAU 1192, f. 88; — cf. supra, n° 4358.)

« .. *Silvanectensi et [...] Meldensi episcopis*. Karissimi in Christo — Dat. ut supra. »

4366

Latran, 26 mai 1238.

Duraguerrae de Piperno, perpetuo vicario ecclesiae de Catrich (= Catterick), Eboracensis diocesis, concedit quod in ecclesia sua de Catrich, in qua, sicut assererat, faciebat per idoneum capellanum et duos clericos deserviri, residere non teneatur, non obstante constitutione contraria quae nuper in Anglia edita fuerat. — (REG. 19, f. 21 v°; ann. XII, c. 114.)

« *Duraguerrae de Piperno, perpetuo vicario ecclesiae de Catrich, Eboracensis diocesis*. Exigentibus devotionis tue —. Dat. Laterani, VII kalendas junii, anno duodecimo. »

4367

Latran, 20 mai 1238.

Alberto de Turre (= de la Tour du Pin), filio Alberti de Turre, Viennensis diocesis, qui Margaritam, filiam Johannis, comitis Burgundiae, duxerat in uxorem, significat se cum eo ejusque uxore, non obstante quod eadem Margarita ipsam quarta consanguinitatis linea contingebat, dispensare ut in matrimonio licite possint remanere. — (REG. 19, f. 21 v°; ann. XII, c. 115.)

« *Alberto de Turre, nato nobilis viri Alberti de Turre, Viennensis diocesis*. Cum pro sedanda discordia quam inter nobiles viros Albertum de Turre, patrem tuum, et Johannem, comitem Burgundiae, inimicus humani generis seminat, occasione cujus multa pericula contingerant animarum, et pacis etiam federe reformando, nobilem mulierem Margaritam, natam comitis antedicti, te quarta consanguinitatis linea contingentem, duxeris in uxorem, nobis humiliter supplicasti ut, ad scrupulum reatus hujusmodi a tua conscientia removendum, providere tibi de benignitate Sedis Apostolice curarem. Nos igitur, bonum quod ex hujusmodi copula provenisse dicitur, sollicito attendentes, et tam tue quam predictae M., uxoris tue, cupientes providere salutis, ut in dicto matrimonio licite remanere possitis, duximus benignius dispensandum —. Dat. Laterani, XIII kalendas junii, pontificatus nostri anno duodecimo. »

4368

Latran, 18 mai 1238.

Abbatii et conventui monasterii Sancti Salvatoris de Coponuch (= Kaponak), ordinis sancti Benedicti, Vespri-
miensis diocesis, significat se compositionem inter ipsos,
ex una parte, et episcopum Vespri-
miensem, ex altera, qui
idem monasterium multipliciter aggravabat et ab eo, occasione
visitationis, equum et alia munera extorquebat, amicabi-
liter, mediante Stephano, Sanctae Mariae in Transiberium
presbytero cardinali, initam, confirmare. — (REG. 19, f. 21 v°;
ann. XII, c. 116; — POTHAST 10601; — cf. *supra*, n° 3692.)

« .. abbatii et conventui monasterii Sancti Salvatoris de
Coponuch, ordinis sancti Benedicti, Vespri-
miensis diocesis.
Ea que iudicio —. Dat. Laterani, XV kalendas junii,
anno duodecimo. »

4369

Latran, 21 mai 1238.

Babilonensi et Gebnensi episcopis mandat quatenus,
cum a Stephanus, comes in Burgundia, et Johannes, natus
» ejus, comes Burgundie et dominus Salinensis, in armis
» strenui et belli exercitio circumspetti », assumpsissent si-
gnum crucis, « redemptiones votorum cruce signatorum in
» Viennensi provincia, et Lausanensi, Bellicensi et Basiliensi
» civitatibus et diocesis, province Bismutine, nec non in
» terris ipsorum comitum, qui propter infirmitatem, pauper-
» tatem seu debilitatem » sint ad subsidium Terrae Sanctae
inhabiles, et alias justo impedimento teneantur, dummodo
de mandato apostolico eadem redemptiones non sint aliis
assignatae, « exceptis illis qui in terris de dominio aliorum
» comitum et baronum cruce signatorum » existant, nomine
comitum praedictorum recipiant, et eas ipsis, postquam in
Terram Sanctam transierint, faciant per manus bonorum
virorum et Deum timentium assignari. — (REG. 19, f. 22 r°;
ann. XII, c. 117; — MOREAU 1192, f. 76; — J. BERNOULLI,
Acta Pontificum Helvetica, t. I, p. 129, n° 193.)

« .. Babilonensi et .. Gebnensi episcopis. Non indigne
ad —. Dat. Laterani, XII kalendas junii, anno duode-
cimo. »

4370

Latran, 26 mai 1238.

Majoris Ecclesiae et Sancti Thome decanis Argentinensibus
scribit de mutilatione digitorum sinistrae manus ac
vulneribus per Hameldum, Henricum, Ebelinum et Bertol-
dum presbyteros, canonicos ecclesiae Sancti Cyrini (seu
Neuhausensis), Warmatiensis diocesis, Eboldo presbytero,
ejusdem ecclesiae canonico, irrogatis, et de sententia quam
in hac causa R[aynaldus], Ostiensis episcopus, tulerat; eis
mandat quatenus eandem sententiam —, qua praedictus

Ostiensis episcopus praefatos mutilationis et vulnere praem-
missorum auctores ab omni beneficio ecclesiastico quod obti-
neant, duxerat amovendos, et pro eo quod, diu expectati,
in iudicium non venerant, in octo marcis sterlingorum con-
demnaverant, — sine difficultate qualibet executioni man-
dent. — (REG. 19, f. 22 r°; ann. XII, c. 118; — POTHAST 10606.)

« .. Majoris Ecclesiae et .. Sancti Thome decanis Argenti-
nen[sibus]. In nostra constitutus —. Dat. Laterani,
VII kalendas junii, anno duodecimo. »

4371

Latran, 22 mai 1238.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardi-
nali, Apostolicae Sedis legato, diversa mandata dat de privi-
legiis ecclesiae Cantuariensis, quorum quaedam esse falsata
dicebantur; illa ex eis quae falsa repperit vel de falsitate
suspecta, sub suo sigillo interclusa ad ipsum papam mittat;
illa quae vera reperi contigerit, diligenter transcribi faciat
et sigillis authenticis communiri. — (REG. 19, f. 22 r°;
ann. XII, c. 119.)

« O[toni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono
cardinali, Apostolicae Sedis legato. Pro reverentia gloriosi
Thome martiris, grandis glorie titulo Cantuariensem
ecclesiam decorantis, libenter faciendum assumimus,
per quod ejus statum in melius posse dirigi cogitamus.
Cum igitur quaedam privilegia ipsius ecclesiae, sicut
accepimus, esse falsata dicantur, ex quibus venerabili
fratri nostro .. archiepiscopo Cantuariensi grave propo-
nuntur prejudicium generari: mandamus quatenus,
universa et singula privilegia per Romanos seu Can-
tuarienses pontifices, reges ac alios principes, ecclesie
predictae collata, tibi ab utraque parte faciens exhiberi,
illa ex eis quae vera reppereris, et ad dictum archiepiscopum
spectare noscuntur, eidem, que autem ad ..
priorem et conventum ipsius ecclesiae pertinent, eis
assignare procures, communia utrisque committens
archiepiscopo, sub ejus custodia fideliter conservanda,
prestata tamen ab eo idonea cautione, quod illorum
copiam habere valeant, cum fuerit opportunum. Si au-
tem aliqua de communibus inveneris duplicata, quaedam
ex eis archiepiscopo, et reliqua priori et conventui
predictis assignes. Que vero falsa fuerint vel falsitate
suspecta, sub tuo nobis mittas interclusa sigillo, ut ex
illis quod expedire viderimus, disponamus. Preterea,
ne circa privilegia quae vera reperi contigerit, per
aliquos in malitia gloriantes¹, contingat, processu tem-

1. Cf. PSAL. LI, 3.

poris, aliquod inconveniens attemptari, ipsa diligenter transcribi facias et sigillis autenticis communi. Verum, si ex aliqua causa personaliter hiis interesse nequiveris exequendis, viros Deum timentes et providos, alterutri partium merito non suspectos, qui predicta omnia diligenter sine mora periciant, ad hoc studeas deputare. Contradictores etc. Nullis litteris veritati et justitie prejudicantibus super hoc a Sede Apostolica impetratis. Dat. Laterani, XI kalendas junii, pontificatus nostri anno duodecimo. »

-4372

Latran, 22 mai 1238.

Eidem mandat quatenus audiat causam Cantuariensis archiepiscopi contra archidiaconum Roffensem, super institutione personarum quae, Roffensi sede vacante, ad vacantes ecclesias Roffensis dioecesis praesententur, nec non super matrimonialium casuarum cognitione in eadem dioecesi, ac jurisdictione in materiis episcopi Roffensis. — (Reg. 19, f. 22 v°; ann. XII, c. 120.)

« Eidem. Venerabilis frater noster .. Cantuariensis archiepiscopus proposuit coram nobis quod, cum institutio personarum quae, Roffensi sede vacante, ad vacantes ecclesias Roffensis dioecesis presentantur, et matrimonialium casuarum cognitio in eadem, ac iudicatio in materiis episcopi Roffensis ad archiepiscopum eundem pertineant : .. archidiaconus Roffensis, institutionem, cognitionem ac jurisdictionem hujusmodi ad se spectare proponens, quanquam super hiis nulla possit ostendere legitima documenta, eas, tempore vacationis predictae sedis, sibi presumit temere usurpare. Ideoque mandamus quatenus, vocatis qui fuerint etc. Testes etc. Verum etc.¹, ut supra, usque : [exequendis,] viris circumspicis et providis, alterutri partium merito non suspectis, super hiis committere studeas vices tuas. Nullis litteris etc. Dat. ut supra. »

-4373

Latran, 31 mai 1238.

[Adelasiae], domicellae Territanae, scribit se Guelfum de Porcaria ei providisse matrimonialiter copulandum, eique mandat quatenus procuratorem de matrimonio contrahendo ad Sedem Apostolicam transmittat. — (Reg. 19, f. 22 v°; ann. XII, c. 121; — RODENBERG 729; — cf. supra, n. 4309 et 4310.)

« Nobili mulieri [...] domicelle Territane. De statu persone ac terre tue ad Romanam Ecclesiam pertinen-

1. Cf. la pièce précédente, n° 4371.

tis, quem tranquillum esse cupimus et quietum, gerentes sollicitudinem specialem, nobili virum Guelfum de Porcaria, Apostolice Sedis devotum filium et fidelem, strenuum et potentem, cuius providentia et consilio terra ipsa poterit bene regi et prospere gubernari, tibi providimus matrimonialiter copulandum. Quocirca nobilitatem tuam monemus attentius et hortamur ac per apostolica tibi scripta mandamus quatenus aliquem procuratorem, qui de matrimonio inter te ac dictum nobilem contrahendo in anima tua prestare valeat juramentum, ad presentiam nostram transmittere non postonas; sub pena excommunicationis et privationis totius terre tue districtius inhibentes ut, cum eadem terra specialiter beati Petri juris existat, propter quod aliquem suspectum non debes in virum assumere, qui Ecclesie jura valeat perturbare, ad contrahendum cum aliquo matrimonio non procedas sine mandato nostro vel licentia speciali. Dat. Laterani, II kalendas junii, anno duodecimo. »

-4374

Latran, 31 mai 1238.

« In eundem fere modum .. archiepiscopo Turritano, usque : licentia speciali. Quocirca mandamus quatenus dictam domicellam ad id quanto diligentius poteris, moneas et inducas, efficacem opem et operam impendendo. Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 22 v°; — RODENBERG, sub n. 729.)

-4375. — In eundem modum .. episcopo Empuriensi.

-4376. — In eundem modum nobili viro Petro¹, judici Arborensi.

-4377

Latran, 26 mai 1238.

Archiepiscopo Cusentino et episcopo Bisinianensi scribit de episcopo Marturano, qui, ut dicebatur, negligebat « venerabilem suam reddere senectutem² », et de quo ad eundem archiepiscopum, « clamosa dudum insinuatione personarum » honestarum et gravium³, turpia pervenerant, eisque mandat quatenus super his quae de dicto episcopo referebantur, « ac precipue super horrendo crimine per quod in filios » diffidentem ira Dei nocuit incidisse³, veritatem inquirat, quae invenerint, ipsi papae rescripturi. — (Reg. 19, f. 22 v°; ann. XII, c. 122.)

« .. archiepiscopo C[usentino] et .. episcopo Bisinian[ensi]. »

1. La forme complète *Petrus* est donnée par la pièce 3422.

2. Cf. SAP. IV, 8.

3. Cf. EPHES. V, 6.

Ad huc Dominus —. Dat. Laterani. VII kalendas junii, anno duodecimo. »

-1378

Lateran. 27 mai 1238.

Electo Colimbriensi mandat quatenus, — cum Colimbriensis ecclesia, jamdiu pastore destituta, graviter in spiritualibus et in temporalibus laederetur, — « dilatione ac excusatione » cessantibus, juratione incauta quam fecisse dicebatur, quod non irret ad ipsam ecclesiam, non obstante, ad eam accedat, ejusque curam sic agat, quod possit exinde dignam reddere rationem. — (REG. 19, f. 23 r^o; ann. XII, c. 123.)

« .. electo Colimbriensi. Cum Colimbriensis ecclesia —. Dat. Laterani, VI kalendas junii, anno duodecimo. »

-1379

Lateran, 21 mai 1238.

Episcopo et officiali Trecentibus mandat quatenus, — cum, sicut episcopus Nivernensis ipsi papae insinuaverat, redditus et proventus Nivernensis episcopatus adeo essent tenues et exiles, quod idem episcopus non posset commode votum exsequi, quod emiserat, de transeundo in subsidium Terrae Sanctae, praesertim cum in illam proponeret magnifice proficisci, — redemptionem votorum crucis in Antisiodorensi, Carnotensi et Nivernensi diocesisibus auctoritate apostolica collectam vel colligendam, quae non sit alii de mandato apostolico concessa, faciant eidem episcopo assignari. — (REG. 19, f. 23 r^o; ann. XII, c. 124; — MOREAU 1192, f. 74.)

« .. episcopo et .. officiali Trecentibus. Cum, sicut venerabilis —. Dat. Laterani, XII kalendas junii, anno duodecimo. »

-1380

Lateran. 21 mai 1238.

Abbati et conventui Sanctae Mariae de Gloria Anagninae, Florentis ordinis, significat se eis confirmare concessionem eis factam ab Eadmundo, Cantuariensi archiepiscopo, de ecclesia de Lides (= Leeds), Cantuariensis dioecesis; inserto sub sua bulla praedictae ab eodem archiepiscopo factae concessionis chartae tenore. — (REG. 19, f. 23 r^o; ann. XII, c. 125.)

« .. abbati et conventui Sanctae Mariae de Gloria Anagnin[er], Florentis ordinis. Cum a nobis petitur etc. usque : assensu, ecclesiam de Lides, Cantuariensis dioecesis, quam venerabilis frater noster E[admundus], Cantuariensis archiepiscopus, loci diocesanus, vobis et monasterio vestro, ad proprios usus vestros et ejusdem monasterii perpetuo possidendam, pia liberalitate con-

cessit, sicut in patentibus ipsius litteris plenius continetur, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, capituli Cantuariensis defectum eadem auctoritate supplendo de plenitudine apostolice potestatis. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus; qui talis est :

[-1381]

Lateran, 4 mai 1238.

[Eadmundus, Cantuariensis archiepiscopus, abbati et conventui Sanctae Mariae de Gloria Anagninae, Florentis ordinis, ecclesiam de Lides, Cantuariensis dioecesis, concedit. — (REG. 19, f. 23 r^o.)]

« Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Eadmundus, miseratione divina Cantuariensis ecclesie minister humilis, salutem in Domino. »
 « Noverit universitas vestra quod, cum olim bone memorie Riccardus, predecessor noster, venerabilibus viris .. abbati et conventui Sanctae Mariae de Gloria Anagnine, Florentis ordinis, et eidem monasterio annuum redditum quinquaginta marcarum de manerio suo de Wengeham liberaliter concessisset, donec eis in aliqua ecclesiarum ad suam donationem spectantium assignaret eundem, et ipse, morte preventus, ecclesiam ad hoc nullatenus assignasset : nos, divine pietatis intuitu et pro sanctissimi patris nostri domini Gregorii pape reverentia speciali, ecclesiam de Lides, Cantuariensis dioecesis, nunc vacantem, que ad nos spiritualiter et temporaliter pertinet pleno jure, abbati et conventui ac monasterio memorialis de mera liberalitate concessimus, in eorum usus proprios perpetuo possidendam, collatione dumtaxat perpetue vicarie nobis et successoribus nostris reservata, ita videlicet quod vicarius qui pro tempore fuerit, pro omnibus ipsius ecclesie oneribus spiritualibus et temporalibus supportandis, altaragium et omnes minutas decimas, obventiones et oblationes habeat; monachi vero predicti et monasterium prelibatum decimas garbarum bladi plenarie percipient in perpetuum universas, que annuatim quinquaginta marcas sterlinguorum communibus annis bene valent. Et si aliquis possessionem aliquam, parvam vel magnam, pia liberalitate donaverit vel etiam aliquo tempore licite legaverit ecclesie antedictae, fructus ipsius in perpetuos usus prefati monasterii convertentur. In cujus rei testimonium presentes litteras nostri sigilli munimine fecimus roborari. »
 « Dat. apud Lateranum, III nonas maii, anno quinto. »

« Nulli ergo — Si quis autem etc. Dat. Laterani, VIII kalendas junii, anno duodecimo. »

-1382

Latan, 26 mai 1238.

Eislem significat se eis confirmare concessionem ab eis factam a capitulo ecclesie Sancti Petri ad Vincula de Urbe, de ecclesia Sancti Johannis de Curiano, sita in territorio castri Anticuli, Anagninae diocesis, adeo destructa quod jam longo tempore nullus in ea fuerat minister; inserto sub sua bulla prædictæ ab eodem capitulo factæ concessionis chartæ tenore. — (REG. 19, f. 23 v°; ann. XII, c. 126; — cf. *supra*, n° 799.)

« *Eisdem*. Cum a nobis —. Dat. Laterani, VII kalendas junii, anno duodecimo. »

-1383

1238?

Capitulum ecclesie Sancti Petri ad Vincula de Urbe abbati et conventui monasterii Sancte Mariæ de Gloria, siti in territorio Anagnino, Florentis ordinis, ecclesiam Sancti Johannis de Curiano, sitam in territorio castri Anticuli, [Anagninae diocesis,] concessit. — (REG. 19, f. 23 v°.)

« Viris religiosis donno Johanni abbati et conventui Sancte Mariæ de Gloria, que sita est in territorio Anagnino, capitulum universum ecclesie Sancti Petri ad Vincula de Urbe, salutem in omnium Salvatore. »
 « Universitati vestre presenti scripto liqueat manifeste quod nos, considerantes quod ecclesia Sancti Johannis de Curian[is], sita in territorio castri Anticuli, que ad nos libere noscitur pertinere, adeo sit destructa quod, ipsius penitus destructis edificiis, jam longo tempore nullus fuit ibi minister, qui in ea Domino deserviret, et quod nichil fere temporalis utilitatis consequeremur ex ea, quam quinque clerici, quinque laici hactenus tenuisse noscuntur, ac, pro eo quod eadem a nobis plurimum est remota, modicum vel nullum inde commodum consequi poteramus: attendentes etiam diligenter quod, si retineremus eandem, ad cujus relevationem credimus insufficientes nos esse, nobis non modicum immineret periculum animarum: hac die presentis, venerabili monasterio vestro Sancte Mariæ de Gloria, divine pietatis intuitu, pro reverentia et honore Virginis gloriose, devotione quoque reverendissimi patris et domini Gregorii, Sancte Romane Ecclesie Summi Pontificis, fundatoris et dotatoris monasterii supra dicti, predictam ecclesiam Sancti Johannis de Cu-

riano, quam, propter vicinitatem, eidem monasterio vestro utilem esse speramus, sicut ad nos et ecclesiam nostram pertinet, cum omnibus bonis, possessionibus, iuribus et pertinentiis suis, de communi consensu omnium nostrum, spontanea, libera et gratuita voluntate, sine conditione aliqua vel tenore, concedimus in perpetuum, tradimus et largimur; cedentes etiam et mandantes vobis et eidem monasterio, in perpetuum, omnia jura et actiones utiles et directas, tacitas et expressas, personales et reales, generales et speciales, competentes nobis vel competituras, super predicta ecclesia Sancti Johannis, et possessionibus et bonis ipsius, reservato tamen nobis et ecclesie nostre annuo censu unius libre cere, a monasterio vestro in festo beati Petri ad Vincula libere persolvendo. Nos autem concessionem hujusmodi jam dudum facere disposueramus alicui pio loco; sed, expectantes quod ecclesie nostre providetur de aliquo cardinali, que per triginta annos et amplius jam vacavit, id hactenus duximus differendum. Ad investituram igitur de predictis omnibus faciendam et corporalem vobis possessionem tradendam, ad opus et utilitatem monasterii memorati, de consensu omnium nostrum et libera voluntate, presbiterum Bernardum¹, virum fidelem, socium et clericum ecclesie nostre, constituimus et ordinamus specialem procuratorem nostrum, syndicum et actorem, promittentes nos id ratum et firmum perpetuis temporibus habituros. Ut autem hujus nostre concessionis et traditionis pagina perpetuo robor obtineat firmitatis, presens scriptum sigillo nostri capituli duximus roborandum. »

-1384

Latan, 25 mai 1238.

Henricum, ducem Zlesie et Cracovie, monet et hortatur quatenus excessus quondam Henrici, patris sui, operum exhibitione sibi displicere demonstrat, et, archiepiscopo et ecclesie Gnezniensis de damnis et injuriis illatis plenam satisfactionem impendens, ab ipsorum oppressionibus et molestiis penitus conquiescat. — (REG. 19, f. 23 v°; ann. XII, c. 127; — MOREAU 1192, f. 77, *partim* ex RAYNALDO; — POTTRAST 10605; — ROSENBERG 727; — cf. *supra*, n. 3205 et 3906.)

« *Nobili viro Henrico, duci Zlesie et Cracovie*. Cupientes ut ab —. Dat. Laterani, VIII kalendas junii, anno duodecimo. »

1. Le manuscrit porte *Bernardum*, peut-être pour *Bernardum*.

1385

Latran, 2 juin 1238.

Abbat et priori Sancti Satyri. Bituricensis diocesis. mandatum quatenus Niveracensem episcopum crucesignatum. votum suum pro Terrae Sanctae subsidio prosequentem, quamdiu paratus fuerit coram ipsis de se conquerentibus respondere, trahi coram diversis iudicibus in causam per litteras apostolicas non permittant, « nisi aliquid rationabile objectum fuerit » et probatum, quare teneatur coram aliis respondere ». — (REG. 19, f. 24 v°; ann. XII, c. 128; — MOREAU 1192, f. 75; — cf. *supra*, n° 4379.)

« .. abbat et .. priori Sancti Satyri, Bituricensis diocesis. Etsi libenter petentibus —. Dat. Laterani. III nonas junii, anno duodecimo. »

1386

Latran, 3 juin 1238.

Friedericum, Romanorum imperatorem, iterum rogat quatenus Petrum Sarracenum¹ de Androcta, civem Romanum, nuntium regis Angliae ad Sedem Apostolicam missum, quem captum detineat, libertati restitua; ut autem affectus quem ipse papa ad dictum civem gerit, ipsi imperatori evidentius appareat, episcopum Florentinum de hac re ad eum mittit. — (REG. 19, f. 21 v°; ann. XII, c. 129; — MOREAU 1192, f. 95; — POTTHAST 10610*; — ED. WINKELMANN, *Acta Imperii inedita*, t. I (1880), p. 523, n° 651; — RODENBERG 730.)

« F[riderico], Romanorum imperatori semper Augusto, Jerusalem et Siciliae regi illustri. Nuper imperialem excellentiam —. Dat. Laterani, III nonas junii, anno duodecimo. »

1387

Latran, 10 mai 1238.

Patriarchae Hierosolymitano, archiepiscopo Tyrensi et abbati Sancti Samuelis de Monte Gaudii, Praemonstratensis ordinis, Hierosolymitanae diocesis, committit audiendam causam inter Acconensem episcopum et Acconensem ecclesiam, ex una parte, et magistrum fratresque Hospitalis Hierosolymitani in Accon commorantes, ex altera, super diversis vicisimis et rebus aliis exortam, super quibus jam coram episcopo Praenestino, partibus audite a papa concessio, litigatum fuerat. — (REG. 19, f. 24 v°; ann. XII, c. 130; — J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jerusalem*, t. II (1897), p. 529, n° 2199.)

« .. patriarche Hierosolimitano, .. archiepiscopo Tyrensi

1. Telle est la leçon du manuscrit, peut-être pour Sarraceni; cf. *supra*, n° 3035, t. II, col. 305.

et .. abbati Sancti Samuelis de Monte Gaudii, Praemonstratensis ordinis, Hierosolimitane diocesis. Constitutis in presentia nostra venerabili fratri nostro .. Acconensi episcopo, tam suo quam ecclesiae suae, ex parte una, et Andree de Foggia, fratri Hospitalis Hierosolimitani, dilectorum filiorum .. magistris et fratrum Hospitalis ejusdem commorantium in Accon procuratori, Hospitalis ipsius nomine, ex altera, venerabilem fratrem nostrum .. Penestrinum episcopum concessimus auditorem. In cuius presentia proposuit idem episcopus quod nominati magister et fratres messes quas in Casali Albo colligunt, quarum vicesima, eo quod casale ipsum in diocesi sua consistit, sibi de communi jure debetur, quam idem et predecessores ejus a longis retro temporibus perceperunt, sibi solvere contradicunt. Unde ad quasi possessionem predictae vicesime restitui postulabat. Ad hoc idem episcopus gallinarum vicesimam que apud Cabor ipsis proveniunt, cum dictum casale in sua diocesi sit fundatum et, de consuetudine terre, debeatur eidem, petit sibi dari. Preterea, cum antedicti magister et fratres, pro vicesima de caragiis casalis ejusdem, quinque tantum bizantios expvant eidem, et, ratione illorum que recipiunt, ad majorem solutionem ei prestande vicesime teneantur, secundum quantitatem receptorum exhiberi sibi postulavit eandem. Adjecti insuper quod, cum in possessione percipiendi vicesimam vinearum de Manuet extiterit, et magister et fratres predicti, requisiti, eam sibi per biennium solvere denegarint, ipse, petitorium et possessorium super hoc, cum de jure communi debeatur eidem, intentans, pro eo quod vasale iudicatum est in Acconensi diocesi constitutum, et, antequam magister et fratres prescripti illud emissent, Acconensis ecclesia decimam plenarie percipiebat ex ipso, ad possessionem ejusdem restitui se petebat. Proposuit etiam idem episcopus quod, cum aliqui apud domum Hospitalis eligunt sepulturam, ac ipse jus parochiale sibi delitum ab illorum heredibus exigat, illi hoc impedire presumunt, ne pro jure hujusmodi heredes ipsi aliquid solvant eidem, illicite prohibendo. Quare¹ quod ab hujusmodi prohibitionibus et quibuslibet impedimentis aliis in posterum taliter absteineant, ut episcopus ipse jus parochiale ab heredibus sepulturam eligentium apud ipsos, valorem videlicet eorum que ratione exequiarum illorum proveniunt, exigere libere ac obtinere valeat, sepeditos magistrum et fratres compesci, nec non et pro decimis et obventionibus ratione exequiarum

1. Il faut construire : « Quare petit sepeditos magistrum et fratres compesci quod... abstineant... »

illorum qui in Hospitali non eligunt sepulturam, eis provenientibus, ac aliis sibi debitis, contra compositionem inter ecclesiam Acconensem et illos initam. ac declarationem ipsius, suis temporibus, per eos subtractis eidem, que summam quingentorum bizantium sarracenorum estimat, petitî condempnari. Quia vero predictus procurator, pro eo quod de facto minime constabat eidem, non duxit super premissis coram eodem audire finaliter litigandum, causam ipsam, de ipsius episcopi et ejusdem procuratoris assensu, vestro duximus examini committendam, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis. quod ea[non]i-cum] etc.; facientes etc. Testes etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, VI idus maii, anno duodecimo. »

-1388

Lateran, 16 mai 1238.

Eisdem mandat quatenus Acconensem episcopum, ex una parte. et magistrum fratresque Hospitalis Hierosolymitani¹, ex altera, compellant ad observationem compositionis quae, mediante bonae memoriae Albanensi episcopo, super decimis, jure parochiali et rebus aliis, inter Acconensem ecclesiam et praedictum Hospitale intervenerat, nec non et declarationis super eadem compositione factae; mandat eis insuper quatenus super duobus articulis in eadem declaratione comprehensis, de quibus nihil fuerat diffinitum, questionem decidant. — (REG. 19, f. 25 r^o; ANN. XII, c. 131; — J. DELAVILLE LE ROUX, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers* etc., t. II, p. 530, n^o 2200.)

« Eisdem. Venerabili fratri nostro .. Acconensi episcopo, tam suo quam ecclesie sue, ex parte una, et Andree de Fogia, fratri Hospitalis Hierosolymitani, procuratori dilectorum filiorum .. magistri et fratrum Hospitalis ejusdem, ipsorum nomine, ex altera, in nostra presentia constitutis, venerabilem fratrem nostrum .. Penestrinum episcopum concessimus audire. Coram quo predictus proposuit episcopus Acconensis quod, cum olim inter venerabilem fratrem nostrum J[acobum], nunc Tusulanum, tunc vero Acconensem episcopum, ex parte una, et nominatos magistrum ac fratres, ex altera, super decimis, jure parochiali ac rebus aliis questio suborta fuisset, tandem bone memoriae .. Albanensis episcopus, in illis partibus Apostolice Sedis legatus, super premissis amicabiliter composuit inter partes. prout in ejusdem litteris inde confectis, et utriusque partis sigillorum munimine roboratis, plenius dicitur contineri. Cum

autem postmodum super compositione hujusmodi orta fuisset materia questionis, partes super hiis compromiserunt concorditer in supradictum episcopum Albanensem, qui super declaratione compositionis prescripte equum tulit arbitrium inter eas; quod, a partibus acceptatum, ipsorum ac prenotati legati sigill[is] exhibuit communiter, sicut ex litteris ipsius legati perpenditur evidenter. Quare petebat episcopus antedictus prenotatos magistrum et fratres ad observationem compositionis ipsius et declarationis super ea facte compelli. Memoratus vero A[ndreas], premissorum magistri et fratrum procurator, compositionem et declarationem predictas, quarum transcripta, sigillis autenticis roborata, coram auditore lecta fuere prefato, factas fuisse presentibus partibus et approbantibus recognovit, et eas coram auditore ipso, sepedictorum magistri et fratrum nomine, confessus est viva voce se velle per omnia firmiter observare, et contra eas aliquo unquam tempore non venire. Nos igitur, hiis et aliis que coram sepedicto auditore fuere proposita, per fidelem relationem ipsius auditis et plenius intellectis, de predictorum Acconensis episcopi et alterius partis procuratoris assensu, mandamus quatenus utramque partem ad observationem compositionis et declarationis ipsarum, per omnia, prout in prenomminatis litteris plenius contineri dinoscitur, quotiens necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, co[m]p[el]latis. Quia vero de duobus articulis in declaratione comprehensis eadem, videlicet ut magister et fratres prescripti decimas de duobus casalibus, que Broet et Coket vulgariter appellantur, nisi privilegium vel aliud rationabile ostenderint quare de ipsis eas solvere minime teneantur, et etiam de terris casalis de Mannet, de quibus colligit canamellas, tantum in frumento et ordeo, quantum solverent, si frumentum et ordeum seminaretur in eis in certa quantitate, cum hoc forma exprimat declarationis, exolvant, nichil extitit diffinitum: mandamus quatenus, super articulis prenotatis deliberatione habita diligenti, ipsos sine difficultate qualibet, ratione pre[m]issa, sub[m]ota] ap[pe]llatione, dif[fin]itive [er]mi[n]are curetis: facientes etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, XVII kalendas junii, anno duodecimo. »

-1389

Lateran, 26 mai 1238.

Episcopo quodam Herdensi, in Terraconensem archiepiscopum electo¹, Vicensi episcopo et praeposito Terraconensi

1. Il faut vraisemblablement sous-entendre: de Accon.

1. Cf. supra, n^o 4072.

late scribit de causa abbatis monasterii Sancti Cucuphatis, ordinis sancti Benedicti, contra Barchinonensem episcopum, qui, in dictum monasterium, quod juris et proprietatis Apostolicæ Sedis erat, indebitam jurisdictionem sibi usurpans, ab eodem abbate obedientiam et reverentiam sibi exhiberi faciebat; eis mandat quatenus, eundem episcopum in expensis quas, propter ipsius episcopi procuratoris contumaciam, eis constiterit eundem abbatem in eadem causa fecisse, condemnantes, tam diu eidem abbati proventus ecclesiasticos prædicti procuratoris ministrent, donec eidem abbati de illis expensis sit satisfactum; additis diversis aliis mandatis, eandem causam contingentibus. — (Reg. 19, f. 25 r^o; ann. XII, c. 132; — cf. *supra*, n^o 1232.)

« .. quondam Ilerdensi, in Terraconensem archiepiscopum electo, et .. Vicensi episcopis, et .. preposito Terraconensi. Cum dudum ad nostram audentiam pervenisset quod venerabilis frater noster .. Barchinonensis episcopus, in monasterium Sancti Cucuphatis, ordinis sancti Benedicti, quod juris et proprietatis Apostolicæ Sedis existit, in prejudicium Ecclesie Romane indebitam sibi jurisdictionem usurpans, ab .. abbate ipsius monasterii exhiberi sibi obedientiam et reverentiam pro libito faciebat: dilectis filiis .. Fontis Frigidii, Cisterciensis ordinis, .. Rivipollensi et .. Sancti Benedicti de Bagis abbatibus, Narbonensis et Vicensis diocesium, dedimus nostris litteris in mandatis ut, inquisita super hoc et cognita veritate, si esset ita, dictum episcopum ut ab hujusmodi presumptione desisteret, monitione premissa, sub[moto] ap[pellationis] ob[staculo], auctoritate nostra compellerent, prout exigeret ordo juris. A quibus idem episcopus dicitur appellasse, pro eo quod, sicut asserit, ipsi cum diocesano suo similem causam habent, et quod dicti monasterii existunt monachi, ac etiam dictus Sancti Cucuphatis abbas erat ex diversis causis vinculo excommunicationis astrictus. Cumque iudices ipsi cause processum, in modum inquisitionis habitum, ad nostram presentiam remisissent, et coram bone memorie J[ohanne] Sabinensi episcopo, quem dicto abbati Sancti Cucuphatis et B. de Pinellis, procuratori ejusdem episcopi, super exceptionis causa sufficiens ad agendum et defendendum mandatam habentem, constitutis in presentia nostra, concessimus auditorem, fuerit hinc inde aliquandiu disceptatum: idem tandem auditor dictum procuratorem, appellationi ab eodem episcopo interposite, cujus cause probate non fuerant, dictis iudicibus exceptiones super hoc propositas admittere non negantibus, causa subterfugii inherentem, justitia exigente, decrevit debere super principali procedere, appellatione hujusmodi non obstante: illum, nomine dicti Barchinonensis episcopi, quem constabat

abbatem eundem, per multas dilationes frustratorias et appellationes frivolas, fatigasse diu laboribus et expensis, ipsi abbati, ab eodem prius juramento recepto et taxatione prehabita diligenti, de mandato nostro in centum libris Turonensis monete pro expensis sententialiter condemnando. Verum, cum dilectus filius noster S[tephanus], tituli Sancte Marie in Transtiberim presbiter cardinalis, quem, eodem Sabinensi episcopo interim sublato de medio, dictis partibus concessimus auditorem, tam premissa quam ea que fuerunt hinc inde proposita coram eo, nobis fideliter retulisset: nos processum judicium predictorum, justitia exigente, cassavimus, cum intentionis nostre non fuerit ut, omisso juris ordine, per inquisitionis modum procederetur in negotio memorato. Ceterum, licet idem cardinalis, de speciali mandato nostro, procuratori precepisset eidem ut responderet libello super exceptionis causa pro dicti abbatis parte porrecto, sub pena excommunicationis nichilominus inhibendo ne a curia sine mandato nostro recederet speciali: tamen idem, temere asserens se a nobis ad respondendum non posse compelli, absentavit se contumaciter et recessit. Quare supradictus abbas incurrit dampna gravia et expensas: super quo sibi petiti Apostolicæ Sedis providentia subveniri. Nos igitur, de ipsius procuratoris contumacia per cardinalem eundem sufficienter instructi, nolentes ipsum de hujusmodi contumacia gloriari, mandamus quatenus, eum juxta taxationem vestram in expensis quas, propter ejus contumaciam, dictum abbatem per juramentum suum in eadem causa vel ob eam vobis fecisse¹ constiterit, condemnantes, tandiu eidem abbati procuratoris ipsius proventus ecclesiasticos integre ministretis, donec sit ei de ipsis expensis plenarie satisfactum. Contradictores etc. Supradictum vero Barchinonensem episcopum ut eidem abbati supradictas centum libras sine dilacione ac difficultate persolvat, monitione premissa, sub[moto] ap[pellationis] ob[staculo], auctoritate nostra cogatis; ac, super exemptione monasterii, ecclesiarum, clericorum et hominum ejusdem, vocatis qui fuerint evocandi, et restituito in statum debitum quicquid in ipsius monasterii vel membrorum ejus, aut ab aliqua partium in alterius prejudicium, post priorum judicium citationem emissam, inveneritis temere attemptatum, audiatis causam et eam, sufficienter instructam, ad nostrum remittatis examen; prefixo partibus termino peremptorio competentis, quo nostro se conspectui representent, j[us]tam].

1. Les mots : « vobis fecisse » sont répétés deux fois dans le manuscrit.

ac[tor]e] Domino. sententiam recepturæ. Et si forsân memoratus episcopus litem infra duos menses noluerit contestari, mandetis eisdem ut termino peremptorio, p[re]figendo a vobis, cum rationibus et munimentis suis per procuratores idoneos compareant coram nobis, ut, postpositis diffugiis, possit negotium secundum juris ordinem terminari. Testes etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, VII kalendas junii, anno duodecimo. »

-1390

Latran, 26 mai 1238.

Decano, archidiacono et Henrico, canonico Thebanis, late scribit de causa inter abbatem conventumque monasterii de Dalphino (= Daphni), Cisterciensis ordinis, Atheniensis diocesis, ex una parte, et Albertum Boccerannum, militem, Nigripontensis diocesis, tutorem F. et sororum ejus, filiarum quondam B., ejusdem Alberti fratris, ex altera, super casali de Liconia ejusque pertinentiis jam dudum exorta; eis mandat quatenus dictum monasterium in possessionem casalis prædicti, causa custodia, inducant et defendant inductum. — (REG. 19, f. 25 v°; ann. XII, c. 133; — cf. *supra*, n. 2671, 3214 et 3583.)

« .. decano, .. archidiacono et Henrico, canonico Tebanis. Cum olim, dilectis filiis .. abbate et conventu monasterii de Dalphino, Cisterciensis ordinis, Atheniensis diocesis, referentibus, intellecto quod in causa que inter ipsos, ex parte una, et A[bertum] Boccerann[um], militem, Nigripontensis diocesis, tutorem F. ac sororum ejus, filiarum quondam B., fratris sui, nomine ipsarum, ex altera [etc., ut *supra*, in litteris sub numero 3583 notatis, usque :] impetratas, non poterat haberi processus [etc., ut *supra*, in eisdem litteris, usque :] subtrahente : venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Corinthiensi, tunc Argolicensi episcopo, et collegis suis nostris dedimus [etc., ut *supra*, in eisdem litteris, paucis mutatis, usque :] destinari, et idem cardinalis² cautionem a procuratoribus ipsis et patre ejusdem militis de mandato nostro receperit speciali, quod dicti adversarii in subscripto termino personaliter vel per procuratores idoneos, sufficienter instructos, coram nobis cum suis rationibus comparerent, et interim dictum casale nec transferrent in alium nec alienare aliquatenus attemptarent, nullasque impetrarent a Sede Apostolica litteras super negotio memorato :

nos vobis direximus scripta nostra, ut partem citaretis utramque, terminum eis peremptorium, festum videlicet beati Michaelis venturum tunc proximo, p[re]figendo, quo per se vel per procuratores sufficientes et idoneos in nostra presentia comparerent. facturæ ac recepturæ quod ordo juris exposceret rationis, extunc in dictos P. et F. ac sorores ipsius F., si secus agerent, excommunicationis sententiam proferentes, et facientes eam usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari. Comparente itaque procuratore ipsius monasterii in predicto termino coram nobis, ac petente dictum casale, cum pertinentiis suis, nomine ipsorum abbatis et conventus sibi restitui, quod asserebat jure domini vel quasi ad præfatum monasterium pertinere, ac fructus perceptos ex eis, quos decem milia yperpera extimabat : licet coram eodem cardinali, denuo audire concessio. partis alterius comparuerit procurator, iudicium tamen subire recusans, fori exceptionem opposuit coram ipso. At idem cardinalis, relatis nobis fideliter que fuerunt proposita coram eo, de speciali mandato nostro interloquendo decrevit quod, exceptione hujusmodi non obstante, deberet apud Sedem Apostolicam de causa ipsa cognosci; a qua interlocutoria quamquam idem procurator ad nostram audientiam appellasset, appellationem tamen emissam infra prefixum sibi terminum prosequi non procurans, contumaciter ab ejusdem presentia cardinalis abscessit. Ne igitur contumax melioris quam obediens condicionis existat, p[re]cipiendo mandamus quatenus dictum monasterium in possessionem casalis prædicti, causa custodie, inducat et defendatis inductum, amoto ab eo quolibet detentore in quem, post nostre citationis edictum, translatus forsân casale invenerit[is] supradictum. Contradictores etc. Quod si non omnes etc. Dat. ut *supra*. »

-1391

Latran, 31 mai 1238.

Priori et fratribus Sancti Andreae de Litore, Castellanae diocesis, significat se quod a Johanne, abbate de Brundulo, Cisterciensis ordinis, et Albrico, priore fratrum Prædicatorum de Venetiis, factum erat, — utpote qui auctoritate apostolica statutorum ipsorum prioris et fratrum rigorem tam circa jejuniarum observantiam quam circa ciborum, lectorum et vestium usum, et quaedam alia temperaverant, — confirmare; inserto sub sua bulla prædictorum Johannis abbatis et Albrici prioris chartæ tenore. — (REG. 19, f. 26 r°; ann. XII, c. 134; — cf. *supra*, n. 1326 et 1885.)

« .. priori et fratribus Sancti Andreae de Litore. Castel-

1. La forme complète Albertus est donnée par les pièces 2671 et 3214. Dans ces deux pièces, on lit: Boharon; dans la pièce 3583: Bocherann.

2. C'est-à-dire: Rainerius, Sancte Marie in Cosmidin diaconus cardinalis.

lanc diocesis. Quotiens, apostolice provisionis — Sane, vobis olim significantibus in statutis vestris aliqua contineri, que observari non poterant absque lesione corporum et jactura domorum, dilectis filiis .. abbati de Brundulo, Cisterciensis ordinis, et .. priori fratrum Predicatorum de Venetiis per nostras dedimus litteras in mandatis ut, ad predicta loca personaliter accedentes, si, statutis vestris diligenter inspectis, difficultates in eis aliquas invenirent, que ad lesionem vergerent et jacturam corporum et domorum, ipsa moderarentur, discretione preambula, diocesani episcopi in omnibus jure salvo. Cum itaque predicti abbas et prior, juxta formam sibi traditam in ipso negotio procedentes, statutorum ipsorum rigorem tam circa jejuniorum observantiam quam circa ciborum, lectorum et vestium usum, et quedam alia, circumspectione provida temperarint, sicut in eorum litteris inde confectis plenius continetur: nos, vestris piis precibus misericorditer annuentes, quod ab eis super hiis regulariter ac provide actum est, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus; tenorem statutorum hujusmodi presentibus de verbo ad verbum inseri facientes; qui talis est:

[1292]

[1238.]

[Charta predictorum Johannis, abbatis monasterii de Brundulo, Cisterciensis ordinis, et fratris Albrici, prioris fratrum Predicatorum de Venetiis, qua statuta fratrum ecclesie Sancti Andree de Litore circa quedam temperantur. — (Reg. 19, f. 26 v^o.)]

« In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Amen.
 » Nos Johannes, abbas monasterii de Brundulo, Cisterciensis ordinis, et frater Albricus, prior fratrum Predicatorum de Venetiis, ex commissione domini pape Gregorii personaliter accedentes ad Sanctum Andream de Litore et habentes pre oculis solum Deum, statuta ipsorum nobis fecimus exhiberi, et, consideratis difficultatibus diligenter, que continentur in eis, quedam ibi invenimus adeo magni gravaminis, ut a fratribus predictae ecclesie absque gravi lesione corporum et jactura dicti loci nequeant tolerari, sicut ipsi coram nobis apertissime testantur. Unde, cum ipsi nobis devote ac humiliter supplicarent ut cum eis misericorditer ageremus, auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, habito diligenti consilio, et attendentes fratrum gravamina supradicta, et utilitatem tam presentium

» quam eorum qui in futuris temporibus in eodem loco debent Domino deservire, cum speremus quod ille ordo tam in personis quam in domibus debeat, dante Domino, dilatari, sicut de die in diem manifeste videmus, cum tot ad eos confluant, quod non possint eos loca capere, que nunc habent: cum eis ita duximus dispensandum, quod jejunent secundum Cisterciensis ordinis instituta, videlicet quod a festo sancte Crucis usque ad Pascha continuum servent jejunium: cum laborantibus vero extra claustrum et cum itinerantibus prior dispensandi habeat potestatem, prout sibi videbitur expedire, nisi in jejniis generalibus ab Ecclesia constitutis. A Pascha vero usque ad festum sancte Crucis bis in die reficiantur, exceptis jejniis ab Ecclesia constitutis. In toto autem Adventu et Quinquagesima, et jejniis generalibus ab Ecclesia constitutis, et omni sexta feria, quadragesimali utantur cibo, nisi ea die Natalis Domini advenierit, aut essent in locis in quibus aliter commederetur, vel nisi precipuum festum fuerit. Aliis vero temporibus, possint uti ovis, caseo et lacte; duo pulmenta, si fieri potest, habeant singulis diebus, preter fructus, et quod prior vel ejus vicarius possit superaddere, si viderit expedire et facultas permiserit.

« Item, de habitu fratres duas tunicas habeant, capam, unum scapulare cum pellibus agninis vel ovinis, et simplex scapulare, quo utantur in labore et aliis utilitatibus domus; pileum sive zuppam, sive pillicum, camisiam laneam, femoralia de lino et calcamenta competentia, cingulum et cultellum. Coctam non induant, nisi quando ministrant altari. Super culcitrae autem in conventibus suis non dormiant, sed super stramenta et lanea vel filra jacere licebit. Linteamen unum de stupa vel lana cum sclavina vel cultram habeant. Capitalia de plumis habere poterunt, que habeant in longitudine duos pedes, in latitudine unum et dimidium. Cum camisia lanea et cincti dormiant. Et omnibus supradictis utantur tam clerici quam conversi.

« Item mulieres ad cohabitandum in consortium nullatenus admittant.

« Nullus etiam vestri collegii proprium aliquod habeat. Ab esu carniū et sagimine omnes generaliter abstineant, preter debiles et egrotos, circa quos pia sit rectoris consideratio. In quibus et in aliis omnibus sit eidem rectori licitum cum discretione, omnium virtutum matre, secundum uniuscujusque debilitatem, infirmitatem et necessitatem, in vestibus, in alimentis et ordinatis licentis dispensare. »

« Nulli ergo —. Dat. Laterani, II kalendas junii, anno duodecimo. »

1393

Lateran, 3 juin 1238.

Archiepiscopo Rothomagensi mandat quatenus Victori, rectori ecclesie de Povilla, — qui, praeter ecclesiam ipsam, curam habentem animarum annexam, duo alia consimilia beneficia ante concilium generale obtinuerat, quorum omnium pretentus triginta librarum Turonensium valentiam non excolebant, — « dicta beneficia resignanti et satisfaciendi » de proventibus ex beneficiis taliter obtentis perceptis », provident in ecclesiastico beneficio competenti; quod pro satisfactione jamdictorum proventuum ipse archiepiscopus receperit ab eodem rectore, conservet in Terrae Sanctae subsidium transmittendum, praescriptis beneficiis nihilominus personis idoneis per eos ad quos pertinent, conferendis. — (REG. 19, f. 26 v; ann. XII, c. 135; — MOREAU 1192, f. 91.)

« .. archiepiscopo Rothomagensi. Accedens ad Sedem —. Dat. Laterani, III nonas junii, anno duodecimo. »

1394

Lateran, 4 juin 1238.

Archiepiscopo Gneznensi concedit ut per Gneznensem provinciam ante se deferri faciat signum crucis, nisi cum quis fuerit in Polonia Apostolicae Sedis legatus constitutus. — (REG. 19, f. 27 r; ann. XII, c. 136; — MOREAU 1192, f. 96, ex RAYNALDO; — POTHAST 10612.)

« .. archiepiscopo Gneznensi. Considerans diligenter quod —. Dat. Laterani, II nonas junii, anno duodecimo. »

1395

Lateran, 1 juin 1238.

Priori Sancti Victoris Parisiensis scribit de questione mota inter episcopum Parisiensem, ex una parte, et magistrum scholaresque Parisienses, qui, praetextu ejusdem indulgentiae apostolicae, constitutiones quasdam ediderant in enervationem jurisdictionis praedicti episcopi, ex altera; ei mandat quatenus eodem episcopum, magistrum et scholares ad concordiam studeat revocare; alioquin, inspecta indulgentia de qua agebatur, rationes partium in scriptis redactas ad Sedem Apostolicam transmittat. — (REG. 19, f. 27 r; ann. XII, c. 137; — DENIFLE et CHATELAIN, *Charitularium Universitatis Parisiensis*, t. I (1889), p. 166, n° 121.)

« .. priori Sancti Victoris Parisiensis. Transmissa nobis venerabilis fratris nostri .. Parisiensis episcopi conspecto patefecit quod magistri et scholares Parisienses.

praetextu ejusdem indulgentiae quam a Sede Apostolica se obtinuisse proponunt, ut videlicet privare possint beneficio societatis suae eos qui rationabilibus constitutionibus et ordinationibus suis presumpserint contraire, ipso irrequisito, qui requiri debet de jure, constitutiones quasdam in suae jurisdictionis enervationem facere presumpserunt; et si quando idem, utendo jure suo, eis se velit opponere in hac parte, ipsi magistros et scholares obediens eidem supponunt protinus banis suis. Quidam etiam magistri et scholares, propria luca sectantes et studentium profectibus invidentes, fieri procurant conventicula insueta, occasione quorum interdicitur studium et jurisdictioni suae circa magistros et scholares non modicum detrahitur antedictis. Preterea, cum idem, cancellaria Parisiensis vacante, sit in possessione vel quasi licentiandi proventus ad officium magistratus, prefati magistri, ei super hoc se indebite opposentes, quosdam scholares rationaliter licentiatis ab ipso, ad docendum pro suae voluntatis arbitrio non admittunt, scholares suos subtrahentes eidem: ac insuper scholares ipsos et magistros sub quibus licentiari inceperunt predicti, a societate sua excludunt, in ejus praedictum et gravamen; alias, abutendo indulgentia memorata, injuriosi existentes ei plurimum et molesti —. Mandamus quatenus, episcopo, magistris et scholaribus antedictis ad tuam presentiam evocatis, ipsos de plano, absque judiciorum strepitu, ad concordiam studeas revocare. Alioquin, inspecta indulgentia, si quam habent, et auditis utriusque partis rationibus et plenius intellectis, eas fideliter in scriptis redactas¹ sub sigillo tuo nobis destinare procures. Dat. ut supra. »

1396

Lateran, 20 mai 1238.

Decano et capitulo Leodiensibus significat se arbitrium inter ipsos, ex una parte, et episcopum Leodiensem, ex altera, super diversis articulis latum, — revocato statuto ab eodem episcopo in ipsorum praedictum edito, ex quo certa pecuniae summa de rebus singulis venalibus civitatis Leodiensis absque capitulo assensu exigebatur, — confirmare. — (REG. 19, f. 27 r; ann. XII, c. 138.)

« .. decano et capitulo Leodiensibus. Ea que iudicio —. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis quod, cum nullus de rebus venalibus civitatis Leodiensis absque vestro assensu et auctoritate debeat

1. Ms.: redactis. — DENIFLE et CHATELAIN ont suivi la leçon du *Registre*.

ordinare. venerabilis frater noster .. Leodiensis episcopus pro sua statuit voluntate ut de rebus singulis supradictis. preter justum pretium quod datur pro eis, certa summa pecunie solveretur, in vestrum prejudicium et gravamen. Cumque postmodum inter vos, ex parte una, et eundem episcopum, ex altera. super hoc jurisdictione ordinaria et aliis articulis coram venerabili fratre nostro .. Tusculano episcopo et dilectis filiis nostris R[aynerio], Sancte Marie in Cosmidin, et O[tone]. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconis cardinalibus. quos partibus concessimus auditores. questio fuisset diutius agitata, et iidem statutum ipsius episcopi revocari mandassent : tandem, ipsis mediantibus, in [...] Villariensem, Cisterciensis, et .. Florentiensem, Premonstratensis ordinum, abbates, et magistrum G[erardum] de Lauduno, canonicum Remensem, super predictis fuit a partibus tanquam in arbitris concorditer compromissum. Quorum duo, tertio legitime excusato, juxta predictorum auditorum mandatum. statutum predicti episcopi revocarunt. super aliis equum inter partes arbitrium proferentes, prout in litteris inde confectis dicitur plenus contineri ; quod petitiis apostolice munimine roborari. Nos igitur, vestris justis postulationibus grato co[n]currentes assensu, arbit[ri]um ipsum, sicut est equum et ab utraque parte sponte receptum, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo —. Si quis autem etc. Dat. Laterani, XIII kalendas junii, anno duodecimo. »

4397

Anagni, 10 août 1238.

Regi Francie significat se, juxta ejus preces, Sorano episcopo, Apostolice Sedis legato, sub certa forma absolutionem Raymundi VII, comitis Tholosani, commisisse, eumque rogat et hortatur quatenus ab eodem comite sufficientem cautionem recipiat, quod in proximo generali passagio cum aliis Ultramontanis transfretabit, in obsequio Terrae Sanctae pro triennio moraturus. — (REG. 19, f. 27 v° ; ann. XII, c. 139 ; — POTTHAST 10641.)

« .. *illustri regi Francie* 2. Pro nobili viro .. comite Tolosano a nobis per venerabilem fratrem nostrum ..

1. Cf. *supra*, n° 4174, et *infra*, ann. XII, c. 179.

2. Cette pièce a été biffée dans le *Registre* par des traits au minimum ; il y a des traces de modification dans la date. — Cf. plus loin (ann. XII, c. 430) une bulle identique, également adressée au roi de France, mais portant la date *II nonas junii* (= 4 juin de la même année), et où le légat mentionné est l'évêque de Préneste au lieu de l'évêque de Sora. Cf. *supra*, n. 4337 et 4347.

Claromontensem episcopum postulasti ut haberemus eundem in suis justis petitionibus commendatum. Verum, quia idem comes, suis culpis exigentibus, multiplici excommunicationum vinculo est astrictus, sic tuis precibus nos oportet annuere, ne videatur omitti ecclesiasticæ debitum discipline. Tue igitur serenitatis obtentu, venerabili fratri nostro .. Sorano¹ episcopo, Apostolice Sedis legato, sub certa forma commisimus absolutionem comitis memorati, regie providentie provenire studio cupientes ut, sicut idem comes per te ab Ecclesia gratiam desideratam consequitur, sic eidem per ipsum sinceritas devotionis et fidei compensetur. Tuam itaque celsitudinem rogamus et hortamur in Domino Ihesu Christo quatenus, postquam tibi per insinuationem episcopi memorati consterit quod per ipsum prefatus comes sit a predictis excommunicationum vinculis absolutus, et quod ad plenum se beneplacitis coactet Ecclesie, sicut fuit nobis ex parte ipsius per nuntios speciales oblatum, ac in eo adeo manifesta signa devotionis appareant, quod dignis favore Sedis Apostolice possit non immerito reputari : tu, de consilio prelatorum quos ad hoc videris expedire, ab eodem comite, preter juratoriam, sufficientem et idoneam cautionem recipias, quod in proximo generali passagio, juxta sue nobilitatis potentiam, cum Ultramontanis aliis transfretabit, in obsequio Terre Sancte pro triennio moraturus, non obstante² quod se ad manendum ibidem per quinquennium noscitur obligasse, de quo sibi biennium de speciali gratia duximus relaxandum. Ceterum, quia gaudenter advertimus quod quasi hereditario jure piis operibus intendere delectaris, intuitu Regis eterni, cujus in hiis causa geritur, circa receptionem³ predictæ cautionis ita provideas, quod Deo et Ecclesie nullatenus illudatur. Dat. Anagnie, III idus augusti⁴, anno duodecimo. »

4398

Latan, 5 juin 1238.

Episcopo Praenestino, Apostolice Sedis legato, de eadem

1. Le mot : « Sorano » résulte d'une correction.

2. Le membre de phrase : « non obstante quod se ad... duximus relaxandum », a été écrit après coup dans la marge extérieure ; il ne figure pas dans la pièce dont nous venons de parler (ann. XII, c. 430).

3. Ms. : redemptionem. — Dans l'original des Archives nationales publié par TEULET, *Layettes du Trésor des Chartes*, t. II, p. 386, n° 2736, et dans la pièce sus-indiquée (ann. XII, c. 430), il y a bien « receptionem ».

4. Les mots : « Anagnie, III idus augusti » résultent d'une correction.

re scribens, mandat quatenus, postquam [Raymundum VII], comitem Tholosanum, absolverit ab excommunicationibus quibus teneatur astrictus, [Ludovico], regi Francie, hanc absolutionem notam faciat, eundemque regem moneat quod sufficientem cautionem a praedicto comite recipiat, quod in proximo generali passagio cum aliis Ultramontanis transfretabit, in obsequio Terrae Sanctae per triennium moraturus. — (REG. 19, f. 27 v°; ann. XII, c. 140.)

« .. *episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato*¹. Presentium tibi auctoritate mandamus quatenus, postquam nobilem virum .. comitem Tolosanum absolveris ab excommunicationum sententiis quibus per eo quod in multis Deum et Ecclesiam, personas ecclesiasticas et ecclesiasticam offenderit libertatem, tenetur astrictus, karissimo in Christo filio nostro .. illustri regi Francie absolutionem hujusmodi tuis litteris intimare procures, diligenter moniturus eundem quod, sicut ex litteris nostris accepit, preter juratoriam, sufficientem et idoneam cautionem a comite memorato recipiat, quod [etc.. in superioribus litteris, sub numero 4397 notatis, usque :] moraturus. Et si forte dictus rex ad hoc tuis monitis et exhortationibus, quod absit ! non possit induci, tu, de consilio prelatorum terre ac aliorum, super hoc procedas sicut honori Dei et Ecclesie ac negotio pacis et fidei videris expedire. Dat. Laterani, nonis junii, anno duodecimo. »

4399

Latran, 3 juin 1238.

Eidem mandat quatenus praedicto [Raymundo VII], comiti Tholosano, cum sufficientem cautionem praestiterit de transeundo in subsidium Terrae Sanctae ac ibi per triennium morando, terminum solutionis decem milium marcarum argenti, quae idem comes se, in reformatione pacis, pro restauratione damnum ecclesiarum terrae suae illatorum, solutum promiserat, usque ad apostolicum beneplacitum proroget. — (REG. 19, f. 27 v°; ann. XII, c. 141.)

« *Eidem*². Ex parte nobilis viri .. comitis Tolosani fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum non sufficiat

1. Comme la précédente, cette lettre est biffée dans le *Registre* par des traits au minium; on n'y remarque aucune trace de remaniement. — On la retrouvera plus loin, avec la même date, dans l'Appendice I à la XII^e année (ann. XI, c. 421); à cette seconde place, elle n'est pas biffée.

2. Cette pièce est biffée, comme les deux précédentes, par des traits au minium; on n'y remarque aucune trace de remaniement. — On la retrouvera deux fois dans la suite de cette publication : 1^o avec la même adresse à l'évêque de Preneste, et la date du 4 juin, dans la première série de pièces faisant suite au *Registre* proprement dit de la XII^e année (ann. XII, c. 422);

ad solutionem decem milium marcarum argenti quae se, in reformatione pacis, promiserat solutum, pro restauratione dampnum illatorum ecclesiarum terrae suae, tum quia ipsa quasi guerris et sterilitate temporis plurimum est afflicta, tum etiam quia pro Terre Sanctae subsidio, ad quam tenetur in proximo generali passagio transfretare, oportet eundem magna subire onera expensarum : de benignitate paterna sibi memoratam pecuniam remittere curavimus. Volentes igitur eundem comitem sic gratia prosequi, quod dictarum ecclesiarum justitia non ledatur, mandamus quatenus, eo prestante sufficientem et idoneam cautionem de transeundo in ejusdem Terre Sanctae subsidium ac morando ibidem, juxta formam quae in directis karissimo in Christo filio nostro .. illustri regi Francie apostolicis litteris continetur, ei terminum solutionis hujusmodi usque ad nostre prorogae beneplacitum voluntatis. Dat. Laterani, III nonas junii, anno duodecimo. »

4400

Latran, 13 avril 1238.

Fratribus ordinis Minorum in terras Saracenorum et Paganorum proficiscentibus, innovans privilegium ab ipso papa die 17 maii, anno 1233, datum², concedit ut possint proponere verbum Dei, et illarum partium homines per ipsorum ministerium ad unitatem fidei Christianae converti cupientes, recipere ac baptizare, illosque Ecclesiae filii aggregare et aggregatos clericali caractere insignire, nec non eos qui, per apostasiam, schisma vel haeresim a confessione nominis Christiani recedentes, inter Saracenos et Paganos habitant, absolvere. — (REG. 19, f. 28 r°; ann. XII, c. 142; — POTTHAST 10569.)

« *Fratribus ordinis Minorum in terras Saracenorum et Paganorum proficiscentibus*. Pro zelo Christiane —. Dat. Laterani, idibus aprilis, anno duodecimo. »

4401

Latran, 4 juin 1238.

Regem Portugaliae monet et hortatur quatenus, ab eccle-

2^o adressée à l'évêque de Sora, avec la date du 9 août, dans le corps même du *Registre* de la XII^e année (ann. XII, c. 221). Ni l'une ni l'autre de ces deux autres copies n'est biffée.

1. Ce mot Sancte ne se retrouve dans aucune des deux autres transcriptions de cette pièce dont nous venons de parler (ann. XII, capit. 221 et 422).

2. Cf. POTTHAST 9197; ce privilège fut deux fois renouvelé par Innocent IV (POTTHAST 11462 et 14014); POTTHAST mentionne encore cette même bulle, sous le n° 10513, avec la date III kalendas februarii (= 30 janvier 1238), d'après SBARALEA, *Bullarium Franciscanum*, t. I, p. 231, n° 245.

siarum et clericorum gravaminibus penitus conquiescens, et decanum Ulixbonensem et eidem adhaerentes recipiens in gratiam et favorem, illos, restitutus primitus bonis suis, redire ad loca sua et secure ibidem morari permittat, et ab aliquo ipsi regi subjecto molestari non patiatur; alioquin timeat ne papa contra ipsum regem potentiam saecularis auxilii invocet. — (REG. 19, f. 28 r°; ann. XII, c. 143; — MOREAU 1192, f. 97; — POTTIAST 10611; — cf. *supra*, n° 4333.)

« .. illustri regi Portugalie, spiritum consilii sanioris. Si tua sublimitas —. Dat. Laterani, II nonas junii, anno duodecimo. »

4102

Latran, 8 juin 1238.

Episcopo Constantiensi, abbati Sancti Urbani, Cisterciensis ordinis, Constantiensis diocesis, et praeposito Spirensi late scribit de causa exorta occasione duplicis electionis in capitulo Curiensi celebratae, canonice, a decano, custode et quibusdam aliis, de C[onrado], praeposito Ymbriacensi (= Embrach), Curiensi canonico, viro, ut dicebatur, litterato et provido, ex una parte, et minus canonice, a reliquis, de Volcardo, canonico similiter Curiensi, insufficienti, ut dicebatur, ad hoc et indigno, ex altera, in episcopum Curiensem; eis mandat quatenus excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias relaxantes, quas archiepiscopus Maguntinus in illos qui contradicebant electioni praedicti Volcardi et in eorum ecclesiam fulminaverat, causam eandem audiant et sufficienter instructam ad examen apostolicum remittant, praefixo tam electoribus quam electis termino peremptorio competenti, quo iidem electi personaliter et electores per procuratores coram ipso papa compareant, justam sententiam recepturi. — (REG. 19, f. 28 r°; ann. XII, c. 114; — POTTIAST 10616; — J. BERNOLLI, *Acta Pontificum Helvetica*, t. 1, p. 130, n° 195.)

« .. episcopo Constantiensi, .. abbati Sancti Urbani, Cisterciensis ordinis, Constantiensis diocesis, et .. preposito Spirensi. Ex parte .. decani —. Dat. Laterani, VI idus junii, anno duodecimo. »

4103

Latran, 7 juin 1238.

Frates militiae Templi apud Halap (= Alep) a Sarracenis in captivitate detentos consolatur et ad tolerantiam hortatur, eisque promittit se ipsorum liberationi operam daturum. — (REG. 19, f. 28 v°; ann. XII, c. 145; — MOREAU 1192, f. 106; *ibid.* 1191, f. 322, ex RAYNALDO; — POTTIAST 10614.)

« Fratribus militiae Templi apud Halap in Sarracenorum captivitate detentis. Ex frumento panis —. Dat. Laterani, VII idus junii, anno duodecimo. »

4101

Latran, 7 juin 1238.

Eisdem et aliis Christianis apud Halap (= Alep) a Sarracenis in captivitate detentis indulget ut a fratre Manasserio vel a quolibet alio ordinis Minorum fratre, vel, eorum non habita copia, a sacerdotibus Jacobitis paenitentiam et sacramentum Eucharistiae recipere nec non absolvi possint. — (REG. 19, f. 28 v°; ann. XII, c. 116; — POTTIAST 10615.)

« Eisdem et aliis Christianis etc., ut supra. Auctoritate vobis presentium —. Dat. ut supra. »

4105

Latran, 9 juin 1238.

Episcopo Oxomensi, cancellario regis Castellae et Legionis, scribit de S. Gometii, qui se quondam pro electo Ulixbonensi gesserat, nec non de his quae praesumpserat idem S. tam ante provisionem de ipso factam quam post appellationem super hoc ad Sedem Apostolicam interjectam; ei mandat quatenus statuta edita, locationes bonorum Ecclesiae factas, collationes beneficiorum et dignitatum concessas, et sententias excommunicationis, suspensionis et interdicti latas ab eodem S., vel ejus mandato aut auctoritate, denuntiet penitus nulla esse, eaque mandat aliquatenus non servari. — (REG. 19, f. 28 v°; ann. XII, c. 147; — cf. *supra*, n° 4333.)

« .. episcopo Oxomensi, cancellario karissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Castellae et Legion[is]. Cursu prepropero et —. Dat. Laterani, V idus junii, anno duodecimo. »

4106

Latran, 7 juin 1238.

Episcopo Eliensi, prioris et conventus Cantuariensis ecclesiae precibus inclinatus, mandat quatenus cum Waltero Londoniensi, Henrico de Sandewico et Giliberto de Byham, magistris, ipsius ecclesiae clericis, dispenset ut, « si defectum non patiuntur natalium vel etatis, et alias honestatis » ac scientie meritis adjuvantur, « eorum quilibet, preter » obtentum beneficium, curam habens animarum annexam, « si de illo non potest comode sustentari, unum aliud, simili » lem curam habens, recipere valeat. — (REG. 19, f. 29 r°; ann. XII, c. 118.)

« .. episcopo Eliensi. Procedit ex meritis —. Dat. Laterani, VII idus junii, anno duodecimo. »

4107

Latran, 8 juin 1238.

Abbati et conventui monasterii de Marola, Reginae dioec-

1. Ms. : Gomerii, pour Gometii; cf. *supra*, n° 4333.

cesis, significat se confirmare unionem a [Nicolao], Regno episcopo, fratre Stephano, priore provinciali fratrum Prædicatorum in Lombardia, et [O.], archidiacono Vicentino, factam, de ipsorum monasterio cum monasterio de Campagnola; inserto sub sua bulla prædictorum episcopi, prioris provincialis et archidiaconi de eadem unione chartæ tenore. — (REG. 19, f. 29 r^o; ann. XII, c. 149; — cf. *supra*, n. 3672 et 4021.)

« .. abbati et conventui monasterii de Marola, Regin[e] diocesis. Cum a nobis petitur etc., usque : effectum. Porrecta siquidem nobis vestra petitio continebat quod, intellecto nos olim quod monasterium de Marola, ordinis sancti Benedicti, quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, adeo collapsum erat in spiritualibus et temporalibus diminutum, ut nulla spes esset, quod valeret de cetero resurgere per se ipsum, et vos, emulantes virtutum carismata meliora fratrum monasterii de Campagnola, quod similiter beati Petri juris existit, cum, secundum institutiones ipsorum, non minor ibi rigor observantia regularis quam in regula beati Benedicti servetur, ordinem assumere velletis ipsorum, et quasi unum corpus cum eis sub regula beati Augustini et eorum observantia Domino describere : nos, vestrum laudabile propositum commendantes, venerabili fratri nostro .. Regin[o] episcopo, fratri Stephano, priori provinciali fratrum Prædicatorum in Lombardia, et .. archidiacono Vicentino nostris dedimus litteris in mandatis ut, si vos, vel major et sanior pars vestri in hoc unanimiter concordaret, et utriusque loco expedire viderent, dicta monasteria continerent, monasterium de Marola, cum sit antiquius, caput ordinis statuentes; predicta regula sancti Augustini et ejusdem monasterii de Campagnola constitutionibus et observantia in omnibus semper salvis. Qui, ad monasterium vestrum de Marola personaliter accedentes, tam votis vestris quam Bonaventure, Henrici et Deodati, fratrum monasterii de Campagnola, a .. priore et conventu suo habentium mandatum de rato, qui ad monasterium vestrum accesserant, diligentius exquisitis, quia invenerunt quod universi et singuli fratres utriusque monasterii, unioni hujusmodi prebentes assensum, eam fieri unanimiter postulabant, predicta monasteria, cum omnibus ecclesiis, obedientiis, grangiis et aliis pertinentiis et juribus suis, spiritualibus et temporalibus, unierunt, statuentes ut prefa-

tum monasterium de Marola ipsius ordinis caput existat, et omnes fratres utriusque monasterii, tanquam unum collegium, per unum gubernentur pastorem, sub regula beati Augustini, et constitutionibus et observantiis ac regularibus disciplinis monasterii de Campagnola in perpetuum moraturi¹, prout in instrumento publico inde confecto plenius continetur. Vestris itaque precibus inclinati, quod per predictos episcopum et ejus collegas super hiis provide factum est, ratum habentes, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communitus. Ad majorem autem cautelam, tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus duximus inserendum; qui talis est :

[4108]

15 mars 1238.

[Nicolaus, Reginus episcopus, frater Stephanus, prior provincialis fratrum Prædicatorum in Lombardia, et O., archidiaconus Vicentinus, declarant se monasterium de Marola, [ordinis sancti Benedicti,] cum monasterio de Campagnola univisse, et statuisse ut monasterium de Marola, cum esset antiquius, deberet esse caput ordinis; fratres utriusque monasterii sint de cetero unum collegium, et omnes unanimiter sub regula beati Augustini, et constitutionibus et observantiis prædicti monasterii de Campagnola Domino deserviant. — (REG. 19, f. 29 r^o.)]

« In nomine Domini. [Anno ejus Incarnationis]
» M^oCCXXXVIII^o, indictione XI, die XV intrante
» martio. Coram fratre Petro, priore fratrum Predi-
» catorum de Reg[io], magistro Martino, archipresbi-
» tero plebis Sancte Eulalie, Parmensis diocesis, Ni-
» colao, Adam et Scarlatino, servientibus domini
» episcopi Regin[i]. In nomine Patris et Filii et Spiri-
» tus Sancti. Amen. Nos Nicolaus, Dei gratia Reginus
» episcopus, et frater Stephanus, prior provincialis
» fratrum Prædicatorum in Lombardia, et O., archidia-
» conus Vicentinus, quibus dominus papa scripserat in
» hunc modum :

[4109]

Latran, 12 janvier 1238.

[Gregorius² papa nonus [Nicolao], Regno episcopo, fratri Stephano, priori provinciali fratrum Prædicatorum in Lombardia, et [O.], archidiacono Vicentino, scribit fratres monasterii de Marola, ordinis sancti Benedicti, Regine dioc-

1. Ms. : moraturi.

2. Cette bulle figure déjà dans le *Registre* de la XI^e année, dont elle est le capit. 349 (*supra*, n^o 4024).

1. Sic; encore une négligence de rédaction, nos étant exprimé plus loin : « nos, vestrum laudabile... »; il faudrait, tout au moins : « quod nos, intellecto olim quod... »

2. Cf. I Cor. XII, 31.

« cesis, ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinentis, adeo in spiritualibus et in temporalibus collapsi, quod nulla spes jam erat ut resurgere valeret per se ipsum, fratrum monasterii de Campagnola, similiter juris beati Petri existentis, ubi non minor observantiae rigor servabatur quam in monasteriis regulam sancti Benedicti observantibus, ordinem velle assumere, et cum eis sub regula beati Augustini et eorum observantiis Creatori deservire; unde eis mandat quatenus, si praedicti fratres de Marola, vel major et sanior pars eorum, in hoc concordaverint, et ipsi episcopus, prior et archidiaconus viderint utriusque loco expedire, praefatum monasterium de Marola eidem monasterio de Campagnola uniant, ipsumque monasterium de Marola, cum esset antiquius, caput ordinis statuunt; a praedicta regula sancti Augustini et ejusdem monasterii de Campagnola constitutionibus et observantiis in omnibus semper salvis. » — (REG. 19, f. 29 v°.)

« Gregorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri .. episcopo Regino, et dilectis filiis fratri Stephano, priori provinciali fratrum Predicatorum in Lombardia, et .. archidiacono Vicentino, salutem et apostolicam benedictionem. Sicut nobis ex —, Dat. Laterani, II idus januarii, anno undecimo, »

« suprascriptum mandatum apostolicum et ipsius formam et tenorem exequi cupientes, et ad suprascriptum monasterium de Marola personaliter accedentes, de facienda unione praedicta voluntates et vota fratrum et monachorum ejusdem inquisivimus et examinavimus diligenter; quibus examinatis et cognitis, invenimus non solum majorem partem fratrum ipsius capituli, verum etiam omnes unioni hujusmodi consentire. Voluntates quoque fratris Bonaventure, fratris Henrici et fratris Deodati, fratrum de Campaniola, qui erant presentes et quasi ad hoc habebant speciale mandatum, sicut apparet per publicum instrumentum, inquisivimus et examinavimus diligenter; qui unioni similiter hujusmodi consenserunt, et ipsam pro monasterio suo fieri unanimiter postularunt. Unde, ad honorem omnipotentis Dei et beate Marie, et apostolorum Petri et Pauli, et sacrosanctae Romanae Ecclesiae, et auctoritate suprascripta nobis concessa, et ad profectum et statum et communem utilitatem utriusque monasterii, de Marola videlicet et Campagnola, nec non et personarum degentium in eisdem, praefatum monasterium de Marola, cum omnibus ecclesiis, obedientiis, grangiis, rationibus et actionibus suis, realibus et personalibus, tam temporalibus quam spiritualibus, [et] jamdictum monasterium de Campagnola, similiter

« cum omnibus obedientiis, grangiis, actionibus et rationibus suis, realibus et personalibus, tam temporalibus quam spiritualibus inscriptis, unienda duximus ad invicem et unimus, ipsum monasterium de Marola, cum sit antiquius, caput ipsius ordinis statuentes; ita tamen ut de cetero fratres utriusque monasterii sint unum corpus, unum collegium et unus conventus, et omnes unanimiter sub regula beati Augustini, et constitutionibus et observantiis et regularibus disciplinis monasterii de Campagnola debeant Domino in perpetuum militare, et sub obedientia et disciplina et regimine unius pastoris et unius capituli gubernari. Actum in capitulo monasterii de Marola. Ego Martinus Oddonis Predarii, notarius sacri palatii, hiis omnibus interfui, audivi et rogatus scripsi. »

« Nulli ergo nostre confirmationis etc. Si quis autem etc. Dat. Laterani, VI idus junii, anno duodecimo. »

4110

Lateran, 12 juin 1238.

Jordano, archidiacono Menevensi, qui dicebatur intendere « hospitalitatis cultui et frequenti studio caritatis », significat se cum eo dispensare ut cum archidiaconatu Menevensi, qui habebat curam animalium annexam, et annua pensione duodecim marcarum cum adeptus erat in ecclesia de Helesam (= Hailsham), Cicestrensis dioecesis, unicum ecclesiasticum beneficium, habens curam similem, recipere et retinere valeat, ita tamen quod in archidiaconatu personaliter serviat et in altero beneficio per idoneum vicarium faciat deserviri. — (REG. 19, f. 29 v°; ann. XII, c. 150.)

« Jordano, archidiacono Menevensi. Dignum est ut —. Dat. Laterani, II idus junii, anno duodecimo. »

4111

Lateran, 13 juin 1238.

Patriarchae Hierosolymitano, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus plebanus et clericus Sancti Marci [de Accon] et alii Venetis commorantibus in Accon injungat ut infra annum privilegium, si quod habeant, ostendant, quare episcopo Acconensi de juribus episcopalibus respondere non teneantur. — (REG. 19, f. 30 r°; ann. XII, c. 151.)

« .. patriarche Hierosolimitano, Apostolice Sedis legato. Exposita nobis venerabilis fratris nostri .. Acconensis episcopi petitio continebat quod, cum nos olim, pro causa que inter ipsum, ex parte una, et .. plebanum ac clericos ecclesiae Sancti Marci et alios Venetos commorantes in Accon, ex altera, super jure parochiali ejus-

dem ecclesie vertitur, per dilectum filium .. abbatem Sancti Samuelis de Monte Gaudii, Premonstratensis ordinis, Jerosolimitane diocesis, partes ad nostram presentiam citari fecerimus, eisdem preceptorum terminum novem mensium, quo per se vel procuratores idoneos nostro se presentarent conspectui, prefigendo: eodem episcopo in prefixo termino personaliter comparante, et post predictum terminum per annum et amplius expectante, nullus pro parte adversa coram nobis comparuit responsalis; propter quod causa ipsa remansit hactenus indecisa, in ejusdem episcopi et ecclesie sibi commissis non modicum prejudicium et gravamen. Volentes igitur ut finis litibus imponatur, mandamus quatenus plebano et clericis ecclesie supradicte, ac aliis Veneticis commorantibus in Acon, ut infra unius anni spatium post citationem tuam, quod eis pro preceptorio volumus assignari, privilegium vel jus aliud speciale, si quod habent, ostendant, quare nominato episcopo de iuribus episcopalibus respondere et ei tanquam diocesano suo subesse minime debeant, auctoritate nostra districtius injungere non ommittas. Alioquin tu extunc eosdem ut episcopalia jura exhibeant, ut tenentur, et velut diocesano suo intendant episcopo sepefato —, compellas —. Dat. Laterani, idibus junii, anno duodecimo. »

-1112

Lateran, 13 juin 1238.

Abbati et conventui monasterii de Marmossolo (= Marmosoglio), Cisterciensis ordinis, significat se confirmare permutationem factam inter ipsos, ex una parte, et abbatem conventumque monasterii Sanctae Mariae de Gloria, Florentis ordinis, Anagninae diocesis, ex altera, « de grangia de Droga, posita » in tenimento Nimphano, et pertinentiis suis, et quibusdam » possessionibus », [ab abbate et oeconomio monasterii praedicti de Marmossolo abbati et oeconomio monasterii praedicti Sanctae Mariae de Gloria pro quibusdam possessionibus et quadam pecuniae summa traditis]; inserto sub sua bulla instrumenti publici exinde confecti tenore. — (REG. 19. f. 30 r^o; ann. XII, c. 152.)

« .. abbati et conventui monasterii de Marmossolo, Cisterciensis ordinis. Cum a nobis —. Dat. Laterani, idibus junii, anno duodecimo. »

[1113]

Anagni, 12 décembre 1237.

[Contractus praedictae permutationis inter praedicta monasteria de Marmossolo et Sanctae Mariae de Gloria factae; praedicto monasterio de Marmossolo tradente et conde-

dente praedictam grangiam de Droga, cum ejus pertinentiis, et praedicto monasterio Sanctae Mariae de Gloria, quasdam possessiones et summam ducentarum minus sex librarum denariorum senatus. — (REG. 19. f. 30 r^o.)]

« In nomine Domini. Amen. Anno ejusdem M^oCC^o » XXXVII^o [c]. indictione XI, pontificatus domini Gregorii pape noni anno vero undecimo, mense decembris, die XII. Inter donnum Mirum, venerabilem » abbatem, et donnum Gregorium Malacensem, yconomum monasterii Sanctae Mariae de Marmossolo¹. ad » permutationem faciendam ipsius monasterii yconomum legitime constitutum, sicut apparebat per » publicum instrumentum confectum per Bartholomeum, scribarium Sarmitanum, et inter donnum » Benedictum, venerabilem abbatem Sanctae Mariae de Gloria, et fratrem Petrum de Morra, yconomum » ipsius monasterii ad perlegendam permutationem » constitutum. prout per instrumentum a predicto » scribario confectum apparebat, contractus permutationis, utriusque monasterii utilitate pensata, in » presentia mei scribarii et subscriptorum testium » fuit taliter sollempniter celebratus. Dederunt quidem » et per hoc instrumentum investientes traderunt et » concesserunt, nomine permutationis, memorati abbas » et yconomus de Marmossolo nominatis abbati et yconom² monasterii Sanctae Mariae de Gloria, ad opus » et utilitatem ipsius monasterii recipientibus, grangiam de Droga, positam in tenimento Nimphano. ad » monasterium de Marmossolo pleno jure pertinentem. » cum omnibus possessionibus et tenementis, cultis et » incultis, silvis, pascuis, pratis, aquis, venationibus, » piscariis, ubicunque, in tenimento predicto vel alibi. » ad ipsam grangiam vel eorum monasterio, ratione » ipsius grangie, quocumque modo pertinentibus, nec » non et cum omnibus iuribus et actionibus que sibi » in dicta grangia vel ipsi grangie, quacumque ratione » vel modo, competierint vel deinceps competere possent. Quam quidem grangiam, cum omnibus pertinentiis et iuribus suis, ut dictum est, memorati » abbas et yconomus de Marmossolo se nomine monasterii Sanctae Mariae de Gloria possidere constituerunt » et precario tenerunt, donec dictum monasterium » Sanctae Mariae de Gloria plenam et legitimam ipsius » grangie, possessionum et iurium suorum, fuerit possessionem adeptum, dantes et concedentes eisdem

1. On rencontre concurrence, dans cette pièce, les formes *Marmossolo, Marmosoli, Marmosoliti*.

2. *Sic*, à cet endroit; partout ailleurs: *yconomus*.

liberam potestatem ut deinceps, quodcumque eis placuerit, auctoritate propria, nomine monasterii sui. intrent possessionem dicte grangie et possessionum suarum, et eas ad verum dominium et proprietatem teneant, possideant et fruatur, et faciant ex eis quicquid monasterio suo videbitur expedire; promittentes insuper prefati abbas et yconomus de Marmossolo, pro se et successoribus suis, permutationem predictam nomine monasterii sui ratam et firmam semper habere, et contra nulla ratione vel exceptione venire, convenerunt et sponderunt dictam grangiam, cum omnibus possessionibus et iuribus. monasterio Sancte Marie de Gloria ab omni litigante persona legitime defendere et autorizare, et reficere quodcumque dampnum, quascumque expensas dictum monasterium Sancte Marie de Gloria incurreret vel faceret, si aliqua ratione vel exceptione, vel in partem vel in totum, ad infringendum dictum contractum ab eis vel ab aliis fuerit aliquatenus attemptatum; renuntiantes insuper in hoc contractu omni juri, omni exceptioni et privilegio, seu etiam juris auxilio ecclesiastici vel civilis, que eis ad receptionem hujusmodi contractus, nunc vel in posterum, competere possent, obligaverunt se et successores suos, nomine monasterii de Marmossolo, prefatis abbati et yconomus Sancte Marie de Gloria, pro ipso monasterio legitime stipulantibus, et successoribus suis, in pena dupli, si contra predictam permutationem aliqua ratione venirent, vel si omnia et singula que superius dicta sunt, perpetuis temporibus non observarent; et, pena soluta, contractus legitimo semper robore perseveret. Donnus autem abbas et yconomus Sancte Marie de Gloria nomine permutationis dederunt, et per hoc instrumentum investientes tradiderunt et concesserunt, nomine permutationis, nominatis abbati et yconomus Marmosoli, ad opus et utilitatem ipsius monasterii recipientibus, possessiones positas in territorio Nimphano et Sarmineto, videlicet: possessionem quam emerunt a Ben[edicto] Aldoini¹, juxta terram dicti monasterii Marmosoli; et possessionem quam emerunt a Maria Roman., juxta terram domini Leonis de Norma; et possessionem quam emerunt ab heredibus Petri Carisomi, juxta terram domini Leonis de Norma; et possessionem quam emerunt a Johanne Barth[olomei], juxta terram monasterii Marmosol[i]; et possessionem quam emerunt a domino Odone et Gentile, juxta vineam Greg[or]ii de

1. Sic, à cet endroit; plus loin, dans la même pièce: *Aldoini*.

Palomba; et possessionem quam emerunt a Petro Judicis, juxta terram Sancti Petri de Nimpha; et possessiones quas emerunt a Greg[orio] Clementis, et in duobus locis, quarum una est juxta terram Marmosol[i], alia juxta terram Sancti Petri de Nimpha; et possessiones quas emerunt a suprascripto Ben[edicto] Aldoini, in tribus locis, quarum una est juxta terram domini Mathei Marclafaba, et alia juxta terram Mathei de Babuco, et alia juxta terram Jacobi de Curia; et possessionem quam emerunt a Loffrido¹ Picazolo, juxta terram Omnium Sanctorum; et possessionem quam emerunt a domina Stephania, juxta terram domini Petri Nicolai de Velleiro; et possessionem quam emerunt a Johanne Pecurell[o], juxta terram heredum domini Christofori; et possessionem quam emerunt a Rosa de Ranucio, juxta terram Sancti Blasii de Nimpha; et possessionem quam emerunt a Mathia, juxta terram predictæ ecclesie Sancti Blasii; et possessionem quam emerunt a Ballo, juxta terram Marmosol[i]; et possessionem quam emerunt ab heredibus Nocerii Lupi, juxta terram Leonis de Criptis; et possessionem quam emerunt ab heredibus Petri Scell[i], juxta terram Johannis Nicolai. Et quia grangia de Droga, quam receperunt cum possessionibus et juribus ejus, videbatur esse majoris valoris, addiderunt eis duas minus sex libras denariorum senatus, de quibus nominati abbas et yconomus Marmosol[i] pro ipso monasterio se quietos et bene pacatos vocaverunt, renuntiantes exceptioni non soluti pretii vel non numerate pecunie; quam quidem pecuniam expensam esse tam in armentis quam in debitis usurariis pro monasterio suo firmiter asserabant. Preterea prefati abbas et yconomus Sancte Marie de Gloria, prescriptas possessiones se nomine monasterii Marmosol[i] et precario possidere constituentes, donec dictum monasterium fuerit [possessionem] dictarum possessionum adeptum, concesserunt dictis abbati et yconomus de Marmossolo, pro monasterio suo, auctoritate propria, [de] intranda possessione² liberam potestatem dictarum possessionum, et eas ad verum dominium et proprietatem tenendi, possidendi, fruendi, et faciendi ex eis quicquid eorum monasterio videbitur expedire; promittentes insuper prefati abbas et yconomus Sancte Marie de Gloria, pro se et successoribus

1. Sic, peut-être pour *Goffrido*, *Joffrido*.

2. Au lieu de: [de] intranda possessione, on pourrait encore corriger le texte, évidemment altéré, du manuscrit, en: intrand[i] possessione[m].

» suis, permutationem predictam [etc., ut supra, in pre-
 » sentibus litteris, mutatis mutandis, usque:] legitimo
 » semper robore perseveret. Actum est hoc Anagnine,
 » in domo domini Stephani, domini pape capellani,
 » Campanie Maritimique rectoris, auctoritate ejusdem.
 » De quibus predictis omnibus hii rogati fuerunt tes-
 » tes : domini Johannes de Judice; dominus Catena-
 » cius; dominus Barth[olomeus] de Fumon[er]e; dominus
 » Thomas domini Stephani; dominus Johannes
 » domini Alberti; dominus Johannes Transmundi;
 » dominus Jacobus Petri Gubulini; Bacterius; Ma-
 » theus domini Maximi. Ego Barth[olomeus] de Sarmi-
 » neto, Sancte Romane Ecclesie scriniarius, premissis
 » omnibus rogatus interfui, et ea fideliter scripsi. »

4114

Latran, 17 juin 1238.

Electo Basiliensi supplicanti concedit ut, — cum Basiliensis ecclesia, praeter damna gravia quae a persecutoribus sustinerat et adhuc sustinebat, tanto premeretur onere debitorum, quod ipsius ecclesiae proventus, tenues et exiles, vix sufficerent « ad voraginem usurarum », — beneficia ecclesiastica quae ante electionem suam habuerat, et super quibus cum eo per Sedem Apostolicam fuerat dispensatum, ei liceat usque ad quinquennium pro exoneratione praedictorum debitorum retinere. — (REG. 19, f. 31 r°; ann. XII, c. 153; — J. BENOULLI, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 132, n° 196.)

« .. *electo Basiliensi*. Cum, sicut ex —. Dat. Laterani, XV kalendas julii, anno duodecimo. »

4115

Latran, 8 juin 1238.

Magistro Bernardo, abbati saecularis ecclesiae Sancti Pauli Narbonensis, attendens laudabile testimonium quod eidem « de litterarum scientia, vite munditia et honestis moribus » perhibebatur, indulget « ut canonicatum ecclesie » Narbonensis », cujus canonicus erat, « una cum abbacia » saecularis ecclesiae Sancti Pauli Narbonensis », ad quam se proponebat canonicum electum, valeat retinere. — (REG. 19, f. 31 r°; ann. XII, c. 154.)

« *Magistro Bernardo, abbati saecularis ecclesiae Sancti Pauli Narbonensis*. Cupientes prout ad —. Dat. Laterani, VI idus junii, anno duodecimo. »

4116

Latran, 28 mai 1238.

Decano Senonensi mandat quatenus processum, si quis per apostolicas litteras contra magistrum Stephanum, decanum

Sancti Germani Autisiodorensis Parisiensis, a comite Nivernensi impetratas, occasione litis motae inter Stephanum Alexii ejusque socios, cives Romanos, et praedictum comitem, habitus sit, revocet, nec permittat eundem magistrum ab eodem comite ea occasione molestari. — (REG. 19, f. 31 r°; ann. XII, c. 155; — DENIFLE et CHATELAIN, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. I (1889), p. 165, n° 120.)

« .. *decano Senonensi*. Dilectus filius magister Stephanus, decanus Sancti Germani Autisiodorensis Parisiensis, proposuit humiliter coram nobis quod, cum cognitio cujusdam diffinitive sententiae per magistrum Guarnacium, canonicum Tervisinum, pro Stephano Alexii et ejus sociis, civibus Romanis, contra nobilem virum .. comitem Nivernensem apostolica auctoritate prolata, sibi a nobis fuerit delegata : idem, postquam processerat aliquantulum in eadem, ut liberius posset regimini theologicae facultatis intendere, magistro [Laurentio] de Buissi, canonico Aurelianensi, super hoc commisit totaliter vices suas : qui predictam sententiam confirmavit. Propter quod idem comes, contra ipsum decanum, adversus quem aliam questionis materiam non habebat, indebitum occasione assumens, ac intendens eundem vexationibus reddere fatigatum, ipsum per diversas litteras apostolicas coram [...] senescallo Ancienensi, qui se subdelegatum .. abbatis Maecieriarum dicebat, ac postmodum coram ipso abbate traxit in causam; super eodem nichilominus contra eum ad alios iudices nostras litteras impetrando. Cum igitur ipsum pretextu obedientiae nolimus jacturas et injurias sustinere, mandamus quatenus, dictis senescallo et abbati districtius inbibens ut contra ipsum, auctoritate litterarum hujusmodi, ulterius non procedant, processum, si quis habitus est per ipsas vel fuerit, in irritum revocare procuret, eundem occasione hujusmodi a dicto comite molestari, vel ab ipso ultra duas dietas extra civitatem Parisiensem trahi ad iudicium per apostolicas litteras que plenam de istis mentionem non fecerit, minime permittendo. Non obstante si aliquos ultra duas dietas in causam posse trahere, a nobis dicto comiti sit indultum —. Dat. Laterani, V kalendas junii, anno duodecimo. »

4117. — In eundem modum eidem pro magistro Laurentio de Buissi, canonico Aurelianensi, usque in finem.

4118

Latran, 8 juin 1238.

Eidem, de eadem re scribens, mandat quatenus quicquid contra eundem [Stephanum], decanum Sancti Germani

Autisiodorensis Parisiensis, post iter arreptum ab ipso ad Sedem Apostolicam veniendi, inveniit in ejus praejudicium attentatum, in statum debitum revocet¹. — (REG. 19, f. 31 v°; ann. XII, c. 156.)

« *Eidem.* Presentium tibi auctoritate —. Dat. Laterani, VI idus junii, anno duodecimo. »

4119

Latran. 12 juin 1238.

[Stephano,] decano Sancti Germani Autisiodorensis Parisiensis, eadem occasione scribens, indulget ut de causis ei a Sede Apostolica committendis cognoscere non teneatur, nisi obtentae ad ipsum litterae de hac indulgentia expressam fecerint mentionem; « presentibus post triennium minime » valituris. — (REG. 19, f. 31 v°; ann. XII, c. 157.)

« .. *decano Sancti Germani Autisiodorensis Parisiensis.* Tuis supplicationibus inclinati —. Dat. Laterani, II idus junii, pontificatus nostri anno duodecimo. »

4120

Latran, 11 juin 1238.

Eidem, eadem occasione scribens, indulget ut extra Parisiensem diocesim, super his quae ad ipsum in praedicta dioecesi pertinent, per litteras apostolicas, quamdiu in theologica facultate rexerit, in causam non trahatur. — (REG. 19, f. 31 v°; ann. XII, c. 158.)

« *Eidem.* Quia, tue intuitu probitatis, frequenter tibi cognitionem causarum committimus, ob devotam obedientiam quam Sedi Apostolice in predictis exhibes, a nonnullis, in quorum conspectu non est Deus, diversis vexaris molestiis, ac eorum oppressionibus vix potes resistere, dum regimini theologicae facultatis laudabiliter occuparis. Verum, cum in perturbatione tua multorum perturbetur utilitas, et indignum sit te inde sustinere dispendium, unde reportare debes munera gratiarum, ne extra Parisiensem diocesim super hiis quae ad te in praedicta dioecesi pertinent, quamdiu in dicta rexeris facultate, per litteras apostolicas in causam trahi valeas, auctoritate tibi presentium indulgemus. Dat. Laterani, III idus junii, anno duodecimo. »

4121

Latran, 8 juin 1238.

Abbatī Sanctae Genovefae Parisiensis, de eadem re scri-

1. Cette bulle et les trois suivantes sont indiquées dans DENIFLE et CHATELAIN, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. I (1889), p. 165, note.

bens, mandat quatenus eundem [Stephanum], decanum Sancti Germani Autisiodorensis Parisiensis, non permittat ab aliquibus [super his] indebite molestari; « presentibus » post triennium minime valituris. — (REG. 19, f. 31 v°; ann. XII, c. 159.)

« .. *abbati Sanctae Genovefae Parisiensis.* Dilectus filius .. decanus —. Dat. Laterani, VI idus junii, anno duodecimo. »

4122

Latran, 15 juin 1238.

Abbatī et conventui monasterii Sancti Tyberii, Agathensis [diocesis], — cum bonae memoriae Bertramus¹, tituli Sanctorum Johannis et Pauli presbyter cardinalis, cum in partibus illis legationis officio fungeretur, magistro Oliverio, clerico suo, decem modios frumenti in decimis ecclesiae Beatae Mariae de Serignano, Biterrensis diocesis, licet eadem decimae ad mensam ejusdem monasterii pertinerent, nomine beneficii assignavisset, et, eodem magistro defuncto, Portuensis episcopus, tunc Sancti Angeli diaconus cardinalis, Apostolicae Sedis legatus, magistro Huberto clerico concessisset in beneficium modios supradictos, — indulget supplicantibus ut, cedente vel decedente dicto magistro Huberto, modios ipsos ad eandem mensam eis liceat revocare. — (REG. 19, f. 31 v°; ann. XII, c. 160.)

« .. *abbati et conventui monasterii Sancti Tyberii Agathensis.* Ex parte vestra —. Dat. Laterani, XVII kalendas julii, anno duodecimo. »

4123

[1238.]

Episcopo et capitulo Cathanensibus (= Caithness, in Scotia) significat se confirmare ordinationem ab eodem episcopo in ecclesia Cathanensi factam, scilicet institutionem collegii decem canonicorum in eadem, et assignationem proventuum quattuordecim ecclesiarum ad praedictorum canonicorum sustentationem, sex aliis ecclesiis usibus episcopalis mensae deputatis. — (REG. 19, f. 32 r°; ann. XII, c. 161; — MOREAU 1192, f. 93.)

« .. *episcopo et capitulo Cathanensibus*². Hiis quae ab —.

1. Bertrandus Savelli, dont le nom revient souvent dans les Registres d'Honorius III (cf. la Table des *Regesta Honorii papae III*, de l'abbé PRESSUTTI); ce cardinal, que C. EUBEL n'a pas cru devoir faire figurer dans les listes de sa *Hierarchia catholica medii aevi*, t. I (1898), est dûment mentionné par FRANCESCO CRISTOFORI, dans sa *Storia dei cardinali* (1888), p. 110; cf. EUBEL, *Op. cit.*, p. 5, note 4 et p. 41, note 1.

2. La rubrique porte, par erreur, *Cathalaunensibus*; il n'y a

Cum igitur, sicut petitio tua, frater episcopo, nobis exhibita continebat, cathedralis ecclesia Cathanensis nullos servitores haberet, preter unicum sacerdotem. tu, cupiens eam in spiritualibus et temporalibus ordinare, in ipsa decem canonicorum collegium statuisti, creatis ibi quinque personatibus, videlicet decanatu, precentoria, cancellaria, thesauraria et archidiaconatu, in hujusmodi numero computandis, ad sustentationem canonicorum ipsorum proventibus quatuordecim ecclesiarum parochialium tue diocesis assignatis, scilicet de Durnach, Creth,¹ Larg., Rothgort, Clun, Keldumanch, Watne, Bothuer, Scinende, Olric, Dunoft, Ganansbi, Far et Durnes², que ad donationem tuam, ut asseris, pertinebant; sex vero alias consimiles ecclesias, videlicet Culmalin, Loth, Ladbren, Wich, Thorsave et Ra, episcopalis mense usibus deputasti, earum presbiteris sufficientibus portionibus de illarum proventibus reservatis, prout in litteris tuis confectis exinde plenius dicitur contineri. Nos igitur — attendentes in ordinatione hujusmodi esse dictam ecclesiam decoratam, quod a te super hoc provide factum est, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo nostre confirmationis etc. Si quis autem etc.³ »

4124

Latan, 14 avril 1238.

Episcopo Carnotensi mandat quatenus Simonem Morelli, monachum Majoris Monasterii Turonensis, — quem Hugo, ejusdem monasterii abbas, sine causa rationabili excommunicatum ab eodem monasterio ejecerat, et, negante illum ejectionem fuisse, falso asseruerat esse fugitivum, — faciat in eodem monasterio recipi; insuper ab abbate de novo creato et a conventu praedicti monasterii satisfiat eidem de expensis quas legitime, occasione causae suae, se fecisse ostenderit. — (REG. 19, f. 32 r; ann. XII, c. 162; — MOREAU 1192, f. 20.)

« .. episcopo Carnotensi. Constitutus in presentia

point ici de rubricelle; mais la Table des rubriques de la XII^e année (REG. 19, f. c r) fournit la bonne leçon *Cathanensis*, leçon fort mal à propos corrigée plus tard, d'après le texte fautif du feuillet 32, en *Cathalaunensis*. Cette méprise dans l'adresse a eu comme conséquence l'omission de la présente bulle d'abord dans les *Vetera monumenta Hibernorum et Scotorum...* de THEINER, puis dans les *Catendars* de M. BLISS.

1. Sic, sans doute pour Creth (= Orieich, dans le comté de Sutherland).

2. Le manuscrit porte *Durnes*, qui doit être corrigé en *Durnes*; il s'agit évidemment de *Durness*, sur la côte N. du Sutherland.

3. Cette pièce n'est pas datée dans le *Registre*.

nostra dilectus filius Simon Morelli, monachus Majoris Monasterii Turonensis, sua nobis petitione monstravit quod, dudum inter ipsum et H[ugonem], tunc abbatem ipsius monasterii, questione suborta, super eo quod idem abbas ipsum sine causa rationabili, nulla monitione premissa, excommunicatum ab eodem monasterio ejecerat violenter, propter quod ipse nostram audientiam appellavit : coram dilecto filio nostro G[uifredo], tituli Sancti Marci presbitero cardinali, quem partibus tunc apud Sedem Apostolicam constitutis concessimus auditorem, idem abbas ipsum, quem negavit ejectionem et asseruit fugitivum, proposuit in dicto monasterio recipi non debere, nisi salvis penis et ordinis disciplina debitum monachis fugitivis. Ceterum idem cardinalis, rationibus contra eundem monachum ab eodem abbate et Roberto monacho, procuratore dicti monasterii, propositis, per quas ipsum volebant astruere fugitivum, plenius intellectis, ipsum, quem per confessiones partium deprehendere non potuit fugitivum, habito quorundam cardinalium consilio diligenter, ab omnibus excommunicationis sententiis quas dictus abbas in eum, ad terrorem tantum, se confessus extitit promulgasse, cum suis patentibus litteris absolutum, ad statum ejus pristinum, liberum a fugitivorum pena, remisit, ad majoris altaris ipsius monasterii obsequium, quod fugitivis interdicitur, admittendum. Et licet idem cardinalis ipsi abbati et conventui dicti monasterii per suas litteras mandavisset ut eidem monacho, proprium non habenti, de quo absolutus a debitum contractis pro hujusmodi prosecutione negotii redderetur, expensas refunderet, quas propter hoc, post appellationem ad nos interpositam, ostenderet se fecisse, mandans nichilominus .. cantori et [...] elemosinario Beati Martini Turonensis ut eos ad id diligenter inducerent et moneant, eidem cardinali quicquid super hoc facerent, rescripturi : tamen .. prior claustralis et quidam alii monachi monasterii memorati, tunc pastore vacantis, mandatum dicti cardinalis et monitorum ipsorum monita contempnentes, non solum id facere non curarunt, verum etiam idem prior in ipsum, post appellationem ad nos interpositam, excommunicationis sententiam fulminavit, eumque fecit, absque mandato, ut dicitur, .. abbatibus ibi de novo creati, per quosdam monachos et laicos, non sine injectione manuum violenta, ferreis alligatum compedibus, arto carceri detineri : a quo, propitiante Domino, post dies aliquot liberatus, ad Sedem Apostolicam accedens, supplicavit in hac parte sibi paterna providentia subveniri. Volentes igitur finem imponere dicti monachi laboribus et expensis, mandamus quatenus, revocato in statum debitum quic-

quid in ejus prejudicium, post appellationem ab ipso ad nos interpositam, inveneris temere attemptatum, facias eundem in dicto monasterio recipi et fraterna in Domino caritate tractari, et etiam ab abbate et conventu ipsius monasterii sibi satisfieri de expensis, quas idem legitime ostenderit occasione precedentium se fecisse, juxta cardinalis prefati continentiam litterarum. Contradictores etc. Dat. Laterani, XVIII kalendas maii, anno duodecimo. »

4-125

Latran, 12 juin 1238.

Eustachio, subdiacono suo, clerico Johannis, tituli Sanctae Praxedis presbyteri cardinalis, rectori ecclesiae Sanctae Mariae de Feltevell. (= Feltevell), Norwicensis diocesis, indulget ut eum eadem ecclesia Sanctae Mariae de Feltevell., curam animarum habente, aliud beneficium cum simili cura recipere ac retinere valeat. — (REG. 19, f. 32 v°; ann. XII, c. 163.)

« Eustachio, subdiacono nostro, clerico dilecti filii nostri [Johannis], tituli Sancte Praxedis presbyteri cardinalis, rectori ecclesiae Sancte Mariae de Feltevell., Norwicensis diocesis. Quamvis ut plures —. Dat. Laterani, II idus junii, anno duodecimo. »

4-126

Latran, 17 juin 1238.

Capitulo Aurelianensi significat se confirmare electionem de [Guillelmo de Buxis], Remensi praeposito, in Aurelianensem episcopum ab ipso capitulo celebratam, eosque monet quatenus eidem electo humiliter intendant et ejus mandata inviolabiliter observent. — (REG. 19, f. 32 v°; ann. XII, c. 164; — MOREAU 1192, f. 111; — POTTHAST 10619¹; — cf. supra, n° 3782.)

« Capitulo Aurelianensi. Auditis et intellectis —. Dat. Laterani, XV kalendas julii, pontificatus nostri anno duodecimo. »

4-127. — In eundem modum clero civitatis et diocesis Aurelianensis.

4-128. — In eundem modum populo civitatis et diocesis Au-

relianensis, ut eidem electo humiliter intendant et ejus mandata inviolabiliter observent.

4-129

Latran, 17 juin 1238.

« In eundem modum .. archiepiscopo Senonensi. [Ei mandat quatenus eidem electo, cum ab eo fuerit requisitus, congruo tempore munus consecrationis impendat.] Dat. Laterani, ut supra. » — (REG. 19, f. 32 v°.)

4-130

Latran, 19 juin 1238.

Melfiensi et Botontino episcopis mandat quatenus archiepiscopo Traisiensi injungant ut excommunicationis sententiam, quam in illos qui fratribus Praedicatoribus Traiensibus, ad aedificandum domum ipsorum de Barulo, subsidia largirentur, et etiam in ipsos fratres promulgaverat, infra octo dies relaxet; adjectis aliis mandatis ad rem eandem pertinentibus. — (REG. 19, f. 32 v°; ann. XII, c. 165.)

« .. Melfiensi et .. Botontin[o] episcopis. Venerabilis frater noster .. archiepiscopus Traiensis, immemor monitionis effectus quam in favorem dilectorum filiorum fratrum ordinis Praedicatorum Traensium sibi meminimus direxisse, ipsos, ut dicitur, gravis sibi persequi non veretur, eorum famam, dignam piis attolli laudibus, offuscare gestiens, et opponens obstaculum quod ipsi ex pia subventione fidelium consequi nequeant unde vivant. In illos etenim qui dictis fratribus, ad edificandum domum ipsorum de Barulo, oportuna subsidia largiuntur, excommunicationis sententiam promulgasse proponitur, et etiam in ipsos fratres, nisi ab hujusmodi edificiis prosecutione cessarent. Cum igitur dictorum fratrum, quos religionis sui merita non injuriis sed speciali gratia exigunt assidue confoveri, pati tam gravem injuriam non possimus: mandamus quatenus, si est ita, dicto archiepiscopo ut infra octo dies post monitionem vestram, sine diff[icultate] ob[staculo], predictam relaxet sententiam et non ferat de cetero similem, injungatis. Alioquin vos extunc, eandem, omni difficultate postposita, relaxantes, fideles in loco constitutos eodem, ut eidem fratribus divine retributionis obtentu manum porrigant adjutricem, piis monitis inducatis. Et si forsitan idem archiepiscopus in ipsos fratres aut aliquos predictorum fidelium hujusmodi sententiam propter hoc proferre presumeret, eam, tanquam contra inhibitionem Sedis Apostolicae attemptatam, inanem et irritam nuntiatis, alias eundem a dictorum fratrum indebita molestatione — compescentes —. Dat. Laterani, XIII kalendas julii, anno duodecimo. »

1. Avec la date erronée XI kalendas julii (= 21 juin), d'après HAURÉAU, *Quelques lettres de Grégoire IX*, dans *Notices et Extraits des Manuscrits...*, tome XXI, 1^{re} partie, p. 245.

4431

Latan, 23 juin 1238.

Capitolo Reatino significat se statuere ut de omnibus proventibus, redditibus et censibus ecclesie Reatine quartam partem episcopus Reatinus integre percipiat, tribus reliquis partibus ipsi capitulo reservatis. — (REG. 19. f. 33 r°; ann. XII. c. 166; cf. *supra*, n° 4261.)

« *Capitolo Reatino*. Cum olim, pro communione bonorum ecclesie Reatine, que a venerabili fratre nostro .. episcopo Reatino et a vobis pro indiviso consueverat possideri, inter vos et ipsum sepe gravis contentio materia fuisset exorta, vobis dedimus in mandatis ut, pro bono pacis, inter vos bona predicta dividere deberetis, retenta vobis et assignata dicto episcopo ipsorum congrua portione. Ceterum, quia in facienda divisione hujusmodi non potuistis hactenus esse concordēs, et, post tractatus aliquos inter vos habitos, et frequentes tractationes factas vobis tam per litteras nostras quam de mandato nostro, per venerabilem fratrem nostrum R[aynaldum], Ostiensem episcopum, respondistis quod nulla ratione volebatis divisioni alicui consentire, pluribus que vobis videbantur rationibus assignatis, quod nequaquam hoc expediret ecclesie Reatine, sicut in nostra et fratrum nostrorum presentia fideliter retulit episcopus memoratus¹: nos, talem volentes dissensionis materiam amputare et quieti vestre paternae sollicitudine providere, de fratrum nostrorum consilio sic duximus statuendum, ut de omnibus proventibus, redditibus, pensionibus et censibus possessionum, terrarum, vinearum, domorum, ortorum, canapinarum, molendinorum, piscariarum, vassallorum beneficiorum tam canonicorum quam laicorum, seu etiam feudorum, decimarum, pratorum, silvarum et aliorum cultorum et incultorum, animalium, locationum, oblationum, mortuariorum et cunctarum obventionum, et illorum omnium que nunc habet ecclesia Reatina, seu in futurum recuperare vel aliis justis modis poterit adipisci, quartam partem integre percipiat episcopus antedictus, tribus vobis partibus de predictis proventibus omnibus reservatis. In hiis autem illa includi non intelligimus, que, tam in civitate quam in diocesi, de episcopatu percipere solet episcopus supradictus. Legatis autem et nuntiis Sedis Apostolice medietatem procuratorum solvat prefatus episcopus, ac vos medietatem aliam exolvatis, de hiis que usque modo in prestatione earundem procuratorum episcopum et capitulum communiter contingebant. Statuto hujusmodi usque ad nostrum beneplacitum duraturo. Ut autem statutum ipsum ef-

fectum debitum sortiatur, noveritis nos venerabili fratri nostro .. episcopo Interannensi¹ nostris dedisse litteras in mandatis ut, premissa fideliter, sub[lat]o cu[j]uslibet dila[tionis] et contradic[tionis] ob[staculo], exequens, contradictores etc. Dat. Laterani. VIII kalendas julii, anno duodecimo. »

4432

Latan, 26 juin 1238.

Episcopo Lesinensi et abbati de Pizan[is], Acherontinae dioecesis, significat se processum Stephani, tituli Sanctae Mariae trans Tiberim presbyteri cardinalis, in causa abbatis monasterii Omnium Sanctorum de Cuti, Barenensis dioecesis, contra archiepiscopum Barensem, super facto visitationis predicti monasterii habitum, ratum habere, eisque mandat quatenus in ejusdem visitationis negotio ante festum sancti Michaelis proximum procedant. — (REG. 19. f. 33 r°; ann. XII. c. 167.)

« .. *episcopo Lesinensi et .. abbati de Pizan[is], Acherontinae dioecesis*. Cum olim, per venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Barensem multis sinistris de [...] abbate monasterii Omnium Sanctorum de Cuti, sue dioecesis, nostris auribus intimatis, nos primo venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Tranensi et ejus collegis, ac postmodum, cum ab ipsis fuisset ex sufficienti gravamine appellatum, bone memorie .. Trojano episcopo et tibi, fili abbas, ad instantiam ejusdem archiepiscopi, visitationem dicti monasterii tam in capite quam in membris duxerimus committendam, vosque ad ipsum monasterium accesseritis, ibidem visitationis, correctionis et reformationis officium juxta formam vobis traditam impensuri: petente dicto Barensi se ad ejusdem visitationis prosecutionem admitti, fuit, inter alia, ex parte abbatis et conventus monasterii supradicti propositum coram vobis quod, cum esset eorum adversarius manifestus, utpote qui super statu et subjectione jamdicti monasterii contra eos moverat questionem, et receptaverat quosdam monachos conspiratores et inimicos abbatis, de ipso monasterio jam ejectos, qui etiam, ut dicebatur, in eundem abbatem manus injecerant violentas, propter hec et alia non erat ad prosecutionem visitationis hujusmodi admittendus: parte jamdicti archiepiscopi replicante quod admitti debebat, sicut tam ipse ad impetrandum visitationis receptum, quam ejus procurator ad proseguendum appellationem a dictis Tranensi archiepiscopo et collegis suis ex parte sepedicti abbatis super eodem negotio interpositam.

1. Il faut entendre : *episcopus Ostiensis*.1. Sic, pour *Interannensi*.

uerant jam admissi. Cum autem, super hiis et aliis libitatione suborta, idem episcopus et tu, fili abbas, ea que acta fuerant coram vobis, cum rationibus et allegationibus partium, ad examen apostolicum duxeritis fideliter remittenda, nosque dilectum filium nostrum S[tephanum], tituli Sancte Marie trans Tyberim presbiterum cardinalem, partibus concesserimus audirem : idem cardinalis, auditis et plenius intellectis hiis et aliis que partes voluerunt proponere coram eo, receptoque a nobis de sententia proferenda mandato, decrevit sententialiter eundem archiepiscopum Barensem ad prosecutionem visitationis premisse non esse aliquatenus admittendum. Nos igitur, processum ejusdem cardinalis, provide habitum, ratum habentes, ac te, frater episcopo, loco antedicti episcopi in negotio subrogantes eodem, mandamus quatenus — in ejusdem visitationis negotio usque ad festum sancti Michaelis proximo futurum sine more dispendio procedatis juxta priorum continentiam litterarum. Dat. Laterani, VI kalendas julii, anno duodecimo. »

1133

Latran, 17 juin 1238.

Abbati de Gastineto (= Gastineta, = Gâtines), Turonensis diocesis, manlat quatenus, — abbate conventuque Majoris Monasterii Beati Martini Turonensis significantibus idem monasterium quosdam obtinere prioratus, quorum quilibet ad sustentationem duorum monachorum commode non sufficiebat, — datus ex illis prioratibus, si eidem monasterio expedire viderit, in unum, in quo monachi valeant commode morari, uniat; diocesanorum episcoporum et quarumvis eumque aliarum ecclesiasticarum personarum in omnibus salvo salvo. — (REG. 19, f. 33 v°; ann. XII, c. 168.)

« .. abbati de Gastineto, Turonensis diocesis. Sicut dicti filii —. Dat. Laterani, XV kalendas julii, anno duodecimo. »

1134

Latran, 23 juin 1238.

Electo Bellicensi mandata monasterii de Scaestis, quod ad Sedem Apostolicam nullo modo in diebatur, pertinebat, abbatis, — supplicantis ut, « propter quorundam tyrannorum rabiem, qui in necem ipsius » conspirabant, unde sine mortis periculo non poterat dicti monasterii curam exerceo, sibi cedendi licentia concedatur, — cessionem, si res ita se habeat et eidem monasterio viderit expedire, recipiat. — (REG. 19, f. 33 v°; ann. XII, c. 169.)

« .. electo Bellicensi. Dilectus filius .. abbas —. Dat. Laterani, VIII kalendas julii, anno duodecimo. »

1135

Latran, 25 juin 1238.

Capitula Aurelianensis significat se, — post relationem sibi factam a Thoma, tituli Sanctae Sabinae presbytero cardinali, super negotio electionis Guillelmi de Buxis], praepositi Remensis, in episcopum Aurelianensem, — cum contra eundem praepositum seu contra formam electionis de eo celebratae, nihil rationabiliter probatum fuerit, de his quae ex parte Aurelianensis decani et quorundam aliorum objecta fuerant, eandem electionem confirmare. — (REG. 19, f. 33 v°; ann. XII, c. 170; — MOREAU 1192, f. 113; — POTTHAST 26283*; — cf. *supra*, n. 3782, et 4426-4429.)

« Capitula Aurelianensi. Ecclesia vestra pastoris solacio destituta, et die ad eligendum prefixa, presentibus quoque, tum per se, tum per procuratores idoneos, omnibus qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, post tractatus varios et diversos [etc., ut in epistola supra sub numero 3782 notata, paucis mutatis, usque:] electioni de se facte consensit. Cum ergo dilectus filius T.¹, clericus, dicti prepositi procurator, in nostra et fratrum nostrorum presentia hec et alia quaedam proponere curavisset, petens a nobis humiliter ut, eidem decano et sequacibus suis, qui, contra factum proprium temere veniendo, adversus electum ipsum discordie materiam suscitarent, silentium imponentes, electionem ipsam, canonice celebratam, auctoritate curarem apostolica confirmare : praefatus decanus, pro se, R[ogerio], archidiacono de Baugentiac, G., magistro scolarum, et magistro P. de Toriaco², canonico Aurelianensibus], proposuit ex adverso quod, ecclesia supradicta vacante, de communi assensu capituli [etc., ut in supradicta epistola, paucis mutatis³, usque:] exponens eis reditus sui causam. Quare, cum in electione hujusmodi [etc., ut in supradicta epistola, paucis mutatis, usque:] cui misit arietem unum habentem cornua et genitalia deaurata, et de pluribus aliis mulieribus esset graviter infamatus : electionem eandem non confirmandam, sed infirmandam potius, assererat; praefato procuratore in quantum contra personam electi et processum electionis faciunt, objecta negante. Lite vero coram nobis super premissis legitime contestata, quia de ipsis apud Sedem Apostolicam non poterat fieri certitudo, causam dilecto filio .. abbati Beate Marie de

1. Appelé T., dans la pièce 3782.

2. Cf. *supra*, t. II, col. 713, note 1.

3. Les différences entre les deux textes sont presque uniquement des différences de forme, avec quelques suppressions introduites dans celui de la XII^e année. A noter que, aux deux endroits où il se rencontre, le mot *licet* dans le premier texte est remplacé dans celui-ci par le mot *licet*, qui a reçu, dans le second de ces passages, la forme *licetium*.

Burgo Medio et collegis suis sub ea forma duximus committendam, ut, vocatis propter hoc evocandis, facientes sibi electionis exhiberi decretum [etc., ut supra. in eadem epistola, mutatis mutandis, usque :] sententiam recepte. Idem vero iudices, receptis testibus ab utraque parte productis, ad examen nostrum ipsum negotium remiserunt. Decano ergo et parte sua ac procuratore predictis constitutis denuo coram nobis dilectum filium nostrum Th[omam], tituli Sancte Sabine presbiterum cardinalem, eis concessimus auditorem. Coram quo examinatis diligenter dictis testium receptorum, et decreto electionis ac aliis instrumentis exhibitis, nobisque ac fratribus nostris que fuerunt p[ro]posita coram ipso, relatis per eum fideliter et prudenter, quia nichil contra eundem prepositum seu electionis formam rationabiliter probatum invenimus de objectis, premissam electionem de ipsorum fratrum consilio confirmamus. Nulli ergo — Si quis autem etc. Dat. Laterani, VII kalendas julii, anno duodecimo. »

1136

Latran, 28 juin 1238.

Abbati de Salviniaco (= Saviniaco, = Savigny-le-Vieux, Cisterciensis ordinis, Abrincensis diocesis, abbati Maceriarum, ejusdem ordinis, Cabilonensis diocesis, nec non priori de Leviniano (= Lugny), Carthusiensis ordinis, Lingonensis diocesis, et priori de Glanderio, ejusdem Carthusiensis ordinis, Lemovicensis diocesis, committit correctionem et reformationem ordinis Grandimontensis, omnibus interdicti seu excommunicationis sententiis, si quae in priorum Grandimontensem vel aliquos praedicti ordinis fratres fuerint prolatae, primitus relaxandis; in eodem ordine, salvis ejusdem regulae et institutionibus, quae statuenda viderint, statuunt. — (REG. 19, f. 31 v°; ANN. XII, c. 171; — MOREAU 1192, f. 122; — cf. *supra*, n. 1185 et 1617.)

« .. de Salviniaco et .. Maceriarum abbatibus, Cisterciensis, et .. de Leviniano et .. de Glanderio¹ prioribus, Cartusiensis ordinum, Abrincensis, Cabilonensis, Lingonensis et Lemovicensis dioecesium. Olim fratres Grandimontenses, in contemplationis monte positi, exinde illos qui peccatorum erant tenebris involuti, exemplorum clarificabant laudabilium radiis, exinde in scelerum fetore demersos, in odorem unguentorum suorum currere² multaque cogebant fragrantia sanctitatis: nunc autem, per contentiones et rixas ad discordias de celestis vite monte miserabiliter corruentes, ut lagena figuli³ adeo sunt

grandi attritione contriti, quod de fragmentis eorum aliqua testa⁴ vix remanet, in qua de incendio caritatis portari possit igniculus, aut de puteo aquam in vitam salientem eternam⁵ aureire valeat sitibundus. Olim fratres Grandimontenses auro sancte conversationis amicti, nunc sunt in vasa testea⁶ reputati⁷; olim cibi dulcedine reficiebantur angelici, nunc autem ad ollas egyptias⁸, ut dicitur, sunt reversi; et licet per felices recordationis H[innocentium] et H[onorium]⁹, Romanos Pontifices, predecessores nostros, eorum plaga multotiens fota oleo fuerit, nondum tamen est curata medicamine¹⁰ nec pristinae recepit gratiam sanitatis. Nam, sicut intelleximus, in agro Grandimontensis ordinis brucus teneram spiritualium herbarum destruens et lignum temporalium grando confringens, ipsum in illud exterminii deduxere dispendium, quod vix aut nunquam statui poterit antiquo restitui, nisi, divina succurrente gratia, Sedis Apostolice providentia se senserit adjuvari. Nuper etenim, super hiis ad nos per .. priorem Grandimontensem querela delata, ipsam primo venerabili fratri nostro .. Penestrino episcopo, et postmodum, quia idem, urgentioribus Ecclesie Romanae occupatus negotiis, super hoc intendere non valebat, venerabili fratri nostro .. Ostiensi episcopo commisit audiendam. Qui, diligenter auditis que coram eo fuere proposita, nobis et fratribus nostris ea duxit fideliter recitanda. Nos vero, ut praefati deformata ordinis possint melius et facilius reformari, sic duximus providendum ut, sine difficultate qualibet, omnes interdicti et excommunicationis relaxentur sententiae, si que occasione hujusmodi in eandem priorem vel aliquos de dictis fratribus sunt prolatae; et, ut inter eos omnis jurgiorum materia conquiescat, duo de Cisterciensi et duo de Cartusiensi ordinibus visitatores dicti Grandimontensis ordinis statuuntur, qui semel in anno usque ad triennium in eorum capitulo generali, omni appellatione remota, statuunt et reformant quicquid in ipso ordine statuendum viderint vel etiam reformandum: facientes ea, submoto appellationis obstaculo, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Ceterum diffinitores, circatores seu visitatores, qui, salvis regulae et institutionibus ejusdem ordinis per Sedem Apostolicam approbatis, singula, sublato appellationis

1. Ms. : texta.

2. Cf. JOANN. IV, 14.

3. Ms. : tectea.

4. Cf. THREN. IV, 2.

5. Cf. EXOD. XVI, 3.

6. Innocent III et Honorius III.

7. Cf. ISA. 1, 6.

1. Sic, pour Glanderio (= Le Glandier).

2. Cf. CANT. 1, 3.

3. Cf. ISA. XXX, 14.

remedio, examinent, corrigant, determinent et diffiniant, de ipso Grandimontensi ordine eligantur; et, si forsitan aliquid dubitationis emerit, id ipsi ad Sedem Apostolicam per suos nuntios, qui non sint de Grandimontensi ordine, referentes, super hoc responsum apostolicum expectabunt. Quocirca mandamus quatenus, personaliter accedentes ad locum et habentes pre oculis solum Deum, prefatis sententiis primitus relaratis, et dispensato cum eis, si forsitan predictis ligati sententiis divina medio tempore celebrarunt, et fratribus qui dicuntur ejecti, recepti, corrigatis et reformatis ibidem, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis officio noveritis indigere, et visitatores, circatores et diffinitores viros discretos et Deum timentes de prefato Grandimontensi ordine infra dictum triennium deputantes, ibidem nichilominus, si qua in ipso ordine statuenda videritis, salvis predictis regula et institutionibus, sub[lato] appellationis obstaculo, statutatis, in premissis omnibus de plano et sine strepitu iudicii processuri. Contradictores etc. Dat. Laterani, III kalendas julii, anno duodecimo. »

-1137

Lateran, 26 juin 1238.

Fratri Willelmo, [de ordine Minorum,] paenitentiaro suo, et decano Parisiensi consulentiis respondet : « Legata in » Terre Sancte subsidium, que testator certis assignari per » sonis vel per certas personas in ipsius subsidium deferri » mandavit, exigere non valetis. Ea vero que pro eodem » subsidio bellatoribus incertis exolvere precep[er]it, exigere, » et detentores ipsorum ad exhibendum ea vobis, juxta man- » dati nostri tenorem vobis directi, coarctare potestis. » — (REG. 19, f. 35 r°; ann. XII, c. 172; — MOREAU 1192, f. 119; — POTTHAST 10621.)

« Fratri Willelmo, penitentiario nostro, et .. decano Parisiensi. Consultationi vestre sic —. Dat. Laterani. VI kalendas julii, anno duodecimo. »

-1138

Anagni, 27 avril 1238.

Abbatii monasterii Corbeiensis, — cui abbatii Sedes Apostolica mitræ et annuli usum, benedictionemque vestimentorum, ad honorem ejusdem monasterii, ad Romanam Ecclesiam nullo pertinentis mediante, concesserat, — tunice et dalmaticæ usum, quo idem monasterium amplius honoretur, concedit, ut primam tonsuram et omnes alios minores ordines subditis suis ei liceat conferre, illis temporibus et diebus,

in quibus hoc fieri a sacris canonibus sit permissum. — (REG. 19, f. 35 r°; ann. XII, c. 173; — MOREAU 1192, f. 168.)

« .. abbatii monasterii Corbeiensis. Ex eo quod —. Dat. Anagnie, VI kalendas septembris, anno duodecimo. »

-1139

Lateran, 30 juin 1238.

Abbatii et monachii monasterii Sancti Petri Corbeiensis, in pago Ambianensi siti, significat se, ad instar prædecessorum suorum, eorum possessiones et privilegia eis confirmare; una uncia auri Camere Apostolicæ annuatim pro censu solvenda. — (REG. 19, f. 35 r°; ann. XII, c. 174; — MOREAU 1192, f. 126.)

« .. abbatii monasterii Sancti Petri Corbeiensis, quod in pago Ambianensi situm est, ejusque fratribus etc. Apostolice Sedis auctoritate debitoque compellimur pro universarum ecclesiarum statu satagere, et earum maxime que specialius eidem Sedi adherent ac tanquam proprio jure subjecte sunt, utilitatibus providere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et, ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis memorie Nicolai [primi]¹, Benedicti, Leonis [noni]², Urbani [secundi], Paschalis [secundi], Innocentii secundi, Eugenii [tertii], Adriani [quarti], Alexandri [tertii], Clementis [tertii], Celestini [tertii], Innocentii tertii et Honorii [tertii], Romanorum Pontificum, prefatum Corbeiese monasterium, in pago Ambianensi situm, quod ad jus et proprietatem beati Petri specialiter pertinet, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus; in primis siquidem statuente ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur etc., usque : observetur. Preterea quascumque possessiones etc., usque : permaneant; in quibus hec propriis duximus vocabulis exprimenda : omnes parrochias Corbeie, et parrochiam Pratorum, et parrochiam de Naours, parrochiam de Bus, parrochiam de Thanès et parrochiam de Ursia. Ad hec adicientes interdiximus ut possessiones et beneficia ipsius ecclesie, absque abbatii et fratrum consensu, nullus hominum, in vita sive in morte, aliis ecclesiis dare vel alio quolibet modo alienare presumat

1. Bulle du 28 avril 863 (JAFFE-EWALD, n° 2717).

2. Nous devons supposer a priori que, dans cette énumération, l'ordre chronologique a été suivi (cf. supra, t. II, col. 989, n° 4297).

ab ipsa. Nec liceat Remensi archiepiscopo, nec Ambianensi nec alicui episcopo, in abbate et fratribus, vel clericis sive famulis, aut in laicis infra prefatas parochias constitutis, dominationem aliquam exercere, aut eos excommunicare vel interdicare, aut appellationes ab eis, vel invicem, vel contra eos ab extraneis factas, aliquo modo recipere, vel pro emendatione criminum actiones querere premiorum; neque potestatem aliquam in possessionibus ad ipsum monasterium vel cellas ejus pertinentibus, vel in posterum juste et rationabiliter acquirendis, sibi audeant vendicare. Prohibemus quoque ne Remenses archiepiscopi, vel Ambianenses episcopi aut alii, vel eorum yconomi vel archidiaconi, seu eorum nuntii, absque vestra vel vestrorum fratrum gratuita vocatione, ad monasterium vestrum vel loca predicta accedant, aut molestiam aliquam seu perturbationem inferant, aut consuetudines pravas seu novas imponant. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel clericorum qui ad ordines fuerint promovendi, et alia ecclesiastica sacramenta a quocumque malueritis. suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem Apostolice Sedis habuerit, et ea vobis gratis et absque pravitae aliqua voluerit exhibere; qui nimirum, nostra fretus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate etc., usque: nisi quem tantum fratres etc., usque: beati Benedicti regulam, de eodem collegio, vel alterius cenobii, si ibi aliquis ad hoc regimen dignus repertus non fuerit, providerint eligendum: qui, juxta antiquam ecclesie vestre consuetudinem, a quocumque malueritis episcopo consecratur. Apostolica insuper auctoritate statuimus et sub interminatione anathematis prohibemus ne abbates vestri qui pro tempore fuerint, altaria, decimas, prebendas¹ monachales aliquo titulo alienare presument, nec alias possessiones monasterii seu thesauros vendere, obligare seu infeudare, sine communi assensu capituli, vel majoris aut sanioris partis ipsius, aliquatenus audeant. Ad hec autem adicimus ne aliqui monachi seu conversi sub professione domus vestre astricti, sine consensu abbatis et majoris ac sanioris partis capituli vestri, pro aliquo fidejube[n]t vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiant ultra pretium capituli vestri rationabili providentia diffinitum. Quod si facere presumpserint, non teneatur conventus pro hiis aliquatenus respondere. Indictum autem, sicut hactenus

Corbeiense monasterium celebrare consuevit, vobis confirmamus, et ne qui[s] eos qui ad ipsum conveniant, in eorum bonis vel in personis offendere vel molestare presumat, auctoritate apostolica prohibemus. Illis vero qui locum ipsum in hac die, devotionis intuitu, visitaverint et beneficiæ contulerint, de injunctis eis penitentia quadraginta dies auctoritate apostolica relaxamus. Hospitali autem vestro, quod portaria dicitur, decimas a catholicis ipsius loci abbatibus et aliis Dei fidelibus rationabiliter concessas, auctoritate apostolica confirmamus. Ad indicium autem quod monasterium vestrum specialiter ad jus et proprietatem beati Petri pertineat, et percepte a Romana Ecclesia libertatis, unciam auri nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvitis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat monasterium vestrum cum sepedictis parrochiis temere perturbare, vel vestras possessiones auferre, vel ablatas etc., usque: profutura: salva Sedis Apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum etc. Cunctis autem etc., usque: inveniant. Amen. Amen. Amen. Dat. Laterani, per manum magistri Guilelmi, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii et notarii domini pape, II kalendas julii, indictione XI, Incarnationis Dominice anno M^oCC^oXXXVIII^o*, pontificatus vero domni Gregorii pape noni anno duodecimo. »

-1110

Latran, 27 juin 1238.

Decano Cameracensi mandat quatenus, — cum de meritis causae » que inter fratrem O., heremitam Montis Sancti Symonis, Noviomensis diocesis, ex parte una, et . . . decanum » et capitulum Noviomenses, ex altera, super ipsa heremo et » pertinentiis ejus, dampnis, injuriis et rebus aliis » vertebatur, per ea quae coram G[u]ifredo, Sabinensi episcopo, tunc tituli Sancti Marci presbytero cardinali, quem ipse papa partibus concesserat auditorem, fuerant proposita, non potuisset liquere, — testes quos utraque pars super articulis ad ipsum decanum sub bulla transmissis, coram ipso decano duxerit producendos, recipiat et examine; eorum depositiones sub sigillo suo inclusas ad ipsum papam transmittat, et partibus terminum peremptorium competentem praefigat, quo coram ipso papa compareant; ad cum diversos libellos eorum praedicto cardinali hinc inde porrectos sub sua bulla mittit. — (Reg. 19, f. 35 v^o; ann. XII, c. 175.)

« . . . decano Cameracensi. In causa que —. Dat. Laterani. V kalendas julii, anno duodecimo. »

-1111

Anagni, 15 juillet 1238.

Roberto, archidiacono Rossensi, — cui, » cum olim archi-

1. Les mots : « altaria, decimas, prebendas » résultent d'une correction.

» diaconatus Rossensis nullam haberet certam prebendam in » ecclesia Rosmarkin » (= Rosemarkie), de qua ipse archidiaconus, juxta officii sui dignitatem, posset honeste sustentari. Rossensis episcopus ecclesiam de Fortherdino (= Fotherdino, = Fodderty) et capellam de Lesselino, nec non terras et decimas bladi ecclesiarum de Ederdover (= Edderton?), Longibride (= Longbride?) et Lemnalare (= Lumlair?) in prebendam concesserat, — hanc concessionem confirmat. — (REG. 19, f. 35 v^o; ann. XII, c. 176; — POTTHAST 10624.)

« Roberto, archidiacono Rossensi. Cum a nobis — Dat. Anagnic, idibus julii, anno duodecimo. »

4112

Anagni, 15 juillet 1238.

[Simoni Gandavensi,] — quem episcopus Morinensis, loci dioecesanus, de facto imposuerat in abbatem monasterio Sancti Bertini de Sancto Audomaro, vice fratris Bartholomaei, oculo uno carentis, a priore et conventu ejusdem monasterii in abbatem electi, — significat se, licet processum ejusdem episcopi, post appellationem ad Sedem Apostolicam interpositam habitum, ipse papa duxerit irritandum, eum praedicto monasterio praefecisse, eique mandat quatenus ejusdem monasterii curam fideliter et prudenter studeat gerere. — (REG. 19, f. 36 r^o; ann. XII, c. 177; — MOREAU 1192, f. 130.)

« .. abbati monasterii Sancti Bertini in Sancto Audomaro. Ex parte .. prioris et conventus monasterii Sancti Bertini in Sancto Audomaro, Morinensis diocesis, fuit propositum coram nobis quod, monasterio ipso vacante, iidem, die prefixa ad eligendum convenientes in unum, potestatem eligendi abbati quinqué de ipsius monasterii monachis concorditer contulerunt, prestito a singulis juramento illum recipere, quem ipsi ducebant eligendum. Illi vero, secedentes in partem, super hoc tractatu habito diligenter, in unum ex se ipsis, fratrem B[artholomeum] scilicet, virum, ut asserunt, providum et discretum, vota sua unanimiter dirigentes, ipsum in eorum presentia in abbatem dicti monasterii sollemniter elegerunt; quorum electionem universi ac singuli approbantes, ipsum a venerabili fratre nostro .. Morinensi episcopo, loci dioecetano, petierunt cum

1. Cf. *Gallia christiana*, t. III (1725), col. 501 : « Simon III Gandavensis, rejecto, quia monoculus erat, Bartholomaeo Wasselin, quem elegerat conventus, a Petro, episcopo Morinensi, ordinatur ab eodem praesule, instinctu Jacobi antecessoris, qui tamen a conventu in abbatem receptus non est, nisi anno 1237, quo Summus Pontifex, auditis hinc inde partibus, electionem Simons confirmavit. » Les auteurs de la *Gallia* n'indiquent pas la source de leurs renseignements.

instantia confirmari; proposito ex parte ipsorum nichilominus coram eo, quod per bone memorie R[obertum], Sancti Stephani in Celio Monte presbiterum cardinalem, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legatum, super eo quod idem electus uno carebat oculo, cum ipso ad omnes sacros ordines fuerat dispensatum, et ipse factus sacerdos, per viginti annos in sacerdotali officio laudabiliter ministrarat. Prefatus autem episcopus, habitus super hoc consiliis diversorum, quamquam plures periti juris assererent electionem hujusmodi confirmandam, cum plus sit alicui sacerdotii jura concedi, quam administrationem monasterii, que consuevit aliquando per laicos exerceri, committi, electionem eandem pro sua voluntate cassavit, denuntians eos nichilominus illa vice eligendi potestate privatos, licet iidem in electione non deliquerint supradicta et in hoc propter premissa potuerint probabiliter erravisse, timoreque prestiti juramentum remordente illos conscientia, recipere urgentur electum a compromissariis memoratis; propter quod tam ab eisdem quam electo predicto fuit ad nostram audientiam appellatum. At idem episcopus, quod eum minime decuit, appellationem contempta, te de facto prefecit ibidem ac benedixit postmodum in abbatem, in omnes monachos et familiares dicti monasterii qui tibi obedientiam non prestarent, et communicantes eisdem excommunicationis sententiam promulgando. Quare iterato ad nostram audientiam appellarunt. Unde petebant a nobis ut, processu ipsius episcopi et quicquid post appellationes premissas vel earum alteram secutum fuerat, in irritum revocato, confirmari electionem de dicto B[artholomeo] factam, de benignitate Sedis Apostolice mandarem. Ex adverso vero pro te fuit propositum coram nobis quod, cum idem B[artholomeus] tantam irregularitatis maculam pateretur, quod dispensari super ea cum ipso rationabiliter nequivisset, et impedimentum hujusmodi adeo esset notorium, quod non poterat occultari, merito erat talis electio infirmanda; et quia dicti prior et conventus compromissariorum errorem proprium fecerant approbando, eligendi potestate privandi fuerant ea vice; nec metu juramenti prestiti excusantur, cum pretexu illius non nisi idoneum recipere tenerent. Nos igitur, hiis et aliis que fuerant proposita coram nobis, plenius intellectis, processum ipsius episcopi, in eo quod electionem cassavit hujusmodi, approbantes, in eo quod de te monasterio providit eidem post appellationem interpositam ad Sedem Apostolicam, duximus irritandum. Ceterum, quia tibi de litterarum scientia, honestate morum et

industria circumspecta laudabile testimonium perhibetur, te, de fratrum nostrorum consilio, sepedicto monasterio proficiendum providimus in abbatem. Ideoque mandamus quatenus ita fideliter et prudenter studeas gerere curam ejus, quod tibi per vite meritum et alius proficias per exemplum, ac dignam Deo exinde reddere valeas rationem. Dat. Anagnie, idibus julii, anno duodecimo. »

-1113

Anagni, 15 juillet 1238.

« In eundem fere modum .. abbati et .. priori Sancti Vedasti Atrebaten[sis], et .. preposito Sancti Donatiani Brugensis, Flandrie cancellario, Tornacensis diocesis, usque : mandavimus. Ex parte vero altera fuit propositum ex adverso quod, cum idem B[artholomeus] etc., usque : duximus irritandum. Ceterum, quia jandicto Symoni de litterarum scientia etc., usque : providimus in abbatem. Ideoque mandamus quatenus, relaxatas latam in priorem et conventum ac alios supradictos excommunicationis sententiam, juxta formam Ecclesie, ad cautelam, faciatis eidem abbati ab ejusdem monasterii subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. Contradictores etc. Quod si non omnes etc. Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 36 v° ; — MOREAU 1192, f. 132 v°.)

-1114

Anagni, 14 juillet 1238.

Eisdem, scilicet abbati et priori Sancti Vedasti Atrebaten[sis], et preposito Sancti Donatiani Brugensis, Flandrie cancellario, — commemorata preecedenti epistola, qua eis mandaverat ut sententiam excommunicationis latam, post appellationem ad Sedem Apostolicam interpositam, ab episcopo Morinensi in omnes monachos et familiares monasterii Sancti Bertini, qui Simoni, ejusdem monasterii abbati, obedientiam non praestarent, ad cautelam, juxta formam Ecclesie, relaxarent, — mandat quatenus ad relaxationem ejusdem sententiae sic, sine morae dispendio, procedant, « quod nec difficultatis aliquid nec emende alicujus exactio, » occasione hujusmodi sententiae, intercedat ». — (REG. 19, f. 36 v° ; ann. XII, c. 178 ; — MOREAU 1192, f. 133.)

« Eisdem. Cum vobis nostris —. Dat. Anagnie, II idus julii, anno duodecimo. »

-1115

Anagni, 11 juillet 1238.

Remensi et Catalaunensi archidiaconis, et magistro Gerardo de Lauduno, canonico Remensi, scribit episcopum Cameracensem ipsi papae monstrasse quod, cum Cameracensis episcopus, ipsius episcopi praedecessor, gravibus debitis preme-
retur, Apostolica Sedes mandaverat per ipsos archidiaconos

et canonicum colligi episcopales redditus et proventus, in solutionem debitorum ipsorum conventuos, certa provisione ipsi episcopo reservata, sed nonnulli ex ejusdem praedecessoris episcopi creditoribus, eadem provisione non contenti, eum super eisdem debitis, contra dictam provisionem, multipliciter inquietabant, contra ipsum diversas ad diversos judices litteras apostolicas impetrando ; unde eis mandat quatenus, « non obstantibus aliquibus litteris super premissis a Sede Apostolica impetratis, dummodo ad litis contestationem processum non fuerit per easdem », faciant creditores eosdem esse praefata provisione contentos, et in executione mandati apostolici juxta priorum ad ipsos directarum litterarum tenorem procedant. — (REG. 19, f. 36 v° ; ann. XII, c. 179.)

« .. Remensi et .. Catalaunensi archidiaconis, et magistro Gerardo de Lauduno, canonico Remensi. Venerabilis frater noster —. Dat. Anagnie, II idus julii, anno duodecimo. »

-1116

Latan, 25 juin 1238.

Abbat Cluniacensi scribit de taxatione decem milium librarum Turonensium quibusdam ecclesiis Franciae a Sede Apostolica imposita pro ecclesia Valentina a debitis suis relevanda, eique significat se, quibusdam ex illis ecclesiis appellantis, de dictis decem milibus librarum duo milia illis remisisse, dummodo residua octo milia praedictae ecclesiae sponte solvant ; ei mandat quatenus quod super hoc ab ipso papa provisum sit, si provisio ipsa fuerit vel ab universis vel saltem ab appellantis acceptata, exsequi non possint. — (REG. 19, f. 36 v° ; ann. XII, c. 180 ; — cf. J. BERNOULLI, *Acta Pontificum Romanorum*, t. II, p. 132, n. 197 ; — cf. *ibidem*, n. 841 et 3301.)

« .. abbati Cluniacensi, Matissonensis diocesis. Olim intellecto quod ecclesia Valentin[is] gravi premebatur onere debitorum, paterno sibi compatiens affectu, ac super hoc, ne forte sub hujusmodi sarcina omnino deficeret, remedium apponere cupientes, in Ludunensi et Viennensi provinciis, ac terra commissa legationi venerabilis fratris nostri .. episcopi Tornacensis, legationis officio tunc fungentis, eidem ecclesie subsidium decem milium librarum Turonensium fieri mandavimus, per venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Viennensem, qui postmodum ipsi episcopo in legatione successit, inter ecclesias predictorum locorum dividendarum juxta proprias facultates. A quo venerabilis frater noster .. archiepiscopus Narbonensis, pro

I. Cf. *supra*, n° 1473.

se et quibusdam ex suffraganeis suis, nec non abbatibus, prioribus et capitulis sue provincie. .. Magalonnensis, .. Eduensis, .. Lingonensis, .. Albiensis et .. Rutenensis episcopi, pro se et subditis suis, sentientes indebite se gravari, ex eo quod, non vocatis eisdem et ecclesiarum facultatibus non pensatis, inter ipsos pecuniam ipsam perperam pro sua voluntate taxavit, et ex aliis justis causis, ad nostram audientiam appellarunt. At idem, eorum appellatione contempta, de facto, cum de jure non posset, excommunicationis sententiam tulisse dicitur in eosdem. Procuratoribus igitur partium propter hoc apud Sedem Apostolicam constitutis venerabilem fratrem nostrum R[omanum], Portuensem episcopum, concessimus audirem. Coram quo cum super causis appellationis diutius disceptasset, et ipse quo fuerunt proposita coram eo, nobis et fratribus nostris fideliter retulisset, de ipsorum consilio sic duximus providendum, ut, latis in archiepiscopum et alios supradictos ab eodem archiepiscopo excommunicationis sententiis, relaxatis per te primitus ad cautelam, de dictis decem milibus librarum universis duo milia remittantur, dummodo residua octo milia sponte solvant, et hii qui non appellarunt propter hoc, vel, appellantes a prefato archiepiscopo, appellationem prosequi non curarunt, appellationem suam prosequentibus plene satisfaciendae de expensis quas, occasione appellationis hujusmodi, subierunt; alioquin nullum de remissione ipsa comodum assequantur, sed eis tantum fiat ista remissio, qui sunt appellationem emissam a jamdicto archiepiscopo prosequuti; reliquis octo milibus librarum inter ecclesias supradictas per te, de cujus industria plenam fiduciam obtinemus, pensatis diligenter facultatibus singularum, fideliter dividendis, et solvendis infra triennium a receptione presentium ecclesie Valentine, ita quod dicta pecunia in solutionem predictorum debitorum per manus tuas integre convertatur. Quocirca mandamus quatenus quod super hoc a nobis provisum est in hac parte, si provisio ipsa vel ab universis vel saltem ab appellantis fuerit acceptata, exequi, appellatione, contradic[tione] ac excusatione prorsus cessantibus, non postponas —. Quod si premissa provisio acceptata non fuerit a predictis, in executione mandati nostri, dilatione ac excusatione cessantibus, procedas juxta priorum continentium litterarum. Dat. Laterani, VII kalendas julii, anno duodecimo. »

-1-17

Anagni, 16 juillet 1238.

Episcopo Acconensi postulanti concedit ut, — cum ecclesia

Acconensis, propter frequentiore clericorum absentiam ab ea, multoties in divinis officiis detrimentum pateretur, « nec » iidem melius quam per subtractionem beneficiorum suorum compelli valeant ad residentiam inibi faciendam », — « quosdam bisantios quos, cotidiane distributionis nomine, » singulis mensibus cuilibet clericorum chori ejusdem ecclesie » hactenus » consueverat conferre, illis dumtaxat qui horis canonicis per singulas horas diei intersint, distribuere possit. — (REG. 19, f. 37 r^o; ann. XII. c. 181.)

« .. episcopo Acconensi. A nobis tua —. Dat. Anagnie, XVII kalendas augusti, anno duodecimo. »

-1-18

Anagni, 21 juillet 1238.

Archiepiscopo Arelatensi mandat quatenus concessionem, permutationis nomine, ab abbate et conventu monasterii Sancti Rufi praeposito et capitulo Magalonnensibus factam de ecclesia et insula Setae (= Cette), — quas ecclesiam insulamque instrumenta indicabant ad jus et proprietatem Romanae Ecclesiae pertinere, et Lucius Urbanusque, Romani Pontifices, sub annuo censu eidem monasterio concesserant, — penitus revocet, et causam inter episcopum Agathensem, qui easdem ecclesiam insulamque detinere dicebatur, ex una parte, et praedictos praepositos et capitulum Magalonnenses, ex altera, super praefatis ecclesia et insula exortam, ac totum negotium ad easdem ecclesias et insulam pertinens, examinet. — (REG. 19, f. 37 r^o; ann. XII. c. 182; — MOREAU 1192, f. 134.)

« .. archiepiscopo Arelatensi. Exhibite nobis venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Viennensis littere continebant quod, cum, inter venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Agathensem, ex parte una, et dilectos filios .. praepositos et capitulum Magalonnenses, ex altera, super ecclesia et insula Sete, que beati Petri juris existit, coram ipso archiepiscopo, tunc Apostolice Sedis legato, questione suborta, in eundem archiepiscopum fuisset a partibus tanquam in arbitrum super eisdem ecclesia et insula concorditer commissum : tandem, post discussionem diutinam, cum per instrumenta exhibita coram eo constitisset evidenter eidem predictas ecclesiam et insulam ad Romanam Ecclesiam pleno jure spectare, ac ipsas fuisse jamdudum per felicis recordationis Lucium et Urbanum¹, Romanos Pontifices, predecessores nostros, sub annuo censu concessas monasterio Sancti Rufi, quas [...] abbas et conventus ipsius monasterii de facto, cum de jure non possent, absque Sedis Apostolice licentia et assensu, cum praefatis

1. Probablement Lucius III et Urban III.

preposito et capitulo permutarunt, nobis irrequisitis. non duxit ulterius in negotio procedendum. Nos igitur. inspectis instrumentis ipsis nobis exhibitis, et ejusdem archiepiscopi litteris, prout convenit, diligenter, quia dicta instrumenta indicant eadem ecclesiam et insulam ad jus et proprietatem Romane Ecclesie pertinere, mandamus quatenus. revocata penitus permutatione ipsa, quam nos ratam aliquatenus non habemus, et quicquid ex ea secutum est vel ob ipsam. ac restitutus dictis preposito et capitulo quecumque data. occasione permutationis hujusmodi, extiterunt. audias tam de jure Romane Ecclesie quam quicquid dictus episcopus. qui eas detinere dicitur, infra quinque menses post monitionem tuam coram te duxerit proponendum, et. inquisita super omnibus sollicitè veritate, omnia nobis tuis litteris studeas fideliter intimare. ut provideamus exinde prout secundum Deum et justitiam viderimus expedire. Testes etc. Contradictores — Dat. Anagnie. XII kalendas augusti. anno duodecimo. »

-1119

Anagni, 21 juillet 1238.

Episcopo Glasguensi, — cum, licet ipsi episcopo ejusque successoribus nec non clericis ecclesie Glasguensis a Sede Apostolica fuisset indultum, ut per litteras apostolicas quae de hac indulgentia expressam non facerent mentionem, non possent extra regnum Scotiae trahi ad iudicium. iudices tamen extra idem regnum positi, ad quos litterae contra ipsos Glasguenses a Sede Apostolica impetrabantur, commissa aliis de eodem regno ipsorum causa, definitivam sententiam sibi reservarent. — indulget ut ad iudices extra praedictum regnum positos, per litteras a Sede Apostolica impetratas, quae de praesenti indulgentia expressam non fecerint mentionem, non possint conveniri. — (REG. 19, f. 37 r^o; ann. XII. c. 183. — et. *supra*, n. 2583.)

« .. episcopo Glasguensi. Sicut ex parte —. Dat. Anagnie. XII kalendas augusti, anno duodecimo. »

-1150

Latran, 27 juin 1238.

Episcopo Wigorniensis scribit de Riccardo de Toni¹, thesaurario Anleghavensi, cruce signato, regis Scotiae nepote, qui quaedam beneficia, curam animarum habentia, sine dispensatione apostolica obtinebat, eaque nec salva conscientia retinere nec sine dispendio manifesto dimittere poterat; ei mandat quatenus circa eundem thesaurarium, cum dicta be-

neficia in ipsius episcopi mansione designaverit et proventus ex illis perceptos restituerit, in subsidium Terrae Sanctae juxta ipsius episcopi taxationem de mandato apostolico convertendos, statuat prout viderit expedire. — (REG. 19, f. 37 v^o; ann. XII. c. 184.)

« .. episcopo Wigorniensis. Dilectus filius Riccardus —. Dat. Laterani. V kalendas julii. anno duodecimo. »

-1151

Anagni, 21 juillet 1238.

Eidem, de eadem re scribens, commemorata praecedenti epistola, sub numero 4450 notata, mandat quatenus, cum praedictus Riccardus de Thony —, quem ipse papa, intuitu illius meritorum et obtentu regis Scotiae, cuius idem Riccardus nepos erat. volebat prosequi gratia speciali, — adeo tenues, sicut dicebatur, haberet facultates, quod, restitutus fructibus ex praedictis beneficiis perceptis, commode non possit exsequi votum crucis, eidem Riccardo, votum suum prosequenti, de iamdictis fructibus gratiam faciat quam ipse episcopus viderit expedire. — (REG. 19, f. 37 v^o; ann. XII. c. 185.)

« Eidem. Inclinati precibus dilecti —. Dat. Anagnie. XII kalendas augusti, anno duodecimo. »

-1152

Anagni, 26 juillet 1238.

Archiepiscopo Burdegalensi, — audito quod episcopus et capitulum Engolismenses, cum « super ordinandis in ecclesia Engolismensis canonicis, quibus tunc plurimum indigebat, » non possent, prout communiter spectabat ad ipsos, esse « concordés, tandem quatuor de capitulo, electis super hoc » ab eis arbitris, ordinationem ipsius ecclesie illa vice « commiserant; audito etiam quod iidem arbitri inter cetera statuerant quod, « quotiens ibidem aliquem canonicum mori » contingeret, presbiteri presbiterum, diaconi diaconum et « subdiaconi subdiaconum reciperent in canonicos et in » fratres, reliquis non vocatis, sic excludentes episcopum ne « interesset, nisi tantum presbiteris ordinandis, qui consue- » verat et debebat cum omnibus omnium promotionibus canonicorum Engolismensium interesse », — mandat quatenus praefatum arbitrium, iuribus canonicorum contrarium, et quod ex eo secutum sit vel ob ipsum, auctoritate apostolica revocet. — (REG. 19, f. 37 v^o; ann. XII, c. 186. — MOREAU 1192, f. 137.)

« .. archiepiscopo Burdegalensi. Ad nostram noveris —. Dat. Anagnie. VII kalendas augusti. pontificatus nostri anno duodecimo. »

1. Sic, dans cette pièce; dans la pièce suivante: Riccardo de Thony.

-1453

Anagni, 21 juillet 1238.

Maguntino et Bisuntino archiepiscopis mandat quatenus Petrum de Berno, imperialem iustitiarium, Uldricum de Muraeh, militem, et quosdam alios fautores eorum, Lausanensis diocesis, — qui, in Lausanensem episcopum, cum ipse ad reconciliandum quamdam suae dioecesis ecclesiam accessisset, irruentes, eundem ceperant, non absque gravi corporis laesione, ac ipsum, vestibus turpiter lanatis, equo, cappa, pileo et annulo spoliarant, — singulis diebus dominicis et festis per Maguntinam et Bisuntinam provincias excommunicatos denuntiari faciant, et loca eorum, quamdiu ibi fuerint, supponant ecclesiastico interdicto; eis insuper significat se statuerent nullus filiorum ac nepotum illorum ex virili sexu descendendum, ad ecclesiasticum officium seu beneficium admittitur, nisi per gratiam Sedis Apostolicae speciale. — (REG. 19, f. 37 v°; ann. XII, c. 187; — MOREAU 1192, f. 136; — POTTHAST 10626; — J. BERNOULLI, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 133, n° 198.)

« .. Maguntino et .. Bisuntino archiepiscopis. Grandis et gravis —. Dat. Anagnie, XII kalendas augusti, anno duodecimo. »

-1454

Anagni, 31 juillet 1238.

Archiepiscopo Senonensi et episcopo Parisiensi, — lecto in litteris regis Francorum quod episcopus, decanus et capitulum Carnotensis, « quemdam novitatis modum haetenus in suetum in partibus Gallicanis, non absque gravi scandalo, » magnis periculis et timore dissensionis, inducere satagentes, occasione sententiarum excommunicationis in personas « et interdicti in terram » comitis et comitissae Carnotensium « auctoritate ordinaria prolatarum », ab eisdem comite et comitissa, quos postmodum eadem auctoritate absolverant, quamdam nitabantur extorqueri pecuniae quantitatem, rotundendam, ut asserbant, « ecclesiis civitatis et dioecesis » Carnotensis, in recompensationem dampnorum, pro obligationibus interdicti huiusmodi tempore non perceptis », — mandat quatenus praedictos episcopum, decanum et capitulum moveant et inducant ut tali exactioni superseant. — (REG. 19, f. 38 v°; ann. XII, c. 188; — MOREAU 1192, f. 147; — NOEL VALOIS, *Gaillarde d'Anvergne*, p. 271.)

« .. archiepiscopo Senonensi et .. episcopo Parisiensi. Karissimi in Christo —. Dat. Anagnie, II kalendas augusti, anno duodecimo. »

-1455

Anagni, 28 juillet 1238.

Abbate de Bocham, Cisterciensis ordinis, Vespriemiensis diocesis, R., priori Hospitalis Hierosolymitani in Hungaria et Slavonia, et magistro Lucae, archidiacono Supruniensi,

Geuriensis diocesis, — qui, licet Cenadiensem episcopum invenerint « pati tantum defectum luminis, quod inhabilis » esset « ad pontificale officium exereendum, quia tamen ipsum » non » invenerant « alias gravi infirmitate corporis laborare, » ad executionem mandati » apostolice super eiusdem occasione recipienda non processerant, — mandat quatenus, nisi dictus episcopus cedere velit, coadjutorem ei deponent. — (REG. 19, f. 38 v°; ann. XII, c. 189; — POTTHAST 10627; — cf. J. DELAVILLE LE ROUX, *Portulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II (1897), p. 534, iv° 2205; — cf. *supra* n° 3816.)

« .. abbati de Bocham, Cisterciensis ordinis, R., priori Hospitalis Hierosolymitani in Hungaria et Slavonia, et magistro Lucae, archidiacono Supruniensi, Vespriemiensis et Geuriensis diocesium. Olim intellecto quod —. Dat. Anagnie, V kalendas augusti, pontificatus nostri anno duodecimo. »

-1456

Anagni, 30 juillet 1238.

Rollando, subdiacono et capellano suo, Apostolicae Sedis legato, diversa mandata dat de demaniis Apostolicae Sedis in Sardinia custodiendis, praecipue de castris Montis Acuti et Montis Cutiani, et de iudicatu Gallurensi, nec non de [Adelasia], domina iudicatus Turritani, tuenda. — (REG. 19, f. 38 v°; ann. XII, c. 190.)

« Rollando, subdiacono et capellano nostro, Apostolice Sedis legato. Inter cetera que sunt per diligentie tue studium exequenda, volumus et presentium tibi auctoritate districte precipiendo mandamus quatenus castrum Montis Acuti, quod dilecta in Christo filia nobilis mulier .. domina iudicatus Turritani per manum dilecti filii magistri Alex[andri], capellani nostri, Ecclesie Romane donavit, olim venerabilis fratris nostri .. Empurienensis episcopi custodie deputatum, quam primum poteris, tibi facias assignari, penam congruentem eidem episcopo, pro negligentia quam adhibuit circa ipsius castri custodiam, inflicturus; hoc ipsum faciens de castro Montis Cutiani, quod nobilis predicta teneat, cum voluerimus, assignare libere cui mandaverimus assignandum; ipsaque diligenter per dilectum filium nobilem virum Petrum, iudicem Arboree, pro pace Sardinie et securitate ipsius domine, custodiri. Et cum dicta nobilis tali debeat nubere, per quem iura Romane Ecclesie illibata serventur, ac nos de tali persona in virum ei providere velimus, que et nobilitati sue congruat, et terram ipsius in forti manu defendere valeat et tueri, eandem dominam per supradictum

nobilem, consobrinum suum, sic honeste ac sic honorifice, donec tradatur nuptui, facias custodiri, quod nulla de ipsa sinistra suspicio suboriri valeat, vel aliqua ei ab emulis suis injuria irrogari. Ad hec, cum judicatus Gallurensis, quem [...] filius Iubaldi, civis Pisani, non absque multa temeritate olim invasisse dicitur, sit juris et proprietatis beati Petri, volumus et mandamus ut, congregatis Sardis, excepta persona ipsius judicis, si excipi ipse voluerit, eundem judicatum Gallurensis ad manus tuas recipiens, facias diligenter ipsum per dictum nobilem custodiri usque ad nostre beneplacitum voluntatis. Munitiones quoque omnes tam Gallurensis quam Turritani judicatum, pro duobus annis ad minus, de omnibus necessariis sufficienter muniri facias, et in eis custodes fideles et idoneos deputari, facturus idem postmodum de castro Aquæ Frigide, in Calaritana provincia existente. Nullam quoque prorsus concessionem facias nobili viro Rainerio¹ comiti vel alicui alii de terra predicti judicatus Calaritani, quam uxor ipsius comitis tenere debet tantum in vita sua; nec feudum aliquod seu possessionem concedas in tota Sardinia vel confirmes alicui Pisano vel Januensi; sed potius, si qua in prejudicium Romane Ecclesie de demaniis alienata inveneris, studeas revocare; statuta que idem capellanus pro honore Apostolice Sedis et tranquillitate Sardinie, de consensu et voluntate clericorum et laicorum, rationabiliter edidit, faciens firmiter observari. Molestatores quoslibet seu turbatores Sardinie, quicumque fuerint, humiles vel sublimes, cum opus fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Dat. Anagni, III kalendas augusti, pontificatus nostri anno duodecimo. »

1157

Anagni, 30 juillet 1238.

Eidem mandat quatenus. — cum comes Rainerius [de Bulgari?], pro judicatu Calaritano, quem Beneficta, olim domina Calaritana, Ecclesie Romanæ concesserat, viginti libras argenti, et Petrus, iudex Arboreæ, mille et centum byzantios eidem Ecclesie, census nomine, annis singulis solvere tenerentur. tam argentum quam byzantios supradicta pro annis quibus non erant soluta, nec non censum clericorum et laicorum Sardinie, nomine Ecclesie Romanæ recipiat, et illa, per manus archiepiscopi Arborensis et ejusdem Petri judicis, abbati Sancti Zenonis Pisani, assignanda per eundem [abba-

1. Sans doute Rainerius de Bulgari (cf. supra, n° 2815), de même que dans la pièce suivante.

tem] Ecclesie Romanæ, caute destinat. — (Reg. 19, f. 38 v°; ann. XII, c. 191; — cf. supra, n. 2815, 3872 et 3873.)

« Eidem. Cum nobiles viri —. Dat. ut supra. »

1158

Anagni, 30 juillet 1238.

Archiepiscopum Arborensis rogat et monet quatenus castrum Gerapol., pro duobus annis, ad minus, de omnibus necessariis faciat muniri, et terræ Petri, judicis Arboreæ, Apostolice Sedis obsequiis occupati, curam diligentem habeat. — (Reg. 19, f. 38 v°; ann. XII, c. 192.)

« .. archiepiscopo Arborensi. Fervorem fidei et virtutum constantie que, non absque multis laboribus et expensis, ad nos et Romanam Ecclesiam te habere didicimus, dignis in Domino laudibus commendantes ac prosequentes actionibus gratiarum, fraternitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus, in ejusdem Ecclesie matris tue, devotione continuatis studiis perseverans, castrum Gerapol. Sedis Apostolice speciale, dudum per dilectum filium magistrum A[lexandrum]¹, capellanum nostrum, custodie tue commissum, pro duobus annis ad minus, de omnibus necessariis sufficienter muniri facias, et in eo custodes fideles et idoneos deputari. Nichilominus terre dilecti filii nobilis viri Petri, judicis Arboreæ, fidelis nostri, qui obsequiis Apostolice Sedis occupatus existit, cum de te gerat fiduciam pleniorum, curam et sollicitudinem habeas diligentem, ita quod eidem obsequiis liberius intendere valeat, et nos de [votionem] [quam] possimus merito commendare. Dat. ut supra. »

1159

Anagni, 30 juillet 1238.

« In eundem fere modum nobili viro Petro, judici Arboreæ, fidei nostro, usque perseverans, sicut nostram gratiam curam habes, tam dilecti in Christo filie nobilis mulieris Adelsie, domine Turritane, donec de beatia nostra prospicit, quam terra sue curam et sollicitudinem habeas diligentem, eandem nobilem sic honeste ac sic decenter faciens custodiri, quod nulla de ipsa sinistra suspicio suboriri valeat, vel aliqua ei ab emulis suis injuria irrogari. Castra quoque ipsius et alia de Sardinia, excepto castro Gerapol., quod a nobis custodie venerabilis fratris nostri .. Arborensis archiepiscopi est

1. Cf. supra, n. 3470-3474, 3572 et 4456.

2. Cf. supra, n° 4400.

commissum, pro nobis annis etc., ut supra, usque : deputari; ad recuperandum iudicium Gallarensem et alia iura Romane Ecclesie, prout etiam juramento teneris, secundum datum tibi a Deo prudentiam, nichilominus processurus, certus datum de sumptibus, si quos pro servitio ipsius Ecclesie facere te contigerit, de ipsius terre proventibus tibi, auctore Domino, plenarie satisfiet. Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 39 r°.)

-1460

Anagni, 2 août 1238.

Archiepiscopus et episcopis, abbatibus et universis ecclesiarum prelati per Sardiniam constituti significat se Rolandum, ipsius papae subdiaconum et capellanum, in Sardiniam cum plenae legationis officio destinasse, eosque rogat et hortatur quatenus illum hilariter recipiant et honeste tractent, ejusque monita et mandata humiliter servent. — (REG. 19, f. 39 r°; ann. XII, c. 193.)

« *Archiepiscopus et episcopis, abbatibus et universis ecclesiarum prelati per Sardiniam constituti.* Cum non possit —. Dat. Anagnin, III nonas augusti, anno duodecimo. »

1461. — In eundem modum nobilibus viris iudicibus et universis laicis per Sardiniam constitutis.

-1462

Anagni, 30 juillet 1238.

Episcopo Regino, Roberto, canonico Regino, et Alberto, vicedomino Brixiensi, mandata dat contra quosdam rebelles et sacrilegos, qui, inter alia, post unionem monasteriorum de Campagnola et de Marola, quendam juvenem, apostatam et infamem, in abbatem de Marola elegerant, priorem et aliquos fratres ejusdem monasterii de Campagnola exinde violenter expulerant, et Rolandum, quondam priorem monasterii de Columbario, auctoritate apostolica depositum, ad prioratus officium restituerant. — (REG. 19, f. 39 r°; ann. XII, c. 191; — cf. supra, n. 1407-1409.)

« ... *episcopo et Roberto, canonico Regin[is], et Alberto, vicedomino Brixiensi.* Dilectus filius Egidius, prior monasterii de Campagnola, flebili nobis conque[stione] monstravit quod, cum monasterium de Marola, nullo medio ad Romanam spectans Ecclesiam, collapsum in spiritualibus et temporalibus extitisset, et in monasterio de Campagnola, quod similiter beati Petri juris existit, non minor rigor observantie regularis quam in sancti Benedicti regula servaretur : nos tibi, frater episcope, et fratri Stephano, tunc priori provinciali fratrum ordinis Predicatorum de Lombardia, et O., ar-

chidiacono [Vicentino], nostras direximus litteras, continentes quod, si fratres ejusdem monasterii de Marola, vel major et sanior pars ipsorum, in hoc unanimiter concordēs existerent, et utriusque loco expedire sciretis, predicta monasteria curaretis unire, illud de Marola, cum sit antiquius, caput ordinis statuentes; regula sancti Augustini et ejusdem monasterii de Campagnola constitutionibus et observantiis in omnibus semper salvis. Sed vos, ad prefatum monasterium de Marola personaliter accedentes, votis fratrum ejusdem super hoc diligentius inquisitis, quia non solum major pars eorum, sed etiam omnes suum in hoc prestitere consensum, monasteria unifi[stis] eadem, sicut in instrumento publico super hoc confecto plenius continetur. Cumque postmodum G., tunc abbas ipsius monasterii de Marola, contractus unius, suam insufficientiam recognoscens, in manibus dicti prioris provincialis, qui super visitatione monasteriorum exemptorum Lombardie a nobis mandatum generale receperat¹, et etiam speciale super recipienda resignatione ipsius abbatis, et potestate[un] de alio eidem monasterio providendi², sponte renuntiasset regimini abbatie, fratres ipsius monasterii³ dictum priorem de Campagnola in abbatem suum canonice ac concorditer elegerunt, sibi, post confirmationem electionis hujusmodi, debitam obedientiam et reverentiam impendentes. Sed postmodum plures ex ipsis, licet fratrum de Campagnola ordinem assumpsissent, spiritu insanie concitati, ad eiciendum exinde memoratos abbatem et fratres de Campagnola temere conspirarunt. Et quamquam postmodum, penitentia ducti, abbas ejusdem juraverint stare mandatis, iterato tamen in eandem lapsi dementia, quendam juvenem, apostatam et infamem, qui pluries fratrum ordinis Minorum reliquerat habitum, ibidem in abbatem eligere presumpserunt, priorem et aliquos fratres de Campagnola, nec non illos ex monachis de Marola qui unionem hujusmodi servare volebant, exinde, congregata multitudine armatorum, quorum aliqui, ne ipsorum posset haberi notitia, facies denigratas habebant, cum gladiis et fustibus, non absque violenta injecione manuum, turpiter expellentes. Preterea [Rolandum]⁴, quondam priorem monasterii de Columbario, dicto monasterio de Marola immediate subjecti, ab eodem provinciali auctoritate nostra depositum et

1. Cf. supra, n° 3668.

2. Cf. supra, n. 3713 et 3871.

3. Il faut entendre : monasterii de Marola.

4. La forme complète de ce nom est donnée par les pièces 3866, 3878 et 3870.

excommunicatum, exigentibus culpis suis, ad prioratus officium temeritate propria restituere presumpserunt, quosdam ejus consanguineos a solvenda quadam quantitate pecunie, de facto, cum de jure nequiverint, absolventes, in qua sepedito monasterio de Marola, pro illatis per ipsos eidem dampnis et injuriis, fuerant per nobilem virum .. potestatem Regin[am], exigente justitia, condemnati. Nos igitur, pati nolentes quod ipsi tantam ac [sic] notoriam presumpsisse nequitiam gloriantur, districte precipiendo mandamus quatenus hujusmodi sacrilegos et eorum complices, cujuscumque conditionis existant, et precipue Johannem de Ciso, monachum, Frid[er]icum de Scisso, B. de Valvesneria et G. de Montanario, cives Regin[os], qui per alios rei dicuntur excessuum predictorum, tamdiu singulis diebus dominicis et festivis, per Parmensem, Mutinensem et Regnam civitates et dioceses excommunicatos publice nuntietis, et faciat etc., usque : absolvendi. Ceterum, quia non est conventio lucis ad tenebras, a sepedito monasterio de Marola constitutos ibidem propellatis monachos et conversos, in aliis monasteriis ordinis sancti Benedicti collocantes eosdem ; ac quod per ipsos circa electionem apostate memorati, et restitutionem predicti R[olandij] ad prioratus officium, ac relaxationem prelate condemnationis invenieritis sic perperam attemptatum, in irritum revocetis, dictis priori et fratribus de Campagnola tantum de bonis ejusdem monasterii de Marola, pro illatis eis dampnis et injuriis, ac laboribus et expensis quas subierunt, occasione hujusmodi, exhibentes, quod eis ex ipsis juxta taxationem vestram possit recompensatio congrua provenire. Contradictores etc. : invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Quod si non omnes etc., tu, frater episcopo etc. Dat. Anagnie, III kalendas augusti, pontificatus nostri anno duodecimo. »

1163

Anagni, 2 août 1238.

Priori et fratribus Sancti Bartholomaei de Castellione, Gerundensis diocesis, regulam sancti Augustini, sub qua elegerant Domino famulari, concedit, et significat se statueret eadem regula ab ipsis ipsorumque successoribus in perpetuum observetur. — (REG. 19, l. 39 v^o; ann. XII, p. 195.)

« .. priori et fratribus Sancti Bartholomaei de Castellione, ordinis sancti Augustini, Gerundensis diocesis. Celestia querebantur terrenis —. Dat. Anagnie, III nonas augusti, anno duodecimo. »

1. Cf. 2 Cor. VI, 14.

1164

Anagni, 29 juillet 1238.

Patriarchae Antiocheno concedit ut contra quosdam « in solentes » civitatis et diocesis Antiochenae, — qui, pro eo quod ipsius patriarchae jurisdictioni non suberant, vilipendebant sententias latis ab ipso patriarcha vel ipsius auctoritate in eos, ratione excessuum quos in ipsius patriarchae jurisdictione commiserant, — secundum sanctiones canonicas officium suum exsequatur. — (REG. 19, l. 39 v^o; ann. XII, p. 196.)

« .. patriarche Antiocheno. Sicut in nostra —. Dat. Anagnie, III kalendas augusti, anno duodecimo. »

1165

Latan, 26 juin 1238.

Patriarchae Antiocheno, Apostolicae Sedis legato, cui ipse papa, sicut et patriarchae Hierosolymitano, legationis officium, donec de latere apostolico mittatur legatus, in partibus transmarinis commiserat, indulget ut, ad Sedem Apostolicam, redeunte legato, ipse patriarcha in patriarchatu Antiocheno dumtaxat legationem valeat exercere. — (REG. 19, l. 40 r^o; ann. XII, p. 197.)

« .. patriarche Antiocheno, Apostolice Sedis legato. Per diutinam experientiam —. Dat. Laterani, VI kalendas julii, anno duodecimo. »

1166

Latan, 26 juin 1238.

Apamiensi et Mamistano¹ archiepiscopis mandat quatenus Armenorum praefatum, qui a catholicos vulgariter appellatur, inducant ut, cum tota Armenia in patriarchatu Antiocheno consisteret, patriarchae Antiocheno obedientiam, quam ei denegare dicebatur, exhibeat ; quod si ipsorum mandis acquiescere forte noluerit, quicquid ab eo in talibus faceret proponendum quare ad id se assensum non teneri, suis litteris ipsi papae intimet. — (REG. 19, l. 40 r^o; ann. XII, p. 198; — MOREAU 1192, l. 121, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10620.)

« .. Apamiensi et .. Mamistano archiepiscopis, Venerabilis fratris nostri r —. Dat. id supra. »

1167

Latan, 26 juin 1238.

Unigenitis abbatibus et clericis, Graecis, Armenis et Georgianis, Antiochenae civitatis et diocesis, patriarchae Antiocheno obedire monentibus, praecipit quatenus eorum patriarchae obedientiam et reverentiam debitam impendant ;

1. POTTHAST imprimeur Macédonien, d'après RAYNA DI ANAGNI ebraisticae, t. XIII, 1649, p. 112, ann. 1238, § 34. Il s'agit ici de l'archevêque de Mamistra ou Mossesse, en Arménie.

alioquin sententiam quam idem patriarcha rite tulerit in rebelles, ipse papa ratam habebit et faciet usque ad satisfactionem condignam observari. — (REG. 19, f. 40 r^a; ann. XII, c. 199; — MOREAU 1192, f. 120.)

« *Universis abbatibus et clericis, Grecis, Armenis et Georgianis, Antiochen[ae] civitatis et diocesis.* In admirationem deducimur —. Dat. ut supra. »

-1168

Latran, 26 juin 1238.

Patriarchae Antiocheno, specialis devotionis intuitu quam idem patriarcha ad ipsum papam et ad Romanam Ecclesiam dinoscatur habere, indulget ut nullus in ejus personam, auctoritate litterarum apostolicarum quae de hac indulgentia non fecerint mentionem, excommunicationis sententiam valeat promulgare. — (REG. 19, f. 40 r^a; ann. XII, c. 200.)

« *patriarche Antiocheno.* Apostolice Sedis benignitas —. Dat. ut supra. »

-1169

Latran, 26 juin 1238.

Eidem indulget ut nullus in civitatem Antiochenam et in castrum Cursarii, ad ecclesiam Antiochenam spectans, excommunicationis vel interdicti sententiam, litterarum apostolicarum auctoritate quae de hac indulgentia non fecerint mentionem, valeat promulgare. — (REG. 19, f. 40 r^a; ann. XII, c. 201.)

« *Eidem.* Fraternitatis tue devotis —. Dat. ut supra. »

-1170

Latran, 26 juin 1238.

Eidem indulget ut in quibusdam civitatibus et locis, quae a Sarracenis tunc detinebantur, sed « olim sub obedientia » patriarchae Graeci Antiocheni fuisse » noscebantur, « si civitates et loca predicta de Sarracenorum manibus contigerit » liberari », jurisdictionem suam libere valeat exercere. — (REG. 19, f. 40 r^a; ann. XII, c. 202.)

« *Eidem.* Cum, sicut tua —. Dat. ut supra. »

-1171

Anagni, 31 juillet 1238.

Archiepiscopo Tyrensi, et Aconensi et Anteradensi episcopis mandat quatenus [Bohemundum V], principem Antiochenum, moneant ut patriarchae et ecclesiae Antiochenis de

gravaminibus et injuriis eis ab ipso vel ab ipsis officialibus illatis, satisfactionem debitam impendat, et de cetero similia non praesumat. — (REG. 19, f. 40 v^a; ann. XII, c. 203; — MOREAU 1192, f. 146, *partim* ex RAYNALDO; — POTTHAST 10628.)

« *.. archiepiscopo Tyrensi, .. Aconensi et .. Anteradensi episcopis.* Gravem venerabilis fratris nostri .. patriarchae Antiocheni recepimus questionem quod, cum princeps Antiochenus existens pro tempore, priusquam recipiat principatus honorem et pro principe habeatur, debeat a patriarcha Antiocheno investituram de principatu recipere per vexillum, et iuramentum fidelitatis sibi et ecclesiae Antiochene prestare, ac in hac possessione vel quasi ecclesia supradicta consistat, utpote quae a clare memorie progenitoribus nobilis viri B[ohemundi V], principis Antiocheni, recepit hujusmodi iuramentum, et ipsi investituram de principatu ab eadem ecclesia receperunt : idem nobilis, a vestigiis predecessorum suorum pro sua voluntate recedens, non solum investituram eandem, prout debet et moris est, ab eo recipere ac fidelitatis prestare noluit iuramentum, sed etiam, adversus matrem suam Antiochenam ecclesiam se extollens, ad gravamen ipsius et injurias extendit illicite manus suas, in homines ejusdem ecclesiae ac alios de foro ipsius, contra justitiam et formam compositionis inite inter eundem patriarcham et quondam B[ohemundum IV], patrem dicti nobilis, jurisdictionem indebitam usurpando. Cum enim castellanus castrum Cursarii, officialis ecclesiae supradictae, quendam homicidam, qui presbiterum prefati castrum ausu diabolico crudeliter trucidarat, suspensio condempnasset, idem nobilis castellanum eundem, quamquam in eum jurisdictionem aliquam non haberet, pro sue voluntatis arbitrio diffidavit, inhibens nichilominus suis officialibus et balivis ne hominibus patriarchae ac ecclesiae suae aliis de foro ipsorum justitiam aliquam exhiberent, alias eis gravis plurimum et injuriosus existens. Nolentes igitur eorundem patriarchae ac ecclesiae gravamen indebitum sustinere, ac de vestre circumspectionis prudentia plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati vestre, de ipsius patriarchae et alterius partis procuratoris assensu, mandamus quatenus eundem nobilem ut de premissis gravaminibus et injuriis debitam satisfactionem impendat et de cetero similia non praesumat, ab eorum et hominum suorum hujusmodi gravaminibus penitus desistendo, moneatis at[tentius] et efficaciter inducatis, ipsum ad hoc, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cognita veri[tate], cogentes. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio

generali. Quod si non omnes etc. Dat. Anagnie, II kalendas augusti, anno duodecimo. »

1172

Anagni, 31 juillet 1238.

Eisdem, de eadem re scribens, mandat quatenus ad pacem componendam inter patriarcham Antiochenum et Bohemundum V], principem Antiochenum, qui ab eodem patriarcha investituram recipere et ei fidelitatis juramentum præstare nolbat, se interponant. — (REG. 19. f. 40 v°; ann. XII. c. 204.)

« Eisdem. Venerabilis frater noster .. patriarcha Antiochenus in nostra propositu presentia constitutus quod, cum .. princeps Antiochenus etc., ut supra, usque : recedens, recepto auctoritate propria de altari ecclesie predicte vexillo, licet nec investituram, prout debet et moris est, ab eo recipere, nec fidelitatis sibi et ipsi ecclesie prestare voluerit juramentum, pro principe tamen Antiocheno se gerit, in ipsorum patriarche et ecclesie prejudicium et gravamen. Quare nobis humiliter supplicavit ut eum compelli ad recipiendum investituram eandem a patriarcha jamdicto, et prestandum et servandum juramentum hujusmodi, mandaremus. Cupientes igitur inter eosdem patriarcham et nobilem pacem et concordiam, si datum fuerit desper, reformari —, mandamus quatenus ad reformandum inter eos pacem et concordiam interponatis efficaciter partes vestras. Que si forsan, quod absit! provenire nequiverit, par[tibus] con[vocatis] et au[ditis] hinc inde propositis, causam, si de par[tium] voluntate proces[erit], [i]f[ine] de[bito] termi[netis], facientes etc. : alioquin ipsam sufficienter instructam ad ex[ame]n] a[postolicum] remittatis], pref[er]re] par[tibus] etc., usque : recepture. Non obstante etc. —. Dat. ut supra. »

1173

Anagni, 31 juillet 1238.

Eisdem mandat quatenus Bohemundum V, principem Antiochenum, moneant ne in ecclesiis Græcorum Antiochene civitatis et diocesis personas illicite intrudat et personas ecclesiasticas opprimat. — (REG. 19. f. 40 v°; ann. XII. c. 205.)

« Eisdem. Grave gerimus et indignum quod — nobilis vir B[ohemundus V], princeps Antiochenus, sicut venerabili fratre nostro .. patriarcha Antiocheno nobis innotuit exponente —, in quibusdam ecclesiis Græcorum Antiochene civitatis et diocesis personas de facto intrudit, ac de bonis disponit earum pro sue libito voluntatis, alias viros religiosos et clericos seculares, mo-

nasteria et ecclesias, ac alia pia loca eidem patriarche subjecta multipliciter opprimendo, et conculcando graviter ecclesiasticam libertatem. Et licet per venerabiles fratres nostros .. Apamiensem et .. Mamistanum archiepiscopos super hiis, auctoritate ipsius patriarche, fuerit monitus diligenter, tamen errata hujusmodi non correxit —. Eundem nobilem ut tante presumptionis excessus congrua satisfactione corrigat et emendet, ac de cetero a similibus penitus conquiescat, moneatis attentius et efficaciter inducatis, ipsum ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam — cogentes. Non obstante etc., ut supra, usque in finem. »

1174

[Anagni, 31 juillet 1238.]

Eisdem mandat quatenus in Antiochena civitate ac diocesi, ante omnem exactionem tributorum ac censuum, decimas ecclesiis solvi faciant. — (REG. 19. f. 41 r°; ann. XII. c. 206.)

« Eisdem. Ad nostram noveritis audientiam pervenisse quod nobilis vir .. princeps Antiochenus et Latini in Antiochen[a] civitate ac diocesi commorantes, terras suas tradunt Græcis, Armenis et aliis excolendas, qui decimas, sua se tuentes consuetudine, non exolvunt. Ipsi quoque princeps et Latini de parte quam recipiunt a cultoribus ipsis, tantum subtrahunt, nomine dictionarum que *monet* vulgariter appellantur, et expensis aliis servantur, ut, per subtractionem hujusmodi, ecclesie parte decimarum non modica defraudentur. Preterea ipsi Latini de vineis, ortis et terris quas propriis sumptibus excolunt, decimas renunt exhibere : et quidam etiam, tam Latini quam Græci, pro nonnullis possessionibus suis summam quandam, que decime decimam vix attingit, pro decima persolventes, non possunt ad decimas ipsas integre persolvendas induci, sola in hoc consuetudine se tuentes —. Prout statutum est in concilio generali, decimas solvi, ante omnem exactionem tributorum ac censuum, faciatis, vel saltem cogatis illos ad quos census et tributa indecimate perveniunt, quoniam res cum onere suo transit, ad solvendas inde decimas ecclesiis quibus de jure debentur. Contradictores etc. Non obstante etc., ut supra, usque in finem. »

1175

Anagni, 8 août 1238.

Archiepiscopo Strigoniensi et episcopo Perusino, Apostolice Sedis legato, mandat quatenus, — cum rex Hungarie

Carthusiensem ordinem, qui nuper in Hungariae regnum introductus fuerat, desideraret « in eodem regno plantari, nec » ad edificia construenda et officinas necessarias » fratres ejusdem ordinis locum aptum invenire possent. — eundem Carthusiensem ordinem in monasterium de Erche, ordinis sancti Benedicti, situm in insula Loci Secreti, ad Romanam Ecclesiam nullo pertinens mediante, adeo in spiritualibus et in temporalibus collapsum, quod nulla spes erat ut in ordine eodem sancti Benedicti posset reformari, inducant, personis ibi degentibus quae noluerint praedictum Carthusiensem ordinem assumere, in locis aliis sui ordinis collocatis. — (REG. 19, f. 41 r^o; ann. XII, c. 207; — MOREAU 1192, f. 149; — POTTHAST 10633.)

« .. archiepiscopo Strigoniensi et .. episcopo Perusino, Apostolice Sedis legato. Illa prerogativa dilectionis —. Dat. Anagnie, VI idus augusti, anno duodecimo. »

4-176

Anagni, 6 août 1238.

Episcopum, decanum et magistrum scholarum Aurienses rogat quatenus fratres ordinis Minorum provinciae Bracharensis, quos nonnulli in personis et in rebus afficiebant injuriis et jacturis, non permittant ab aliquibus indebite molestari. — (REG. 19, f. 41 r^o; ann. XII, c. 208; — POTTHAST 10629.)

« .. episcopo, .. decano et .. magistro scholarum Auriensibus. Sub religionis habitu —. Dat. Anagnie, VIII idus augusti, anno duodecimo. »

-177

Anagni, 6 août 1238.

Eisdem rogat quatenus benefactores eorumdem fratrum, qui, « pro eo quod ipsis beneficiunt, multis afficiuntur injuriis et jacturis, » opportuni favoris gratia prosequantur. — (REG. 19, f. 41 v^o; ann. XII, c. 209; — POTTHAST 10630.)

« Eisdem, Arbitrantes indignum quod —. Dat. ut supra. »

-178

Anagni, 9 août 1238.

Abbatissae et sororibus inclusis monasterii Sancti Cosmae trans Tiberim de Urbe, ordinis sancti Damiani, — quibus abbas et conventus monasterii [Sanctae Mariae] de Farneto (= Farneta), [Aretinae diocesis,] ecclesiam Sancti Cornelii prope Insulam, quae vocabatur castrum Sancti Petri, in loco qui dicebatur Maceranus, Portuensis diocesis, concesserant in perpetuum, — quam ecclesiam Sancti Cornelii, nomine ipsarum abbatissae et sororum monasterii Sancti Cosmae, magister Johannes de Sancto Germano, ipsius

papae capellanus, recipiebat. — concessio autem, pro hac permutatione ac concessione, ab eodem capellano, auctoritate apostolica, abbati et conventui praedictis de Farneto monasterio Sancti Crispolyti [de Bettona], Asisinatis diocesis, — significat se hanc concessionem seu permutationem confirmare; inserto sub sua bulla instrumento super eadem permutatione seu concessione a Riccardo, imperiali notario, confecto. — (REG. 19, f. 41 v^o; ann. XII, c. 210; — POTTHAST 10640.)

« .. abbatissae et sororibus inclusis monasterii Sancti Cosmae trans Tyberim de Urbe, ordinis sancti Damiani. Quotiens a nobis —. Dat. Anagnie, V idus augusti, anno duodecimo. »

[4-179] Bettona, monastère de Saint-Crispolyte (San-Crispoldo), 23 juin 1238.

[Instrumentum praedictae permutationis seu concessionis, a Riccardo, imperiali notario, confectum, continens : 1^o formas ejusdem permutationis, ab Ubertino, abbate, et ab Uberto, procuratore praedicti monasterii Sanctae Mariae de Farneto, ex una parte, et a magistro Johanne de Sancto Germano, ipsius papae capellano, pro praedicto monasterio Sancti Cosmae agenti, ex altera, exhibitas ; 2^o chartam a Ricco notario confectam, qua praedictus Ubertus praedicti monasterii Sanctae Mariae de Farneto procurator constituitur ; 3^o mandatum a Gregorio papa nono ad praedictum magistrum Johannem de Sancto Germano directum, de publico instrumento recipiendo super concessione ab abbate et conventu praedicti monasterii de Farneto de ecclesia praedicta Sancti Cornelii praedicto monasterio Sancti Cosmae facienda. — (REG. 19, f. 41 v^o.)]

1^o. — « In nomine Domini. Amen. Anno ejusdem M^oCC^oXXXVIII^o, VIII^o kalendas julii, indictione » undecima, tempore domini Gregorii pape noni et » Fr[iderici] imperatoris existentium. Nos donnus » Ubertinus, abbas monasterii Sancte Marie de Farneto, et donnus Ubertus, syndicus, procurator et » actor ipsius monasterii ad dandum et permutandum » monasterium Sancti Cornelii monasterio² Sancti Cosmae de Urbe in Transtiberim, ut apparet in carta » facta per Riccum notarium, tenor cujus talis est :

1. On a cru devoir, pour plus de clarté, séparer par des blancs et numéroter les différentes parties de cette longue pièce.

2. Entre les mots : Sancti Cornelii et monasterio, on lit, dans WADDING, *Annales Minorum*, t. III (1732), p. 404, n^o 11, § III, et dans SABALES, *Bullarium Franciscanum*, t. I (1759), l. 1, p. 250, col. 1 : « de Insula in Maceran, Portuensis diocesis, cum ecclesiis et capellis sibi subjectis, possessionibus, juribus et pertinentiis omnibus tradendum et concedendum. »

[4180]

Monastère de Farneta, 18 juin 1238.

[Charta. a Ricco notario confecta¹, qua Ubertinus abbas et conventus monasterii Sanctae Mariae de Farneto fratrem Ubertum, ejusdem monasterii monachum, procuratorem suum in eodem permutationis negotio constituunt. — (Reg. 19, f. 41 v°.)]

2. — « In Christi nomine. Amen. Ego donnus Ubertinus, abbas, et nos conventus monasterii Sancte Marie de Farneto, Aretine diocesis —, constituimus. « facimus et ordinamus syndicum, actorem et procuratorem nostrum et dicti monasterii te, fratrem Ubertum, ipsius monasterii monachum, ad dandum et « permutandum — monasterium nostrum Sancti Cornelii de Insula in Maceran[o], Portuensis diocesis —. « monasterio Sancti Cosme in Transtyberim de Urbe —. Actum in claustro predicti monasterii nostri de « Farneto —, anno Domini M^oCC^oXXXVIII^o, XIII kalendas juli², indictione XI ».

« nomine dicti monasterii et conventus ipsius, damus, tradimus, permutamus, transferimus et concedimus in perpetuum monasterio Sancti Cosme de Urbe in Transtyberim, et dominabus inclusis degentibus ibidem, et tibi, domino Johanni de Sancto Germano, capellano domini pape, recipienti, de mandato ipsius domini pape, pro dicto monasterio Sancti Cosme —, ecclesias Sancti Cornelii prope Insulam, que vocatur castrum Sancti Petri, in loco qui dicitur Maceranus, Portuensis diocesis, liberam et absolutam, et ecclesias sibi subjectas, jura omnia et spiritualia eisdem annexa, nichil nobis vel dicto monasterio nostro aut nostris posteris reservato.

3. — « Et ego predictus Johannes, auctoritate domini pape et mandato, cujus³ tenor talis est :

[4181]

Latran, 14 juin 1238.

[Gregorius papa nonus magistro Johanni de Sancto Germano, capellano suo, mandat quatenus ab abbate et conventu monasterii de Farneto publicum instrumentum recipiat super concessione ab eisdem abbate et conventu de ecclesia

1. Cf. *infra*, § 11.

2. WADDING, *Annales Minorum*, t. III, p. 405, § III, et SBARALEA, *Bullarium Franciscanum*, t. I, p. 251, col. 1, donnent la date fautive IX kalendas juliⁱ.

3. Entre les mots : *mandato et cujus*, on lit, dans WADDING, *Annales Minorum*, t. III, p. 405, § III, et dans SBARALEA, *Bullarium Franciscanum*, t. I, p. 251, col. 1 : « breve dedi. »

Sancti Cornelii monasterio Sancti Cosmae trans Tiberim de Urbe facienda. — (REG. 19, f. 42 r°; — WADDING, *Annales Minorum*, t. III (1732), p. 405, sub numero 11, § IV; — SBARALEA, *Bullarium Franciscanum*, t. I (1759), p. 251, col. 1, sub numero 274; — *omisit* POTTHAST.)]

4. — « Gregorius episcopus, servus servorum Dei, « dilecto filio magistro J[ohanni] de Sancto Germano, « capellano nostro, salutem et apostolicam benedictionem. Cum nostris tibi demus literis in mandatis ut « monasterium Sancti Crispoliti de Belton[a], Asisinatis diocesis, cum omnibus juriibus et pertinentiis suis, « quod est, lapsu temporalium imminente, in spiritualibus deformatum, et per .. abbatem et monachos « olim habitantes ibidem non potuit reformari, dilectis « filiis .. abbati et conventui de Farneto auctoritate « nostra conferas et assignes, de ipsis, ut convenit, « reformandum, Asisina[*lis*] episcopi et ecclesie jure « salvo : discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus ab abbate et conventu predicti « monasterii de Farneto super concessione ab eis de « ecclesia Sancti Cornelii, cum omnibus juriibus et « pertinentiis ejus, monasterio nostro Sancti Cosme « trans Tiberim perpetuo facienda, prius recipias publicum instrumentum. Dat. Laterani, XVII kalendas « juliⁱ, pontificatus nostri anno XII ».

« pro dicta permutatione, datione et concessione, do- « trado, permuto, tra[n]sfero et concedo vobis, predictis abbati et sindico monasterii predicti de Farneto, « recipientibus nomine ac vice ipsius, monasterium « Sancti Crispoliti de Bitton[a]¹, Asisinatis diocesis, et « subjectas sibi ecclesias, jura et spiritualia eis annexa.

5. — « Item nos, predicti abbas et syndicus, nomine « dicti monasterii de Farneto, damus, tradimus, permutamus, transferimus et concedimus dicto monasterio Sancti Cosme trans Tiberim de Urbe, et dominabus inclusis degentibus ibidem, et tibi, prefato domino Johanni, recipienti, de domini pape mandato predicto, pro ipsis dominabus et monasterio, in perpetuum, omnia temporalia, jus, proprietatem et usum possessionum et rerum omnium, mobilium et immobilium, ecclesie predictae Sancti Cornelii, et ecclesiarum et rerum ipsarum quocumque modo vel jure, tam in capite quam in membris, sibi subjectarum.

1. Plus haut, *Belton*.; ici et plus loin, § 6, *Bitton*.; il s'agit de *Beltona*, province et district de Pérouse.

6. — « Pro quibus ego dictus Johannes, auctoritate et vice predictis, do, trado, permuto, transfero et concedo in perpetuum vobis, predictis abbati et syndico, recipientibus nomine dicti monasterii de Farneto, omnia temporalia, jus, proprietatem et usum possessionum omnium et rerum omnium, mobilium et immobilium, predictae ecclesie Sancti Crispoliti de Bitton[a], et omnium ecclesiarum et rerum ipsarum quocumque modo vel jure, tam in capite quam in membris, subjectarum sibi, salvo jure episcopi et ecclesie Asisinat[is]; et dictum monasterium vobis concedo, ut sicut vestrum habeatis et de monachis vestri ordinis reformetis, sicut in dicto mandato perspicitur contineri.

7. — « Quam concessionem, permutationem et omnia alia supradicta promittimus nos, dicti abbas et syndicus monasterii Sancte Marie de Farneto, nomine ipsius monasterii, tibi, dicto domino Johanni —, rata et firma tenere —, sub pena mille marcarum argenti —; qua soluta vel non, hec omnia perpetuum obtineant firmitatem.

8. — « Actum apud dictum monasterium Sancti Crispoliti, in claustrum ipsius ecclesie, presentibus — testibus rogatis.

9. — « Item, eadem hora et loco —, predictus dominus Johannes capellanus, auctoritate et mandato domini pape, induxit dictum abbatem et syndicum, nomine monasterii predicti de Farneto, in corporalem possessionem predictae ecclesie Sancti Crispoliti, investiendo eos per pannos altaris et funes campanarum, pro ipso monasterio, capellis, omnibus possessionibus et rebus suis.

10. — « Item predicti capellanus et abbas et syndicus dederunt michi [Riccardo notario infrascripto et] Ricco[?] notario plenam potestatem et auctoritatem ut possim hoc instrumentum corrigere et emendare ad mandatum domini pape vel capellani predicti, salva natura contractus.

11. — « Ego Ricc[ardus]², imperialis auctoritate notarius, predictis omnibus, dum agerentur, interfui, et, ut supra legitur, mandato predictorum domini

Johannis capellani, abbatis et syndici, scripsi et autenticaui; et instrumentum procuracionis predictum, scriptum manu Ricci notarii, et litteras predictas domini pape de verbo ad verbum auscultavi et exemplavi, excepto signo et publicatione sive exhibitione ipsius instrumenti procuracionis. »

-1182

Anagni, 9 août 1238.

Regi Hungariae, petenti sibi legationis officium in terra Assani, Dei et Ecclesie inimici, « committi, et concedietiam potestatem limitandi dioceses, instituendi episcopos et distinguendi parochias, nec non et terram que Zemram nominatur », « alicui episcopatu applicandi », concedit in effectu ut possit assumere quemcumque maluerit, de archiepiscopis vel episcopis regni sui, qui praemissa de ipsius regis consilio exsequatur, cui episcopus Perusinus, Apostolicae Sedis legatus, de mandato apostolico eadem exsequendi tribuet potestatem; insuper, ut ipse rex ad assumpti negotii expeditionem fortius animetur, ei significat se universis regni Hungariae crucesignatis vota sua commutandi per manus prioris provincialis fratrum Praedicatorum [de Hungaria]¹ et ministri fratrum Minorum provinciae Strigoniensis, liberam concedere facultatem; eisdem quoque priori et ministro se injungere ut contra haereticos et schismaticos praedicent verbum crucis, illam eis qui contra eosdem signum crucis assumpserint, indulgentiam concedens, quam habebant laborantes in subsidium Terrae Sanctae; ceterum, in omnes qui, postquam rex ipse se accinxerit ad idem negotium exsequendum, regnum suum invaserint vel contra ipsum conspiraverint, excommunicationis sententiam promulgare; denique universos ejusdem regni qui ad collaborandum cum ipso rege in eodem negotio assumpserint signum crucis, ab excommunicationis sententia a Praenestino episcopo, Apostolicae Sedis legato, contra eos latis, per priorem et ministrum praedictos absolvi mandare. — (Reg. 19, l. 42 v°; ann. XII, c. 211; — MORRAU 1192, f. 155; *ibid.*, f. 152, *partim* ex RAYNALDO; — POTTHAST 10637; — *cf. supra*, n. 3691, 3695, 3716-3720, et 4056-4064.)

« .. illustri regi Ungarie. Litteras quas nobis —. Dat. Anagnie, V idus augusti, anno duodecimo. »

-1183

Anagni, 9 août 1238.

Episcopo Perusino, Apostolicae Sedis legato, de eadem re scribens, mandat quatenus illi archiepiscopo vel episcopo quem rex Hungariae legatum in terra Assani assumpserit, tribuat liberam facultatem limitandi dioceses, instituendi

1. Le membre de phrase que nous imprimons ici entre crochets [], est restitué d'après la pièce 335 de cette XI^e année.

2. *Cf. infra*, cette même pièce 335 de la XI^e année.

1. Nous restituons les mots *de Hungaria* d'après l'adresse de la pièce 4181.

episcopos et distinguendi parochias, nec non et terram quae Zenram nominatur, alicui episcopatus applicandi; et quia personam quam idem rex intendat assumere, ipse papa ignorat, eundem regem inducat quod illam ipsi papae significet, ut « ei »¹ super hoc apostolicae litterae destinentur. — (REG. 19, f. 43 r°; ann. XII, c. 212; — MOREAU 1192, f. 154; — POTTHAST 10638.)

« .. *episcopo Perusino, Apostolice Sedis legato.* Cum karissimus in —. Dat. ut supra. »

4184

Anagni, 9 août 1238.

Priori provinciali fratrum Praedicatorum de Hungaria et ministro fratrum Minorum provinciae Strigoniensis, — cum rex Hungariae se obtulisset ad assumendum negotium contra haereticos et schismaticos terrae Assani et contra ipsum Assanum, — mandat quatenus, universis cruce signatis regni Hungariae commutandi vota in subsidium ejusdem negotii facultate concessa, ipsi et ipsorum fratres praedicent contra praedictum Assanum et alios, per totam Hungariam et alia loca ubi expedire viderint, verbum crucis, illam eis qui contra istos signum crucis assumpserint, indulgentiam largiens, quam habebant laborantes in subsidium Terrae Sanctae; adjectis diversis aliis mandatis ad idem negotium pertinentibus. — (REG. 19, f. 43 r°; ann. XII, c. 213; — MOREAU 1192, f. 159; — POTTHAST 10639.)

« .. *priori provinciali fratrum Praedicatorum de Ungaria et .. ministro fratrum Minorum provinciae Strigoniensis.* Sicut littere karissimi —. Dat. ut supra. »

4185

Anagni, 11 août 1238.

« In eundem modum *archiepiscopis et episcopis per Ungariam constitutis*, usque : in subsidium Terre Sancte. Dat. Anagnie, III idus augusti, anno duodecimo. » — (REG. 19, f. 43 v°; — MOREAU 1192, f. 160; — A. THEINER, *Vetere monumenta historica Hungariorum sacra illustrantia*, t. I (1859), p. 167, sub numero 299; — *onisi* POTTHAST.)

4186

Anagni, 9 août 1238.

Regi Hungariae significat se non intendere Bulgariae regnum in ipsius regis praedictum alicui concedere. — (REG. 19, f. 43 v°; ann. XII, c. 214; — MOREAU 1192, f. 161; — POTTHAST 10634.)

« .. *illustri regi Ungarie.* Cum, sicut nobis —. Dat. Anagnie, V idus augusti, anno duodecimo. »

1. C'est-à-dire : *eidem personae*.

4187

Anagni, 9 août 1238.

Regem Hungariae, nec non et ejus regnum et omnia bona, postquam ille se accinxerit contra haereticos et schismaticos terrae Assani et contra ipsum Assanum, sub protectione beati Petri et sua suscipit, statuens ut extunc ea omnia sub speciali Apostolicae Sedis et sua defensione constant, donec de ipsius regis reditu vel obitu certissime cognoscatur. — (REG. 19, f. 43 v°; ann. XII, c. 215; — MOREAU 1192, f. 162; — POTTHAST 10635.)

« *Eidem.* Cum de superni —. Dat. ut supra. »

4188

Anagni, 9 août 1238.

« In eundem fere modum .. *archiepiscopo Strigoniensi et .. episcopo Wattensi*, usque : cognoscatur. Ideoque mandamus quatenus eundem regem non permittatis contra protectionis et constitutionis nostre tenorem super promissis ab aliquibus indebite molestari. Molestatores etc. Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 43 v°; — MOREAU 1192, f. 162 v°; — POTTHAST 10636.)

4189

Anagni, 8 août 1238.

Regi Hungariae concedit ut, postquam se accinxerit ad laborandum contra haereticos et schismaticos, signum crucis tam in eundo quam morando et redeundo ante se et exercitum suum faciat bajulari. — (REG. 19, f. 43 v°; ann. XII, c. 216; — MOREAU 1192, f. 151, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10631.)

« *Eidem regi.* In celorum rege —. Dat. Anagnie, VI idus augusti, anno duodecimo. »

4190

Anagni, 8 août 1238.

Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et universis ecclesiarum prelati ac sacerdotibus, tam religiosis quam saecularibus, per Hungariam constitutis mandat quatenus, postquam rex Hungariae cum exercitu suo Assani terram intraverit, faciant processionem sollempnem qualibet sexta feria, singulis septimanis, et Dei auxilium suppliciter exorent; adjectis quibusdam aliis mandatis ad idem negotium pertinentibus, praecipue de indulgentiis concedendis. — (REG. 19, f. 43 v°; ann. XII, c. 217; — MOREAU 1192, f. 150, *partim* ex RAYNALDO; — POTTHAST 10632.)

« *Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et universis ecclesiarum prelati ac sacerdotibus, tam religiosis quam saecularibus, per Ungariam constitutis.* Et sibi karissimus —. Dat. ut supra. »

1. Avec l'incipit inexact : « *Etsi carissimus in.* »

1191

Anagni, 13 août 1238.

Episcopo Spoletano late scribit de statuto nuper a Sede Apostolica edito super divisione proventuum ecclesie Reatine inter episcopum et capitulum Reatinos facienda, eique mittit declarationem apostolicam super eadem divisione; ei mandat quatenus, si qua de decimis et proventibus beneficiorum ad canonicos Reatinos spectantium ac de aliis, a tempore predicti statuti precepta fuisse repererit, que secundum ejusdem statuti formam non sint inter predictos episcopum et capitulum divisa, satisfactionem congruam de his, servata presentis declaratione, faciat hinc inde exhiberi. — (REG. 19, f. 44 r^o; ann. XII, c. 218; — cf. *supra*, n. 1261 et 1131.)

* .. *episcopo Spoletano*. Venerabili fratre nostro .. episcopo et dilectis filiis capitulo Reatinis olim pro indiviso possidentibus bona ecclesie Reatine, nos, volentes dissensionis amputare materiam, que inter ipsos frequenter exinde continebat, de fratrum nostrorum consilio duximus statuendum ut de omnibus proventibus [etc., ut *supra*, in litteris sub numero 4431 notatis, usque :] seu etiam feodorum, nec non possessionum quas habet episcopus Reatinus, que *beneficium episcopi* appellantur¹, decimarum, pratorum [etc., ut *supra*, in eisdem litteris, paucis mutatis, usque :] reservatis, in quibus illa includi non intelleximus, que, tam in civitate quam in diocesi, de episcopatu idem episcopus percipere consuevit; legatis autem et nuntiis Sedis Apostolice medietatem procuracionum ab episcopo, et aliam medietatem a capitulo de hiis exolvere precepimus, que usque ad hujusmodi statuti tempus in prestatione ipsarum procuracionum episcopum et capitulum communiter contingebant; super eodem statuto, duraturo usque ad nostrum beneplacitum, venerabili fratre nostro .. episcopo Interamnensi execute concedo. A quo cum pars capituli ad Sedem Apostolicam appellasset, tandem, procuratoribus partium in nostra presentia constitutis, eis venerabilem fratrem nostrum .. Ostiensem episcopum concessimus auditorem. Quo proposita coram ipso nobis fideliter referente, super hiis in quibus apostolica declaratio petebatur, sic duximus providendum, videlicet quod prebendariis et hiis qui bona sua ecclesie contulerunt, cecis quoque et claudis, quibus ipsa tenetur ecclesia necessaria ministrare, et² ante divisionem hujusmodi de bonis communibus est provisum, tam episcopum quam canonicum pro rata que contingit eosdem, studeant providere. Redditus quoque

vassallorum et locationum fabrice ipsius ecclesie a tempore cujus non extat memoria, specialiter deputati, de quibus olim nichil in commune devenit, vel que ipsi fabrice aut ornatui relinquuntur ecclesie, inter eosdem episcopum et capitulum minime dividantur; sed ipsa, eorum applicanda usibus, juxta relinquuntur voluntatem, per aliquos fideles integre consequentur. De panibus quidem qui, nomine septime, ad ecclesiam transmittuntur, observari precepimus quod, sive episcopus absens fuerit, sive presens¹, quando pro singulis canonicis singuli panes, et duo destinantur pro episcopo, ita recipiantur quemadmodum transmittuntur. Detrahatur tamen pro rata tam episcopo quam canonicis, si minor forte panum numerus destinatur². Si autem plures missi fuerint in commune, tunc episcopus quartam, canonici vero tres percipiant portiones, sicut de reliquis bonis communibus est statutum. Preterea idem episcopus, non obstante divisione et assignatione quas dilectus filius noster Raynerius, Sancte Marie in Cosmidis diaconus cardinalis, auctoritate apostolica inter canonicos et bone memorie R³, predecessorem ejusdem episcopi, fecisse dinoscitur, de fructibus beneficiorum que tenent canonici, quartam, juxta tenorem statuti nostri, percipiat portionem. Et licet, parte capituli proponente fuisse in Reatina ecclesia, a tempore cujus non extat⁴ memoria, observatum, quod capitulo perripiente decimas possessionum ipsius ecclesie et pensiones quarundam locationum, episcopi qui fuere pro tempore, in recompensationem ipsarum decimas de diocesi perceperunt, peteretur ab ipsa quod super hoc obtentum est hactenus, observari; nos tamen mandavimus quod episcopus de jamdictis decimis et possessionibus percipiat quartam partem, et sine diminutione habeat que, tam in civitate quam in diocesi, de episcopatu percipere consuevit; antiqua consuetudine de ducendis secum per episcopatum, ad instar predecessorum suorum, tribus canonicis annuatim, illibata manente. De redditibus etiam panis et carni, qui canonicis Reatinis proveniunt ab ecclesiis civitatis, quando in ipsarum festivitatibus divina celebrant in eisdem, sepedictus episcopus percipiat quartam partem. Legatis autem et nuntiis Sedis Apostolice, inter quos cursores nostros intelligi volumus, procuraciones juxta statuti memorati seriem per-

1. Le membre de phrase : « sive episcopus absens fuerit, sive presens », a été ajouté dans la marge extérieure.

2. La phrase entière : « Detrahatur tamen... numerus destinatur », a été ajoutée dans la marge de fond.

3. Probablement Raynaldus; cf. C. EUBEL, *Hierarchia catholica medii ævi*, 1193-1431 (1898), p. 436.

4. Sic, à cet endroit; plus haut, dans la même pièce : *extat*.

1. Le membre de phrase : « nec non possessionum... appellantur », a été ajouté dans la marge extérieure; il ne figure pas dans la pièce 4431.

2. Sous-entendu : *quibus*.

solvantur. Ceterum oblationes provenientes ad ymagines, et fila argentea, calices, cruces, turibula, et oleum quod offertur in ecclesia. in utilitatem sacristie, sicut dicitur, olim converti solitum, ejusdem occasione statuti minime dividantur; sed per aliquos fideles ad consuetos usus integre conserventur. Quocirca mandamus quatenus, premissa — exequens diligenter, si qua de decimis et proventibus beneficiorum spectantium ad canonicos memoratos, ac aliis, a tempore sepedicti statuti percepta fuisse reppereris, que secundum ipsius formam minime sint divisa, exinde satisfactionem congruam, servata declaratione hujusmodi, hinc inde facias exhiberi. Contradictores etc. Dat. Anagnie, idibus augusti, anno duodecimo. »

1192

Anagni, 13 août 1238.

Sancti Vedasti Atrebatensis, Sancti Auberti Cameracensis et Sancti Cornelli Compendiensi abbatis, — accepto quosdam monachos monasterii Corbeiensis, ordinis sancti Benedicti, Ambianensis diocesis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, bona ipsius monasterii nunc per violentiam nunc furtive subripere, et eadem saepe distrahere, nec non, superiorum non petita vel oblata licentia, claustrum indifferenter exire et in sacculo evagari, et insuper gostire ceteros ejusdem monasterii monachos infames reddere, graviora de ipsis mendaciter plurimorum auribus instillando, — mandat quatenus illos ex praefati monasterii monachis quos pestilentes invenerint, ab eo in perpetuum moveant et in aliis praedicti ordinis monasteriis collocent, ubi taliter detineantur, « quod facultate vagandi careant », et ipsum monasterium Corbeiense aut ejus possessiones « in aliquo de cetero non » offendant ». — (Reg. 19, f. 14 v^o; ann. XII, c. 219.)

« .. Sancti Vedasti Atrebatensis, .. Sancti Auberti Cameracensis et .. Sancti Cornelli Compendiensi. Suesionensis dioc[esis]¹, abbatibus. Presumentes vitia preferre —. Dat. Anagnie, idibus augusti, anno duodecimo. »

1193

Anagni, 11 août 1238.

Priori et fratribus eremi Sancti Willelmi, ordinis sancti Benedicti, Urbevetanae diocesis, confirmat concessionem eis factam a Raynerio, Sanctae Mariae in Cosmidin diacono cardinali, de eremo de Mazapalu. — (Reg. 19, f. 45 r^o; ann. XII, c. 220.)

« .. priori et fratribus heremi Sancti Willelmi, ordinis

1. On peut encore comprendre et ponctuer : « .. Sancti Vedasti, Atrebatensis, .. Sancti Auberti, Cameracensis, et .. Sancti Cornelli Compendiensi, Suesionensis dioc[esis] ». »

sancti Benedicti, Urbevetane diocesis. Justis petentium etc., usque : complere. Cum igitur, sicut petitio vestra nobis exhibita continebat, nos olim reformationem heremi de Mazapalu, que, propter incuriam et malitiam Il., quondam ipsius prioris, et aliorum habitantium in eadem, erat tam in capite quam in membris diminuta valde ac in temporalibus et in spiritualibus deformata, dilecto filio nostro R[aynerio], Sancte Marie in Cosmidin diacono cardinali, duxerimus committendam : idem, super statu ejusdem diligenter inquirens et attendens quod per vos poterat reformari, eam cum pertinentiis vobis auctoritate nostra concessit. Nos igitur, quod ab eodem cardinali factum est in hac parte, ratum habentes. predictam heremum vobis et per vos heremo vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio com[munimus]; diocesani episcopi, abbas Sancti Sepulchri¹ et cujuslibet alterius salvo jure —. Dat. Anagnie. III idus augusti. anno duodecimo. »

1194

Anagni, 9 août 1238.

Episcopo Sorano, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus [Raymundo VII], comiti Tholosano, cum sufficienti cautione praestiterit de transeundo in subsidium Terrae Sanctae ac ibi per triennium morando, terminum solutionis decem milium marcarum argenti, quae idem comes se, in reformatione pacis, pro restauratione damnorum ecclesiae terrae suae illaturum, solutorum promiserat, usque ad apostolicum beneficium proroget. — (Reg. 19, f. 15 r^o; ann. XII, c. 221; — cf. *supra*, n^o 4399.)

« .. episcopo Soran[o], Apostolice Sedis legato². Ex parte nobilis [etc., ut supra, in litteris sub numero 4399 notatis, ad episcopum Penestrinum directis, usque in finem]. Dat. Anagnie. V idus augusti, anno duodecimo. »

1195

Anagni, 10 août 1238.

Eidem concedit ut haereticos, nec non credentes, recepta-

1. Il faut entendre évidemment : Sancti Sepulchri de Aqua Pendente, Urbevetanae diocesis (cf. *infra*, ann. XIII, c. 103).

2. Cette même pièce se retrouve à deux autres endroits du *Registre*, mais adressée à l'évêque de Préneste, et non à l'évêque de Sor; de ces deux autres transcriptions, l'une, que l'on a vue plus haut, est datée du 3 juin; c'est notre numéro 4399 (ann. XII, c. 141); l'autre, que l'on trouvera plus loin (ann. XII, c. 422), est datée du 4 juin. — On ne remarque ici aucune trace de modification.

tores ac fautores eorum provinciarum ipsius legationi commissarum, qui sponte ad Ecclesiam redire voluerint, et de quorum conversione evidenti constiterit, ab excommunicatione absolvat, eisque paenitentiam injungat. — (Reg. 19, f. 45 r°; ann. XII, c. 222.)

« *Eidem* 1. Nil arbitantes animarum Incro carius, libenter illa per que salus earum provenire valeat, procuramus. Plenam itaque de tue fraternitatis industria in Domino fiduciam obtinentes, presentium tibi auctoritate concedimus ut hereticis, et credentes, receptatores ac fautores eorum constitutos in provinciis tue legationi commissis, qui, divine inspirationis gratia faciente, sponte ad ecclesiasticam redire voluerint unitatem, si tibi per debita signa de ipsorum conversione constiterit evidenti, a vinculo excommunicationis absolvas, et injungas eisdem penitentiam salutarem: prius tamen ab eisdem hereticis heresi publice abjurata, et ab ipsis ne ulterius in pravitatis hereticæ contagia relabantur, a credentibus vero ac aliis supradictis, quod hereticis de cetero nullum prestabunt consilium, auxilium vel favorem, quam prestare poterunt, cantione recepta. Dat. Anagnie. III idus augusti, anno duodecimo. »

-1196

Anagnie, 9 août 1238.

Eidem significat se inhibere ne vacantibus ecclesiis terrarum legationis ipsi commissæ, quæ suspectæ sint de hæresi, aliqui sine ipsius legati consilio et assensu in episcopos vel in abbates præferantur¹. — (Reg. 19, f. 45 r°; ann. XII, c. 223.)

« *Eidem*. Fidei promotio ex hoc potissime posse provenire dinoscitur, quod in ecclesiarum pastores [etc., ut supra, in litteris sub numero 4350 notatis, usque:]

1. Une bulle identique a été adressée à l'évêque de Préneste, à la date du 2 juin de la même année; on la trouvera plus loin (ann. XII, c. 423). — Ici encore, on ne remarque aucune trace de modification.

2. Cette bulle est à rapprocher d'une bulle du 18 mai de la même année, presque entièrement identique pour le fond, mais légèrement différente dans la forme; cette autre bulle, qui commence par les mots: « Nil carius reputantes... », se trouve transcrite deux fois dans le *Registre*; de ces deux transcriptions, l'une, que l'on a vue plus haut, est adressée, comme la présente bulle, à l'évêque de Sora; c'est notre numéro 4350 (ann. XII, c. 102); l'autre, que l'on trouvera plus loin (ann. XII, c. 427), est adressée à l'évêque de Préneste. — La seule différence notable entre la présente bulle et la bulle: « Nil carius reputantes », consiste en ceci, que dans la première, il est question du choix des évêques et des abbés, et, dans la seconde, du choix des évêques seulement.

ferventes. Igitur ne vacantibus [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque:] et assensu præferantur in episcopos vel abbates, jure tamen [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque:] inhibemus. Dat. Anagnie, V idus augusti, anno duodecimo. »

-1197

Anagnie, 10 août 1238.

Eidem mandat quatenus, sufficienti cantione recepta, excommunicationum sententias quas nonnulli iudices, tam a Sede Apostolica delegati et subdelegati ab eis, quam ordinarii, in [Raymundum VII], comitem Tholosanum, tum pro contumacia tum aliis ex causis protulerant, relaxet, et eidem comiti injungat quod de jure ei fuerit injungendum. — (Reg. 19, f. 45 r°; ann. XII, c. 224; — *POTHAST* 10644¹.)

« *Eidem*. Ex parte nobilis viri .. comitis Tolosani fuit propositum coram nobis quod nonnulli tam a Sede Apostolica iudices delegati et subdelegati ab eis quam ordinarii, tum pro contumacia, tum pro dampnis et injuriis ecclesiis et personis ecclesiasticis irrogatis et aliis causis, in ipsum excommunicationis sententias protulerunt. Quare pro eo fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum super omnibus pro quibus hujusmodi sententie sunt prolata, ad mandatum Ecclesie satisfacere sit paratus, easdem relaxari sententias faceremus. Eidem igitur comiti sic in hoc gratiam facere intendentes, quod alicujus justitia non ledatur, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, et eodem comite prestante sufficientem pro offensis manifestis emendam, et, pro dubiis seu contumacia, de parendo mandatis Ecclesie, preter juratoriam, sufficientem et idoneam cautionem, sententias juxta formam Ecclesie relaxans easdem, injungas ei quod de jure fuerit injungendum. Dat. Anagnie, III idus augusti, anno duodecimo. »

-1198

Anagnie, 13 août 1238.

Abbatii Sancti Auberti Cameracensis, decano Atrebatensi et magistro Guillelmo, canonico, quondam officiali Atrebatensi, mandat quatenus sententias excommunicationis in ma-

1. Avec la date *XIII kalendas septembris* (= 20 août 1238), d'après *TRULET, Layettes du Trésor des Chartes*, t. II, p. 386, col. 2, n° 2738. — Cette même bulle se retrouve, avec quelques différences de détail dans le texte, parmi les pièces formant le premier Appendice à la XII^e année (ann. XII, c. 417); mais à cet endroit, elle est adressée à l'évêque de Préneste, et non à l'évêque de Sora, et porte la date du 13 mai, au lieu de celle du 10 août.

jorem et juratos Corbeïenses et interdicti in villam Corbeïensem ab abbate Corbeïensi auctoritate propria promulgatas, propter prælictorum majoris et juratorum gravissimos in monasterium Corbeïense excessus, singulis diebus dominicis et festivis solemniter publicent et per Remensem provinciam mandent publicari. — (REG. 19, f. 45 v°; ann. XII, c. 225.)

« .. abbati Sancti Auberti Cameracensis, .. decano et magistro Guillelmo, canonico, quondam officiali Atrebat[ensibus]. Timore nominis divini —. Ex conquestione siquidem dilectorum filiorum .. abbatis et conventus monasterii Corbeïensis, ordinis sancti Benedicti, nullo medio ad Romanam Ecclesiam pertinentis, accepimus quod .. major et jurati Corbeïenses, Ambianensis diocesis, eidem monasterio spirituali et temporali jurisdictione subjecti, contra ipsos spiritu superbie et indevotionis assumpto, quosdam servientes eorum, gravibus lacessitis injuriis, capere ac mancipare carceri, et eos tandem bonis propriis destituere presumentes, in prefatum monasterium, convocata parte communie, processu temporis irruerunt, in abbatem ipsum ausu nephario injectis manibus violentis. Preterea, non contenti quod quosdam ejusdem monasterii monachos, per abbatem ipsum ad cujusdam burgensis loci ejusdem bona conservanda transmissos, qui intestatus decesserat ac excommunicatione ligatus, exinde per violentiam ejecerunt, manus in eos presumpserunt incere, et alias ipsos minis enormiter pertractare. Et quamquam dictus abbas in eos, propter hujusmodi ac alios multos et graves excessus ipsorum, excommunicationis, et, eorum exrescente malitia, in villam Corbeïensem interdicti sententias auctoritate propria, exigente justitia, promulgavit, iidem, pretextu cujusdam appellationis frivole, quam ad Sedem Apostolicam, ut asserunt, emittentes, non sunt infra tempus legitimum processuti, redire ad mandatum Ecclesie contempserunt. Preterea, ut catholice puritatis se manifestos exhibeant contemptores, excommunicatos et interdictos in cimiteriis ejusdem monasterii, ac quodam atrio ab ipsis de novo pro talium sepultura constructo, contra inhibitionem ditorum abbatis et conventus sepelire presumunt. Ne igitur, si hec sub dissimulatione transeat, presumptores hujusmodi libertatem habeant Deum et ejus ascriptos laudibus tam dampnabiliter offendendi, mandamus quatenus memoratas sententias, sicut rationaliter sunt prolatae, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, solemniter publicent et per Remensem mandent provinciam publicari, eos usque ad satisfactionem condignam evitari ab omnibus facientes. Ceterum predic-

tum atrium faciatis, veritate cognita, penitus demoliri. Contradictores etc. Sepedictis autem abbati et conventui illius favoris impendatis auxilium, quod eis ad elidendam partis adversæ militiam videritis oportunum; invocato ac hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Quod si non omnes etc. Dat. Anagnie, idibus augusti, anno duodecimo. »

1199

Anagni, 12 août 1238.

Cancllario Parisiensi mandat quatenus barones, balivos atiosque nobiles Burgundiae moneat et inducat ut Theobaldum de Cicons, fratrem [P.]¹, cantoris Sancti Stephani Bisuntini, et ejus complices, sub ipsorum potestate existentes, — qui Theobaldus et alii Bisuntinum archiepiscopum, injectis in eum manibus, equis, somariis, libris, ornamentis pontificalibus ac rebus aliis spoliaverant, et quemdam socium ejus, canonicum Bisuntinum, nequiter captivum diu in carcere detinuerant, — compellant ad restituendum integre sic ablata et ad satisfactionem impendendam de illatis damnis et irrogatis injuriis. — (REG. 19, f. 45 v°; ann. XII, c. 226; — MOREAU 1192, f. 163; — POTTHAST 10642; — cf. *supra*, n° 3861.)

« .. cancellario Parisiensi. Grandem et gravem excessum quem Teobaldus de Cicons, frater .. cantoris Sancti Stephani Bisuntini, et complices ejus in venerabilem fratrem nostrum .. Bisuntinum archiepiscopum ausu nephario attemptarunt, sub dissimulatione transire non possumus nec debemus. Ipsi enim, sicut eodem archiepiscopo nobis innouit congerente, injectis in eum manibus, Dei timore postposito, temere violentis, equis, somariis, libris, ornamentis pontificalibus et rebus aliis ipsum et familiam suam per violentiam spoliarent, et quemdam socium suum, canonicum Bisuntinum, nequiter captivum diu in carcere tenerunt. Villas quoque ipsius archiepiscopi temere invadentes ac depredantes easdem, sibi et hominibus suis in ejus prejudicium dampna gravia et injurias irrogarunt et adhuc irrogare non cessant. Cum igitur malefactores hujusmodi, qui sub potestate nobilium virorum baronum et balivorum ac aliorum nobilium Burgundie esse dicuntur, excommunicationem quam propter hoc incurrisse noscuntur, dampnabiliter contempnentes, redire ad mandatum Ecclesie aspernentur, et dignum sit ut quos divinus timor a malo non revocet, temporalis saltem cohereat disciplina; mandamus quatenus eosdem barones, balivos ac alios ut prefatos

1. Cf. *supra*, n° 3861.

malefactores, quod ipsi archiepiscopo restituant integre sic ablata, et de illatis sibi dampnis et irrogatis injuriis debitam satisfactionem impendant, a similibus de cetero penitus desistendo, tradita sibi potestate compellant, moneas attentius et inducas, ipsos ad id, si necesse fuerit, per excommunicationis in personas et in terras eorum interdicti sententias, appellatione remota, compellens; et ut facinus tam enorme non solum in committentibus puniatur, sed etiam in descendantibus ab eisdem, presenti decreto statuimus ut nullus filiorum ac nepotum suorum ex virili sexu desc[e]ndentium, ad ecclesiasticum officium seu beneficium admittatur, nisi per gratiam Sedis Apostolicæ specialem. Non obstante consuetudine etc., dummodo ultra quartam vel quintam etc. Dat. Anagnie, II idus augusti, anno duodecimo. »

-1500

Anagni, 9 août 1238.

Populo de Lariano, concessa singulis eorum decedentibus sine filio vel filiis qui succedant, facultate legandi ecclesiis et pauperibus ipsorum consanguineis quaedam de bonis suis mobilibus, quasdam ordinationes mittit, præcipue super successione bonorum immobilium. — (REG. 19, f. 46 r^o; ann. XII, c. 227.)

« *Populo de Larian[o], Ecclesie Romane fidelibus.* Cum a nobis petitur etc., usque : assensu, singulis vestrum decedentibus, quibus filius seu filii non fuerint qui succedant, legandi de bonis suis mobilibus ecclesiis et aliis piis locis, ac pauperibus eorum consanguineis —, concedimus facultatem, consuetudine contraria non obstante. Immobilia vero omnia ad curie usum cedant; in quibus, si forte eadem ad manus suas curia ipsa retinere noluerit, proximiorum defuncti consanguineum, si cum curia prefata convenerit et debita ei pro feudo servitia valeat exhibere, ceteris volumus anteferrî : districtius inhibentes ne castellanus Lariani qui pro tempore fuerit, si ab aliquo vestrum armorum receperit pignora, illa distrahere aliqua ratione presumat, sed eadem, in arce reposita, ad opus arcis ipsius teneat fideliter conservanda. Mandato Sedis² Apostolicæ in omnibus semper salvo —. Dat. Anagnie, V idus augusti, anno duodecimo. »

1501. — In eundem fere modum .. *castellano Lariani*, usque in finem.

-1502

Anagni, 20 août 1238.

Abbatî et conventui monasterii Sanctae Mariae de Gloria

Anagnini, — quibus Gilbertus, comes de Pambroc (= Pembroke), marescallus Angliæ, jus patronatus quod in ecclesia de Witlege (= Witley), Wintoniensis diocesis, obtinebat, concesserat, — indulget ut eis liceat in possessionem ejusdem ecclesiae, ipsius rectore cedente vel decedente, intrare, reservata vicariae congrua portione. — (REG. 19, f. 46 r^o; ann. XII, c. 228; — MOREAU 1192, f. 166; — cf. *supra*, n. 3816-3820.)

« .. *abbati et conventui monasterii nostri Sancte Marie de Gloria Anagnin[1], Florentis ordinis.* Quia certi sumus¹ et minime dubitamus monasterium nostrum Sancte Marie de Gloria Anagnin[um], quod bonis ditavimus propriis et sumptibus nostris ab ipsis ereximus fundamentis, in quo etiam estis divino beneficio mancipati, per ea que nunc obtinere dinoscitur, non posse congrue sustentari : ne de ipso, pro necessariorum defectu, quicquam, quod absit! valeat votis nostris contrarium evenire, ubiorem sibi gratiam providimus exhibere. Hinc est quod, cum dilectus filius noster nobilis vir Gilibertus, comes de Pambroc, marescallus Angliæ, jus patronatus quod in ecclesia de Witlege, Wintoniensis diocesis, obtinebat, pia liberalitate vobis duxerit concedendum, sicut in patentibus ejus litteris continetur, auctoritate vobis presentium indulgemus ut liceat vobis ejusdem ecclesie, ipsius cedente vel decedente rectore, possessionem intrare, ac eam ad usus vestros et monasterii memorati, excepta dumtaxat vicarie congrua portione, perpetuo retinere —. Dat. Anagnie, XIII kalendas septembris, anno duodecimo. »

-1503

Anagni, 27 août 1238.

Episcopo Albiensi, qui pro abolendis de Albiensi diocesi pravitate hæreticæ maculis, indigere plurimum dicebatur consilio peritorum, concedit facultatem dispensandi cum quatuor ex ipsis « clericis ad procurandam ampliationem » catholice fidei opportunis, qui defectum non patiantur natalium vel etatis, et alias honestatis ac scientie meritis adjuventur, quod eorum quilibet, preter beneficium quod obtinet, habens curam animarum annexam, de cujus proventibus » non potest commode sustentari, unum aliud, similem curam » habens, si sibi canonice offeratur, recipere valeat » et cum altero retinere. — (REG. 19, f. 46 r^o; ann. XII, c. 229; — MOREAU 1192, f. 169.)

« .. *episcopo Albiensi.* Procedit ex devotionis —. Dat. Anagnie, VI kalendas septembris, anno duodecimo. »

1. Cf. le préambule, à peu près identique dans la forme, de la pièce 3048.

-1501

Anagni, 19 août 1238.

Episcopo Anteradensi scribit de questione olim exorta inter patriarcham Hierosolymitanum, Tyrensem et Petracensem archiepiscopos, nec non Sydoniensem et Beritensem episcopos, ex parte una, et patriarcham Antiochenum, ex altera, super eo quod idem patriarcha Antiochenus eosdem archiepiscopos et episcopos ecclesie Antiochenae subesse proponebat, eisque mandat quatenus eosdem patriarcham Hierosolymitanum et alios citet ut compositionem olim ab Eugenio [III] papa inter partes super eodem negotio initam servent, vel in competenti termino apostolico conspectui se presentent. — (Reg. 19, f. 46 r^o; ann. XII, c. 230.)

« .. episcopo Anteradensi. Olim, venerabili fratre nostro .. patriarcha Antiocheno in nostra presentia proponente quod, orta inter venerabiles fratres nostros .. patriarcham Jerosolimitanum .. Tyrensem et .. Petracensem archiepiscopos, .. Sydoniensem et bone memorie .. Beritensem episcopos ac ipsorum capitula, ex parte una, et ipsum, ex altera, materia questionis, super eo quod eosdem Tyrensem et Petracensem ac archiepiscopatus ipsorum, et specialiter Beritensem et Sydoniensem episcopos, cum diocesibus eorumdem, sibi et ecclesie Antiochene patriarchali jure debere subesse proponit, [eam] sopiri¹ per Sedem Apostolicam cupiebat : nos, ad tollendam materiam scandali et roborandum caritatis vinculum inter partes, eisdem, si bene meminimus, nostris dedimus litteris in mandatis ut usque ad kalendas junii proximo tunc futuri, quas eis pro preceptorio termino assignavimus, per procuratores idoneos sufficienter instructos, cum munimentis et aliis rationibus suis, in nostra presentia comparent, facturi et recepturi super premissis quod justitia suaderet. Sed ipsi nec comparuerunt in termino, nec post terminum, per annum et amplius expectati. Tandem vero in registro felicitis recordationis Eugenii pape, predecessoris nostri, quandam compositionem invenimus, eo mediante, super predictis initam inter partes, quam vobis sub bulla nostra mittimus interlucam². Licet igitur in patriarcham Jerosolimitanum et alios supradictos tanquam in contumaces procedere de jure possemus, volentes tamen adhuc eis, salvo jure expensarum quas propter contumaciam ipsorum subiit idem Antiochenus patriarcha, deferre : mandamus quatenus eosdem patriarcham Jerosolimitanum et alios,

1. Au lieu de : *proponente quod, orta... materia questionis...*, [eam] sopiri, on pourrait proposer la correction suivante : *proponente quod orta[m] ... materia[m] questionis ... sopiri*.

2. La bulle annoncée ici du pape Eugène [III] n'a pas été insérée dans le Registre de Grégoire IX.

ac venerabilem fratrem nostrum .. Beritensem episcopum qui nunc preest, cites ex parte nostra ut vel compositionem, si voluerint, servent eandem, vel in competenti termino sibi prefigendo a te, quem pro preceptorio eis volumus assignari, per procuratores sufficientes et idoneos, juxta priorum continentiam litterarum, nostro se conspectui representent, facturi et recepturi super hiis quod ordo dictaverit rationis. Alioquin extunc in ipsos suspensionis sententiam non differas promulgare. Quicquid inde factum fuerit, nobis fideliter rescripturus. Dat. Anagnie, XIII [kalendas] septembris, anno duodecimo. »

-1505

Anagni, 26 août 1238.

Abbati et conventui monasterii de Bruma, ordinis Aroasiæ, Lincolnienensis diocesis, — cuius « monasterii fundatores » jus patronatus quod habebant in septem ecclesiis, eidem « monasterio » concesserant, — indulget, ipsorum et nobilis viri Hugonis Wake supplicationibus annuens, ut, — cum paupertatis inedia laborarent, utpote non habentes alia de quibus possent commodè sustentari, — unam ex ipsis ecclesiis, ecclesiam videlicet de Helpingham (= Helpringham), cum vacare contingerit, in usus proprios retinere valeant ; proviso quod eidem ecclesie « per idoneum perpetuum vicarium, instituentium de dioecesanum episcopum, serviator », reservata « de ipsis proventus congrua portione ad » debita procuracionum episcopi et archidiaconorum et alia » ecclesie onera subeunda; in omnibus dioecesanis episcopi » jure salvo ». — (Reg. 19, f. 46 v^o; ann. XII, c. 231.)

« .. abbat et canonicis monasterii de Bruma, ordinis Aroasiæ, Lincolnienensis diocesis. Pie postulatio voluntatis —. Dat. Anagnie, VII kalendas septembris, anno duodecimo. »

-1506

Anagni, 27 août 1238.

Garino, archidiacono Catalaunensi, Guidoni de Vendopere, Catalaunensi canonico, et magistro Tebaldo, Trecenti canonico, — cum abbas et conventus monasterii Molismensis, attendentes non posse, nisi per industriam episcopi Lingonenensis vel alicujus alterius potentis, ipsorum prioratum dictum Randoviter relevari a gravi sarcina debitorum qua premebatur, « ac reparari ejus edificia nuper incendio concremata, » et multa de bonis ipsis alienata illicite ac distracta » revocari ad jus et proprietatem ejusdem, nec non alias » eundem prioratum « in spiritualibus et temporalibus suscipere incrementa », ipsum prioratum eidem Lingonenis

1. Ms. : Helpingliam.

episcopo, quoad vixerit, commisissent, si de apostolica procederet voluntate, — mandat quatenus, si eisdem monasterio et prioratui viderint expedire, eidem Lingonensi episcopo licentiam tribuant « retinendi prefatum prioratum sub anno » censu s. — (REG. 19, f. 46 v^o; ann. XII, c. 232; — MOREAU 1192, f. 170.)

« *Garino, archidiacono Cathalaunensi, et Guidoni de Vendopera, Cathalaunensi, et magistro Tebaldo, Trecenti canonicis.* Sicut dilecti filii —. Dat. Anagnie, VI kalendas septembris, anno duodecimo. »

4507

Anagni, 28 août 1238.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicæ Sedis legato, scribit de nobili viro Hugone Wake, quem, cum, crucem humeris suis affixam per triennium publice bajulans, ad iter transmarinum jam accingeretur, in foro regio super majori parte omnium bonorum suorum, de quibus nonnulla jam doxerat præmittenda, quidam impetebant; propter quod voti ejusdem nobilis exsecutio omnino impediatur; unde ei mandat quatenus tam apud regem Angliæ quam apud ejusdem nobilis adversarios efficaciter elaboret, ut eidem « ad reddendum Domino votum » suum competentes indutias concedantur; quod si ad hoc flecti nequeant vel induci, concedat eidem nobili, et illis de ejusdem familia, qui signum crucis, ejusdem intuitu, susceperint, licentiam votum peregrinationis taliter commutandi, ut idem nobilis competentem, ad ipsius legati arbitrium, « juxta facultates suas, illic mittat numerum bellatorum, » et alii supradicti omnes expensas quas essent eundo, redeundo et morando facturæ, transmittant per manus illius quem » ipse legatus duxerit ad hoc deputandum, « in subsidium Terre Sancte, ac alias laborem itineris pietatis operibus recompensat; prestita super hoc ab ipsis sufficienti » et idonea cautione; illam indulgentiam habituri, que laborantibus in ejusdem Terre Sancte subsidium, in generali concilio est concessa; aut, si maluerint, indutias eis » transeundi usque ad diffinitionem hujusmodi negotii » ipse legatus largiatur. — (REG. 19, f. 46 v^o; ann. XII, c. 233.)

« *O[tt]oni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicæ Sedis legato.* Nimis patenter injuriari —. Dat. Anagnie, V kalendas septembris, anno duodecimo. »

4508

Anagni, 28 août 1238.

Episcopo Sorano, apostolico legato, mandat quatenus in causa inter archiepiscopum Narbonensem, ex parte una, et priorem ac monachos monasterii Electensis, ex altera, super

eodem monasterio exorta procedat, et compositionem a Viennensi archiepiscopo in eadem causa initam, non publicatam ab eo, sed ad Sedem Apostolicam transmissam, vel revocet vel faciat observari, prout ipsi episcopo idem monasterium ad Sedem Apostolicam nullo medio spectare vel non, constiterit. — (REG. 19, f. 47 r^o; ann. XII, c. 234; — MOREAU 1192, f. 171; — cf. supra, n^o 2055.)

« .. episcopo Soran[o], Apostolicæ Sedis legato¹. Causam que inter venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Narbonensem, ex parte una, et dilectos filios .. priorem et monachos monasterii Electensis, Narbonensis diocesis, ex altera, super eodem monasterio vertitur, ab examine venerabilis fratris nostri .. Albiensis episcopi et conjudicum suorum, delegatorum a nobis, ad nos per appellationem delatam, venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Viennensi, tunc Apostolicæ Sedis legato, et collegis suis duximus committendam. Coram quibus propositis quibusdam exceptionibus et super eis aliquamdiu litigato, tandem, post diversos circuitus, utraque pars in eundem Viennensem archiepiscopum concorditer de servando ipsius mandato, vel arbitrio seu compositione, juramento et certa pena interposiit. compromisit. Quare, ad instantiam partium recipiens compromissum, de ipsarum conscientia et assensu composuit inter partes. Sed, quia de statu monasterii agebatur, nobis irrequisitis ad publicationem compositionis hujusmodi non processit, sed eam potius, sub sigillo suo inclusam, ad nos duxit cum procuratoribus partium transmittendam. Petente igitur procuratore dicti archiepiscopi Narbonensis coram venerabili fratre nostro .. episcopo Portuensi, quem super hoc deputavimus auditorem, compositionem confirmari predictam, et procuratore partis alterius proponente dictum monasterium ad nos nullo medio pertinere, ad fundandam intentionem suam quadam privata scriptura, quam dicebat transcriptum privilegii felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, exhibita in medium ab eodem, quamquam in regestis ejusdem Alexandri privilegium ipsum inveniri nequiverit, de mandato nostro cum diligentia requisitum: nos, auditis per fidelem relationem ejusdem episcopi que fuere proposita coram eo, mandamus quatenus, vocalis qui fuerint evocandi, si infra sex menses a receptione presentium legitime constiterit prefatum monasterium ad Sedem Apostolicam nullo medio spectare vel pertinere ad alium, compositionem eandem. quam tibi sub bulla

1. On ne remarque pas de traces de remaniements dans cette bulle adressée à l'évêque de Soran.

nostra mittimus interclusam¹, penitus revocans, in causa ipsa, previa ratione, procedas juxta litterarum continentiam ad eundem Albiensem episcopum et suos conjudices directarum; alioquin eam facias inviolabiliter observari; contradictores tam per penam in compromisso appositam quam auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo; ita tamen ut nullum per hoc Apostolice Sedi prejudicium generetur, quominus, si voluerit, suam justitiam prosequatur. Dat. Anagnie, V kalendas septembris, anno duodecimo. »

4509

Anagni, 28 août 1238.

Episcopo Lincolnensi mandat quatenus redemptiones votorum cruce signatorum terrae ac fendorum nobilis viri Hugonis Wake, cruce signati, — proponentis magnifice in Terrae Sanctae subsidium proficiat, — quae nondum alii sint concessae, faciat eidem nobili, postquam iter transmarinum arripuerit, assignari. — (REG. 19, f. 47 v^o; ann. XII, c. 235.)

« .. *episcopo Lincolnensi*. Cum, sicut dilectus —. Dat. Anagnie, V kalendas septembris, anno duodecimo. »

4510

Anagni, 28 août 1238.

Episcopo Terracineni, — cum ecclesia Terracineni, « ob infrunitatis incommoda longioris qua » idem episcopus laboraverat et adhuc, ut dicebatur, sine spe convalescentiae laborabat, in spiritualibus et in temporalibus esset fere collapsa, — concedit petenti magistrum Marcum de Ferentino, capellanum Ostiensis episcopi, coadjutorem, eique significat se capitulo, clero et populo civitatis et dioecesis Terracineni mandasse ut dicto magistro, per quem Terracineni ecclesiae statum ipse papa credebatur reparandum, plene in omnibus spiritualibus et temporalibus intenderent, his dumtaxat exceptis, quae per eundem magistrum nequeant exerceri. — (REG. 19, f. 47 v^o; ann. XII, c. 236.)

« .. *episcopo Terracineni*. Cum ecclesia Terracineni —. Dat. Anagnie, V kalendas septembris, anno duodecimo. »

4511. — In eundem fere modum *capitulo, clero et populo civitatis et dioecesis Terracineni*.

4512

Anagni, 23 août 1238.

Episcopo Tudertino significat se abbatissam et conventum

1. Le document annoncé ici n'a pas été inséré dans le *Registre*.

monasterii Sancti Laurentii de Collazone, Tudertinae dioecesis, — quas, inobedientiae causa, ipse papa libertatis privilegio privaverat et sub ipsius episcopi jurisdictione duxerat reducendas, — in statum pristinae libertatis reducere, et litteras contrarias ad ipsum episcopum super hoc destinatas penitus revocare; inhibet ne in praedictis monasterio et conventu eorumque bonis ipse episcopus nihil sibi plus vendicat, « nisi quantum in indulto illis per Sedem Apostolicam privilegio noscitur reservatum ». — (REG. 19, f. 47 v^o; ann. XII, c. 237; — POTTHAST 10647¹; — cf. *supra*, n. 2585 et 2691.)

« .. *episcopo Tudertino*. Arca federis que —. Dat. Anagnie, X kalendas septembris, anno duodecimo. »

4513

Anagni, 23 août 1238.

« In eundem fere modum .. *abbatissae ac conventui ejusdem monasterii*. [Eis similiter significat se eas, — quas, inobedientiae causa, ipse papa libertatis privilegio privaverat et sub episcopi Tudertini jurisdictione duxerat reducendas, — in statum pristinae libertatis reducere, et litteras contrarias ad eundem episcopum super hoc destinatas penitus revocare.] Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 47 v^o; — POTTHAST 10646.)

4514

Anagni, 27 août 1238.

Magistris Gaufrido de Leodio et Drogoni de Alto Villari, canonicis Remensibus, late scribit de facto thesaurariae monasterii Sanctae Mariae Suessionensis, sororis episcopi Suessionensis, in abbatissam ejusdem monasterii, nonnullis ejusdem monialibus se opponentibus, minus canonice electae et per violentiam intrusae, eisque mandat quatenus, excommunicationis sententiam in priorissam ejusdem monasterii et ei adhaerentes, praedictae thesaurariae obedire nolentes, promulgatam, denuntiantes esse nullam, ad decisionem negotii procedant. — (REG. 19, f. 47 v^o; ann. XII, c. 238; — cf. *supra*, n^o 2683.)

« *Magistris Gaufrido de Leodio et Drogoni de Alto Villari, canonicis Remensibus*. Significantibus .. priorissa, .. suppriorissa et quibusdam aliis monialibus monasterii Sanctae Marie Suessionensis, nos noveritis accepiss-

1. D'après SBARALEA, *Bullarium Franciscanum*, t. 1, p. 253, n^o 276. — A noter que, dans la publication de Sbaralea, — dont, cependant, le *Registre* du Vatican est ici la source, — la pièce qui, à cet endroit du *Registre*, figure en *eundem modum* (n^o 4513), est imprimée en tête, dans tout son développement, tandis que la bulle adressée à l'évêque de Todi, contrairement à ce qu'on trouve dans le *Registre*, y est donnée seulement en annexe, et non in *extenso*.

quod, eis se jamdudum opponentibus electioni que, quibusdam ex eis omnino contemptis, de .. thesauraria in abbatissam ejusdem monasterii ab aliquibus ipsius monialibus contra formam canonicam, post appellationes ad nos legitime interpositas, fuerat attemptata, et per venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Suesionensem, fratrem ipsius thesaurarie, spretis appellationibus ad nos legitime interpositis, confirmata : nos causam ipsam venerabilibus fratribus nostris .. Rothomagensi archiepiscopo, tunc preposito Sancti Audomari, et .. Pictavensi, tunc archidiacono Senonensi, ac .. Cameracensi, tunc canonico Parisiensi, Parisius in theologica facultate regenti, episcopis, de procuratorum utriusque partis assensu, sub ea forma duximus committendam, ut, ad dictum monasterium accedentes, inquisita a monialibus ipsis super electionis forma, eligentium studiis meritisque persone ipsius thesaurarie, et super aliis plenius veritate, quod canonicum foret, statuere procurarent, adjecto ut partibus, in prosecutione negotii, de bonis monasterii facerent in expensis necessariis provideri. Coram quibus thesauraria ipsa petente approbati electionem predictam, quam dicebat canonicè celebratam, et confirmatam legitime ab episcopo memorato, fuit ex adverso petitum electionem ipsam, utpote presumptam contra statuta concilii generalis, et confirmationem secutam post appellationes ad nos legitime interpositas, nec non et collationes prebendarum ac aliorum beneficiorum ad donationem abbatisse spectantium, per eandem thesaurariam factas, et quicquid aliud post appellationes legitimas secutum fuerat, denuntiari penitus non tenere, ac ea vice eligendi potestate privari vel privatas potius nuntiari thesaurariam et electrices ipsius, cum in electione quedam ex parte priorisse contempte fuissent, et forma non fuisset servata concilii generalis. Cumque postmodum thesauraria ipsa, dicens jamdictos iudices sine magnis et gravibus monasterii sumptibus ad mandatum apostolicum exequendum convenire non posse, propter quod negotium ipsum, in enormem ipsius monasterii lesionem, non poterat terminari, ad magistrum [Gerardum] de Lauduno, Remensem canonicum, quem loco iudicum predictorum decisioni ejusdem cause duximus subrogandum, nostras litteras impetraverit, continentes ut, faciens sibi litteras destinatas prioribus iudicibus exhiberi, legitime super hoc habito servato processu, in negotio ipso procederet juxta earundem continentiam litterarum : idem magister, licet electio-

nem ipsam vitio electionis cassaverit et confirmationem infirmaverit memoratam, super premissis tamen articulis¹, super quibus ab utraque parte litis contestatio facta fuerat, et de veritate dicenda juratum, ac legitime usque ad calculum sententie diffinitive processum, diffinire noluit, humiliter requisitus, in earum prejudicium et gravamen ; propter quod dicta priorissa et pars sua, sentientes² indebite se gravari, primo ab eo et postmodum in capitulo, ne ad electionem aliquam abbatisse ibidem procederent, ac demum ab episcopo nominato, ne electionem aliquam confirmaret, si quam in prefato monasterio contingeret attemptari, aut ipsi monasterio ex suo officio provideret, remanente negotio super prescriptis articulis indiscusso, nostram audientiam appellaverunt. Sepedictus vero episcopus, contemptis appellationibus hujusmodi, affectum quem habebat ad promotionem ejusdem thesaurarie, sororis sue, per interpositas personas cupiens effectui mancipare, potestatem providendi monasterio antedicto, quam dicebat ad se per lapsum temporis devolutam, venerabili fratri nostro .. Laudunensi episcopo, et dilectis filiis Gaufrido de Grandiprato, [.....]³, ac .. magistro scolarum Suesionensibus, concessit, ut sic quod intendebat facere, aliquantulum palliaret. Qui, licet coram eis ex parte suprascripta⁴ appellationes predictæ innovate fuissent, et de novo etiam appellatum ne aliquid, pendentibus hujusmodi appellationibus, attemptaret, de facto, cum de jure non possent, de sepefata thesauraria, post appellationes premissas, prenotato providere monasterio presumpserunt ; que per manus quorundam ibidem existentium fuit ad ecclesiam, fractis tamen ostiis, deportata, in .. priorissam et adherentes ei, nominate thesaurarie, sicut nec debebant, obedire nolentes, excommunicationis sententia promulgata. Ideoque mandamus quatenus, si est ita, dictam excommunicationis sententiam denuntiantes penitus nullam esse, ac revocantes in statum debitum quicquid post appellationes predictas invenerit temere attemptatum, ad decisionem negotii super eisdem articulis, ratione previa, procedatis, facientes partibus, in prosecutione negotii, de bonis monasterii expensas necessarias ministrari, juxta priorum continentiam litterarum. Testes etc. Quod si non omnes etc. Dat. Anagnie, VI kalendas septembris, anno duodecimo. »

1. C'est-à-dire : « *super electionis forma, eligentium studiis meritisque persone ipsius thesaurarie.* »

2. Ms : sentiens.

3. Il manque, à cet endroit, un mot tel que : *archidiacono.*

4. Ms. : suprascripte.

1. La forme complète de ce nom est fournie par les pièces 2438, 4174 et 4445.

4515

Anagni, 30 août 1238.

Magistro Petro Eximini, capellano Riccardi, Sancti Angeli diaconi cardinalis. — cum quo Honorius [III] papa dispensaverat ut, non obstante defectu natalium quem, de soluto et soluta genitus, patiebatur, posset ad sacros ordines promoveri et ad ecclesiasticam dignitatem assumi, ita tamen quod, si ad episcopalem dignitatem eum contingeret vocari, illam nequaquam reciperet absque Sedis Apostolicæ licentia speciali, et qui in utroque jure satis bene postmodum profecerat et apud ipsam papam fuerat diu laudabiliter conversatus, — indulget ut prædictus defectus ei « quoad dignitates » et spiritualia omnia nichil obsit ». — (REG. 19, f. 48 v°; ann. XII, c. 239.)

« Magistro Petro Eximini, capellano dilecti filii nostri R[iccardi]¹, Sancti Angeli diaconi cardinalis. Olim felicis recordationis — Dat. Anagnie, III kalendas septembris, anno duodecimo. »

4516

Anagni, 2 septembre 1238.

Capitolo Policastrensi significat se electionem de archidiacono Policastrensi in episcopum Policastrensem « minus canonicè » celebratam, tum pro eo quod non confirmatus ammissionationi [ecclesie Policastrensis] temere se « ingesserat, « tum propter litteraturæ defectum », irritasse; eis restituit potestatem sibi eligendi hac vice pontificem, et mandat quatenus per electionem canonicam sibi de persona idonea in episcopum provideant. — (REG. 19, f. 48 v°; ann. XII, c. 240.)

« Capitolo Policastrensi. Electionem in ecclesia — Dat. Anagnie, IIII nonas septembris, anno duodecimo. »

4517

Anagni, 28 août 1238.

Johanni, archidiacono Silviniacensi, Parisius commoranti, cancellario Turonensi, Parisius similiter commoranti, nec non magistro Petro de Papa, canonico Parisiensi, causam inter Archembandum, dominum Borbonensem, ex una parte, et Bituricensem archiepiscopum, ex altera, exortam super juramento a prædicto domino eidem archiepiscopo de rebellibus suis impugnandis, ut dicebatur, præstando, committit audiendam et terminandam, aliquin ad examen apostolicum remittendam. — (REG. 19, f. 48 v°; ann. XII, c. 241; — MOREAU 1192, f. 173.)

« Johanni, archidiacono Silviniacensi, et .. cancellario Turonensi, Parisius commorantibus, et magistro P[etro]² de

1. Plus probablement que Romain; le cardinal Romain, prédécesseur immédiat de Riccardus, était évêque de Porto depuis 1236.

2. On trouve la forme complète de ce nom dans les pièces 2117 et 4324.

Papa, canonico Parisiensi. Exhibita nobis nobilis viri Archembaudi, domini Borbonensis, petitio continebat quod, cum venerabilis frater noster .. archiepiscopus Bituricensis, asserens ipsum sibi debere juramentum prestare, ut rebelles suos Bituricensis diocesis, karissimo in Christo filio nostro .. rege Francorum illustri dumtaxat excepto, donec ad ejus mandatum redeant, suis sumptibus impugnaret, ad prestandum juramentum hujusmodi eundem coram se auctoritate propria citavisset : ex parte ipsius fuit excipiendi propositum coram eo quod nec ipse ad prestationem prefati juramenti, quod nunquam ab eo vel predecessoribus suis, dominis Borbonii, prestitum fuerat, tenebatur, nec idem in causa propria fungi poterat officio judicis et actoris, presertim cum paratus esset exhibere ipsi complementum justitie coram giudice competenti. Et quia dictus archiepiscopus, hac ejus exceptione legitima non admissa, nichilominus prefatum juramentum ab eo contra justitiam exigebat, sentiens indebite se gravari, nostram audientiam appellavit. At ipse archiepiscopus, appellatione contempta, in eum excommunicationis et in terram suam interdicti, ut dicitur, sententias promulgavit. Quare petebat a nobis ut denunciari nullas vel ad cautelam relaxari dictas sententias mandarem. Quia vero de jure seu defensione dicti nobilis nobis non potuit fieri certitudo, ac per hoc diffiniri an juste vel injuste fuerit appellatum, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, audiatis causam et eam, si de partium voluntate processerit, concordia vel judicio terminetis : facientes etc. Alioquin ipsam sufficienter instructam ad examen apostolicum remittatis, prefigendo partibus terminum preemptorium competentem, quo per procuratores idoneos compareant coram nobis, justam, auctore Domino, sententiam recepture — Dat. Anagnie, V kalendas septembris, anno duodecimo. »

4518

Anagni, 3 septembre 1238.

Roberto, comiti Atrebatensi, fratri regis Francorum, propter specialem devotionem quam ad ipsum papam et ad Romanam Ecclesiam idem comes habere dinoscebatur, indulget ut nullus in ejus personam, absque Sedis Apostolicæ licentia speciali, excommunicationis sententiam præsumat promulgare. — (REG. 19, f. 48 v°; ann. XII, c. 242.)

« Nobili viro R[oberto], comiti Atrebatensi, fratri karissimi in Christo filii nostri .. regis Francorum illustris, Apostolicæ Sedis benignitas — Dat. Anagnie, III nonas septembris, pontificatus nostri anno duodecimo. »

4519

Anagni, 3 septembre 1238.

Archiepiscopo Burdegalensi et episcopo Xanctonensi mandatum quatenus, — cum proximo instaret passagium Terrae Sanctae a rege Navarrae, comite Campaniae, et aliis nobilibus et potentibus ordinatum, — « legata seu alio modo concessa » pro subsidio Terre Sanctae in provincia Burdegalensi, « excepta diocesi Pictavensi, ad communes expensas ejusdem » exercitus, de conscientia « fratris Willelmi, ordinis fratrum Minorum, ipsius papae paenitentiarum, colligant et servant, quantitatem eorumdem legatorum seu alio modo concessorum Sedi Apostolicae rescripturi. — (REG. 19, f. 49 r^o; ann. XII, c. 243; — MOREAU 1192, f. 175; — POTTHAST 10651.)

« .. archiepiscopo Burdegalensi et .. episcopo Xanctonensi. Cum jam proximo —. Dat. ut supra. »

4520. — In eundem modum .. Tornacensi et .. Cameracensi episcopis pro eodem, in provincia Remensi.

4521. — In eundem modum pro eodem .. archiepiscopo et .. archidiacono Bituricensibus, in provincia Bituricensi et episcopatu Ancienensi.

4522. — In eundem modum pro eodem .. archiepiscopo Turonensi et .. abbati de Ebronio, in provincia Turonensi, exceptis illis que concessa sunt nobili viro .. comiti Britannie pro subsidio imperii Romaniae.

4523

Anagni, 6 septembre 1238.

Patriarchae Antiocheno, apostolico legato, concedit ut excommunicatis pro injectione manuum in clericos violenta Antiochiam causa peregrinationis seu negotiationis accedentibus, seu pro salute animarum suarum a Sarraenis, seu Vatacio vel Assano venientibus, absolutionem impendere valeat; exceptis illis qui de jurisdictione patriarchae Hierosolymitani existant. — (REG. 19, f. 49 r^o; ann. XII, c. 244; — MOREAU 1192, f. 167^o.)

« .. patriarche Antiocheno, Apostolice Sedis legato. Licet auctoritate legationis tibi a Sede Apostolica in patriarchatu tuo commissa, non possis excommunicatis pro injectione manuum in clericos violenta, nisi illis qui sunt de patriarchatu predicto, absolutionis beneficium impertiri; quia tamen contingit interdum nonnullos Antiochiam causa peregrinationis seu negotiationis accedere aliunde, volentes personam tuam favore prosequi gratie specialis, et per hoc aliis providere, presentium tibi auctoritate concedimus ut eisdem, et illis qui ad te, pro salute animarum suarum, a Sar-

racenis veniunt, seu Vatacio vel Assano, absolutionis gratiam juxta formam Ecclesie impendere valeas, cum ab eis fueris requisitus; proviso quod passis injuriam satisfieri facias competenter; nisi adeo fuerit gravis et enormis excessus, quod merito sint ad Sedem Apostolicam transmittendi; exceptis illis qui de jurisdictione venerabilis fratris nostri .. patriarchae Hierosolymitani existere dinoscuntur. Dat. Anagnie, VIII idus septembris, anno duodecimo. »

4524

Anagni, 7 septembre 1238.

Archiepiscopo Rothomagensi scribit de gravi causa exorta inter abbatem conventumque Majoris Monasterii Turonensis, ex una parte, et comitem Blesensem, ex altera; qui comes, fractis portis ecclesiae ejusdem monasterii et imaginibus crucifixi concultatis, claustrum infra claustrum murorum nec non ostia officinarum effregerat, et, inter alias vexationes, vinum quod idem monasterium apud Auricasam (= Orchaie) et Chosium (= Chouzy) habebat, fecerat auferri; unde eis mandat quatenus, praefato comite praestante pro manifestis offensis emendam et pro dubiis cautionem, sententias excommunicationis in eum ea occasione latas relaxet, et causam audiat et decidat; alioquin ipsam ad apostolium remittat examen; quod si idem comes praedictas emendam et cautionem infra quattuor menses post ipsius archiepiscopi monitionem non praestiterit, praemissas sententias faciat usque ad satisfactionem condignam observari. — (REG. 19, f. 49 r^o; ann. XII, c. 245.)

« .. archiepiscopo Rothomagensi. Ex parte nobilis viri .. comitis Blesensis fuit propositum coram nobis quod .. abbas et conventus Majoris Monasterii Turonensis, asserentes eundem comitem quosdam ipsis injurias intulisse, tam in ipsum quam in familiam ac balivos et quosdam de hominibus suis, ejusdem occasione, primo ab .. officiali Turonensi, auctoritate ordinaria, excommunicationis, ac postmodum ab .. abbate Sancti Nicolai Andegavensis et collegis suis, conservatoribus privilegiorum suorum a Sede Apostolica, ut dicitur, deputatis, vel subdelegatis ipsorum, in dictum nobilem ac alios supra dictos excommunicationis, et in terram ipsius comitis interdicti fecerunt sententias promulgari. Quare fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum super hiis pro quibus sunt eadem sententiae promulgatae, stare mandatis Ecclesiae sit paratus, relaxari dictas sententias mandaremus. Procurator vero predictorum abbas et conventus proposuit ex adverso quod, licet praefatum monasterium eidem comiti in nullo ex debito teneatur, idem tamen comes, procuracionem indebitam

1. Avec l'incipit inexact: « Licet autem legationis. »

exigens ab eodem, cum multitudine armatorum ad monasterium supradictum accessit. Et licet ei a senioribus monasterii, de voluntate predictorum abbatibus et conventus, caritativum et gratuitum hospitium fuisse oblatum, ipse tamen, divina reverentia et humana calcatis, respondens quod de caritate et gratia non curabat, ac excedens tiramnidem Paganorum, fractis portis ecclesie ac ymaginibus crucifixi turpiter, ausu diabolico, conculcatis, non contentus quod claustrum infra clausuram murorum effregerat violenter, ostia officinarum ipsius ecclesie, videlicet horreorum, stabulorum, pistrinorum, panctarie, cellarii, coquine et grangiarum, ac alia, numero quadraginta quatuor, fecit effringi, ac vendi bladum inventum ibidem, ad usum monachorum et pauperum deputatum. Et quamvis, ob immanitatem facinoris manifestam, tam jamdicti conservatorum privilegiorum suorum quam venerabilis frater noster .. archiepiscopus Turonensis, in cujus diocesi monasterium ipsum situm est et hujusmodi sacrilegium perpetratum, in eundem comitem et complices ac fautores ipsius, monitione premissa, excommunicationis sententiam promulgarint, et nichilominus ob commissum sacrilegium sententia canonum sint ligati : idem tamen comes, cum debuisset ad percutientem se cum humilitate redire¹, mala malis accumulans et iniquitatem iniquitatibus superaddens, vinum quod pefatum monasterium habebat apud Auricasam et Chosium², fecit violenter auferri. Et quia, diligenter monitus, id noluit emendare, fuit a subdelegatis conservatorum ipsorum excommunicationis vinculo innodatus. Quare dictus procurator nobis humiliter supplicavit ut, cum excessus hujusmodi adeo sint enormes, quod non debeat coniventibus oculis pertransiri, memoratos sacrilegos mandarems tandiu nuntiari excommunicatos et ab omnibus artibus evitari, donec passis injuriam satisfaciant competenter et dampna resarciant universa. Quia vero supplicationibus ipsius comitis sic favere nos convenit, quod monasterii justitia non ledatur, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, pefato comite prestante primo sufficientem pro manifestis offensis emendam, et pro dubiis de parendo mandatis Ecclesie sufficientem et ydoneam cautionem, non obstantibus litteris super observatione sententiarum hujusmodi ex parte dicti monasterii impetratis, sententias juxta formam Ecclesie relaxans easdem, audias postmodum si quid fuerit questionis, et causam, si de partium voluntate processerit. debito

fine decidas ; faciens etc. Alioquin ipsam sufficienter instructam ad apostolicum remittas examen, pefigens partibus terminum preceptorium competentem, quo per se vel per procuratores idoneos compareant coram nobis, justam, auctore Domino, sententiam recepture. Eodem vero comite, a te monito diligenter, infra spatium quatuor mensium post monitionem tuam emendam et cautionem hujusmodi non prestante, tu extunc premissas sententias ab archiepiscopo, conservatoribus et subdelegatis predictis promulgatas, sicut rationabiliter sunt prolatae, ac sententiam canonis facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari. Non obstante constitutione [etc., usque :] ultra tertiam vel quartam pars altera [etc., usque :] non trahatur. Dat. Anagnie, VII idus septembris, anno duodecimo. »

4525

Anagni, 25 septembre 1238.

Burgensi et Palentino episcopis et decano Burgensi scribit de magistro Petro, ipsius papae subdiacono, magistro scholarum Zamorensi, nepote Aegidii, Sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis ; qui magister Petrus, — licet cum ipso, olim, post adeptum magisterium scholarum Zamorense, ecclesiam saecularem Sancti Quirici, quae dicebatur abbatia, canonice assento, super utroque retinendo fuisse per Sedem Apostolicam dispensatum, dispensationis tamen litteris casu fortuito amissis, — habebat conscientiam remordentem ex eo quod, postquam bonae memoriae Sabinensis episcopus, tunc Apostolicae Sedis legatus, contra plura beneficia obtinentes quandam constitutionem ediderat et excommunicationis sententia roboraverat, ipse tamen ecclesiam supradictam aliquandiu tenuerat ; unde eis mandat quatenus, impenso eidem Petro absolutiois beneficio ad cautelam, et eo praefatum magisterium scholarum in ipsorum manibus resignante, ac obligante se per suas patentes litteras, quod congrue satisfaciet, eum potuerit, de fructibus ex eodem magisterio a tempore quo dictam ecclesiam Sancti Quirici receperat, perceptis, in utilitatem Zamorensis ecclesiae convertendis, impositaque illi, pro eo quod magisterium ipsum post obtentam jamdictam ecclesiam tenuerat, paenitentia competentem, circa ipsum dispensative tam super praedictis magisterio scholarum et ecclesiae, quam super eo quod divina postmodum celebraverat et divinis se immiscuerat, provident prout ejus saluti viderint expedire ; proviso quod in eadem ecclesia per idoneum vicarium idem Petrus faciat deserviri. — (Reg. 19, f. 49 v° ; ann. XII, c. 246.)

« .. Burgensi et .. Palentino episcopis, et .. decano Burgensi. Commissemus nobis administrationis —. Dat. Anagnie, VII kalendas octobris, anno duodecimo. »

1. Cf. Isa. IX, 13.

2. Ms. : Chosid.

-4526

Anagni, 25 septembre 1238.

Episcopo Burgensi significat se ad eum, qui de circumstantiis plene poterat scire veritatem, remittere Vitalem de Arvial¹, civem Burgensem, qui quibusdam haereticis diversis temporibus communicaverat, catholica fide tamen nunquam dimissa, eique mandat quatenus, si, post inquisitionem diligentem, invenerit eundem Vitalem ad misericordiam apostolicam postulandam venisse spontaneum, non coactum, et nullius inquisitionis seu probationis metu, super hoc provideat prout ejusdem Vitalis animae salutis viderit expedire. — (REG. 19, f. 49 v^o; ann. XII, c. 247.)

« .. episcopo Burgensi. Vitalis de Arvial, civis Burgensis, humili nobis insinnatione monstravit quod olim diabolo suadente, quibusdam haereticis diversis communicavit temporibus, tam in mensa comedendo cum eis, quam loquendo et, inclinato capite flexisque genibus, reverentiam exhibendo; quibusdam autem ex eis de pecunia sua dedit, et a duobus ipsorum octoginta marbutinos, quos omnes eisdem, exceptis viginti quinque, restituit, habuit in commenda, quamquam, ut asserit, propter hoc catholicam fidem nunquam dimiserit nec errori consenserit eorumdem. Et licet super hoc nunquam accusatus fuerit, nec convictus, nec etiam infamatus, nisi forte postquam iter arripuit ad Sedem Apostolicam veniendi, et a sex annis citra omnino dimiserit hunc errorem —, super hoc impendi sibi salutare remedium humiliter postulavit —. Dat. ut supra. »

-4527

Anagni, 10 septembre 1238.

Archiepiscopo Rothomagensi ejusque suffraganeis, et abbatibus aliisque ecclesiarum praelatis provinciae Rothomagensis mandat quatenus Cenomanensi et Sagiensi episcopis, — quos ipse papa « collectores redemptionum votorum cruce » signatorum, ac legatorum et aliorum » quae sint deputata succursui Terrae Sanctae et concessa « P[etro] de Brana, comiti Britannie, pro subsidio imperii Romaniae, in Rothomagensi provincia » deputaverat, — nullatenus super hoc se opponant, eisque assignent quod ipsi collegerint. — (REG. 19, f. 50 r^o; ann. XII, c. 248; — MOREAU 1192, f. 189; — cf. supra, n. 4265 et 4316.)

« .. archiepiscopo Rothomagensi et suffraganeis suis, et abbatibus ac aliis ecclesiarum praelatis provinciae Rothomagensis. Cum venerabiles fratres —. Dat. Anagnie, IIII idus septembris, anno duodecimo. »

1. Peut-être Arvial; les deux formes peuvent également se lire dans le manuscrit.

-4528

Anagni, 4 septembre 1238.

Duci Pomeraniae significat se cum eo dispensare ut, ad sedandas inimicitias capitales inter Danos et Slavos jam exortas, ad [Marianna, filia Alberti, comitis de Orlamünde], nepte [Waldemari], regis Daciae, non obstante quod eadem ipsum ducem quarta consanguinitatis linea continebat, nuptias contrahere valeat. — (REG. 19, f. 50 r^o; ann. XII, c. 249; — POTTHAST 10652; — cf. supra, n^o 4068.)

« Nobili viro .. duci Pomeraniae. Ad hoc Deus —. Cum itaque de matrimonio contrahendo inter te ac dilectam in Christo filiam no[bilem] mulierem [...] neptem carissimam] in Christo filii .. regis Dacie sit tractatum, quia dicta nobilis quarta consanguinitatis linea te contingit, non prius duxisti ad consumptionem ipsius matrimonii procedendum, quam super hoc recursus ad Sedem Apostolicam haberetur. Quare idem rex per nuntios suos et litteras pro te nobis humiliter supplicavit ut, cum nichil adeo ad sedandas inimicitias capitales inter Danos et Slavos, peccatis exigentibus, jam exortas, et reformanda inter eos pacis federa operetur, prout ejusdem regis ac venerabilium fratrum nostrorum .. archiepiscopi Lundensis et .. Roskildensis episcopi, quibus super hoc scripta nostra direximus, exhibite nobis littere continebant, salubre consilium apponere curaremus —. Nobilitati tue presentium auctoritate concedimus dispensando ut cum dicta nobili, si velis, contrahere valeas, impedimento hujusmodi non obstante —. Dat. Anagnie, II nonas septembris, anno duodecimo. »

-4529

Anagni, 11 septembre 1238.

Episcopo Silvanectensi, abbati Compendiensi (= Sancti Corneli Compendiensi) et fratri Willelmo de Lingonis, de ordine Praedicatorum, quibus sub certa forma negotium electionis ecclesiae Belvacensis ipse papa commiserat, mandat quatenus, — cum mora, quae in talibus consueverat afferre dispendium, eidem ecclesiae periculosa nimium esset et damnosa, — in eodem negotio juxta formam eis traditam procedant, et illud sufficienter instructum, cum procuratoribus partium, infra tres menses a receptione praesentium ad examen apostolicum transmittant. — (REG. 19, f. 50 r^o; ann. XII, c. 250; — cf. supra, n. 3607, 4078 et 4079.)

« .. episcopo Silvanectensi, .. abbati Compendiensi et fratri W[illelmo] de Lingon[is], de ordine fratrum Predica-

1. On a laissé en blanc, dans le manuscrit, la place du non, ou tout au moins de l'initiale.

2. La forme complète Willelmus est donnée par la pièce 4078.

torum. Cum vobis negotium —. Dat. Anagnie, III idus septembris, anno duodecimo. »

1530

Anagni, 11 septembre 1238.

Episcopo Ariminensi consulenti respondet « quod beneficia » canonicorum ecclesie Engubine, ordinis sancti Augustini », qui se opponbant « electioni celebrate de priore ipsius ecclesie, cum contra instituta regularia » iidem canonici eadem beneficia non possent obtinere, ad manus suas auctoritate apostolica recipiat, et alicui prudenti viro committat, qui proventus eorundem beneficiorum fideliter colligat et exinde expensas ad hujus causae prosecutionem necessarias canonicis memoratis assignet, ita quod salarium dandum advocatis taxationem de viginti libris usualis monetæ, ab ipso papa editam, non excedat; quod ex illis proventibus superfluerit, ipse episcopus in utilitatem ecclesie Ariminensis convertat, et, si forte dicti proventus ad jamdictas expensas sufficere nequeant, quod deferit, de proventibus communibus ejusdem ecclesie suppleat; provident quod hæc causa usque ad festum Omnium Sanctorum proximo futurum terminetur; ceterum, si repererit quod dicti canonici, sicut dicebatur, proventus prædictorum beneficiorum venderint, pretium perceptum ex illis faciat in prædictis expensis computari. — (Res. 19, f. 50^v; ann. XII, c. 251.)

« .. episcopo Ariminensi. Litterarum tuarum serie —. Dat. ut supra. »

1531

Anagni, 11 septembre 1238.

Episcopo Mantuano mandat quatenus Episcopellum clericum, in canonicum Veronensem per vim laicorum, occasione discordiæ in civitate Veronensi subortæ, cum nonnulli de clericis ejusdem civitatis cogentur exulare, institutum seu potius intrusum, peremptorie citet, ut infra mensem post citationem coram ipso papa compareat. — (Res. 19, f. 50^v; ann. XII, c. 252.)

« .. episcopo Mantuano. Olim, quibusdam referentibus. intellecto quod, cum, occasione discordie in civitate Veronensi suborte, nonnulli de clericis civitatis et diocesis Veronensium cogentur a suis ecclesiis exulare, ab aliis, qui in eisdem civitate ac diocesi remanserunt, per vim metumque laicorum tam in cathedrali quam in aliis ecclesiis procedebatur ad electiones et institutiones, vel intrusiones potius clericorum, contra canonicas sanctiones : nos, ne tante presumptionis excessus transiret aliis in exemplum, dilectis filiis .. archidiacono, .. vicedomino et quondam magistro Alberto, canonico Brixienfibus, nostris dedimus litteris

in mandatis ut, electiones et institutiones hujusmodi auctoritate nostra in irritum revocantes, ne presumerentur similia de cetero, inhiberent; contradictores [etc., usque :] compescendo. Predicti vero archidiaconus et college, in executione mandati apostolici legitime procedentes, quia Episcopellum clericum in canonicum Veronensem institutum per vim et metum laicorum, immo intrusum potius, invenerunt, dicto magistro rebus humanis exempto, et eodem archidiacono .. archiepiscopo de Pratis¹ committente ad ferendam sententiam vices suas, iidem vicedominus et archiepiscoper institutionem seu intrusionem dicti Episcopelli, habito sapientum consilio, per diffinitivam sententiam revocarunt, inuncto capitulo Veronensi ut ipsum pro canonico non haberent, in contradictores et rebelles excommunicationis sententiam proferebant. Ceterum, quia dictus Episcopellus canonicatum hujusmodi et prebendam detinere dicitur occupata, fraternitati tue mandamus quatenus eundem Episcopellum peremptorie ex parte nostra citare procures, ut infra mensem post citationem tuam personaliter compareat coram nobis, facturus super hoc justitie complementum; ipsum ad id, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo. Dat. ut supra. »

1532

Anagni, 11 septembre 1238.

Archiepiscopo de Prato, Regine diocesis, mandat quatenus magistrum Anselmum, canonicum Veronensem, qui in favorem interfectorum Guidotti, episcopi Mantuani, in derogationem ecclesiasticæ libertatis, ad audientiam apostolicam dicebatur appellasse, — si infra præfigendum ei ab ipso archiepiscopo terminum de hoc excessu se non purgaverit, — tanquam convictum canonicè puniat. — (Res. 19, f. 50^v; ann. XII, c. 253; — cf. supra, n. 2607 et 3318.)

« .. archiepiscopo de Prato, Regine diocesis. Sicut nostris auribus est relatatum, cum venerabilis frater noster .. episcopus Veronensis, de mandato venerabilis fratris nostri .. Brixienfis episcopi, executoris a Sede Apostolica deputati, interfectores bone memorie Guidotti, episcopi Mantuani, ac fautores eorum, et generaliter quicumque daret eis auxilium vel consilium, excommunicatos publice nuntiasset, et civitatem Veronensem supposuisset ecclesiastico interdicto, donec iidem sacrilegi existerent in civitate predicta, magister Anselmus, canonicus Veronensis, in favorem ipsorum

1. Sic, à cet endroit; dans la pièce suivante : Prato.

et derogationem ecclesiasticæ libertatis, presumpsit ad nostram audientiam appellare. Cumque, propter hoc suspensus per venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Vicentinum ab officio et beneficio, citatus ad nostram presentiam exitisset, ipse, coram nobis comparens, dilectum fratrem nostrum R[aynerium], Sancte Marie in Cosmidin diaconum cardinalem, obtinuit auditorem. Coram quo hujusmodi appellationem interposuisse se negans, cum nullus apparuisset contra eum legitimus accusator, quasdam ad [...] priorem Sancti Georgii in Brayda Veronen[sis] et collegas suos super purgatione sua sub certa forma dicitur litteras apostolicas impetrasse; et, licet ab impetrationis ipsarum tempore biennium sit elapsum, dictus tamen Anselmus adhuc eisdem litteris non est usus. Ideoque discretioni tue in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus, si rem inveniris ita esse, nisi predictus canonicus infra prefigendum sibi a te terminum sufficientem, cum legitimo compurgatorum numero omni exceptione majorum, de excessu hujusmodi se purgarit, ipsum extunc tanquam convictum canonicè punire procures, preceptum nostrum taliter impleturus, quod culpam alterius in te refundere non cogamur. Dat. ut supra. »

4533

Anagni, 15 septembre 1238.

Cenomanensi et Sagiensi episcopis mandat quatenus, — cum nonnulli de regno Franciæ P[etro] de Brana, comiti Britannici, cruce signato, super debitis [erga eum contractis] et rebus aliis injuriarentur, et timendum esset ne ob injuriarum malitiam contingeret executionem voti ejusdem comitis impediri, — partibus convocatis infra duos menses a receptione presentium, de plano et absque judiciorum strepitu veritatem super hoc inquirentes, si rem invenirint ita esse, debitores ipsos ad solutionem predictorum debitorum per sententias excommunicationis in personas et interdicti in terras eorum compellant. — (REG. 19, f. 50 v°; ann. XII, c. 254; — MOREAU 1192, f. 176; — cf. *supra*, n. 1265. 1316 et 1527.)

« .. *Cenomanensi et .. Sagiensi episcopis*. Dilecto filio nobili —. Dat. Anagnic. XVII kalendas octobris, anno duodecimo. »

4534

Anagni, 16 septembre 1238.

Abbati et conventui monasterii Florentis, Cusentianæ diocesis, supplicantibus concedit ut Fontis Laureati, ordinis

Florentis, Tropensis diocesis, et Aquæ Vivæ, ejusdem ordinis, Catacensis diocesis, monasteriorum abbates qui fuerint pro tempore, ad ipsorum Florentis monasterium singulis annis accedentes, visitationis ibidem impendant officium, vice ipsius papæ, et quotiens predictum ipsorum monasterium vacare contigerit, illum abbatem « instituant in eodem, » quem ipsius loci monachi, vel ipsorum pars consilii » sanioris, secundum Deum et statuta dieti ordinis, duxerint » eligendum, cui tam a monachis quam conversis obedientiam et reverentiam debitam, prout moris est, faciant » exhiberi ». — (REG. 19, f. 51 r°; ann. XII, c. 255.)

« .. *abbati et conventui monasterii Florentis, Cusentianæ diocesis*. Quotiens a nobis —. Dat. Anagnic. XVI kalendas octobris, anno duodecimo. »

4535. — In eodem modum .. *Fontis Laureati et .. Aquæ Vivæ, Florentis ordinis, abbatibus, Tropp[er]ensis et Catacensis diocesis*, usque : exhiberi, verbis competenter mutatis.

4536

Anagni, 16 septembre 1238.

Leonardo, electo Gradensi, ex cuius parte fuerat coram ipso papa propositum Gradensis ecclesiæ redditus adeo esse exiles, quod exinde expensas patriarchali dignitati congruentes ipse electus facere non posset, concedit supplicanti ut proventus ecclesiasticos quos electionis suæ tempore obtinebat, usque ad apostolicum beneficium valeat retinere. — (REG. 19, f. 51 r°; ann. XII, c. 256.)

« *L[eonardo]*, electo Gradensi. Cum, sicut ex —. Dat. ut supra. »

4537

Anagni, 16 septembre 1238.

Abbati Sancti Thomæ, Cisterciensis ordinis, Torcellanæ diocesis, et priori fratrum Predicatorum de Venetiis mandat quatenus, — cum abbas monasterii Sancti Georgii de Venetiis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, diceret se, propter senium et varios defectus, administrationem ejusdem monasterii non jam posse laudabiliter exercere, — de universis circumstantiis veritate inquisita, si eidem monasterio viderint expedire, predicti abbatis cessionem recipiant et ipsi monasterio per electionem canonicam de persona idonea in abbatem faciunt provideri. — (REG. 19, f. 51 r°; ann. XII, c. 257.)

« .. *abbati Sancti Thomæ, Cisterciensis ordinis, Torcellanæ diocesis. et .. priori fratrum Predicatorum de Venetiis*. Ex parte dilecti —. Dat. ut supra. »

4538

Anagni, 16 septembre 1238.

Jacobo de Belligno, plebano Sancti Bartholomaei de Venetiis, indulget ut, non obstante quod obtinebat plebanatum Sancti Bartholomaei de Venetiis, curam animarum habentem, ei liceat archidiaconatum Gradensem, ad quem canonicè fuerat electus, quem autem noluerat absque apostolica licentia recipere, assumere et cum eodem plebanatu retinere, ita tamen quod in eorum altero personaliter serviat et in altero faciat per idoneum vicarium deserviri. — (REG. 19, f. 51 r^o; ann. XII, c. 258.)

« *Jacobo de Belligno, plebano Sancti Bartholomei de Venetiis. Cum sic dicaris —. Dat. ut supra.* »

4539

Anagni, 10 septembre 1238.

Abbate de Yvernali¹, Parisiensis diocesis, mandat quatenus ecclesiae Bisuntinae, quae, sicut archiepiscopus Bisuntinus in apostolica praesentia proposuerat, a nonnullis super villis, hominibus et aliis bonis snis multipliciter molestabatur, contra perversorum audeciam efficaciter assistat, nec permittat praedictum archiepiscopum super praemissis ab aliquibus indebite molestari. — (REG. 19, f. 51 r^o; ann. XII, c. 259; — MOREAU 1192, f. 190; — cf. *supra*, n. 3861 et 4499.)

« .. *abbati de Yvernali, Parisiensis diocesis. Elsi ex iuncto —. Dat. Anagnie, IIII idus septembris, anno duodecimo.* »

4540

Anagni, 17 septembre 1238.

Episcopo et archidiacono Olorensibus et sacristae Oscensi mandat quatenus, non obstantibus quibusdam exceptionibus a nonnullis ex monachis monasterii Sancti Salvatoris Legerensis (= S. Salvador de Leyre), Pampilonensis diocesis, propositis, — quibus exceptionibus nec non aliis circumstantiis reformati praedicti monasterii, in spiritualibus et in temporalibus collapsi, hactenus retardata fuerat, — ad monasterium ipsum, si commode fieri poterit, aliquando ad aliquem locum idoneum accedentes, corrigant et reforment in eodem monasterio corrigenda et reformanda; quod si praefatum monasterium in suo ordine nequiverit reformari, ordinem Cisterciensem in illud introducant, monachis ipsis monasterii qui ejusdem ordinis instituta recipere noluerint.

1. Yvernali est vraisemblablement ici pour *Hervali* (Hervieux). Il y a également Yvernali dans la table des rubriques de la XII^e année (REG. 19, f. [D] r^o, col. 2), et dans la rubricelle, qui n'a pas été enlevée lors de la reliure.

in aliquibus de membris saepe in monasterio collocandis. — (REG. 19, f. 51 v^o; ann. XII, c. 260; — cf. *supra*, n^o 3591.)

« .. *episcopo et .. archidiacono Olorensibus et .. sacriste Oscensi. Ex parte dilectorum filiorum .. abbatís, F. de Guerez, cellararii, M. prioris de Termis, et quorundam aliorum monachorum monasterii Sancti Salvatoris Legerensis, Pampilonensis diocesis, fuit propositum coram nobis quod, cum olim, nostris auctoribus intímato quod monasterium ipsum in spiritualibus et temporalibus erat adeo jam collapsum, ut resurgere in suo ordine non valebat, nos venerabili fratri nostro¹ .. episcopo, et dilectis filiis .. priori et fratri P[etro Eximunii]², ordinis Predicatorum, Pampilonensibus dederimus nostris litteris in mandatis ut, ad dictum monasterium personaliter accedentes, et corrigentes ibidem que viderent correctionis officio indigere, illud de Cisterciensi ordine reformare auctoritate apostolica procurarent : ipsi, euntes ad monasterium supradictum, et monachis ejusdem copiam rescripti apostolici facientes, diem et locum assignarunt eisdem, in quibus proponerent, si qua vellent, quare non deberi mandatum apostolicum adimpleri. Cumque postmodum, quibusdam ex monachis ipsis quasdam exceptiones *proponentibus coram eisdem episcopo, priore ac fratre, ipsi se velle dixissent, juxta formam mandati apostolici, monasterium adire jamdictum, ac ibi recipere exceptiones legitimas eorundem : iidem monachi vel potius demoniaci, eos admittere denegantes, in vocem ad nos appellationis frivole proruperunt. Quare jamdictus episcopus ejusque college, appellatione ipsa, prout erat, frivola reputata, in ipsos et quoslibet alios ejusdem monasterii monachos, qui eis in hoc prestarent auxilium vel favorem, excommunicationis sententiam, exigente justitia, promulgaverunt. Sed sepe dicti monachi, adjunctis sibi quibusdam aliis monachis, qui prius presertimant hujusmodi reformationi assensum, divina celebrare, immo, quantum in eis est, prophanare presument, in animarum suarum periculum et ecclesiasticae discipline contemptum; sic, quod monasterii praedicti reformatio est hactenus retardata, in grave ipsius monasterii detrimentum, prout supradictorum episcopi, prioris et fratris exhibite nobis littere continebant. Cum autem ex parte .. prioris et quorundam qui gerunt se pro conventu ejusdem monasterii, fuisset impetratis super hoc litteris, cum legerentur in communi audientia, contradicium, nos di-**

1. Nous imprimons en italiques quelques passages de cette bulle, refaits après coup sur des grattages.

2. Cf. *supra*, t. II, col. 615, et note.

lectum fratrem nostrum R[iccardum], Sancti Angeli diaconum cardinalem, concessimus auditorem. Coram quo excommunicationis et dilapidationis in personam ejusdem abbatis et quasdam alias exceptiones, quas dictus cardinalis nobis sub sigillo suo mittit inclusas, procurare partis alterius opponente, nos, intellectis per fidelem relationem cardinalis predicti, que fuere proposita coram ipso, multorum clamoribus excitati, volentes ex officio nostro in negotio ipso procedi, ne reformatio ipsius monasterii ulterius differatur, de ipsius abbatis et alterius partis procuratoris assensu, mandamus quatenus, premissis exceptionibus nequaquam obstantibus, ad monasterium ipsum, si commode fieri poterit, alioquin ad aliquem locum idoneum personaliter accedentes, et habentes pre oculis solum Deum, corrigatis et reformetis in jamdicto monasterio, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis officio videritis indigere. Quod si prefatum monasterium in suo nequiverit ordine reformari, predictum Cisterciensem ordinem in illud inducere procuretis; monachos ipsius monasterii qui ejusdem ordinis recipere noluerint instituta, in aliquibus de membris sepedicti monasterii collocantes; invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis. Contradictores [etc., usque] compescendo. Quod si non omnes, tu, frater episcopo etc. Dat. Anagnie, XV kalendas octobris, anno duodecimo. »

4511

Anagni, 4 septembre 1238.

Archiepiscopo Panormitano petenti concedit ut duas prae-bendas Panormitanae ecclesiae, quae, in portu consistentes, proventus ceteris ampliores habebant, — unde inter canonicos ejusdem ecclesiae scandalorum materia saepe generabatur, — cedentibus vel decedentibus canonicis qui tunc eas obtinebant, ad aequalitatem aliarum praebendarum ipsius ecclesiae reducere valeat, proviso quod ipsarum residuum in utilitatem ejusdem ecclesiae convertatur. — (REG. 19, f. 51 v°; ann. XII, c. 261.)

« .. archiepiscopo Panormitano. Devotionis affectus quem —. Dat. Anagnie, II nonas septembris, anno duodecimo. »

4512

Anagni, 23 septembre 1238.

Otoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardi-

1. Les mots : « de ipsius abbatis.... assensu », ont été ajoutés dans la marge extérieure.

nali, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus. — cum Exoniensis episcopus, qui olim pro servitio Dei et Ecclesiae magnos labores et expensas non modicas in subsidio Terrae Sanctae suberat, bona episcopatus sui, de partibus Syriae rediens, invenisset per eos quibus illa commiserat procuranda, dilapidata, propter quod illum oportuerat magnis debitis creditoribus se obligare, — « creditores ipsos ad prestationem dilationem super debitis ipsis inducens », cum eis de terminis et modo provideat, « quibus predicta ecclesia » salubrius et levius ab hujusmodi debitis valeat liberari a. — (REG. 19, f. 52 r°; ann. XII, c. 262.)

« O[toni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato. Venerabili fratri nostro —. Dat. Anagnie, VIII kalendas octobris, anno duodecimo. »

4513

Anagni, 23 septembre 1238.

Abbati Sancti Urbani, Cisterciensis ordinis, Constantiensis dioecesis, scribit de magistro B[urchardo], thesaurario Curiensi, qui, cum de proventus quorundam beneficiorum ecclesiasticorum, curam animarum habentium, quae canonice adeptus erat, — qui proventus quadraginta marcarum valentiam non excedebant, — non posset expensas personae suae statui congruentes, secundum terrae consuetudinem, facere, supplicaverat ut sibi liceret unicum beneficium, si ei canonice conferri contingeret, recipere ac una cum praedictis retinere; unde ei mandat quatenus, eodem magistro praefata beneficia, praeter illud quod ultimo receperat, in ipsius abbatis manibus resignante, ac de perceptis ex eis fructibus satisfaciende congrue, juxta posse, illis ecclesiis a quibus eosdem perceperat, et injuncta ei, pro detentione illicita beneficiorum ipsorum, patientia competenti, circa ipsum super praemissis dispensando statuatur, prout, consideratis circumstantiis universis, ejus saluti viderit expedire. — (REG. 19, f. 52 r°; ann. XII, c. 263; — J. BERNOULLI, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 134, n° 200.)

« .. abbatii Sancti Urbani, Cisterciensis ordinis, Constantiensis dioecesis. Dilectus filius magister —. Dat. ut supra. »

4514

Anagni, 23 septembre 1238.

« In eundem modum per omnia .. episcopo Constantiensi, pro Henrico, canonico Curiensi, et sub eadem dat[a]. — (REG. 19, f. 52 r°.)

4515

Anagni, 25 septembre 1238.

Episcopo Clugiensi et abbati de Brundulo, Clugiensis

diocesis, mandat quatenus monasterium de Pomposa [et ejusdem monasterii obedientias] personaliter visitent, et ibidem corrigentia et reformanda corrigant et reforment. — (Reg. 19, f. 52 r^o; ann. XII, c. 264.)

« .. episcopo Clugiensi et .. abbati de Brundulo, Clugiensis diocesis. Dilecti filii .. abbatis monasterii de Pomposa recepimus questionem, quod, cum contingat eundem, prout ad suum spectat officium, obedientias sui monasterii visitare, nonnullis ex ipsius monasterii monachis super hoc sibi temeritate propria rebellantibus, ipse correctionis et visitationis officium non potest in eis, prout convenit, exercere; propter quod existentes in eisdem obedientiis, culpas quas committunt, transuentes impune, majorem assumunt audaciam delinquendi —. Dat. Anagnie, VII kalendas octobris, anno duodecimo. »

45-16

Anagni, 27 septembre 1238.

Magistro Philippo, clerico suo, scribit : « Cum quidam prelatorum et aliorum, quibus pro solvenda tertia proven- tum ac redditum suorum in subsidium civitatis Constantinopolitane, direximus scripta nostra, ad solutionem tertie de pecunia quam dudum deposuerant extra provin- cias suas vel alias distraxerant, se asserant non teneri, nullam aliam causam rationabilem pretendentes, nisi quod eam deposuerant ante quam nostras litteras recepissent : mandamus quatenus, si est ita, prelatos et alios supradic- tos ad solutionem tertie de pecunia ipsa, sicut de aliis proventibus, moneas attentius et inducas, et, si opus fuerit, auctoritate nostra, sub[moto] ap[pellationis] impe[dimento]. compellas. » — (Reg. 19, f. 52 r^o; ann. XII, c. 265.)

« Magistro Philippo, clerico nostro. Cum quidam prela- torum —. Dat. Anagnie, V kalendas octobris, anno duodecimo. »

45-17

Anagni, 28 septembre 1238.

Eidem mandat quatenus, — cum archiepiscopus Patraeensis, ecclesia sua dimissa, magnam, ad partes Gallicanas acce- dens, diceretur tulisse pecunie quantitatem de ipsius ecclesie proventibus, — inquisita super hoc veritate, si rem invenerit ita esse, de aliis proventibus archiepiscopalis illius, pro ea portione quam idem archiepiscopus exsolvere tenebat, tertiam sibi faciat assignari, in subsidium civitatis Constantinopolitane transmittendam, et quantitatem eorum quae idem archiepiscopus secum asportaverit, ipsi papae rescribat. — (Reg. 19, f. 52 v^o; ann. XII, c. 266.)

« Eidem. Cum venerabilis frater —. Dat. Anagnie, IIII kalendas octobris, anno duodecimo. »

45-18

Anagni, 1^o octobre 1238.

Episcopo Lincolnensi, archidiacono de Noranton[ia], Lincolniensis diocesis, et cancellario Sancti Pauli Londoniensis committit examinandam causam electionis de [T.]¹, priore ecclesie Dunelmensis, in episcopum Dunelmensem a conventu ejusdem ecclesie celebratae, contra quam electionem rex Angliae varias exceptiones opposuerat; eis mandat quatenus, si praefatus rex infra duos menses eundem priorem symoniacum seu capitalem ipsius inimicum existere ostenderit, vel si ipsi electionem eandem minus canonice celebratam invenerint, ea rite cassata, faciant eidem ecclesiae de persona idonea in pastorem per electionem canonicam provideri; alioquin, electionem confirmantes eandem, archiepiscopo Eboracensi, loci metropolitano, mandent ut consecrationem eidem electo impertiantur. — (Reg. 19, f. 52 v^o; ann. XII, c. 267; — cf. supra, n. 4313 et 4314.)

« .. episcopo Lin[c]olnien[s]i², .. archidiacono [de] Noranton., Lincolnien[s]is diocesis, et .. cancellario Sancti Pauli Londonien[s]is. Sua nobis carissimus in Christo filius noster .. illustris rex Anglie petitione monstravit quod, cum nuper, ecclesia Dunelmensi destituta pastore, conventus Dunelmensis, asserentes quod [...] priorem suum canonice sibi in episcopum duxerant eligendum, a venerabili fratre nostro .. Eboracensi archiepiscopo, loci metropolitano, electionem suam peterat confirmari: predictus rex, diligenter attendens quod ipsius prioris promotio ad hujusmodi dignitatem magnum sibi et regno suo posset dispendium generare, coram praefato archiepiscopo fecit excipiendum proponi quod, cum dictus prior ejusdem regis capitalis inimicus, illegitimus et ancille filius, homicida, symoniacus et alias diversis criminibus irretitus existeret, quod idem rex erat probare paratus, et magnum pateretur in litteratura defectum, non erat ad confirmationem electionis ipsius aliquatenus procedendum. Cumque idem archiepiscopus duas de predictis exceptionibus, inimicitiarum scilicet et symonie, duceret admittendas, pars regis, ex eo sentiens indebite se gravari, quod postmodum sibi tam super symonie quam aliis predictis exceptionibus, excepto inimicitiarum articulo, audientiam denegavit, ac, sibi ipsi existens contrarius, procuratorem dicti regis non solum ad praemissa omnia sed etiam ad probandum praefatum inimicitiarum exceptionem admittere renuens, super hiis dumtaxat ex suo officio procedebat, Sedem Apostolicam appellavit. Verum praefati conventus, de appellatione predicta

1. Cf. supra, n° 4313.

2. Dans la table des rubriques de la XII^e année (Reg. 19, f. 10 r^o, col. 3), on lit bien : *Lincolniensi*.

non habita mentione, nec alias expressa plenarie veritate, ad ipsam archiepiscopum nostras impetrarunt litteras, continentes ut, nisi procuratores regis infra mensem post monitionem ejus, probarent exceptiones ad quas ipsos duxerat admittendos, extunc, de modo electionis, studiis eligentium et electi meritis veritate plenius inquisita, si electionem ipsam inveniret de persona idonea canonice celebratam, eam infra certum terminum confirmaret; alioquin, ea rite cassata, faceret eidem ecclesie per electionem canonicam provideri; injuncto per alias litteras dilecto filio nostro O[ttoni]. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, ut, eodem archiepiscopo infra prefixum tempus mandatum nostrum exequi finaliter negligente, extunc ipse procederet in hujusmodi negotio juxta traditam illi formam. Cum autem ad ipsius regis notitiam devenisset quod idem conventus super eodem negotio nostras litteras impetrasset, et, earum occasione, in ipso negotio procedere archiepiscopus predictus intenderet, ipsarum copiam per procuratorem suum sibi fieri postulavit. Et quia idem archiepiscopus sibi facere denegavit eandem, pro ipso rege ad nostram fuit audientiam appellatum. Licet autem hujusmodi causam prefato intenderemus delegare legato, quia tamen dubitavimus ne, cum sibi in Scotie et Ibernice partibus legato sit ab Apostolica Sede commissa, eum a regno Anglie contingeret absentari: ecclesie prefate laboribus et expensis prececare volentes, mandamus quatenus, si est ita, et prefatus rex priorem eundem symoniacum seu capitalem inimicum ipsius existere, infra duos menses post susceptionem presentium, coram vobis legitimis documentis ostenderit, vel si, ex reliquis causis premissis, in quibus vos ex officio vestro infra eundem terminum procedere volumus, de modo electionis, studiis eligentium et electi meritis veritatem plenius inquirentes, electionem ipsam invenieritis minus canonice celebratam, ea rite cassata, faciatis eidem ecclesie de persona idonea in pastorem per electionem canonicam provideri. Alioquin, electionem confirmantes eandem, archiepiscopo prefato mandetis ut munus consecrationis prefato impertiatur electo. Quod si non omnes, tu, frater episcopo etc. Non obstante constitutione de duabus dietis [etc., usque:] ultra tertiam vel quartam [etc., usque:] non trahatur. Dat. Anagnie, kalendis octobris, anno duodecimo. »

4519

Anagni, 7 octobre 1238.

Episcopo Praenestino, vicario suo, scribit de puniendis

quibusdam canonicis ecclesie Sancti Marci de Urbe, qui presbyterum Sancti Laurentii de Asia vulneraverant, nec non aliis qui aliter in noxa erant. — (REG. 19, f. 53 r°; ann. XII, c. 268; — MOREAU 1192, f. 180.)

« .. episcopo Penestrino, vicario nostro. Receptis solita benignitate litteris que nobis super excessu canonicorum ecclesie Sancti Marci de Urbe tua fraternitas destinavit, et intellectis que continebantur in eis, prout convenit, diligenter, de fratrum nostrorum consilio presentium tibi auctoritate mandamus quatenus, Saxonem et Palmerium, canonicos, ac Petrum, mansionarium ejusdem ecclesie, qui, abjecta clericali modestia, cum armis .. presbiterum ecclesie Sancti Laurentii de Asia invadentes, eum graviter vulnerarunt, ab ecclesia predicta Sancti Marci perpetuo amovens. ipsos in aliquibus locis detrudas usque ad nostrum beneplacitum, ad penitentiam peragendam, et eos, a te, si in hoc tibi rebelles fuerint, degradatos, relinques seculari curie puniendos. Petrum vero Berardi, qui, etsi non percusserit, armatus tamen ibi affuit cum armatis, perpetuo ab officio beneficiarie suspendas. nichil omnino de preventibus ecclesiasticis percepturum. Romanum autem presbiterum, qui pluries, ante commissum facinus, dixerat, audientibus canonicis ipsius ecclesie Sancti Marci: « Maledicti » sint, qui panem Ecclesie comedunt, nec de illius » honore curant! » perpetuo ab eadem ecclesia studeas amovere. Contradictores etc. Dat. Anagnie, nonis octobris, anno duodecimo. »

-1550

Anagni, 8 octobre 1238.

Magistro Philippo, clerico suo, mandat quatenus Gaifredum, archidiaconum Olenensem, — qui, occasione quarundam litterarum apostolicarum quas super provisione sua dicebatur impetrasse, « in quamlibet ecclesiarum principatus » Achaie se ad vacaturas prebendas recipi » procurans, praebendam quam magister Melior, archipresbyter Pistoriensis, canonicus Atheniensis, in Atheniensi ecclesia sine lite diu obtinuerat, dicebatur, postquam idem magister ad Sedem Apostolicam veniendi iter arripuerat, occupasse, — faciat tot redditibus esse contentum, quod secundum statum suum posset exinde commode sustentari, eumque moneat et inducat ut vel dictam praebendam cum perceptis ex ea fructibus eidem canonico restituat, vel infra competentem terminum, ab ipso magistro Philippo praefigendum, apostolico conspectui se praesentet, facturus jamdieto canonico Atheniensi justitiam. — (REG. 19, f. 53 r°; ann. XII, c. 269.)

« Magistro Philippo, clerico nostro. Dilectus filius

magister —. Dat. Anagnie, VIII idus octobris, anno duodecimo. »

4551

Anagni, 9 octobre 1238.

Episcopo Tripolitano mandat quatenus causam inter Odonem de Monbelliardo, regni Hierosolymitani comestabulum, ex una parte, et Paphensem episcopum, ex altera, super decimis capitacionum casalis Tarsis, Paphensis diocesis, quas idem Odo proponebat se non debere solvere, exortam, audiat, alioquin eidem causae supersedeat et appellantem in expensis legitimis condempnet. — (REG. 19, f. 53 r°; ann. XII, c. 270.)

« .. *episcopo Tripolitano*. Nobilis viri Odonis de Monbelliardo, regni Hierosolymitani comestabuli, petiitio nobis exhibita continebat quod, cum venerabilis frater noster .. Pafensis episcopus decimas capitacionum casalis Tarsis, sue diocesis, exhiberi sibi peteret ab eodem, ipsumque propter hoc ad suam presentiam atq[ue] idem comestabulus excipiendo proposuit coram eo quod, cum olim, in acquisitione insule supra-dicte, a bone memorie .. Nicosiensi et .. Pafensi electis, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legatis, de consensu inclite recordationis A[malrici]. regis Cyprici, fuerit deliberatione provida constitutum, et per Sedem Apostolicam postmodum confirmatum, ut huiusmodi capitacionum decime in eadem insula non solvantur, sed alie dumtaxat, que in patriarchatu Hierosolymitano de iure communi ecclesiis exhibentur, cogi, contra statuti predicti formam, ad solutionem decimarum dicte capitacionis, que in predicta insula nunquam solute fuerant, de iure non poterat nec debebat. Sed, quia prefatus episcopus, hac exceptione contempta, mandavit eidem¹ quod, nisi infra certum terminum sibi plenarie de decimis satisfaceret antedictis, extunc in eum excommunicationis sententiam promulgaret, idem nobilis, ex hoc sententiis contra iustitiam se gravari, ad nostram audientiam appellavit. Ideoque mandamus quatenus, si est ita, revoc[atis] etc., usque : attemptatum, audias causam etc., usque : firmiter observari. Alioquin, eidem cause supersedes, appellantem etc. Non obstante constitutione etc., dummodo ultra quartam vel quintam pars altera etc. Testes etc. Dat. Anagnie, VII idus octobris, anno duodecimo. »

1. Il semble bien qu'il y ait là encore une négligence de rédaction, car on ne voit pas, d'après le contexte, quel est le personnage désigné par *eidem*; ou bien, si *eidem* désigne *Odo de Monbelliardo*, au lieu de *mandavit*, il faudrait, pour le sens, une expression telle que *minatus est*.

4552

Anagni, 7 octobre 1238.

Regem Francie rogat et monet quatenus, pro negotio Terrae Sanctae, trenguas inter ipsum et regem Anglie initas usque ad quinquennium prorogare studeat. — (REG. 19, f. 53 r°; ann. XII, c. 271; — MOREAU 1192, f. 181; — cf. *supra*, n. 139, 621, 1311-1313, 1801-1803, 2180-2189 et 3606.)

« *Carissimo in Christo filio nostro .. illustri regi Francie*. Terre Sancte ac —. Olim excellentiam regiam apostolicis litteris duximus exorandam, ut trenguas super discordia que inter te ac karissimum in Christo filium nostrum .. Anglie regem illustrem vertitur, cum ipso rege usque ad certum terminum inire curares: tuque nostris monitis acquiescere, de quo serenitatem tuam dignis in Domino laudibus commendamus, spontaneus studuisti. Verum, cum huiusmodi terminus sit modico tempore duraturus, et occasione prefate discordie, dicte Terre [Sanctae] dispendia, multa rerum et corporum nec non animarum pericula valeant imminere: excellentiam tuam rogandam duximus at[que] t[er]minus et monendam, quatenus — predictarum trenguarum¹, ob reverentiam Ihesu Christi, Apostolice Sedis et nostram, predictum terminum usque ad quinquennium cum dicto rege prorogare procures, ita quod ex hoc propitiationem divinam valeas uberius promereri. Dat. Anagnie, nonis octobris, anno duodecimo. »

4553. — In eundem modum .. *regi Anglie*.

4554. — In eundem fere modum .. *karissime in Christo filie Isabelle, quondam regine Anglie, comitisse Marchie*. [Eam] rogat et hortatur quatenus huic prerogationi trenguarum nullam difficultatem opponat, sed benignum suum det assensum.]

4555. — In eundem modum *nobili viro .. comiti Marche*. — (Cf. *supra*, n. 238, 2471 et 2484.)

4556

Anagni, 27 septembre 1238.

Episcopos, abbates, priores, prepositos et alios ecclesiarum prelatos per Arelatensem provinciam et diocesim constitutos rogat et monet quatenus ad relevanda onera debitorum quibus Arelatensis archiepiscopi tunc existentis predecessor, ecclesiam Arelatensem gravaverat, manum suam singuli, iuxta facultates proprias, eidem archiepiscopo tunc existenti porrigant. — (REG. 19, f. 53 v°; ann. XII, c. 272; — MOREAU 1192, f. 178.)

« *Episcopis, abbatibus, prioribus, prepositis et aliis ecclesiarum prelati per Arelatensem provinciam et diocesim*

1. Ms. : predictas trenguas.

constitutis. Ad hoc celestis —. Dat. Anagnie, V kalendas octobris, anno duodecimo. »

4557

Anagni, 9 octobre 1238.

Praeposito et fratribus de Rundinario (= Rondinerio seu Rondineto), Cumanae dioecesis, ordinis Humiliatorum, — quibus, secundum regulam suam, pro temporalibus jurare non licebat, unde saepe detrimentum incurere eos contingebat, — concedit ut, cum ratio postulaverit, libere jurare, praedicta regula non obstante, possint. — (REG. 19, f. 53 v°; ann. XII, c. 273; — MOREAU 1192, f. 184; *ibid.*, f. 185.)

« .. *preposito et fratribus de Rundinar[io], Cuman[ae] dioecesis, ordinis Humiliatorum.* Cum, sicut ex —. Dat. Anagnie, VII idus octobris, anno duodecimo. »

4558Anagni, 1^{re} octobre 1238.

Abbat et conventui monasterii Sanctae Mariae de Gloria Anagninae, Florentis ordinis, ecclesiam Sancti Johannis in Pede montis castri Sarmineti, a Terracinenibus episcopo et capitulo eis concessam, confirmat, tenorem instrumenti concessionis eis a praedictis episcopo et capitulo sic factae, suis inserens litteris. — (REG. 19, f. 53 v°; ann. XII, c. 274; — POTTHAST 10661.)

« .. *abbati et conventui monasterii Sanctae Mariae de Gloria Anagninae, Florentis ordinis.* Cum a nobis —. Dat. Anagnie, kalendis octobris, anno duodecimo. »

[4559]

20 mars 1238.

[Praedictae vero [Gregorii], Terracinenensis episcopi, nec non capituli Terracinenensis litterae sic incipiunt et desinunt :]

« In nomine Domini Nostri Ihesu Christi. Amen.
» Anno Domini M^oCC^oXXXVIII^o, pontificatus domini
» Gregorii VIII pape anno undecimo, indictione XI,
» mense martii, die XX. Cum ecclesia Sancti Johannis — legitimo firmitatis robore perseverent. Ad hec
» hui rogati interfuerunt testes² : dominus Henricus
» Beraldi de Gualterio, dominus Prudentius, dominus

1. REG. 19, f. 54 r°. — Imprimé dans UGHELLI, *Italia sacra*, t. I (1717), col. 1295-1296.

2. Il y a, dans cette énumération des témoins, quelques différences entre le texte publié par UGHELLI et celui du *Registre*; on lit, dans UGHELLI : « ... Nicolaus Nasus ..., Baronella, dominus Jordanis... »

» Nicolaus Nasus, magister Dominicus Medicus.
» Baronella, dominus Jardinus, dominus Johannes de
» Rocca, Teobaldus Tonto testis. Et ego Rog[erius],
» Sacrosancte Romane Ecclesie Anagninus notarius,
» a predictis episcopo, capitulo [Terracinenibus], et
» [fratre Joseph], cellarario [predicti monasterii]
» Sancte Marie de Gloria, rogatus, scripsi et signum
» feci. »

4560

Anagni, 11 octobre 1238.

Episcopo Ravellensi mandat quatenus capitulo Surrentino, — a quo Stabiensis episcopus, instigantibus quibusdam ipsius inimicis et aemulis manifestis, evocatus fuerat, ab eodem capitulo inquisitorie examinandus super excessibus diversis de ipso relatis, — mandat ut eidem inquisitioni, in qua, ecclesia Surrentina vacante, ipse papa volebat procedi, supersedeant ad praesens, et idem capitulum compellat ut super aliis ab ipsius episcopi Stabiensis molestatione conquiescant. — (REG. 19, f. 54 v°; ann. XII, c. 275.)

« .. *episcopo Ravellensi.* Venerabilis frater noster —. Dat. Anagnie, V idus octobris, anno duodecimo. »

4561

[1238.]

[Alberto¹], vicedomino Brixiensi, mandat quatenus malefactores quosdam, qui redditus et alia bona monasterii de Campagnola, ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinentis, violenter diripiebant, compellat ut ablata restituant et de damnis et injuriis irrogatis ejusdem monasterii priori et conventui satisfaciant competenter. — (REG. 19, f. 54 v°; ann. XII, c. 276; — cf. *supra*, n° 4462.)

« .. *vicedomino Brixiensi.* Dilecti filii .. prior —². »

4562

Lateran, 7 juin 1238.

Abbat monasterii Sancti Victoris Massiliensis scribit :
« Tuis et dilectorum filiorum conventus tui devotis precibus
» inclinatis, usum mitre et anuli tibi et successoribus tuis in
» perpetuum duximur concedendum. » — (REG. 19, f. 54 v°; ann. XII, c. 277.)

« .. *abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis.* Ut pulchra et —. Dat. Laterani, VII idus junii, anno duodecimo. »

1. Cf. *supra*, n° 4462.

2. Cette pièce n'est pas datée dans le *Registre*.

1563

Anagni, 11 octobre 1238.

Archiepiscopo Burdegalensi, qui peritos clericos, ipsi archiepiscopo, diversis occupato negotiis, necessarios, condigna retributione juxta ipsorum merita prosequi non poterat, concedit ut duobus clericis suae dioecesis, quamdiu obsequiis ipsius institerint, a percipiendi proventus suos ecclesiasticos » cum integritate, ac si personaliter in ecclesiis in quibus » ea obtinent, residerent, exceptis cotidianis distributionibus », tribuat facultatem. — (REG. 19, f. 54 v°; ann. XII, c. 278; — MOREAU 1192, f. 187.)

« .. archiepiscopo Burdegalensi. Cum, sicut ex —. Dat. Anagnie, V idus octobris, anno duodecimo. »

1564

Anagni, 11 octobre 1238.

Eidem, qui, propter modicitatem et tenuitatem beneficiorum suorum, clericis sibi obsequentibus condigna provisione respondere non poterat, dispensandi cum duobus clericis suis, moribus et scientia hoc privilegio dignis, « quod eorum uterque, non obstante si obtinet unicum beneficium curam » habens animarum annexam, aliud beneficium, etiamsi similem curam habeat, si ei canonice offeratur, recipere valeat, » et una cum priori libere retinere, constitutione generalis concilii super hoc edita non obstante », concedit facultatem. — (REG. 19, f. 54 v°; ann. XII, c. 279; — MOREAU 1192, f. 187 v°.)

« Eidem. Etsi, propter ambitiones —. Dat. ut supra. »

1565

Anagni, 12 octobre 1238.

Eidem, — in cujus provincia plura beneficia tanto tempore jam vacaverant, quod ipsi archiepiscopo, secundum Lateranensis statuta concilii, illorum collatio erat devoluta, et cui timendum erat ne sibi, licet ipsa ex officio suo conferre posset, aliquid obstaculum ad id interponi contingeret, — mandat quatenus, non obstante frivola appellationis obiecta, circa collationem eorundem beneficiorum libere officii sui debitum exsequatur. — (REG. 19, f. 54 v°; ann. XII, c. 280; — MOREAU 1192, f. 192.)

« Eidem. Sicut, te intimante —. Dat. Anagnie, III idus octobris, anno duodecimo. »

1566

Anagni, 11 octobre 1238.

Eidem, — cum nonnulli Burdegalensis provinciae clerici, ut correctionem ab ipso, dum eandem provinciam visitabat, impositam effugerent, frustratoriae appellationis

GREGOIRE IX, t. II.

obstaculum interpererent. — mandat quatenus, non obstantibus his frivolis appellationibus, tempore visitationis circa correctionem clericorum intrepide officii sui debitum exsequatur. — (REG. 19, f. 55 r°; ann. XII, c. 281; — MOREAU 1192, f. 193.)

« Eidem. Exhibita nobis tua —. Dat. Anagnie, V idus octobris, anno duodecimo. »

1567

Anagni, 28 septembre 1238.

Arnaldo, canonico ecclesiae Sanctae Mariae ad Gradus Maguntinae, — qui, de licentia sui capituli, studio juris canonici et civilis per quadriennium duxerat insidendum, et satis laudabiliter profecerat in eodem, concedit desideranti adhuc eidem studio insulare, facultatem studendi adhuc in jure per triennium et percipiendi per idem tempus proventus suos ecclesiasticos, exceptis distributionibus quae consueverant tantum residentibus et his qui intererant horis canonicis, ministrari. — (REG. 19, f. 55 r°; ann. XII, c. 282; — POTTHAST 10660; — ROSENBERG 732.)

« Arnaldo, canonico ecclesiae Sanctae Marie ad Gradus Maguntinae. Querentibus in agro —. Dat. Anagnie, III kalendas octobris, anno duodecimo. »

1568

Anagni, 28 septembre 1238.

« In eundem fere modum .. *decano et .. thesaurario Sancti Petri, et W. de Echeburn[a]* (= *Echborn*), canonico Maguntin[is]. [Eis mandat quatenus praedictos proventus faciant eidem Arnaldo ministrari.] Dat. Anagnie, III kalendas octobris, anno duodecimo. » — (REG. 19, f. 55 r°; — ROSENBERG, *post* n. 732.)

1569

Anagni, 14 octobre 1238.

Abbati et conventui monasterii Sanctae Mariae in Monte Aureo Anagnini significat se mandare quatenus in ecclesia Sancti Martini, prope ipsorum monasterium sita, quam A[de]nulfus, ipsius papae frater, aedificare disposuerat, et quam ipse papa, post ejusdem A. mortem, construi fecerat et ipsorum monasterio concesserat, divina officia pro ipsius papae, ejusdem A. et eorum parentum salute celebrentur; aliis mandatis ad eandem ecclesiam pertinentibus adiectis. — (REG. 19, f. 55 r°; ann. XII, c. 283; — MOREAU 1192, f. 195.)

« .. abbati et conventui monasterii Sanctae Marie in Monte Aureo Anagnini, Florentis ordinis. Olim recolende memorie A., frater noster, prudenter attendens quod omnia

transeunt velut umbra¹, et terrena omnia, que servando perduntur, largiendo servantur, ac per hoc volens de transitoriiis suis quedam vivendo premittere, que securus postmodum necessitatis tempore inveniret. justeque ac pie considerans quod sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur, et ibi desiderans offerri sui memoriam, ubi in ministerio salutari Unigenitus Dei Filius immolatur, ecclesiam prope monasterium vestrum in honorem beati Martini confessoris edificare disposuit, fundo ad edificationem ipsius necessario deputato², in qua sacerdotes et ministri jugiter pro sua et parentum suorum salute divina officia celebrarent, quamquam morte preventus desiderii sui principia nequiverit consummare. Nos igitur, ejusdem fratris nostri laudabile propositum favore benivolo prosequentes, ecclesiam ipsam in honore confessoris ejusdem construi fecimus, eamque, nostris manibus consecratam, quibusdam fratribus ordinis fratrum Minorum, quos ad hujusmodi obsequium Domino impendendum deputaveramus in illa, ad alium locum postmodum de licentia nostra translatis, monasterio vestro duximus concedendam. Ne vero predicti fratris nostri pia dispositio aliquorum incuria seu negligentia effectu fraudetur desiderii preconcepti, presentium auctoritate statuimus, et sub interminatione anathematis ac suspensionis pena abbati vestro, qui pro tempore fuerit, per generale capitulum vel visitatores ordinis infligenda, in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus in eadem ecclesia per duos sacerdotes et totidem monachos litteratos monasterii supradicti perpetuo divina officia celebrentur; quorum alter sacerdotum ipsorum ebdomada vicis sue, pro nostra, et jamdicti fratris nostri ac aliorum parentum nostrorum animarum salute, missam jugiter debeat celebrare; ac unus conversus ad excolendos ortos ibidem nichilominus deputeretur; quibus ab eodem monasterio sicut aliis fratribus vestris in victu et vestitu necessaria ministrantur. Si vero contra statutum hujusmodi, quod non credimus, factum fuerit vel presumpsum, et, ab eisdem visitatoribus moniti diligenter, id non curaveritis emendare, volumus et mandamus quod tam ipsa ecclesia quam proventus molendini siti juxta ipsum monasterium, quod ad sumptus necessarios eorumdem fratrum³ inibi Domino famulantium, in defectum neces-

sariorum, si forsitan eis a monasterio ipso decenter necessaria non darentur, duximus deputandum, ac vinee juxta ipsam ecclesiam, hospitali nostro Sancti Oxentii¹ Anagnin[o] integre devolvantur, et dicti visitatores in eundem abbatem, priorem et supriorem pro tempore existentes, excommunicationis et suspensionis non differant sententias promulgare, quas usque ad satisfactionem condignam faciant inviolabiliter observari. Nulli ergo nostre constitutionis etc. Si quis autem etc. Dat. Anagnie, II idus octobris, anno duodecimo. »

-1570

Anagni, 14 octobre 1238.

Potestatis et communi castrorum Civitatis Novae (= Civitanova Marche) et Montis Sancti (= Montesanto), Firmannae diocesis, significat se, eis petentibus, inhibere ne quis impediat quin accedentes ad portus maris infra ipsorum districtum existentes, secure venire, morari ibidem et exinde recedere valeant. — (REG. 19, f. 55 v°; ann. XII, c. 284; — POTTHAST 10662.)

« *Nobilibus viris potestatibus et communi castrorum Civitatis Novae et Montis Sancti, Firmann[ae] diocesis. Vestris devotis precibus* —. Dat. Anagnie, II idus octobris, anno duodecimo. »

-1571

Anagni, 15 octobre 1238.

Priori monasterii de Silviniaco (= Saviniaco, = Savigny-le-Vieux), Cisterciensis ordinis, Abrincensis diocesis, mandat quatenus, — cum abbas Sancti Michaelis de Periculo maris, simplicitate ductus, obtenta benedictione, incaute juramentum, ad instantiam conventus, praestitisset de servandis consuetudinibus praedicti monasterii, in quod nonnullae pravae consuetudines fuerant introductae, — super praemissis diligenter inquirens veritatem, consuetudinibus inhonestis ex eodem monasterio penitus extirpatis, dictum abbatem ad ipsarum observantiam, non obstante praedicto juramento, denuntiet non teneri; insuper, « eundem abbatem, pro hujusmodi prestatione temeraria juramenti, per » annum ab officii sacerdotalis executione suspendens, ipsum » in ultimo loco in choro et refectorio infra eundem terminum manere » compellat. — (REG. 19, f. 55 v°; ann. XII, c. 285.)

« .. priori monasterii de Silviniaco², Cisterciensis ordi-

1. Cf. ECCLES. VIII, 13, etc.

2. Peut-être est-ce à cette donation que se rapporte la pièce 5293 (31 janvier 1225) des *Regesta Honorii papae III*, publiés par l'abbé PRESSUTTI.

3. C'est-à-dire : eorumdem fratrum Minorum.

1. Pour Auxentii (cf. *supra*, n° 1839); dans les pièces 3826, 3828 et 3829, on lit *Aescenii*.

2. La rubricelle est, pour cette pièce, en partie coupée par le

nis, Abrincensis diocesis. Dilectus filius .. abbas —. Dat. Anagnie, idibus octobris, anno duodecimo. »

1572

Anagni, 14 octobre 1238.

Episcopo Novariensi mandat quatenus quibusdam vassallis ecclesie Vercellensis, — qui, episcopo Vercellensi referente, offerbant tam pignoraticiam quam fidejussoriam cautionem de parendo mandatis ipsius papae et praedicti episcopi Vercellensis super his pro quibus excommunicati habebantur, et de faciendi restitutione damnorum ipsi episcopo nec non ipsius clericis et hominibus illatorum, pro parte quae eisdem contingebat, — si cautionem praedictam exhibeant, ac mandata quae ipse Novariensis episcopus ex parte ipsius papae eis fecerit, curent adimplere, absolutionem impendant. — (REG. 19, f. 55 v°; ann. XII, c. 286; — cf. *supra*, n° 4090.)

« .. episcopo Novariensi. Cum, sicut venerabilis —. Dat. Anagnie, II idus octobris, anno duodecimo. »

1573

Anagni, 14 octobre 1238.

Priori Sancti Fridiani Lucani mandat quatenus abbatem et conventum monasterii Campi Majoris, Florentis ordinis, Lucanae diocesis, non permittat molestari super ecclesia Sancti Jacobi de Valle Benedicta, quam ipse papa dudum ordini Florenti concesserat et eidem monasterio duxerat uniendam. — (REG. 19, f. 55 v°; ann. XII, c. 287.)

« .. priori Sancti Fridiani Lucani. Dudum, attendentes quod monasterium Campi Majoris, Florentis ordinis, Lucanae diocesis, quod specialiter beati Petri juris existit, adeo habeat tennes facultates, quod ex ipsis .. abbas et conventus ejusdem vix poterant tenuerit sustentari, ecclesiam Sancti Jacobi de Valle Benedicta, ad nos nullo medio pertinentem, quam, dum olim, in minori officio constituti, in Tuscia legationis officio fungeremur, ordini Florenti concessimus, ipsi monasterio duximus uniendam, ita quod semper ibi prior cum tribus vel quatuor monachis pro divinis officiis commoretur —. Dat. ut supra. »

coureau du relieur; on ne sait donc quelle forme y était donnée au nom de cette abbaye, destiné à subir, dans les Registres de Grégoire IX, plus d'une déformation. — On a déjà vu plus haut que le rubricateur du *Registre* avait, dans l'adresse de la pièce 171 de la XII^e année n° 4436, écrit *Salvinciaco* au lieu de *Savinaciaco*; plus loin, ann. XII, c. 326, le nom de cette même abbaye est encore altéré, mais autrement et plus fortement; il se présente, cette fois, sous la forme *Caviniaco*. De même, dans la table des rubriques de cette XII^e année, on lit, respectivement, aux rubriques des capitula 171, 285 et 326, *Salvinciaco*, *Silvinciaco* et *Caviniaco*.

1571

Anagni, 13 octobre 1238.

Episcopo et archidiacono Olorensibus et sacristae Oscensi, quibus jam paulo antea super facto reformationis monasterii Sancti Salvatoris Legerensis, Pampilonensis diocesis, ipse papa scripserat, mandat quatenus, ne videntur ipsius monasterii monachi super excommunicationis sententia in ipso a Pampilonensi episcopo ejusque collegis prolata, remedio destituti, eisdem monachis, ipsorum episcopi, archidiaconi et sacristae ordinationem recipientibus, absolutionem impendant. — (REG. 19, f. 56 r°; ann. XII, c. 288; — cf. *supra*, n. 3594 et 4510.)

« [...] episcopo et .. archidiacono Olorensibus et .. sacristae Oscensi. Cum olim, intellecto —. Dat. Anagnie, III idus octobris, anno duodecimo. »

1575

Anagni, 14 octobre 1238.

Archiepiscopo Rothomagensi mandat quatenus, super negotio cessionis abbatis monasterii Sancti Dionysii in Francia recipientiae ulterius non procedens, dictum abbatem animare studeat ut ministerium suum continuata virtute exsequatur. — (REG. 19, f. 56 r°; ann. XII, c. 289; — MOREAU 1192, f. 197; — cf. *supra*, n° 4101.)

« .. archiepiscopo Rothomagensi. Intellecto quod dilectus filius .. abbas monasterii Sancti Dionysii in Francia, Parisiensis diocesis, commissi curam regiminis non posset absque mortis exercere periculo, propter detestabilem quorundam ex sibi subditis pravitatem, tibi dedimus in mandatis ut, si rei veritas taliter se haberet, tu, cessionem ejus vice nostra recipiens, de ipsius statu disponere[s] prout ejusdem salutis, securum Deum, expedire videres. Verum, cum, sicut ex tue sinceritatis insinuatione percepimus, tu, de hiis diligenter inquirens, reppereris quod per eundem abbatem, creditam sibi sollicitudinem laudabiliter prosequentem, dictum monasterium utiliter regitur et secure, monachis ejusdem sibi debitam obedientiam et reverentiam impendentibus ac observantiae vacantiis regulari, mandamus quatenus, super hujusmodi negotio ulterius non procedens, dictum abbatem animare studeas ut, de propitiationis divinae gratia et Apostolice Sedis favore confisus, continuata virtute sic suum vigilet ministerium exequi, quod per ipsius diligentiam dictum monasterium jugiter reddi valeat in spiritibus et temporalibus ampliatum. Dat. Anagnie, II idus octobris, anno duodecimo. »

1576

Anagni, 14 octobre 1238.

Episcopo Novariensi mandat quatenus, Oddone de Mau-

dello, potestate Vercellensi, nec non consilio et civibus civitatis Vercellensis in sua pertinacia persistentibus, id est. non obstante juramento super hoc praestito, cautiones exhibere recusantibus de parendo mandatis Ecclesiae, inhibeat ne aliqua civitas vel locus vicinus aliquem de illis in potestatem vel rectorem assumere praesumat. — (Reg. 19, f. 56 r^o; ann. XII, c. 290; — cf. *supra*, n. 4084-4089.)

« .. *episcopo Novariensi*. Venerabilis frater noster .. episcopus Vercellensis transmissa nobis insinuatione monstravit quod, licet olim, Oddone de Mandello, tunc potestate Vercellensis civitatis, nomine communis civitatis ejusdem, consulibus Sancti Eusebii et Sancti Stephani societatum, et tam officialibus, consiliariis quam aliis civibus civitatis predictae, precise jurantibus stare nostris et episcopi jamdicti mandatis super hiis pro quibus erant excommunicationis vinculo innodati, tibi dederimus nostris litteris in mandatis, ut tam tenutam munitionum quam pignoraticiam et lidejussoriam cautiones de parendo mandatis hujusmodi exigere ab eisdem : ipsi tamen, addentes peccata peccatis et in sua nequitia dampnabiliter perdurantes, juramenti religione ac excommunicationis sententia vilipens, id efficere pertinaciter contempserunt, quamquam a te sub debito prestiti juramenti super hoc pluries fuerint requisiti —. Mandamus quatenus, sub interminatione anathematis, expresse studeas inhibere ne, potestate, consilio et civibus Vercellensibus in sua pertinacia persistentibus, aliqua civitas vel locus vicinus presumat de ipsis in potestatem assumere vel rectorem, civitatem seu locum qui eum assumpserit, quamdiu ibi fuerit, supponens ecclesiastico interdicto. Dat. ut supra. »

1577

Anagni, 13 octobre 1238.

Thomae de Bello Manso (= de Beaumés), archidiacono Cameracensi, — cum quo olim ipse papa, attendens « nobilitatem generis, honestatem morum et donum scientie, » quibus ad obtinendam specialem gratiam » idem archidiaconus nosebatur adjuvari, dispensaverat ut una cum archidiaconatu Cameracensi, curam animarum habente, vicedominatum¹ Remensem et praeposituram Sancti Gaugerici Cameracensis posset retinere, et qui postmodum eosdem vicedominatum et praeposituram resignaverat, — indulget ut Remensem et Sancti Amati Duacensis, Atrebatensis dioecese-

1. La leçon *vicedominatum* (*vicedatum*) ne paraît ici aucunement douteuse, non plus que dans la pièce 3655; la note dont nous avons fait suivre cette première pièce (t. II, col. 647) peut donc être considérée comme superflue.

sis, praeposituras, quas se proponcbat canonice assecutum, et quibus similis cura non imminebat, cum praedicto archidiaconatu retinere valeat. — (Reg. 19, f. 56 r^o; ann. XII, c. 291; — cf. *supra*, n^o 3655.)

« [Thome] de Bello Manso, archidiacono Cameracensi. Quamvis, propter ambitiones —. Dat. Anagnie, III idus octobris, anno duodecimo. »

1578

Anagni, 13 octobre 1238.

Archiepiscopo Senonensi mandat quatenus, — cum Drogo de Merloto (= Mello), dominus Locharum (= Loches) et Meduanac (= Mayenne), assumpto crucis signo, transire disponeret in subsidium Terrae Sanctae cum honorabilibus bellatorum numero, et ipsum oporteret magnarum subire onera expensarum, — in terris fratris ejus et eorum nepotum, « dummodo et ipsi nec assumpserint signum crucis, nec assumere, pro successu illius Terre, proponant, redemptiones » votorum cruce signatorum, qui propter debilitatem, paupertatem et infirmitatem sunt ad ipsius Terre succursum » inhabiles, si nondum alii sint de mandato » apostolice concessae, fideliter colligat, et eas eidem Drogoni, postquam fuerit in partibus transmarinis, faciat sine diminutione aliqua assignari. — (Reg. 19, f. 56 v^o; ann. XII, c. 292; — MUREAU 1192, f. 194.)

« .. *archiepiscopo Senonensi*. Cum dilectus filius —. Dat. Anagnie, III idus octobris, anno duodecimo. »

1579

Anagni, 15 octobre 1238.

Archiepiscopo Dublinensi postulanti indulget ut, — cum plurimum indigeret consilio peritorum, qui ei in executione officii pastoralis assisterent, nec ipsos habere valerent nisi eis competens ecclesiastica provisio assignaretur, — cum duobus idoneis clericis, « quod illorum uterque duo beneficia curam » animarum habentia obtinere valeat, et cum « totidem illegitimis clericis, competentis litterature, bone fame ac conversationis honeste, dummodo non sint de adulterio, incestu » vel clericis in sacris constitutis ordinibus procreatis, quod » ad sacros ordines promoveri valeant », dispensare possit. — (Reg. 19, f. 56 v^o; ann. XII, c. 293.)

« .. *archiepiscopo Dublinensi*. Ex parte tua —. Dat. Anagnie, idibus octobris, pontificatus nostri anno duodecimo. »

1580

Anagni, 12 octobre 1238.

Jobanni, thesaurario Gerberodensi (= de Gerberoy), Bel-

vacensis dioecesis, — qui dicebatur « de soluto genitus et so-
 » luta », licet crederetur « a pluribus de legitimo matrimonio
 » procreatus », utpote contractis inter ipsius parentes « primo
 » de futuro sponsalibus, et carnali postmodum inter eos co-
 » pula subsecuta », — scribit : « Nos, ne, [de] geniture tue
 » statu, probationis destitute suffragio, dubio existente, dis-
 » pendium aliquod, presertim in spiritualibus patiaris, litte-
 » raturæ donum et vite meritum attendentes, super quibus
 » tibi laudabile testimonium perhibetur, si quis est in te
 » defectus natalium, ut tibi quoad spiritualia nichil obsit, ad
 » cautelam de gratia speciali supplemus. » — (Reg. 19, f. 56 v°; ann. XII, c. 294.)

« *Johanni, thesaurario Gerbordensi, Belvacensis dioecesis. Sacra Petri sedes. — Dat. Anagnie, IIII idus octobris, anno duodecimo.* »

4581

Latran, 26 octobre 1238.

Decano, cantori et thesaurario Corinthiensibus mandat quatenus episcopum Andrensem, — cui, propter persecutionem Marini de Andulo, domini Andrensis, extra suam ecclesiam exulanti, decanus Atheniensis, nec non archidiaconus et cantor Thebani, pro sua sustentatione, donec ad Andrensem ecclesiam redire posset, Davaliensem, Phermipolensem (= Thermopileensem) et Carmensem ecclesias in spiritualibus et in temporalibus auctoritate mandati apostolice commiserant, et quem postea Atheniensis archiepiscopus praedictis Davaliensi et Phermipolensi ecclesiis, et patriarcha Constantinopolitano praedicta Carmensi ecclesia, eisdem aliis collatis, priverant, — in possessionem dictarum ecclesiarum reducant, et restitutum tandem defendant, donec ad praedictam Andrensem ecclesiam redire et in ea libere morari possit. — (Reg. 19, f. 56 v°; ann. XII, c. 295; — cf. *supra*, n° 1053.)

« .. decano, .. cantori et .. thesaurario Corinthiensibus. Venerabilis frater noster .. Andrensis episcopus in nostra proposuit presentia constitutus quod, cum olim dilecti filii .. decanus Atheniensis, .. archidiaconus et .. cantor Thebani, propter miserabilem persecutionem nobilis viri Marini de Andulo, domini Andrensis, sibi, extra suam ecclesiam miserabiliter exulanti, Davaliensem, Phermipolensem et Carmensem ecclesias, Atheniensis metropolis, pro sustentatione sua, donec redire posset ad eandem ecclesiam et in ea libere morari pacifice, in spiritualibus et temporalibus, mandati nostri auctoritate, duxerint committendas, easque idem episcopus pacifice tunc per triennium

possedisset : venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Atheniensi ipsum, adhuc ejusdem exilii necessitate coactum, dicto nobili nec a vesania mentem nec a persecutione manum ullaenus retrahente, praedictis Davaliensi et Phermipolensi ecclesiis spoliantem, pro sue libito voluntatis, easque Conrado, archidiacono, tunc Atheniensi canonico, conferente, venerabilis frater noster .. patriarcha Constantinopolitanus, praedictam Carmensem ecclesiam Rain[aldo ?], Constantinopolitano canonico, conferens, duas supradictas eidem archidiacono confirmavit, in ipsis episcopi prejudicium et gravamen. Et licet eisdem decano, archidiacono et cantori nostris dedissemus litteris in mandatis ut, si res taliter se haberet, prefatas ecclesias, cum fructibus perceptis ex eis, amotis ab illis quibuslibet illicitis detentoribus, sibi restitui facerent, et in possessione ipsarum tandem eum defenderent restitutum, donec redeundi ad ecclesias suam et ibidem in tranquillitate morandi haberet, concedente Domino. facultatem, contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo : quia tamen in litteris nostris de dicto Rain[aldo ?], qui Carmensem ecclesiam detinet, et collatione ac confirmatione prenominati patriarche mentio non fiebat, et, eodem decano, de quo specialiter confidebat, de illis partibus recedente, alii duo iudices sunt ei valde suspecti, in hujusmodi negotio debitus non potuit haberi processus ; propter quod idem episcopus cogitur miserabiliter mendicare, in pontificalis opprobrium dignitatis. Compatientes igitur paupertati, senectuti et angustiis jamdicti episcopi, ter, ut asserit, propter hoc ad Sedem Apostolicam laborantis, ac vos eisdem iudicibus in hoc negotio subrogantes, mandamus quatenus, si est ita, quibuslibet illicitis detentoribus ab ecclesiis supradictis amotis, non obstante collatione et confirmatione factis de ipsis a patriarcha et archiepiscopo memoratis, ipsas ei, cum fructibus perceptis ex eis et expensis propter hoc factis, restitui facientes, ipsum restitutum tandem in possessione defendere procuretis, donec redire possit ad suam ecclesiam et morari libere in eadem. juxta directarum ad eosdem decanum et collegas suos continentiam litterarum. Contradictores [etc. usque :] compescendo —. Dat. Laterani, VII kalendas novembris, anno duodecimo. »

4582

Latran, 3 novembre 1238.

Praeposito de Mortaria, orlinski sancti Augustini, Papiensis dioecesis, cui usque annuli et baculi pastoralis a Sede Apostolica concessus fuerat, concedit postulanti, nec non ejus suc-

1. Cf. PRESSUTTI, *Regesta Honorii papae III*, n. 4134 et 4529.

cessoribus, licentiam fratribus Mortariensibus minores ordinis conferendi. — (REG. 19, f. 57 r^o; ann. XII, c. 296.)

« .. *preposito de Mortaria, ordinis sancti Augustini, Papiensis diocesis.* Suscepti cura regiminis —. Dat. Laterani, III nonas novembris, anno duodecimo. »

1583

Latran, 4 novembre 1238.

Episcopo Tudertino significat se ipsum, licet monasterium Sancti Laurentii de Collazone libertate donaverit, nolle ut capellae quae ad idem monasterium pleno jure non pertineant, ecclesiae Tudertinae ea occasione subtrahantur, eique mandat quatenus in eisdem capellis, excepta ecclesia Sancti Johannis de Monte, quam ipse papa abbatissa et sororibus ejusdem monasterii, ad opus capellani earumdem, reservaverat, officii sui debitum exsequatur. — (REG. 19, f. 57 r^o; ann. XII, c. 297; — POTTHAST 10665; — cf. *supra*, n. 4512 et 4513.)

« .. *episcopo Tudertino.* Licet monasterium Sancti —. Dat. Laterani, II nonas novembris, anno duodecimo. »

1584

Latran, 4 novembre 1238.

Archiepiscopo Rothomagensi mandat quatenus nonnullos clericos locorum ad monasterium Sancti Dionysii in Francia spectantium, in minoribus ordinibus constitutos, — qui, licet quidam ipsorum uxores haberent, et saeculares negotiationes clericis interdictas et etiam usuram exercerent, supportare onera sicut ceteri laici praefato monasterio subjecti contradicebant, — cum pro viris ecclesiasticis minime essent habendi, a privilegio immunitatis, quod sibi vindicabant, reputet alienos, et idem privilegium denuntiet eis minime suffragari. — (REG. 19, f. 57 r^o; ann. XII, c. 298; — MOREAU 1192, f. 201. ex cod. Vatic. 7024, f. 123; — POTTHAST 10664.)

« .. *archiepiscopo Rothomagensi.* Exhibita nobis dilectorum —. Dat. Laterani, II nonas novembris, anno duodecimo. »

1585

Latran, 5 novembre 1238.

Fratri Willelmo, de ordine Minorum, paenitentiariorum suo, mandat « quatenus redemptiones votorum cruce signatorum » in duabus diocesisbus regni Francie », in quibus ab ipso papa pro aliis cruce signatis non sit scriptum, et in quibus alicujus vel aliquorum nobilium cruce signatorum terra non existat, episcopo Nivernensi, cruce signato, qui « cum honorabili belatorum numero transfretare » disposuerat, et quem gravia onera expansuram subire oportebat, faciat, postquam iter

transmarinum arripuerit, assignari. — (REG. 19, f. 57 v^o; ann. XII, c. 299; — POTTHAST 10666; — cf. *supra*, n. 4379 et 4385.)

« *Fratri Willelmo, de ordine fratrum Minorum, penitentiariorum nostro.* Cum venerabilis frater —. Dat. Laterani, nonis novembris, anno duodecimo. »

1586

Anagni, 18 août 1238.

Abbati et conventui monasterii Sanctae Mariae de Monte Mirtolo, Florentis ordinis, repetit ad verbum litteras supra sub numero 3948 notatas, quibus ipse papa eis ecclesiam de Littleburn (= Littlebourn), Cantuariensis diocesis, vicariae portione congrua excepta, perpetuo concesserat. — (REG. 19, f. 57 v^o; ann. XII, c. 300; — MOREAU 1192, f. 165; — cf. *supra*, n. 3822, 3823 et 3948.)

« .. *abbati et conventui monasterii nostri Sanctae Mariae de Monte Mirtolo, Florentis ordinis.* Quia certi sumus —. Dat. Anagnie, XV kalendas septembris, anno duodecimo. »

1587

Latran, 18 novembre 1238.

Archiepiscopo Remensi et episcopo Cameracensi mandat quatenus causam electionis episcopi Leodiensis, — cum quidam in Willelmo, procuratore ecclesiae Valentinae, quidam vero in Ottonem, praepositum Aquisensem, in scrutinio consensissent, et praedictus Otto ab aliis diceretur nec bonae famae esse nec scientiae congruentis, et multiplici excommunicationis vinculo innodatus, — ad examen apostolicum remittant. — (REG. 19, f. 57 v^o; ann. XII, c. 301; — MOREAU 1192, f. 203; — J.-P. KIRSCH, *Das Lütticher Schisma vom Jahre 1238, in Hönische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde und für Kirchengeschichte*, t. III (1889), p. 187, n° 1.)

« .. *archiepiscopo Remensi et .. episcopo Cameracensi.* Leodiensi ecclesiae, sicut nobis innotuit, pastoris solacio destituta, et presentibus omnibus qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, post tractatus varios et diversos, assumpti fuerunt tres de collegio fide digni, qui secreto et singillatim vota omnium scrutarentur; a quibus votis fideliter inquisitis et redactis in scriptis, appellatio prius ab uno de capitulo, ne fieret nisi canonica electio, ad Sedem Apostolicam interjecta, fuit facta publicatio in communi. Cum autem fuerit habita diligenti collatione repertum quod, votis canonicorum in diversa divisio, quidam in dilectum filium Willelmo, procuratorem ecclesiae Valentinae, et quidam in Ottonem, praepositum

Aquensem, in scrutinio premissis, hii qui in eundem procuratorem vota sua direxerant, attendentes quod, habito respectu ad sua et ipsius procuratoris merita, non solum erat sanior pars ipsorum, sed etiam tota eligendi potestas, qua reliqui, scienter in eundem consentiendo prepositum, multis ex causis ineligibilem, reddiderant se indignos, erat ad eos, utpote saniores consilio, devoluta, meliori ducti zelo, ipsum procuratorem, per cujus industriam Leodiensis ecclesia, que in spiritualibus et temporalibus graviter est collapsa, speratur posse resurgere in utrisque, in suum episcopum et pastorem, invocata Spiritus Sancti gratia, elegerunt. Et licet ex parte ipsorum fuisset ad Sedem Apostolicam ne quid in prejudicium electionis eorum fieret, appellatum, dictus tamen prepositus, qui nec est bone fame nec scientie congruentis, quique plura beneficia curam animarum habentia sine dispensatione apostolica, electionis sue tempore, detinebat, multiplici excommunicationis vinculo innodatus, de facto temere ab aliis est electus; et, receptis regalibus, quamquam in concordia non fuisset electus nec ejus electio confirmata, commisso ab . . . electo Coloniensi, nondum confirmato, extra suam provinciam existente, post appellationem ad nos emissam, hujusmodi negotio quibusdam personis electoribus dicti procuratoris certa ratione suspectis, administrationi episcopatus se irreverenter immiscuit et immiscet. Quia vero nobis non constitit de premissis, volentes in eodem negotio ex officio nostro procedi, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, et inquisitis tam super premissis quam super aliis que inquirenda videritis, sollicite veritate, causam ipsam sufficienter instructam ad nostrum remittitis examen, prefixo tam electoribus quam electis termino preceptorio competenti, quo idem prepositus personaliter ac reliqui per procuratores sufficientes et idoneos nostro se conspectui representent, justam, auctore Domino, sententiam recepturi; proviso ne sub dubio litis eventu preventius episcopales interim dissipentur. Testes autem —. Quod si non ambo —; non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. Laterani, XIII kalendas decembris, anno duodecimo. »

-1588

Latran, 15 novembre 1238.

Capitolo Compostellano significat se electionem ab ipsis celebratam de Johanne Arie, archidiacono Compostellano, in Compostellanum archiepiscopum examinari fecisse et confirmandam duxisse; unde eis mandat quatenus eodem inten-

dant et obedientiam reverentiamque debitam exhibent. — (Reg. 19, f. 58 r^o; ann. XII, c. 302; — cf. *supra*, n^o 4177.)

« *Capitolo Compostellano*. Dilecti filii S. Petri, magister scholarum, D. Didaci, presbiter, Johannes Petri, B. Johannis et Johannes Petri dictus Palea, canonici Compostellani, nuntii et procuratores vestri, in nostra presentia constituti, proponere curaverunt quod, ecclesia Compostellana pastoris solatio destituta, et presentibus omnibus, die ad eligendum prefixa, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt comode interesse: post exhortationis verbum a quodam archidiaconorum ecclesie predictae propositum, qui etiam circa commendationem dilecti filii Johannis Arie, tunc archidiaconi Compostellani, aliquantulum institit, quodam alio archidiaconorum ipsorum exhortationis verbum similiter proponente, omnes in eundem J., virum, ut asserunt, sufficientis litterature, honeste vite et clare fame, generositate preclarum ac in spiritualibus et temporalibus circumspicuum, unanimiter consensistis et [eum] nominastis in vestrum archiepiscopum et pastorem. Quare dieti nuntii nobis humiliter supplicarunt ut — electionem hujusmodi auctoritate curaremus apostolica confirmare, karissimo in Christo filio nostro . . . illustri rege Castellae et Legionis, et venerabilibus fratribus nostris suffraganeis ipsius ecclesie, et multis aliis suppliciter intercedentibus pro eodem —. Dat. Laterani, XVII kalendas decembris, anno duodecimo. »

4589. — In eundem modum *universo clero civitatis et diocesis Compostellan[arum]*.

4590. — In eundem modum *universa populo civitatis et diocesis Compostellan[arum]*¹.

-1591

Latran, 15 novembre 1238.

« In eundem [fere] modum *suffraganeis ecclesie Compostellane*. Eis mandat quatenus eodem electo obedientiam et reverentiam debitam et devotam exhibent. Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 58 r^o.)

-1592

Latran, 15 novembre 1238.

« In eundem [fere] modum . . . *illustri regi Castellae et Legionis*.

1. Moins sans doute la formule comminatoire: « Alioquin sententiam quam idem rite tulerit in rebelles... », etc., qui termine la bulle n^o 4588, formule qu'on retrouve un peu plus loin, dans la pièce 4595, mais absente de la pièce 4587, adressée *populo civitatis et diocesis Legionensium*.

[Eum rogat quatenus dictum electum, cum commissa eidem electo Compostellana ecclesia, habeat commendatam, ita quod per gratiae regiae auxilium idem electus « in cura regiminis pastoralis possit efficacius operari ».] Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 58 r'.)

4593

Latran, 20 novembre 1238.

Electo Compostellano scribit : « Quia, propter viarum dis- » crimina, grave tibi esset personaliter laborare ad Sedem » Apostolicam pro consecrationis munere obtinendo, presen- » tium tibi auctoritate concedimus ut, te ab aliquo suffraga- » neorum Compostellane ecclesie, statuto tempore, faciens in » presbiterum ordinari, canonicum suffraganeorum ipsorum » numerum ad impendendum tibi consecrationis munus va- » leas evocare. » — (REG. 19, f. 58 r'; ann. XII, c. 303.)

« .. electo Compostellano. Quia, propter viarum — » Dat. Laterani, XII kalendas decembris, anno duode- » cimo. »

4594

Latran, 24 novembre 1238.

Episcopo quondam Zamorensi significat se postulationem de eo factam a Legionensi capitulo in Legionensem episcopum admisisse, eique, a cura Zamorensis ecclesie absoluto, mandat quatenus ad Legionensem ecclesiam accedat, ejus curam acturus. — (REG. 19, f. 58 r'; ann. XII, c. 304.)

« .. episcopo quondam Zamorensi. In nostra presentia constituti dilecti filii Martinus Petri, Martinus Fernandi, Munio Velasci et Rodricus Petri, canonici Legionenses, nuntii et procuratores capituli Legionensis, proponere curaverunt quod, ecclesia Legionensi vacante, et vocatis ac presentibus omnibus evocandis, in .. decanum et tres de canonicis suis potestatem providendi eidem ecclesie transtulerunt, promittentes illum recipere, quem omnes aut major pars eorum sibi in episcopum ducerent concedendum. Ipsi vero, inter se tractatu habito diligenti, te postulandum in Legionensem episcopum nominarunt; quorum nominatio fuit ab ipsis universis et singulis concorditer approbata. Quare dicti procuratores nobis humiliter supplicarunt ut, cum eadem ecclesia, que, ob vacationem diutinam, gravem in spiritualibus et temporalibus sustinuit lesionem, per tuam industriam possit a suis angustiis respirare ac in suis juribus et libertatibus conservari, hujusmodi postulationem admittere de benignitate Sedis Apostolice curaremus. Cum igitur dicta ecclesia semper fuerit Ecclesie Romane devota, tanquam ipsius

filia specialis, que metropolitanam, preter Romanum Pontificem, dinoscitur non habere, ac per hoc quod cum Deo possumus, pro ea facere libenti animo intendamus, attendentes quod irgens necessitas et evidens utilitas ecclesie supradicte, quoniam prefatum capitulum non poterat de facili in aliam personam idoneam convenire, dispensationis gratiam requirebant, postulationem eandem examinari fecimus, prout congruit, diligenter; quam quia invenimus de te canonicis esse factam, te a cura Zamorensis ecclesie absoluto, ipsam de fratrum nostrorum consilio duximus admittendam. Quia vero vocationi divine te decet obsequi reverenter, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus ad ecclesiam accedas eandem, acturus curam ejus ita fideliter et prudenter, quod dignam Deo exime reddere valeas rationem. Dat. Laterani, VIII kalendas decembris, anno duodecimo. »

4595

Latran, 23 novembre 1238.

« In eundem fere modum clero civitatis et diocesis Legionen- » [sium], usque : duximus admittendam, eidem licentiam con- » cedentes ut, ad jam dictam Legionensem ecclesiam transiens, ipsam, velut proprius ejus pontifex, ad laudem et gloriam divini nominis, ad honorem et exaltationem ejusdem ecclesie, ad salutem quoque suam et tam populi quam cleri sibi commissi, studeat gubernare. Ideoque universitati vestre precipiendo mandamus quatenus, ipsum recipientes hilariter et honeste tractantes, ei tanquam patri et pastori animarum vestrarum plene ac humiliter intendatis, et exhibeatis obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ejus salubria monita et mandata suscipiendo devote ac irrefragabiliter observando; alioquin sententiam quam idem rite tulit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, inviolabiliter observari. Dat. Laterani, VIII kalendas decembris, anno duodecimo. » — (REG. 19, f. 58 v'.)

4596. — In eundem modum capitulo Legionensi.

4597. — In eundem modum populo civitatis et diocesis Legionen[sium], usque : intendatis, et exhibeatis honorificentiam debitam et devotam, ejus salubria monita etc., usque : observando.

4598

Latran, 23 novembre 1238.

« In eundem fere modum .. illustri regi Castellae et Legionis, usque : gubernare. Quocirca celsitudinem regiam rogandam duximus attentius et monendam quatenus, prefatum episcopum cum commissa sibi Legionensi ecclesia propensius

habens pro divina et nostra reverentia commendatum, restitui facias proventus episcopales eidem episcopo, quos, ecclesia ipsa vacante, pro ejus utilitate fecisti, sicut dicitur, conservari; ita quod idem per auxilium gratie tue in cura regiminis pastoralis possit efficacius operari, et tu exinde divinum misericordiam et Apostolicæ Sedis gratiam valeas uberius promereri. Dat. Laterani, VIII kalendas decembris, anno duodecimo. » — (REG. 19, f. 58 v°.)

1599

Latran, 24 novembre 1238.

Episcopo Astoricensi, de eadem re scribens, mandat quatenus, ad Legionensem ecclesiam accedens, a Legionensi episcopo fidelitatis solite juramentum, Ecclesie Romanæ nomine, recipiat, juxta formam quæ sub bulla ipsi Astoricensi mittitur interclusa; formam autem juramenti quod idem Legionensis episcopus præsterit, de verbo ad verbum ipse Astoricensis ad ipsum papam per ejusdem Legionensis litteras, ejusdem Legionensis sigillo signatas, per proprium nuntium quancocius destinet. — (REG. 19, f. 58 v°; ann. XII, c. 305.)

« .. episcopo Astoricensi. Presentatam nobis postulationem —, Dat. Laterani, VIII kalendas decembris, anno duodecimo. »

1600

Latran, 27 novembre 1238.

Johanni, abbati monasterii Sancti Benedicti Floriacensis, probitatis ejus merita et devotionem quam ad Apostolicam Sedem habere noscebatur, attendens, usum mitræ et anuli personaliter indulget. — (REG. 19, f. 58 v°; ann. XII, c. 306; — *omisit* POTTHAST¹.)

« Johanni, abbati monasterii Sancti Benedicti Floriacensis, ordinis sancti Benedicti. Ad ecclesiastici decoris —. Dat. Laterani, V kalendas decembris, anno duodecimo. »

1601

Latran, 29 novembre 1238.

Abbati de Joiac, Cisterciensis ordinis, Senonensis diocesis, scribit de magna pecunie quantitate quam rex Navarre, comes Campaniæ, a Judæis et aliis terræ suæ habuerat, et, ipsis vel eorum heredibus non inventis, restituere non poterat, — quam pecuniam idem rex cum aliis bonis suis in subsidium Terræ Sanctæ expendere proponebat, — eique mandat quatenus super hoc eidem regi provideat prout vi-

1. Cette bulle a été connue des auteurs de la *Gallia christiana*, qui la citent et en indiquent la date, t. VIII (1741), col. 1561.

derit ejus salutis expedire. — (REG. 19, f. 59 r°; ann. XII, c. 307; — POTTHAST 10673*.)

« .. abbati de Joiac, Cisterciensis ordinis, Senonensis diocesis. Ex parte karissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Navarre, comitis Campanie, fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum ipse, in necessitatis articulo constitutus, tam ab hominibus suis quam a Judæis terre sue magnam habuerit pecunie quantitatem, quam nequit restituere, ipsis vel eorum heredibus non inventis, proponatque ipsam expendere, cum aliis bonis suis, in subsidium Terre Sancte, super hoc ei salutare consilium impendere curaremus. Cum igitur idem rex in servitio Jhesu Christi devoverit se ac sua, et per hoc favere sibi quantum cum Deo possumus, intendamus : mandamus quatenus, inquisita super premissis diligentius veritate, super hiis provideas eidem prout anime sue salutis videris expedire. Dat. Laterani, III kalendas decembris, anno duodecimo. »

1602

Latran, 29 novembre 1238.

Reginæ Navarre petenti « intrandi cum honestis matronis semel in anno, causa devotionis, claustra duorum monasteriorum Cisterciensis ordinis comitatus Campanie » concedit facultatem. — (REG. 19, f. 59 r°; ann. XII, c. 308; — MOREAU 1192, f. 220.)

« *Carissime in Christo filie .. illustri regine Navarre.* Devotionis tue precibus —. Dat. ut supra. »

1603

Latran, 26 novembre 1238.

Balduino, heredi imperii Romanie, comiti Namucensi, significat se inhibere ut nulli liceat in eum ejusque uxorem excommunicationis, et in ejus capellam interditi sententias, absque Sedis Apostolicæ licentia speciali, promulgare. — (REG. 19, f. 59 r°; ann. XII, c. 309.)

« *Nobili viro B[alduino], heredi imperii Romanie, comiti Namucensi.* Sedes Apostolica, veluti —. Dat. Laterani, VI kalendas decembris, anno duodecimo. »

1604

Latran, 27 novembre 1238.

Eidem indulget « ut nnum decanum, .. prepositum, .. cantorem et duos canonicos Constantinopolitane civitatis » in

1. Le *Registre* portait d'abord VII, change en VI, par l'exposition du premier I.

suo servitio valeat retinere, « ita quod redditus suos integre » percipiant, distributionibus cotidianis exceptis, ac si in » ecclesiis in quibus eos obtinent, personaliter residerent, » consuetudine vel statuto contrario, juramento vel alia fir- » mitate vallato, penitus non obstante; presentibus post qua- » driennium minime valituris ». — (REG. 19. f. 59 r°; ann. XII. c. 310.)

« *Eidem.* Auctoritate tibi presentium —. Dat. Laterani, V kalendas decembris. »

1605

Lateran, 24 novembre 1238.

Regem Francorum rogat et monet quatenus secreto et singillatim apud praelatos regni sui interponat partes suas, ut assentiant quod suarum dioecesium ecclesie et clerici in tricesima reddituum suorum usque ad triennium Terrae Sanctae et Constantinopolitano imperio provideant; abbatem de Fallar[a] (= Falera), Cisterciensis ordinis, propter hoc ad eum mittit. — (REG. 19. f. 59 r°; ann. XII. c. 311; — MOREAU 1192, f. 211; *ibid.*, f. 207, ex RAYNALDO; — POTTRAST 10669.)

« ... *illustri regi Francie.* Inextimabilis muneris gratiam inclite recordationis progenitoribus tuis regibus Francie in eo celesti provisione collatam, quod ipsos, ut glorie fierent eterne participes, a longis retro temporibus exaltationis Ecclesie et catholice fidei magnificos gestores¹, ad mentem nostram, grandi exinde concepta letitia, sepe reducimus, eamque pluries repetitam nostris adhuc tibi litteris replicamus, credentes ut quo ab ipsis exempla uberiori ad eum manantia rivulo recipit, eo illos, quibus ipsum nobilitas sanguinis et regia celsitudo parificant, virtutum conetur operibus superare². Illi quidem Ecclesiam Dei, expensis, laboribus et proprio sanguini non parentes, a faucibus persecutorum eripere, extirpare heresim fideique hostes comprimere, et quandoque Terram Sanctam de Paganorum meruerunt manibus liberare. Propter quod ipsorum memoria, in compositione odoris effecta, et in omni ore quasi mel suavissimum indulcata³, regali excellentie

1. Ms. : « gestatores », changé, par l'exponctuation de *ta*, en « gestores »; cette correction ne paraît pas heureuse, car *gestatores* convient beaucoup mieux pour le rythme.

2. Cette première phrase est assez obscure; la construction en est très défectueuse; notamment, on ne voit pas par quel verbe est régi *ipsos*... *gestatores*; ce ne peut être par *reducimus*, qui a pour complément direct *gratiam*... *collatam*; on est donc assez fondé à supposer, dans le texte de ces premières lignes, une lacune plus ou moins importante.

3. Cf. ECCLI. XLIX, 1-2.

sugerit, suoque supplicare videtur honori, ut idem rex, sedula meditatione considerans quod, ex occupatione Constantinopolitani imperii, orientalis ecclesia in gravium frusta scismatum scinditur, Terre Sancte, de qua non nisi per ipsum securus haberetur redditus, subsidium impeditur, ager dominicus diversarum horum spinis occupatur et tribulis, et omnium Latinorum timetur periculum in partibus habitantium Orientis : ad subventionem illius, dictorum progenitorum sequendo vestigia, auxilium et consilium plena efficacia tribuat, ac exinde suo nomini perpetue gloriam laudis acquirat. [Licet]¹ enim ad liberationem dicti imperii, ut Terre Sancte non minus quam ei valeat provideri, Apostolica Sedes multos labores et expensas subierit : quia tamen, nisi nobis devotorum et fidelium ad id suffragetur auxilium, tantum negotium nostrarum virium metas excedit, te ad perfectionem ipsius, quod et honorem persone tue et salutem anime nichilominus continet, duximus invocandum. Verum, quia dignum videtur et congruum ut Ecclesia, cujus id respicit honorem et commodum, ad hoc auxilium conferat oportunitum, celsitudinem regiam rogandam duximus at[tentius] et hortandam, in remissionem tibi peccaminum injungentes quatenus secreto et singillatim apud prelatos regni tui, et primo apud eos qui familiaritate speciali sublimitati regie sunt astricti, ut liberaliter et benigne assentiant quod ecclesie et clerici suarum dioecesium in tricesima reddituum suorum usque ad triennium predictis Terre Sancte et imperio provideant, ac dicti prelati super assensu petito nobis litteras suas patentes transmittant, regalis providentia interponat sic favorabiliter, sic efficaciter partes suas, quod exinde Deum merearis habere propitium, et per sollicitudinem regalem predicta Terra et imperium de impiorum manibus liberentur. Ad hec dilectum filium .. abbatem de Fallar[a], Cisterciensis ordinis, virum Deum timentem, providum et discretum, quem propter hoc ad tuam presentiam destinamus, benigne recipere et sibi super premissis que tibi ex parte nostra dixerit, fidem indubitatum exhibere procures. Dat. Laterani, VIII kalendas decembris, anno duodecimo. »

-1606

Lateran, 24 novembre 1238.

« In eundem modum scriptum est .. *illustri regine Francie* monitorie, usque : procuret. Quocirca serenitatem tuam roga-

1. Ms. : *acquiratur.* Enim. — La restitution du mot *licet* est ici tout à fait nécessaire, et trouve d'ailleurs sa justification dans deux des pièces qui suivent (n. 4608 et 4610).

mus et monemus attente quatenus super hiis apud eundem regem et dictos prelatos interponas efficaciter partes tuas. Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 59 v°; — MOREAU 1192, f. 213; *ibid.*, f. 209; — POTTHAST, *sub* n. 10669.)

4607

Latran, 25 novembre 1238.

« In eundem fere modum .. *illustri regi Anglie*, [paucis mutatis, usque :] de impiorum manibus liberentur. Dat. Laterani, VII kalendas decembris, anno duodecimo. » — (REG. 19, f. 59 v°; — MOREAU 1192, f. 213 v°; *ibid.*, f. 209; — POTTHAST, *sub* n. 10669.)

4608

Latran, 25 novembre 1238.

« In eundem modum nobili viro *R[iccardo], comiti Cornubie, fratri .. regis Anglie*, usque : Licet enim in subsidium Terre Sancte, super quo te digne preconio laudis attollimus, signum crucis acceperis, quia tamen regno Anglie persone tue absentia multipliciter posset esse dampnosa, illius consilii te viam eligere cupimus, per quam salutem anime tue super omisso voto plene consultur, persone laboribus parcitur et dispendium quod eidem regno, te recedente, posset accidere, precavetur. Quocirca nobilitatem tuam rogandam duximus at[tentius] et monendam quatenus, predictum votum in succursum imperii prefati de licentia nostra commutans, et expensas quas esses in eundo ad Terram Sanctam, morando ibidem et redeundo facturis, in subsidium imperii prefati transmittens, indulgentiam consecuturus eandem quam haberes, si in Terram ipsam personaliter te transferres, domino regno, quod in tua providentia pro majori parte subsistit, personam tuam minime subtrahas, quin immo conceptum recedendi de ipso propositum omnino deponas. Dat. Laterani, VII kalendas decembris, anno duodecimo. » — (REG. 19, f. 59 v°; — MOREAU 1192, f. 213 v°; *ibid.*, f. 209; — POTTHAST, *sub* n. 10669; — cf. *supra*, n. 4267-4274.)

4609

Latran, 25 novembre 1238.

Ottomen, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, apostolicum legatum, de praecedentibus litteris, ad *R[icardum]*, comitem Cornubiae, directis, certum facit, eique mandat quatenus praedictum comitem ad id moneat et inducat ut, votum suum in succursum imperii Constantinopolitani commutans, et expensas quas in negotio Terrae Sanctae esset facturis, in subsidium ejusdem imperii transmittens, personam suam regno Angliae non subtrahat et conceptum recedendi ab eo propositum deponat. — (REG. 19, f. 59 v°; ann. XII, c. 312; — MOREAU 1192, f. 214 v°.)

« *O[ttoni]*, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato. Cum dilectus filius no-

bilis vir .. comes Cornubie in subsidium Terre Sancte, super quo ipsum digne preconio laudis attollimus [etc..] ut in superioribus litteris, sub numero 4608 notatis, mutatis mutandis, usque :] propositum omnino deponat. Quocirca mandamus quatenus dictum nobilem ad id, juxta datam tibi a Deo prudentiam, efficaciter moneas et inducas. Dat. ut supra. »

4610

1238.

Eundem rogat et monet quatenus secreto et singillatim prelatos regni Angliae ad id moneat et inducat, ut assentiant quod suarum dioecesium ecclesiae et clerici in tricesima reddituum suorum usque ad triennium Terrae Sanctae et Constantinopolitano imperio provideant. — (REG. 19, f. 59 v°; ann. XII, c. 313; — MOREAU 1192, f. 215 v°.)

« *Eidem*. Dolemus quod, ex occupatione Constantinopolitani imperii etc., ut supra, in CCCXI littera, usque : Orientis. Et, licet ad liberationem ipsius, ut Terre Sancte etc., usque : metas excedit, ad ipsius perfectionem, quod et personarum honorem et salutem animarum continet, catholicorum auxilium duximus invocandum, dignum videntes et congruum ut Ecclesia, cujus id respicit honorem et commodum, ad hoc auxilium conferat opportunum. Quocirca sinceritatem tuam rogamus et monemus attente, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus secreto et singillatim, prout videris expedire, prelatos regni Anglie ut liberaliter [etc., ut in eisdem litteris, usque :] transmittant, juxta datam etc. »

4611Latran, 1^{re} décembre 1238.

« In eundem modum .. *archiepiscopo Rothomagensi*, usque : Quocirca fraternitatem tuam rogandam duximus et monendam, in remissionem tibi peccaminum injungentes quatenus secreto et singillatim prelatos provincie tue ut liberaliter et benigne consentiant quod ecclesie et clerici etc., usque : provideant, juxta datam etc., et inducas, ac tu ipse, super hoc, quantum ad te spectat, consentiens, quicquid inde feceris, nobis; quam citius poteris, per tuas litteras intimare procure, ita quod exinde Deum merearis habere propitium, et nos devotionem tuam possimus in Domino merito commendare. Dat. Laterani, kalendis decembris, anno duodecimo. » — (REG. 19, f. 59 v°; — MOREAU 1192, f. 216 v°.)

4612. — In eundem modum .. *archiepiscopo Remensi*.**4613.** — In eundem modum .. *archiepiscopo Senonensi*.

- 4614.** — In eundem modum .. *archiepiscopo Lugdunensi.*
4615. — In eundem modum .. *archiepiscopo Eboracensi.*
4616. — In eundem modum .. *archiepiscopo Burdegalensi.*
4617. — In eundem modum .. *archiepiscopo Bituricensi.*
4618. — In eundem modum .. *archiepiscopo Cantuariensi.*

-1619

Latran, 26 novembre 1238.

« In eundem modum .. *priori provinciali fratrum Predicatorum in Anglia*, usque : duximus invocandum. Quocirca mandamus quatenus, per te vel per alios fratres tui ordinis, venerabiles fratres nostros archiepiscopos et episcopos, et dilectos filios abbates, priores, prepositos et alios ecclesiarum prelatos, et eorum capita et conventus, nec non nobiles viros comites, barones, milites et alios, tam viros quam mulieres, per regnum Anglie constitutos, ut de bonis suis in subsidium imperii Romanie, illas et immunitates et indulgentiam habituri, que Terre Sancte subvenientibus in generali concilio sunt concessæ, secundum facultates proprias et devotionis affectum, transmittant, juxta datam tibi a Deo prudentiam, efficaciter moneas et inducas. Dat. Laterani, VI kalendas decembris, anno duodecimo. » — (REG. 19, f. 60 r^o ; — MOREAU 1192, f. 217.)

4620. — In eundem modum .. *priori provinciali fratrum Predicatorum in Francia*, usque : per regnum Francie, et Cameracensem, Leodiensem, Metensem, Tullensem et Viridunensem civitates et dioceses constitutos, ut de bonis suis etc., ut supra. — (REG. 19, f. 60 r^o ; — MOREAU 1192, f. 217 v^o.)

4621. — In eundem modum .. *priori fratrum Predicatorum Parisiensi*, usque : mandamus quatenus, per te vel alios fratres tui ordinis, illos qui vota Terre Sancte in subsidium ipsius imperii commutarunt, et eos qui assumpserunt ad id crucis signaculum vel illic aliquid mittere promiserunt, ut promissiones et vota sua tempore passagii adimpleant, et illos quos ex eis paupertas vel aliud impedimentum legitimum reddit inhabiles ad pugnandum, ut redimant vota sua, ecclesiastica censura, appellatione remota, compellas. — (REG. 19, f. 60 r^o ; — MOREAU 1192, f. 218.)

4622. — In eundem modum .. *priori provinciali fratrum Predicatorum in Francia*.

-1623

Latran, 26 novembre 1238.

Colomannum, regem [Ruthenorum], ducem Sclavoniae, rogat et hortatur quatenus Balduinum, heredem imperii Romaniae comitemque Namucensem, et alios in imperio Constantinopolitani subsidium, ad instans passagium martii, se accingentes, si transeant, benigne recipiat, eisque securum conductum impertiatur ; noverit subvenientibus praedicto imperio illam concedi veniam peccatorum, quae Terrae Sanctae

subvenientibus in generali concilio erat concessa. — (REG. 19, f. 60 r^o ; ann. XII, c. 314 ; — MOREAU 1192, f. 219, *partim* ex RAYNALDO¹ ; — POTTHAST 10671.)

« *Karissimo in Christo Colomanno regi illustri, duci Sclavonie*. Licet hactenus Constantinopolitano —. Dat. Laterani, VI kalendas decembris, anno duodecimo. »

4624. — In eundem fere modum .. *duci et consilio Venetorum*. [Eos rogat et monet quatenus civitati Constantinopolitanae in instanti passagio martii sic congrua curent subventione succurrere, quod, ipsorum « auxilio mediante, eadem civitas usque ad adventum » bellatorum « extortit se valeat ab hostibus viriliter defendere » ; noverit subvenientibus praedicto imperio illam concedi veniam peccatorum, quae Terrae Sanctae subvenientibus in generali concilio erat concessa.] — (REG. 19, f. 60 r^o ; — MOREAU 1192, f. 219 v^o ; — POTTHAST 10672.)

-1625Latran, 1^{re} décembre 1238.

Episcopo Cameracensi mandat quatenus « Balduinum, comitem Namucensem, heredem imperii Romanie, qui per sonam suam Ecclesie servitii ab annis tenentis » deputaverat, nec non et bona quae idem Balduinus in imperio Alamaniae et regno Franciae possideat, non permittat molestari. — (REG. 19, f. 60 r^o ; ann. XII, c. 315 ; — RODENBERG 734.)

« .. *episcopo Cameracensi*. Quia illum gaudere —. Dat. Laterani, kalendis decembris, anno duodecimo. »

-1626

Latran, 26 novembre 1238.

Cameracensi et Tornacensi episcopis mandat quatenus redemptiones votorum quorundam Herberti crucesignati consanguineorum et amicorum, numero fere viginti, Cameracensis et Tornacensis diocesium, — qui sub ea conditione receperant « signum crucis, videlicet ut in Terre Sancte vel Constantinopolitani imperii subsidium se transferrent, vel » juxta facultates proprias redimerent vota sua », — eidem Herberto, in imperii praedicti succursum proficiscenti, faciant, si voluntas eorum ad id accesserit, integre assignari, concessa illis indulgentia quae Terrae Sanctae subvenientibus in generali concilio erat concessa. — (REG. 19, f. 60 v^o ; ann. XII, c. 316 ; — RODENBERG 733.)

« .. *Cameracensi et .. Tornacensi episcopis*. Cum, sicut ex —. Dat. Laterani, VI kalendas decembris, anno duodecimo, »

1. Avec l'adresse : *Ungarie regi*.

-1627

Latran, 26 novembre 1238.

Fratri Willelmo, [de ordine Minorum,] paenitentiariorum suo, mandat quatenus redemptiones votorum quas per abbatem Bellae Villae ac Petrum de Philistim, de eodem Minorum ordine, in terra H[umberti], domini Belli Joci, colligi ipse frater Willelmus mandaverit, eidem nobili, in subsidium imperii Romaniae proficisci, faciat assignari. — (REG. 19, f. 60 v^o; ann. XII, c. 317; — POTTHAST 10670; — cf. supra, n^o 4219.)

« Fratri Willelmo, penitentiario nostro. Cum nobilis vir —, Dat. ut supra. »

-1628

Latran, 26 novembre 1238.

Uxori Roberti de Tanlaio scribit : « Cum nobilis vir Ro- » bertus de Tanlaio, vir tuus, in succursum imperii Romaniae » receperit signum crucis, et dignum existat ut, interventu » ipsius, gaudeas indulgentia speciali, nos tibi illam conce- » dimus veniam peccatorum, quae Terre Sancte subvenienti- » bus in generali concilio est concessa. » — (REG. 19, f. 60 v^o; ann. XII, c. 318.)

« Nobili mulieri . . uxori nobilis viri Roberti de Tanlaio. Cum nobilis vir —, Dat. ut supra. »

-1629

Latran, 28 novembre 1238.

Hugoni, decano ecclesiae Buccae Leonis Constantinopolitanae, clerico Balduini, heredis imperii Romaniae, comitis Namucensis, indulget quod, cum decanatu suo, qui curam habebat animarum annexam, aliud beneficium cum simili cura recipere valeat. — (REG. 19, f. 60 v^o; ann. XII, c. 319.)

« Hugoni¹, decano ecclesiae Buccae Leonis Constantinopolitan[ae], clerico dilecti filii nobilis viri B[alduini], heredis imperii Romaniae, comitis Namucensis. Speciale devotioni tuae —, Dat. Laterani. IIII kalendas decembris, anno duodecimo. »

-1630

Latran, 1 décembre 1238.

Abbatibus de Chesiaco (= Cheziaco) et Vallis Secretae, et priori de Cheziaco, Suessionensis diocesis, mandat quatenus, cum rex Navarrae, comes Campaniae, proponeret in Terrae Sanctae subsidium proficisci, redemptiones votorum cruce-signatorum terrae ejusdem regis comitisque, etiam si aliis sint

concessae, et redemptiones votorum cruce-signatorum feudorum ejus, dummodo aliis non sint concessae, colligant et faciant eidem regi et comiti, postquam ad partes Terrae Sanctae transierit, assignari. — (REG. 19, f. 60 v^o; ann. XII, c. 320; — POTTHAST 10676^o; — cf. supra, n. 2805, 3195, 3236, 3237 et 3175.)

« . . de Chesiaco et Vall[is] Secretae abbatibus, et . . priori de Cheziaco, Suessionensis diocesis. Cum karissimum in Christo filium nostrum . . illustrem regem Navarrae, comitem Campanie, adeo tetigerit injuria crucifixi, ut zelo fidei et devotionis accensus, abnegans quodammodo semetipsum et sua pro Christo, tulerit crucem ejus, ut ipsius opprobrium, quo¹ ei a fidei nostre hostibus exprobratur, si ei concederet, vindicaret : quia dignum est ut idem rex, qui, sicut accepimus, proponit magnifice in Terre Sancte subsidium proficisci, ac se cum ducere honorabilem numerum bellatorum, alicujus subventionis presidio muniatur, mandamus quatenus, redemptiones votorum cruce-signatorum terre suae, non obstante si aliis sunt concessae, ac feudorum suorum, quae non sunt concessae aliis, fideliter colligentes, faciatis ipsas eidem regi, postquam ad partes illas transierit, integre assignari —, Dat. Laterani. II nonas decembris. »

-1631

Latran, 17 novembre 1238.

Bellae Villae et de Jugo Dei abbatibus, Lugdunensis diocesis, mandat quatenus illis de Matisconensi diocesi, qui de bonis suis Humberto, domino Belli Joci, cruce-signato, subventionem in subsidium imperii Romaniae praestiterint, illam peccatorum veniam concedant, quae transeuntibus in Terrae Sanctae subsidium vel ei subvenientibus concedi ab Ecclesia consueverat. — (REG. 19, f. 60 v^o; ann. XII, c. 321; — cf. supra, n. 4219 et 1627.)

« . . Belle Ville et . . de Jugo Dei abbatibus, Lugdunensis diocesis. Studentes illa prosequi —, Cum igitur dilectus filius nobilis vir H[umbertus], dominus Belli Joci, cruce-signatus in subsidium imperii Romaniae, in Albigensium partibus pro negotio pacis et fidei tot, sicut accepimus, labores subierit et expensas, ut non possit emissum votum equi, sicut sue competit probitati : nos, ipsum condigna gratia prosequi cupientes, mandamus quatenus illis de Matisconensi diocesi, qui de bonis sibi a Deo collatis dicto nobili ad hoc subventionem praestiterint juxta proprias facultates, eandem,

1. La forme complète du nom de ce personnage est donnée plus loin, par les pièces 1669 et 1670.

1. Sic.

juxta quantitatem subsidii et devotionis affectum, auctoritate nostra peccatorum veniam concedatis, que in casu consimili transeuntibus in Terre Sancte subsidium vel ei subvenientibus concedi ab Ecclesia consuevit. Quod si non ambo etc. Dat. Laterani, XV kalendas decembris, anno duodecimo. »

4632. — In eundem modum *eisdem* pro eodem, in diocesi Lugdunensi.

4633. — In eundem modum pro eodem .. *abbati de Mauviaco et magistro Willelmo de Sabasac, canonico Claromontensi*, in diocesi Claromontensi.

4634

Lateran, 8 décembre 1238.

Balduino, heredi imperii Romaniae, comiti Namucensi, — quem, ad partes Constantinopolitanas proficiscentem, per regnum Hungariae transire oportebat, et qui timebat ne cogeretur aliquod juramentum praestare in animae suae periculum et enormem Constantinopolitani imperii laesionem, — concedit ut, si tale juramentum ab ipso fuerit violenter extortum, ad ejus observationem non teneatur. — (REG. 19, f. 61 r^o; ann. XII, c. 322; — MOREAU 1192, f. 227, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10678.)

« *Nobili viro B[alduino], heredi imperii Romaniae, comiti Namucensi.* Cum, sicut in —. Dat. Laterani, VI idus decembris, pontificatus nostri anno duodecimo. »

4635

Lateran, 4 décembre 1238.

Episcopo Sagiensi scribit : « Cum, sicut accepimus, cruce signati in imperii Constantinopolitani subsidium in certo loco debeant convenire, presentium tibi auctoritate mandamus quatenus, illos ex eis quos paupertas, infirmitas vel aliud impedimentum legitimum reddit inhabiles ad punandum, ut per te aut alios quos loco tui duxeris statuedos, relinquant vota sua, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellens, ipsis eam indulgentiam tribuas, que Terre Sancte subvenientibus in generali concilio est concessa; quod autem ex hujusmodi redemptionibus collectum fuerit, per viros religiosos, Deum timentes, nobili viro B[alduino], heredi imperii Romaniae et comiti Namucensi, facias in Romaniae partibus assignari. » — (REG. 19, f. 61 r^o; ann. XII, c. 323.)

« .. *episcopo Sagiensi.* Cum, sicut accepimus —. Dat. Laterani, II nonas decembris, anno duodecimo. »

4636

Lateran, 13 novembre 1238.

Episcopo Aniciensi mandat quatenus magistro Beraudo, ipsius papae subdiacono, canonico Aniciensi, precentoriam Lugdunensis ecclesiae resignanti, personatum qui *abbatia Securetii* vulgariter appellabatur, in Aniciensi ecclesia vacantem, si nondum sit alii collatus, conferat et assignet. — (REG. 19, f. 61 r^o; ann. XII, c. 324.)

« .. *episcopo Aniciensi.* Apostolice Sedis benignitas —. Olim siquidem, dilecto filio magistro Beraudo, subdiacono nostro, canonico Aniciensi, archidiaconatum Claromontensem in nostris manibus resignante, nos, attentendos donum scientie ac honestatem morum super quibus ei laudabile testimonium perhibetur, precentoriam Lugdunensis ecclesiae ipsi de gratia contulimus liberali. Verum idem nuper, in nostra presentia constitutus, nobis humiliter supplicavit ut, cum in eadem ecclesia propter metum proprii corporis non audeat personaliter residere, providere sibi de benignitate Sedis Apostolice curaremus. Nolentes igitur ipsum effectum nostre gratie defraudari, mandamus quatenus personatum qui *abbatia Securetii* vulgariter appellatur, in Aniciensi ecclesia, ut asserit, vacantem ad presens, cujus collatio ad te precipue ac ad ejusdem ecclesiae capitulum noscitur pertinere, si nondum canonice alii est collatus, ipsi magistro, eandem precentoriam libere resignanti, auctoritate nostra conferas et assignes. Contradictores etc. Nos enim decernimus irritum et inane, si quid de ipso contra mandati nostri tenorem fuerit attemptatum. Dat. Laterani, idibus novembris, anno duodecimo. »

4637

Lateran, 5 décembre 1238.

Duci Venetorum petenti significat se ipsius personam et civitatem Venetorum, quae erga Romanam Ecclesiam semper reverentiam, devotionem et fidem habuerat et habebat specialem, sub beati Petri et sua protectione suscipere. — (REG. 19, f. 61 r^o; ann. XII, c. 325; — MOREAU 1192, f. 224, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10677; — RODENBERG 735.)

« *Nobili viro .. duci Venetorum.* Sacrosancta Romana Ecclesia —. Dat. Laterani, nonis decembris, anno duodecimo. »

4638

Lateran, 29 novembre 1238.

Abbat de Caviniaco (= Saviniaco, = Savigny-le-Vieux)¹,

1. Nous avons vu plus haut (t. II, col. 1156-1157, note), que le

Cisterciensis ordinis, Abrincensis diocesis, abbati Maeciarum, ejusdem ordinis, Cabilonensis diocesis, nec non priori de Loviniaco (= Lugny), Carthusiensis ordinis, Lingonensis diocesis, et priori de Glanderio, ejusdem Carthusiensis ordinis, Lemovicensis diocesis, mandat quatenus in executione apostolice provisionis super statu et reformatione Grandimontensis ordinis, juxta formam ipsis traditam procedant, non obstante quod Helias Iterii, Matheus Bojol et alii ejusdem ordinis fratres dissentirent, recessio processu episcopi Pictavensis ejusque collegarum, quorum jurisdictionio per eandem provisionem debet pro revocata haberi. — (REG. 19, f. 61 r^o; ann. XII, c. 326; — MOREAU 1192, f. 221; — cf. supra, n^o 4436.)

« .. de Caviniaco et .. Maeciarum abbatibus, Cisterciensis, et .. de Loviniaco et .. de Glanderio prioribus, Carthusiensis ordinum, Abrincensis, Cabilonensis, Lingonensis et Lemovicensis diocesum. Etsi hactenus super statu et reformatione Grandimontensis ordinis per dilectos filios .. priorem et quosdam alios fratres ipsius ordinis apud Sedem Apostolicam satis fuerit laboratum, et nos, qui felicem et quietum ecclesiarum statum cupimus nostris temporibus conservari, de fratrum nostrorum consilio super hoc dux[er]imus providendum : adhuc tamen, quibusdam dissensionis filiis procurantibus, non potest a turbationum angustiis, quod dolentes referimus, relevari. Accepimus sane, referente [...] priore, quod, cum nos, post litteras ad venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Pictavensem et suos collegas super facienda inquisitione contra ipsum priorem et reformatione ordinis supradicti directas, et diversos auditores partibus, apud Sedem Apostolicam propter hoc constitutus, concessos a nobis, executionem provisionis prefate sub certa forma vobis duxerimus committendam : Hel[ias] Iterii, Matheus Bojol et quidam alii fratres ordinis supradicti, conantes effectum nostre provisionis nequiter vacuare, ipsa non contenti, se ad litigiorum strepitum converterunt, jamdictum priorem ad audiendam super inquisitione prefata definitivam sententiam evocantes. Coram quibus¹ licet ex parte ipsius prioris fuerit excipiendo propositum quod per executionem nostre provisionis vobis commissam, eorum jurisdictionio expirarat, nichilominus tamen ipsi, temeritati proprie innitentes, ipsum ab administratione prioratus, tam in spiritualibus quam temporalibus, de facto, cum de jure nequiverint, sententialiter removerunt, correctionem

et reformationem super commissam sibi ceteris articulis, donec substitueretur alius prior iunctis, et potestatem taxandi expensas factas ab Helia et Matheo, fratribus Grandimontensibus, pendente negotio coram eis, nichilominus reservantes : propter quod idem prior ad Sedem duxit Apostolicam recurrendum. Ideoque mandamus quatenus, si rem inveneritis ita esse, predictorum episcopi et collegarum ejus processum, et quicquid ex eo secutum est vel ob ipsum, nullum esse penitus nuntiantes, cum per provisionem nostram eorum jurisdictionem intellexerimus revocatam, in executione prefate provisionis, juxta formam vobis traditam, sublato cujuslibet dilationis, contradictionis et appellationis obstaculo, discretionem previa, procedatis. Dat. Laterani. III kalendas decembris, anno duodecimo. »

-1639

Lateran. 3 novembre 1238.

Decanum et capitulum Aednenses rogat et monet quatenus Hubertum de Buxolio, clericum, Aednensis diocesis, ecclesiam de Deste, quam in eadem dioecesi obtinebat, resignare paratum, recipiant in canonicum, eique stallum in choro et locum in capitulo assignent, ei de praebenda provisuri. — (REG. 19, f. 61 v^o; ann. XII, c. 327; — MOREAU 1192, f. 199.)

« .. decano et capitulo Eduensibus. Dilectus filius Hubertus de Buxolio, clericus, Eduensis diocesis, in nostra proposuit presentia constitutus quod, cum olim .. abbati de Benedictione Dei, Cisterciensis ordinis, direxerimus scripta nostra, ut, si major et sanior pars vestrum consentiret in ipsum, idem eum in vestra ecclesia, non obstante partis contradictione minoris, recipi faceret in canonicum et in fratrem, nisi obiceretur aliquid rationabile contra eum, ac etiam probaretur quare id fieri non deberet, contradicentes — compescendo, et dictus abbas vos ad suam propter hoc presentiam citavisset : postmodum, ipso clerico se vestre gratie submitte, et vobis per patentes litteras obligantibus vos ratum habituros et firmum, quicquid super hoc venerabilis frater noster .. episcopus et quondam .. abbas Sancti Stephani Eduensis ducerent ordinandum, iidem ordinando taliter decreverunt ut in predicta ecclesia certas distributiones perciperet, donec in ea de canonicatu provideretur eidem. Sed vos, licet provisionem hujusmodi visi fueritis acceptasse, sibi distributiones exhibendo predictas, ipsum tamen nondum in canonicum recepistis, quamquam pluries obtulerit se facultas, videlicet octo prebendis vacantibus postea in eadem. Cum igitur in receptione ipsius eadem

nom de cette abbaye se trouve plusieurs fois déformé dans le *Registre* : dans l'adresse de la pièce 4436, on lit *Salviniaco*, et dans celle de la pièce 4571, *Silviniaco*.

1. C'est-à-dire : *episcopo Pictavensi et ejus collegis*.

ecclesia non gravetur, cum non minus provideatur recipienti ecclesie quam recepto, utpote cui de litterarum scientia, honestate morum et nobilitate generis laudabile testimonium perhibetur : universitatem vestram attente rogandam duximus et moneudam, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus, prefatum clericum, ecclesiam de Deste, quam in Eduensi diocesi obtinet, resignare paratum, ob reverentiam Apostolice Sedis et nostram recipientes ilariter in canonicum et in fratrem, sibi stallum in choro et locum in capitulo assignetis, eidem de prebenda, si vacat ad presens ibidem, vel quam cito vacare contigerit, liberaliter provisuri; non obstante statuto quod habere dicimini, de certo canonicorum numero, juramento seu alia quacumque firmitate vallato, vel si vobis pro aliis direximus scripta nostra, quibus per presentes litteras nolimus prejudicium generari. Alioquin damus dilectis filiis .. priori de Caro Loco, Cluniacensis ordinis, Matisconensis diocesis, et .. officiali Matisconensi nostris litteris in mandatis, ut vos ad id, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, nisi rationabile quid obstat, appellatione remota, compellant. Dat. Laterani, III nonas novembris, anno duodecimo. »

-46-10

Latran, 2 décembre 1238.

Senonensi et Rothomagensi archiepiscopis, et fratri Wilhelmo, de ordine Minorum, paenitentiario suo, mandat quatenus nonnullos de regno Francie, qui propter senectutem, debilitatem seu infirmitatem non possent personaliter votum exsequi quod, assumpto crucis signo, de transendo in Terrae Sanctae subsidium emisserant, a voto suo absolvant, ita tamen quod illi prius solvant in ipsorum archiepiscoporum et paenitentiarum manibus universas expensas quas essent in eundo, morando et redeundo facturi, « illam suorum pecaninum » indulgentiam habituri, que transcutibus in ipsius Terre » succursum in generali concilio est concessa ». — (REG. 19, f. 61 v°; ann. XII, c. 328; — MOREAU 1192, f. 223; — POTTHAST 10675.)

« .. Senonensi et .. Rothomagensi archiepiscopis, et fratri Wilhelmo, de ordine fratrum Minorum, penitentiario nostro. Cum, sicut accepimus —. Dat. Laterani, III nonas decembris, anno duodecimo. »

-46-11

Latran, 10 décembre 1238.

Archiepiscopo Senonensi et episcopo Silvanectensi mandat quatenus pecuniam quam rex Francorum et ejus progenitores a Judaeis habuerant, ab eodem rege ipsis archiepiscopo et

episcopo assignatam vel assignandam, Balduino, heredi imperii Romaniae et comiti Namucensi, assignent. — (REG. 19, f. 62 r°; ann. XII, c. 329; — MOREAU 1192, f. 229; *ibid.*, f. 234; — cf. *supra*, n. 3899 et 4205.)

« .. archiepiscopo Senonensi et .. episcopo Silvanectensi. Cum karissimo in Christo filio nostro Ludovico, regi Francorum illustri, duxerimus concedendum ut pecuniam quam ipse et progenitores ejus a Judaeis et Judeorum debitoribus, qui eam ex usuris extorsisse creduntur, habuerant, posset in subsidium Constantinopolitani imperii destinare, dum tamen eos quibus debet fieri restitutio, invenire nequiret, vobisque nostris dederimus litteris in mandatis, ut pecuniam ipsam usque ad nostrum beneplacitum servaretis : mandamus quatenus pecuniam quam vobis ob id idem rex assignavit vel duxerit assignandam, nobili viro Balduino, heredi imperii Romaniae et comiti Namucensi, in ipsius imperii proficiscenti succursum, integre assignare curetis. Dat. Laterani, III idus decembris, anno duodecimo. »

-46-12

Latran, 8 décembre 1238.

Archiepiscopo Remensi mandat quatenus, — non obstante processu electi Coloniensis, nondum confirmati, qui praeposito Aquensi, a quibusdam de capitulo Leodiensi in episcopo Leodiensium electo, fecerat munus confirmationis impendi, — in negotio sibi commisso super electione episcopi in eadem ecclesia Leodiensi procedat, juxta priorum litterarum ad ipsum directarum continentiam, ac nobiles, ministeriales, communitates et fideles ejusdem ecclesiae moneat et inducat, et, si opus fuerit, compellat ad defendendum homines et fideles ipsius ecclesiae, qui sententiam apostolicam super ejusdem electionis negotio voluerint expectare. — (REG. 19, f. 62 r°; ann. XII, c. 330; — MOREAU 1192, f. 226; — J. P. KIRSCH, *Das Lütticher Schisma vom Jahre 1238*, in *Österr. Quartalschrift etc.*, t. III (1889), p. 189, n° 2; — cf. *supra*, n° 4587.)

« .. archiepiscopo Remensi. Intellecto quod, ecclesia Leodiensis vacante, divisa essent vota eligentium in diversa, et propter hoc ad nostram audientiam appellatum, nos, cupientes, prout interest nostra, indempnitati ejusdem ecclesiae precavere, dilectis filiis .. praeposito, .. decano et capitulo, ac universis nobilibus, ministerialibus et communitatibus fidelibus dicte ecclesiae per litteras nostras curavimus districtius inhibere, ne castra et munitiones ipsius, donec electionis negotium per Sedem Apostolicam finem debitum sortiat, alicui partium assignare presument, vel de

spiritualibus seu de temporalibus respondere; injuncto tibi per alias nostras litteras, si bene meminimus, ut quicquid contra prohibitionem nostram, post appellationem hujusmodi, ab aliqua partium fuerit attemptatum, in statum pristinum revocares, presumptiores seu contradictores quoslibet vel rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Sed quia, sicut accepimus, [...] prepositus Aquensis, qui a quibusdam de capitulo electus asseritur, ab .. electo Coloniensi, nondum confirmato, munus sibi fecit confirmationis impendi, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, ejusdem Coloniensis vel delegatorum ab eo non obstante processu, in negotio tibi commissio procedens juxta priorum continentiam litterarum, eosdem nobiles, ministeriales, communitates ac fideles moneas attentius et inducas, et, si opus fuerit, ecclesiastica censura compellas ad defendendum homines et fideles ipsius ecclesie, qui sententiam nostram, juxta tenorem mandati nostri ad te directi, voluerint expectare: juramentis, si qua super hoc ab eis per alterutram partium sunt extorta contra inhibitionem nostram, irritis nuntiatis. Dat. Laterani, VI idus decembris, anno duodecimo. »

4613

Latran, 8 décembre 1238.

Archiepiscopo Remensi et episcopo Cameracensi, quibus negotium electionis in Leodiensi ecclesia sub certa forma commiserat, de eadem re scribit et mandat quatenus, — non obstante processu electi Coloniensis, nondum confirmati, qui praeposito Aquensi, a quibusdam de capitulo Leodiensi in episcopum Leodiensem electo, fecerat munus confirmationis impendi, — ad ecclesiam Leodiensem, vel ad locum alium, ad quem partes secure venire valerent, personaliter accedentes, in commissio sibi negotio, etiamsi alterutra partium, citata legitime, ad ipsorum praesentiam accedere neglexerit, de plano, juxta priorum ad ipsos directarum continentiam litterarum, procedant. — (REG. 19, f. 62 r°; ann. XII, c. 331; — MOREAU 1192, f. 228.)

« .. archiepiscopo Remensi et .. episcopo Cameracensi. Cum negotium electionis —. Dat. ut supra. »

4614

Latran, 1^{er} décembre 1238.

Sibillae, dominae Belli Joci, viduae, significat se, — cum, Humberto, domino Belli Joci, ejusdem dominae filio, cruce-signato, « in imperii Constantinopolitani subsidium procedente », non esset qui eidem dominae « tuitionis oportune » subsidium » largiretur, — personam, familiam et terram ejus, cum omnibus bonis, sub beati Petri et sua protectione

suscipere. — (REG. 19, f. 62 r°; ann. XII, c. 332; — cf. supra, n. 4219 et 4631-4633.)

« Nobili mulieri Sibille, domine Belli Joci, viduae. Promerente tue puritate —. Dat. Laterani, kalendis decembris, anno duodecimo. »

4615

Latran, 1^{er} décembre 1238.

Priori Sancti Petri Matisconenensis de eadem domina Belli Joci iisdem fere verbis scribit, eique mandat quatenus, donec de praedicti Humberti, filii ejusdem dominae, reditu vel obitu certissime cognoscatur, non permittat illam contra protectionis apostolicae tenorem molestari. — (REG. 19, f. 62 r°; ann. XII, c. 333.)

« .. priori Sancti Petri Matisconenensis. Puritate fidei dilecte —. Dat. ut supra. »

4616

Latran, 15 décembre 1238.

Majori archidiacono Redonensi mandat quatenus Andreae de Vitriaco (= Vitré), pro juramento temerario praestito de matrimonio contrahendo inter Philippum, ipsius Andreae filiam, et Willelmum, filium Gaufridi de Poenceo (= Pouancé), domini de Guirchia (= La Guerche-de-Bretagne), qui Willelmum postea Minorum ordinem erat ingressus, paenitentiam imponat, eique concedat ut praefatum Philippum alicui qui eundem Gaufridum non attingat, in uxorem dare valeat. — (REG. 19, f. 62 v°; ann. XII, c. 334; — POTTHAST 10681.)

« .. majori archidiacono Redonensi. Sua nobis nobilis vir Andreas de Vitriaco petitione monstravit quod, cum olim ipse Philippum, filiam suam primogenitam, nondum septennem, Willelmo, filio nobilis viri G[aufridi] de Poenceo, domini de Guirchia, Redonen[sis] diocesis, infra decennium existenti, in uxorem dare sic, prestito juramento, promiserit, quod cum altero ipsius nobilis filio contraheret, ipsorum altero non completo matrimonio decedente, ac ita per consequens de filio in filium, quamdiu viverent, successive fieret, dummodo id Ecclesia toleraret, prout in litteris super hoc confectis dicitur plenius contineri: tandem dictus Willelmus, cui promissio de primogenita filia facta fuit, fratrum Minorum ordinem est professus, consensu legitimo inter eos adhuc minime subsecuto. Quare dictus nobilis nobis humiliter supplicavit ut ei quod praefatum Philippum alicui qui dictum G[aufridum] aliqua consanguinitatis linea non attingat, copulare matrimonialiter valeat, licentiam concedere curavimus. Quo-

circa mandamus quatenus, si res ita se habet, imposita dicto nobili pro temerario juramento penitentia competenti, ei auctoritate nostra postulata concedas. Dat. Laterani, XVIII kalendas januarii, anno duodecimo. »

-46-17

Latran, 17 décembre 1238.

Abbati et conventui monasterii Sanctae Mariae de Farneto (= Farneta), orlinis sancti Benedicti, Aretinae dioecesis. — quibus magister Johannes de Sancto Germano, ipsius papae capellanus, de mandato apostolico monasterium Sancti Crispolyti [de Bettona] permutando concesserat, pro permutacione seu concessione quam de ecclesia Sancti Cornelli prope Insulam, quae vocabatur castrum Sancti Petri, in loco qui dicebatur Maceranus, Portuensis dioecesis, ipsi abbas et conventus Sanctae Mariae de Farneto fecerant monasterio Sancti Cosmae trans Tiberim de Urbe, ordinis sancti Damiani, — significat se hanc concessionem seu permutacionem confirmare, iisdem verbis, mutatis mutandis, utens, quibus in litteris ad abbatissam sororesque praedicti monasterii Sancti Cosmae directis, supra sub numero 4478 notatis, usus fuerat; inserto similiter sub sua bulla instrumento super eadem permutacione sui concessione a Riccardo, imperiali notario, confecto. — (REG. 19, f. 62 v°; ann. XII, c. 335; — POTTHAST 10683; — cf. supra, n° 4478.)

« .. abbatii et conventui monasterii Sancte Marie de Farneto, ordinis sancti Benedicti, Aretine dioecesis. Quotiens a nobis —. Dat. Laterani, XVI kalendas januarii, pontificatus nostri anno duodecimo. »

-46-18

Bettona, monastère de Saint-Crispolyte (San-Crispoldo), 23 juin 1238.

[Instrumentum praedictae permutacionis seu concessionis, a Riccardo, imperiali notario, confectum, continens : 1° formas ejusdem permutacionis, ab Ubertino, abbate, et ab Uberto, procuratore praedicti monasterii Sanctae Mariae de Farneto, ex una parte, et a magistro Johanne de Sancto Germano, ipsius papae capellano, pro praedicto monasterio Sancti Cosmae agenti, ex altera, exhibitas; 2° chartam a Ricco notario confectam, qua praedictus Ubertus praedicti monasterii Sanctae Mariae de Farneto procurator constituitur; 3° mandatum a Gregorio papa nono ad praedictum magistrum Johannem de Sancto Germano directum, de publico instrumento recipiendo super concessione ab abbate et conventu praedicti monasterii de Farneto de ecclesia praedicta Sancti Cornelli praedicto monasterio Sancti Cosmae facienda. — (REG. 19, f. 62 v°.)]

1. — « In nomine Domini. Amen. Anno ejusdem » M°CC°XXXVIII°, VIII^o kalendas julii, indic-

» tione XI, tempore domini Gregorii pape noni et » Frederici imperatoris existentium. Nos donnus » Ubertinus, abbas monasterii Sancte Marie de Farneto, et donnus Ubertus, syndicus, procurator et » actor ipsius monasterii ad dandum et permutandum » monasterium Sancti Cornelli monasterio¹ Sancti » Cosme de Urbe in Transtiberym, ut appareat in carta » facta per Riccum notarium, tenor cujus talis est :

[46-19]

Monastère de Farneta, 18 juin 1238.

[Charta, a Ricco notario confecta, qua Ubertinus abbas et conventus monasterii Sanctae Mariae de Farneto fratrem Ubertum, ejusdem monasterii monachum, procuratorem suum in eodem permutacionis negotio constituunt. — (REG. 19, f. 62 v°.)]

2. — « In Christi nomine. Amen. Ego donnus Ubertinus [etc., ut supra, in litteris sub numero 4480 notatis, usque :] anno Domini M°CCXXXVIII°, XIII^o kalendas julii, indicacione XI »,

« nomine dicti monasterii [etc., ut supra, in litteris » sub numero 4479 notatis, paucis mutatis, usque :] » reservato.

3. — « Et ego predictus Johannes, auctoritate domini pape et mandato, cujus² tenor talis est :

[46-20]

Latran, 14 juin 1238.

[Gregorius papa nonus magistro Johanni de Sancto Germano, capellano suo, mandat quatenus ab abbate et conventu monasterii de Farneto publicum instrumentum recipiat super concessione ab eisdem abbate et conventu de ecclesia Sancti Cornelli monasterio Sancti Cosmae trans Tiberim de Urbe facienda. — (REG. 19, f. 63 r°; — cf. WADDING, *Annales Minorum*, t. III, p. 405, sub numero 11, § 1v; — cf. SBA-RALEA, *Bullarium Franciscanum*, t. I, p. 251, col. 1, sub numero 274; — *omisit* POTTHAST.)]

4. — « Gregorius episcopus, servus servorum Dei, » dilecto filio magistro J[ohanni] de Sancto Germano, » capellano nostro, salutem et apostolicam benedictionem. Cum nostris tibi [etc., ut supra, in litteris sub » numero 4481 notatis, usque in finem] »,

« pro dicta permutacione [etc., ut supra, in litteris

1. Cf. t. II, col. 1104, note 2.

2. Cf. t. II, col. 1105, note 3.

» sub numero 4479 notatis, usque :] et spiritualia eis
» annexa.

5-9. — « Item nos, predicti abbas et syndicus [etc.,
» ut supra, in eisdem litteris, sub numero 4479 notatis,
» usque :] capellis omnibus, possessionibus omnibus
» et rebus suis.

10. — « Item predicti capellanus et abbas et syndicus
» dederunt michi Ricc[ardo] notario infrascripto et
» Ricco notario plenam potestatem [etc., ut supra, in
» eisdem litteris, usque :] salva natura contractus.

11. — « Ego Ricc[ardus], imperiali auctoritate no-
» tarius [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :]
» excepto signo et publicatione [sive subscriptione]¹
» ipsius instrumenti procurationis. »

4651

Latran, 18 décembre 1238.

Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii Sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti Damiani, quae, religionis habitum assumendo, se ad certam jejuniis observantiam obligaverant, concedit ut, « hujusmodi forma » jejuniis non obstante, jejunium quod continetur in regula » eis tradita, dumtaxat observent. — (REG. 19, f. 63 v°; ann. XII, c. 336; — POTTHAST 10685; — cf. *supra*, n. 3602 et 4322.)

« .. abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii Sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti Damiani. Ex parte karissime —. Dat. Laterani, XV kalendas januarii, anno duodecimo. »

4652

Latran, 15 décembre 1238.

Episcopo Hildesemensi mandat quatenus, si ecclesia de Wintusen (= Thale), Halberstadensis dioecesis, ordinis sancti Augustini, in suo ordine reformari non possit, Cisterciensem ordinem in ipsam inducat. — (REG. 19, f. 63 v°; ann. XII, c. 337; — RODENBERG 739.)

« .. episcopo Hildesemensi. Cum sit in —. Dat. Laterani, XVIII kalendas januarii, pontificatus nostri anno duodecimo. »

1. Les deux mots *sive subscriptione*, imprimés ici entre crochets [], sont restitués d'après la première transcription de cette pièce dans le *Registre* (t. II, col. 1108).

4653

Latran, 15 décembre 1238.

« In eundem fere modum .. abbatissae de Quidelengenburg, Alberstadensis dioecesis. [Eam certiore facit de praecedentibus litteris, ad episcopum Hildesemensem directis, super reformatione praedictae ecclesiae de Wintusen, ipsi abbatissae pleno jure subjectae, et addit : Verum, quia per te posse provenire creditur ut eadem ecclesia in statum laudabilem deducatur, devotioni tue in virtute obedientie precipiendum mandamus quatenus, sine prejudicio juris tui, operam diligenter adhibeas ut quod injunximus eidem episcopo, per cooperationis tuae subsidium facile perveniat ad effectum. Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 64 r°; — RODENBERG, *sub* n. 739.)

4654

Latran, 15 décembre 1238.

Priorissae et conventui domus Sanctae Mariae, Numburgensis dioecesis, — quae in ipsarum monasterio praedictae « domus Sancte Marie sub beati Augustini regula, secundum » instituta sororum Sancti Xisti de Urbe », elegerant « vir- » tutum Domino famulari », — significat se ipsarum personas et monasterium cum omnibus bonis sub beati Petri et sua protectione suscipere, et statuere « ut ibidem dictus ordo » perpetuis futuris temporibus observetur ». — (REG. 19, f. 64 r°; ann. XII, c. 338.)

« .. priorissae et conventui domus Sancte Mariae, Numburgensis dioecesis. Justis petentium etc. —. Dat. Laterani, XVIII kalendas januarii, anno duodecimo. »

4655

Latran, 14 décembre 1238.

Sophiam, relictam ducis Meraniae, quae, voto perpetuae castitatis emisso, Deo famulari desiderabat, cum omnibus bonis suis sub apostolica protectione suscipit. — (REG. 19, f. 64 r°; ann. XII, c. 339; — MOREAU 1192, f. 235; — RODENBERG 736.)

« Nobili mulieri Sophie, relicte bone memoriae .. ducis Miranie. Promerente tuae puritate —. Dat. Laterani, XVIII kalendas januarii, anno duodecimo. »

4656

Latran, 14 décembre 1238.

« In eundem fere modum .. Sichenensi et .. de Walkelrod[] abbatibus, Alberstadensis et Maguntine dioecesium. [Eis mandat quatenus praedictam Sophiam non permittant super his contra protectionem apostolicam ab aliquibus molestari.] Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 64 r°; — RODENBERG, *sub* n. 736.)

4657

Latran, 14 décembre 1238.

Hedwidi de Sebhet, viduae, Maguntinae dioecesis, villam de Werd, Maguntinae dioecesis, quam ei Hermannus junior et Henricus, lantgravii Thuringiae, obtentu servitiorum quae beatae Elisabeth, cum adhuc viveret, fideliter impenderat, liberali contulerant pietate, confirmat. — (REG. 19, f. 64 r^o; ann. XII, c. 340; — POTTHAST 10680; — RODENBERG 737.)

« Hedwidi de Sebhet, viduae, Maguntine dioecesis. Justis petentium etc. — Dat. Laterani, XVIII kalendas januarii, anno duodecimo. »

4658. — In eundem fere modum .. *proposito et .. decano Sancti Castoris in Confluentia, Treverensis dioecesis*. [Eis mandat quatenus dictos nobiles, videlicet Hermannum juniorem et Henricum, super his non permittant ab aliquibus indebite molestari.] — (REG. 19, f. 64 r^o; — RODENBERG, sub n. 737.)

4659

Latran, 14 décembre 1238.

Otonem, militem de Lihetinhagin (= Lichtinhagin, = ? Lichtenhain), Numburgensis dioecesis, qui mundo renuntiaverat, et tres partes bonorum suorum, reliqua unico filio suo, adhuc in aetate tenera constituto, dimissa, piis locis reliquerat, itemque eundem ipsius filium, donec ad legitimam viginti quinque annorum aetatem pervenerit, sub apostolica protectione suscipit. — (REG. 19, f. 64 r^o; ann. XII, c. 341; — RODENBERG 738.)

« Otoni, militi de Lihetinhagin, Numburgensis dioecesis. Laudabiliter, sicut accepimus —. Dat. ut supra. »

4660. — Scriptum est super hoc *conservatoribus, .. episcopo et .. proposito Me[r]sburgensibus, et .. abbati de Siche[m], Cisterciensis ordinis, Alberstatis dioecesis* ¹.

4661

Latran, 16 décembre 1238.

Episcopo et praeposito Mersburgensibus, nec non abbati de Siche[m] (= Sittichenbach), Halberstatis dioecesis, mandat quatenus non permittant ut filii Henrici, quondam advocati de Gera, et J[uttae], relictæ ipsius, — quibus, adhuc in aetate tenera constitutis, non erat qui, ab eorum matre

1. La confusion indiquée par M. Rodenberg, p. 635, note 1, entre cet in eundem modum et la pièce suivante ne me paraît pas exister dans le *Registre*. Je crois plutôt à une omission, dans la copie [de Pertz] dont s'est servi M. Rodenberg, de l'adresse de notre pièce 4661 (ann. XII, c. 342), qui vient immédiatement après cet in eundem modum.

habitu religionis assumpto, tuitionis praesidium largiretur, et quos ipse papa sua volebat « protectione gaudere, quousque » ad legitimam viginti quinque annorum etatem pervenerint », — a quocumque indebite molesterent. — (REG. 19, f. 64 r^o; ann. XII, c. 342; — POTTHAST 10682¹; — RODENBERG, sub n. 738.)

« .. episcopo et .. *proposito Me[r]sburgensibus, et .. abbati de Siche[m], Alberstatis dioecesis*. Viduis et orphanis —. Dat. Laterani, XVII kalendas januarii, anno duodecimo. »

4662

Latran, 16 décembre 1238.

Archiepiscopo Lugdunensi significat se abbatibus Bellæ Villæ et de Jugo Dei, Lugdunensis dioecesis, mandasse ut illis de eadem dioecesi, qui de bonis suis [Humberto], domino Belli Joci, crucesignato in subsidium imperii Romaniae, subventionem praestiterint, eandem concederent veniam peccatorum, quae transeuntibus in Terrae Sanctae subsidium concedi ab Ecclesia consueverit; eum rogat quatenus nullum super hoc opponat obstaculum. — (REG. 19, f. 64 v^o; ann. XII, c. 343; — MOREAU 1192, f. 236; — J. BERNOLLI, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 135, n^o 201; — cf. *supra*, n. 4219, 4631-4633, 4644 et 4645.)

« .. *archiepiscopo Lugdunensi*. Studentes illa prosequi —. Cum igitur dilectus filius nobilis vir .. dominus Belli Joci, crucesignatus in subsidium imperii Romaniae, tot, sicut accepimus, in Albigen[sium] partibus pro negotio pacis et fidei labores subierit et expensas, ut non possit emissum votum exequi, sicut sue competit probitati, nos, ipsum condigna gratia prosequi cupientes, dilectis filiis .. Belle Ville et .. de Jugo Dei abbatibus, Lugdunensis dioecesis, dedimus nostris litteris in mandatis ut illis de tua dioecesi, qui de bonis sibi a Deo collatis dicto nobili ad hoc subventionem praestiterint secundum proprias facultates, eandem, juxta quantitatem subsidii et devotionis affectum, auctoritate nostra concedant veniam peccatorum, que in casu simili transeuntibus in Terre Sancte subsidium vel ei subvenientibus concedi ab Ecclesia consuevit. Rogamus itaque fraternitatem tuam et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus aliquod

1. Avec l'adresse : Numburgensi episcopo, praeposito Mersburgensi et abbati de Siche[m]. Cf. RODENBERG, p. 635, note 1. — Dans la marge du *Registre*, on avait écrit en manchette, mais dans le sens horizontal, et non, comme c'est généralement le cas pour les rubricelles, dans le sens vertical, *eisdem*; c'est-à-dire : aux personnages auxquels est adressé l'in eundem modum qui précède immédiatement.

super hoc non opponas obstaculum, sed potius, pro divina et nostra reverentia, operam diligenter adhibeas ut optatum sortiatur effectum —. Dat. Laterani, XVII kalendas januarii, anno duodecimo. »

1663. — In eundem modum .. *episcopo Matiscronensi*, in sua diocesi.

1664. — In eundem modum .. *episcopo Claromontensi*, usque : prosequi cupientes, dilectis filiis .. abbati de Mauziaco et magistro Willelmo de Sabazac, canonico Claromontensi, dedimus nostris litteris in mandatis ut illis de tua diocesi, qui de bonis sibi etc. — (Cf. *supra*, n° 4633.)

1665. — In eundem modum .. *episcopo Gebennensi*, usque : prosequi cupientes, dilectis filiis .. abbati Sancti Sulpicii, Cisterciensis ordinis, et .. decano ecclesie de Sizuzaco, Bellicensis et Gebennensis diocesium, dedimus etc.

1666. — In eundem modum .. *electo Bellicensi*.

1667. — In eundem modum eisdem .. *abbati [Sancti Sulpicii, Cisterciensis ordinis, Bellicensis diocesis], et .. decano [ecclesie de Sizuzaco, Gebennensis diocesis]*, usque : consuevit. Quod si non ambo [etc.].

1668

Latran, 27 novembre 1238.

Magistro Willelmo de Sancto Amore, rectori ecclesie de Guervilla, canonico Belvacensi, significat se cum eo, — qui per cultum scientie meruerat « in artibus et iure canonico » cathedram magistralem Parisius ascendere », — dispensare « ut personatum vel aliud unicum beneficium, curam » habens animarum annexam », recipere valeat, et cum beneficio quod obtinebat, curam similem habenti, retinere, ita tamen quod in uno ipsorum personaliter deserviat et in altero per idoneum vicarium faciat deserviri. — (Reg. 19, f. 64 v°; ann. XII, c. 344; — DENIFLE et CHATELAIN, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. I (1889), p. 166, n° 122.)

« *Magistro Willelmo de Sancto Amore, rectori ecclesie de Guervill[a], canonico Belvacensi*. Te honestatis studio —. Dat. Laterani, V kalendas decembris, anno duodecimo. »

1669

Latran, 11 décembre 1238.

Hugoni, decano [ecclesie] Buccae Leonis [Constantinopolitane], clerico Balduini, heredis imperii Romaniae, comitis Namucensis, indulget ut, quamdiu persisterit in servitio imperii Romaniae, proventus suos ecclesiasticos, distributionibus quotidianis exceptis, integre recipere valeat, ac si in ecclesiis in quibus eosdem proventus obtineat, personaliter resideret. — (Reg. 19, f. 64 v°; ann. XII, c. 345; — cf. *supra*, n° 4629.)

« *Hugoni, decano Buccae Leon[is], clerico nobilitis viri B[al-*

duini], heredis imperii Romaniae, comitis Namucensis. Auctoritate tibi presentium —. Dat. Laterani, III idus decembris, anno duodecimo. »

1670

Latran, 11 décembre 1238.

Priori Sancti Vincentii Laudunensis, de eadem re scribens, mandat quatenus eundem Hugonem super hoc contra concessionis apostolice tenorem non permittat molestari, « pro » viso quod idem decanus in decanatus officio in ecclesia » Buccae Leonis faciat per vicarium idoneum deserviri ». — (Reg. 19, f. 64 v°; ann. XII, c. 346; — cf. *supra*, n. 4629 et 4669.)

« .. *priori Sancti Vincentii Laudunensis*. Cum dilectus filius —. Dat. ut supra. »

1671

Latran, 9 décembre 1238.

Balduino, heredi imperii Romaniae, comiti Namucensi, indulget supplicanti ut « sub generali clausula », per litteras apostolicas de ejus nomine expressam mentionem non facientes, conveniri non valeat. — (Reg. 19, f. 65 r°; ann. XII, c. 347.)

« *Nobili viro Balduino, heredi imperii Romaniae, comiti Namucensi*. Tuis precibus inclinatus —. Dat. Laterani, V idus decembris, anno duodecimo. »

1672

Latran, 19 décembre 1238.

Archiepiscopo Viennensi significat se Constantinopolitano imperio, ab hostibus fidei graviter oppresso, totis viribus succurrere intendere, eique mandat quatenus, « redemptionis votorum cruce signatorum nec non legata in Terre Sancte » subsidium a viris catholicis » Viennensis provincie ad manus suas recipiens, et quartam partem ipsorum « Balduino, » heredi prefati imperii, pro apparatu militum in ejusdem » imperii succursum proficiendum, ad praesens, sicut viderit expedire, concedens, aliam quartam partem eidem Balduino in partibus Romaniae faciat assignari; residuum dictorum redemptionum et legatorum usque ad apostolicum beneplacitum fideliter servaturus; ceterum, quid et quantum receperit, ipsi papae suis litteris intimet. — (Reg. 19, f. 65 r°; ann. XII, c. 348; — MOREAU 1192, f. 238; — cf. J. BERNOLLI, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 136, n° 202.)

« .. *archiepiscopo Viennensi*. Cum Constantinopolitano imperio —. Dat. Laterani, XIII kalendas januarii, anno duodecimo. »

4673. — In eundem modum .. *archiepiscopo Remensi.*
 4674. — In eundem modum .. *archiepiscopo Rothomagensi.*
 4675. — In eundem modum .. *archiepiscopo Lugdunensi.*
 4676. — In eundem modum .. *archiepiscopo Turonensi.*
 4677. — In eundem modum .. *archiepiscopo Senonensi.*
 4678. — In eundem modum .. *archiepiscopo Burdegalensi.*
 4679. — In eundem modum .. *archiepiscopo Bituricensi.*
 4680. — In eundem modum .. *archiepiscopo Bisuntino.*
 4681. — In eundem modum .. *archiepiscopo Cantuariensi.*
 4682. — In eundem modum .. *archiepiscopo Eboracensi.*
 4683. — In eundem modum .. *archiepiscopo Dublinensi.*
 4684. — In eundem modum .. *episcopo Metensi.*
 4685. — In eundem modum .. *episcopo Caurvacensi.*
 4686. — In eundem modum .. *episcopo Virdunensi.*
 4687. — In eundem modum .. *episcopo Tullensi.*

4688

Latan, 20 décembre 1238.

Abbatibus Sancti Martini Laudunensis, de Floreffa et de Cussiaco (= Cuissy), Praemonstratensis ordinis, scribit: « Frater Willelmus, quondam abbas Praemonstratensis, post longos circuitus et labores, ad comunionem nostram, ne Praemonstratensis ecclesia per litigiorum strepitum gravem incurreret lesionem, cessit in manibus nostris regimini abbacie. Ne igitur, ob vacationem diutinam, non solum ipsa ecclesia, sed etiam Praemonstratensis ordo ulterius dispendium patiatur, mandamus quatenus, ad eandem ecclesiam personaliter accedentes, faciatis eidem per electionem canonicam, secundum privilegia et statuta ipsius ordinis et consuetudinem hactenus approbatam, de persona idonea provideri. » — (REG. 19, f. 65 r°; ann. XII, c. 349; — MOREAU 1192, f. 240; — cf. *supra*, n° 3471.)

« .. Sancti Martini Laudunensis, .. de Floreffa et .. de Cussiaco abbatibus, Praemonstratensis ordinis. Frater Willelmus, quondam —. Dat. Laterani, XIII kalendas januarii, anno duodecimo. »

4689

Latan, 10 décembre 1238.

Abbati et conventui monasterii Virziliacensis significat se ea quae Rothomagensis archiepiscopus, una cum Sancti Martini Aeduensis et Sancti Leonardi Corbiniacensis abbatibus, in ipsorum monasterio, pro ejus correctione et reformatione, ordinaverat, approbare, ab ipsis abbate et conventu inviolabiliter observanda. — (REG. 19, f. 65 r°; ann. XII, c. 350; — MOREAU 1192, f. 2° 0.)

« .. abbati et conventui monasterii Virziliacensis, Eduensis diocesis. Monasterio vestro, quod ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinet, quibusdam olim visitatoribus a Sede Apostolica deputatis, post diversas

obtentas a nobis litteras ad diversos et processus habitos per easdem, tandem nos, attendentes quod, per varietates processuum et litigiorum circuitus, grave in spiritualibus et temporalibus eidem monasterio periculum imminebat, et volentes ei ex officii nostri debito providere, venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Rothomagensi visitationem et reformationem in monasterio ipso sub certa forma duximus committendam. Et quia prefato archiepiscopo in eisdem litteris inter cetera mandabatur ut, adhibitis sibi visitatoribus generalibus, si essent in Lugdunensi provincia, susceptionis litterarum ipsarum tempore, deputati, una cum eis vel duobus ipsorum, aliqui solus personaliter ad monasterium supradictum accedens, et habens per oculos solum Deum, impenderet ei, juxta formam predictis visitatoribus traditam, visitationis officium, vice nostra: idem, ascitis sibi dilectis filiis .. Sancti Martini Eduensis, .. Sancti Leonardi Corbiniacensis et .. Melundensi abbatibus, una cum eis accessit ad monasterium memoratum; et, ei officio visitationis impenso, et vobis supplicantibus ut archiepiscopus et abbates predicti, non per rigorem justitiae, sed per viam pacis et misericordiae incedentes, corrigere, emendare, statuere et ordinare quicquid corrigendum, emendandum, ordinandum seu statuendum viderent in monasterio ipso, tam in capite quam in membris, ipsi archiepiscopus, Sancti Martini et Sancti Leonardi abbates, alio excusato legitime, considerato prudenter quod, si dicta testium receptorum contingeret aperiri, via posset patere discordiis, et non paci, presertim cum pauca essent probata, nisi forte quedam infamiae, quae ortum videbantur ab inimicis et emulis habuisse, correxerunt et reformarunt ibidem, quae corrigenda viderunt et etiam reformanda; et, punitis quibusdam monachis, nec non et tibi, fili abbas, quibusdam quorum consilio utaris in amministrazione temporalium, quousque prefatum monasterium relevetur a debitorum onere, deputatis, redditus fecerunt dicti monasterii extimari; ordinantes ut in solutionem debitorum cedat eorumdem reddituum certa quantitas annuatim, et non sint nisi quinquaginta monachi in conventu, reliquis ad aliqua monasteria ordinis vestri transmissis, moraturis ibidem donec idem monasterium respirare possit ab onere debitorum. Cum autem jamdictus archiepiscopus processum hujusmodi per litteras suas nobis duxerit exponendum, et nos processum eundem per dilectum filium nostrum S[tephanum], tituli Sanctae Marie Transiberim presbiterum cardinalem, cui inspiciendum commisimus, intellexerimus diligenter, eum de fratrum nostrorum consilio approbantes, universitati vestre

mandamus quatenus que a prefatis archiepiscopo et abbatibus super premissis ordinata sunt et statuta, inviolabiliter observetis. Dat. Laterani, IIII idus decembris, anno duodecimo. »

-4690

Lateran, 26 novembre 1238.

Episcopo Matisconensi mandat quatenus quoddam statutum a praedecessore archiepiscopi Lugdunensis tunc existentis editum, videlicet ut, si quis de terra Humberti, domini Belli Joci, per quadraginta dies in excommunicatione permanserit, unius marcae argenti poenae subiaceret, nec ipse observet nec in Matisconensi diocesi observari permittat. — (REG. 19, f. 65 v°; ann. XII, c. 351.)

« .. *episcopo Matisconensi*. Ex parte nobilis viri II[umberti], domini Belli Joci, nostris est auribus intimatum quod olim bone memorie .. praedecessor venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Lugdunensis statuit ut, si aliquis hominum terre ipsius nobilis, simplicitate nimia laborantes, utpote qui quasi silvestres habitant in montanis, sepius ignorant[ia] hujusmodi excommunicationem incurrunt; et quibusdam etiam excommunicatis absolutio multotiens retardatur, ut¹, propter lapsum temporis, ad solutionem dicte pecunie teneantur; sicque aliqui excommunicatorum ipsorum, non habentium quid persolvant, excommunicati decedunt, quidam vero scienter in excommunicatione perdurant. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, prudenter attendens quod talibus periculum animarum et aliis scandalum generatur, statutum hujusmodi, canonice sanctioni contrarium ac animarum profectibus inimicum, non observes nec in eadem diocesi observari permittas, ita quod ex hoc tua possit discretio commendari et nos propter hoc providere aliter non cogamur. Dat. Laterani, VI kalendas decembris, anno duodecimo. »

-4691

Lateran, 23 décembre 1238.

Episcopo Bosnensi, eonsurgente in partibus illis, opera Colomanni, regis [Ruthenorum], ducis Slavoniae, religione Christiana, plenae legationis officium in Bosnensi diocesi committit, eumque rogat quatenus fideles in regno Hungariae constitutos exhortetur, ut se « accingant ad hereticæ pestis » residuum de predicta diocesi penitus abolendum; ei si-

1. Peut-être faut-il entendre : *ades...* ut, ou : *ita...* ut.

gnificet se omnibus ejusdem regni, qui contra ejusdem diocesis haereticos, suscepta cruce, processerint aut bellatores propriis expensis miserint, concessisse, juxta quantitatem subsidii, veniam peccatorum; et denique eidem episcopo super hoc negotio illam concedit potestatem, quam frater Johannes, ejusdem praedecessor, ab Apostolica Sede habuerat; « pre » sentibus post triennium minime valitaris. » — (REG. 19, f. 65 v°; ann. XII, c. 352; — MOREAU 1192, f. 244; — POTTHAST 10693.)

« .. *episcopo Bosnensi*. Sedi Apostolice presidentis —. Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno duodecimo. »

-4692

Lateran, 22 décembre 1238.

Colomannum, regem [Ruthenorum] et ducem Slavoniae, laudat quod vigilet « ut, de Bosne partibus deletis pravitate » tis hereticæ maculis, ibidem fulgeat lumen catholice puritate » tis; eum hortatur ad bene incepta proseguenda. — (REG. 19, f. 66 r°; ann. XII, c. 353; — MOREAU 1192, f. 243, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10688.)

« *Karissimo in Christo filio Colomanno, illustri regi, duci Slavoniae*. De superni regis —. Dat. Laterani, XI kalendas januarii, anno duodecimo. »

-4693

Lateran, 22 décembre 1238.

Archiepiscopum Strigoniensem ejusque suffraganeos hortatur quatenus episcopo Bosnensi, paupertate nimia praegravato, cui ipse papa plenae legationis in diocesi Bosnensi officium commiserit, illud subsidium de bonis suis impendant, per quod idem illius officium ad exoptatum effectum possit perducere. — (REG. 19, f. 66 r°; ann. XII, c. 354; — MOREAU 1192, f. 242; — POTTHAST 10692.)

« .. *archiepiscopo Strigoniensi et suffraganeis ejus*. Ecclesiarum regimini presidentes —. Dat. ut supra. »

1694. — In eundem modum .. *archiepiscopo Colocensi et suffraganeis ejus*.

-4695

Lateran, 22 décembre 1238.

Abbatî Waradiensi, ordinis sancti Benedicti, Quinqueecclesiensis diocesis, significat se episcopo Bosnensi, ad delendam de Bosnensi diocesi maculam haereticæ pravitatis, plenae legationis officium commississe, eique mandat quatenus, ad assequendum super hoc prosperitatis incrementum, « bona que pro redemptione votorum cruce signatorum Un » garie contra hereticos diocesis ejusdem sunt habita vel

» haberi poterunt in futurum », colligat et praefato assignet episcopo. — (REG. 19, f. 66 r^o; ann. XII, c. 355; — POTTHAST 10689.)

« .. *abbati Waradiensi, ordinis sancti Benedicti, Qui[n]quecelesiensis diocesis.* Gerentes in desideris —. Dat. ut supra. »

4696

Latran, 22 décembre 1238.

Eidem mandat quatenus faciat ut pecunia a Julia, bano Colomanni, regis [Ruthenorum], ducis Slavoniae, in subsidium negotii fidei in Bosnae partibus legata et apud fratres ordinis Praedicatorum Quinquecelesiensis deposita, Bosnensi episcopo assignetur. — (REG. 19, f. 66 r^o; ann. XII, c. 356; — POTTHAST 10690.)

« *Eidem.* Apud dilectos filios —. Dat. ut supra. »

4697

Latran, 22 décembre 1238.

Priori et fratribus ordinis Praedicatorum Quinquecelesiensibus¹ mandat quatenus pecuniam a [Nicolas]vo, duce Bosnae, antequam in haeresim lapsus fuerit, apud eos pro cathedrali ecclesia in Bosnae partibus construenda depositam, episcopo Bosnensi assignent, in hoc opus, construendae videlicet cathedralis ecclesiae, et in alia quae opportuna fuerint negotio fidei, convertendam. — (REG. 19, f. 66 v^o; ann. XII, c. 357; — POTTHAST 10691.)

« .. *priori et fratribus ordinis fratrum Praedicatorum Quinquecelesien[sibus].* Indignum se gratia —. Dat. ut supra. »

1. On remarque, dans Aug. THEINER, *Vetera monumenta historica Ungariam sacram illustrantia*, t. I (1859), deux expéditions de cette pièce : la première à la page 169, avec le n^o CCCV (POTTHAST 10691); la seconde à la page 173, avec le n^o CCCXIV (POTTHAST 10632). — Les différences entre les deux textes sont les suivantes : la première bulle est adressée « priori et fratribus ordinis fratrum Praedicatorum Quinquecelestien. », porte la date « XI kal. januarii, anno duodecimo », et est tirée du *Registre*, « an. XII, ep. 357 » (c'est le présent *capitulum*); la seconde est adressée « priori et fratribus ordinis Praedicatorum Bosnen. », porte la date « VI kal. januarii, anno teritodecimo », et est donnée comme tirée du *Registre*, « an. XIII, ep. 190 »; or la lettre 190 de la XIII^e année n'a aucun rapport avec celle que publie Theiner avec cette référence. — Ces deux lettres ont été imprimées par FIEBER, dans son *Codex diplomaticus Hungariae* : la première, sans adresse (t. IV, vol. 1, p. 130), « ex reg. anni XII, ep. 357, Katona », etc.; la seconde, avec l'adresse : « priori et fratribus ordinis Praedicatorum Bosnen. » (t. IV, vol. 1, p. 174), « Bullario Ord. Praedic., I, 107, Katona », etc., sans mention du *Registre*.

4698

Latran, 23 décembre 1238.

Archiepiscopo Lugdunensi, abbati Altae Cumbae, Cisterciensis ordinis, Gebennensis diocesis, et priori de Portis, Carthusiensis ordinis, Lugdunensis diocesis, mandat quatenus monasterio Savigniacensi, ordinis sancti Benedicti, Lugdunensis diocesis, quod per alios nondum poterat, propter ejusdem monasterii abbatis incuriam, corrigi et reformari, visitationis officium impendant, super praedicti abbatis excessibus inquirent, et in eodem monasterio reformanda et corrigenda corrigant et reforment. — (REG. 19, f. 66 v^o; ann. XII, c. 358; — MOREAU 1192, f. 246; — cf. J. BERNOULLI, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 136, n^o 203.)

« .. *archiepiscopo Lugdunensi, .. abbati Alte Cumbae, Cisterciensis, et .. priori de Portis, Carthusiensis ordinum, Lugdunensis et Gebennensis diocesium.* Ad nostram venerit audientiam pervenisse quod, cum nos olim visitationem monasterii Savigniacensis, ordinis sancti Benedicti, Lugdunensis diocesis, bone memorie Roberto, Lugdunensi archiepiscopo, predecessori tuo, frater archiepiscopo, et suis collegis duxerimus committendam, duo ex ipsis, tertio legitime excusato, accedentes ad locum, quedam regularia et honesta statuerunt ibidem et mandaverunt inviolabiliter observari, relictis aliis incorrectis. Quare nos dilectis filiis .. abbati Insule Barbare et ejus collegis, ex officio nostro, in virtute obedientie dedimus in preceptis ut, ad praefatum monasterium personaliter accedentes, que ibi a praedictis visitatoribus salubriter statuta fuerant, facerent inviolabiliter observari, corrigentes et reformantes in eo, tam in capite quam in membris, que in aliis correctionis et reformationis officio noscerent indigere; contradictores — comescendo. Licet eorum iidem commissum sibi visitationis officium inceperit exequi diligenter, eis tamen illud detinentibus per quinquennium et amplius in suspensio nec curantibus procedere in eodem, tandem praedictus Insule Barbare et .. Belle Ville abbates, visitatores monasteriorum Lugdunensis diocesis a generali capitulo abbatum Lugdunensis provincie deputati, ad prescriptum monasterium accedentes, et super statu sollicitè inquirentes ipsius, invenerunt illud a tempore .. abbatis ejusdem in spiritualibus et temporalibus collapsum taliter, quod, nisi per providentiam Sedis Apostolice celeriter succurratur eidem, patietur in utrisque irreparabile detrimentum; praesertim cum correctio et reformatio per ipsos et alios facte ibidem, per incuriam ipsius abbatis minime observentur, prout ipsorum nobis exhibite litterae continebant. Nolentes igitur in patientia sustinere quod sepefatum monasterium per alicujus malitiam remaneat diutius incorrectum, districte precipiendo mandamus quatenus, ad

illud sine more dispendio personaliter accedentes et habentes pre oculis solum Deum, ei vice nostra, omni gratia et timore postpositis, visitationis officium impendatis; nichilominus, super prescripti abbatis excessibus, quibus eundem inveneritis infamatum, sollicitè inquirentes, corrigatis et reformatis in eodem monasterio, tam in capite quam in membris, quæ correctione ac reformatione noveritis indigere. Et, ne prosecutio negotii pro defectu expensarum valeat retardari, uni vel duobus monachis, quos idoneos esse noveritis, deputatis a vobis ad hujusmodi negotium prosequendum, faciatis de bonis ejusdem monasterii in expensis necessariis provideri. Contradictores —. Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno duodecimo. »

-1699

Lateran, 20 décembre 1238.

Archiepiscopo Mamistano, abbati Belli Montis, Tripolitane diocesis, et magistro Bonin[o], archidiacono Valaniensi, negotium electionis de P., decano Antiocheno, a capitulo ecclesie Bethleemitanæ in episcopum Bethleemitanum celebratæ, et postea patriarcha Hierosolymitano, qui alium quandam in episcopum profecerat ibidem, cassatæ, examinandum et decidendum committit. — (Reg. 19, f. 66 v°; ann. XII, c. 359.)

« .. archiepiscopo Mamistan[o], .. abbati Belli Montis, Tripolitane diocesis, et magistro Bonin., archidiacono Valaniensi. Ecclesia Bethleemitana pastoris solacio destituta et a nobis eligendi petita licentia et obtenta, capitulum ipsius ecclesie, sicut accepimus, diem sibi ad eligendum unanimiter prefixerunt; in qua presentibus omnibus qui delucent, voluerunt et potuerunt commode interesse, requisiti pluries et moniti diligenter, per viam scrutinii procedentes, assumpserunt tres de ipsorum collegio fide dignos, qui secreto et singillatim vota omnium scrutarentur. Ipsi vero, secedentes in partem, votis omnium perscrutatis, mox ea publicaverunt, prout moris et juris est, in communi. Cum autem fuisset, scrutinio publicato, repertum quod omnes in dilectum¹ filium P., decanum Antiochenum, consenserant, ipsum elegerunt in suum episcopum et pastorem, tam electionem quam electum, nec non et ipsam ecclesiam, voce ad nos appellationis emissa, protectioni apostolicæ supponentes. Ceterum venerabilis frater noster .. patriarcha Jerosolimitanus, quamquam nullam ordinariam in eadem ecclesia jurisdictionem habere credatur, utpote que ad nos nullo medio dicitur

pertinere, indebitam sibi jurisdictionem usurpans et de electione hujusmodi legitime non cognoscens. de facto, cum de jure non posset, prefato derano absente nec monito nec citato, electionem cassavit eandem, et quandam in episcopum prefecit ibidem, pro sue arbitrio voluntatis. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, si est ita, vocatis qui fuerint evocandi, de modo electionis, studiis eligentium et electi meritis sollicitè inquirentes, si predictam electionem inveneritis de persona idonea canonice celebratam, ipsam, amoto a jandicta ecclesia illo quem in ea patriarcha instituit, auctoritate apostolica confirmantes, faciatis ei obedientiam et reverentiam debitam a suis subditis exhiberi ac manus consecrationis impendi. Alioquin, de processu ejusdem patriarche veritate diligentius inquisita, ipsum, si eum inveneritis esse canonicum, approbetis; si vero illum minus canonicum esse constiterit, eo legitime reprobat. ne memorata ecclesia, ob vacationem diutinam, gravem in spiritualibus vel temporalibus sustineat lesionem. vos eidem ecclesie faciatis per electionem canonicam provideri; proviso ne, sub dubio litis eventu, ecclesia supradicta bonorum suorum dispendium patiatur. Et ne, ob defectum expensarum, non sit qui hujusmodi negotium prosequatur, duobus vel tribus ex canonicis dicte ecclesie, quos ad hoc idoneos esse noveritis, negotium ipsum prosequendum, faciatis de bonis ecclesie in expensis necessariis provideri. Contradictores —. Dat. Laterani, XIII kalendas januarii, anno duodecimo. »

-1700

Crémone, 7 décembre 1237.

Fridericus, Romanorum imperator, Gregorio IX papæ scribit se cruce-signatis regni Francie, qui, ad ipsius imperatoris monita, passagium a primo venturo beati Johannis [Baptistæ] usque ad sequentis anni festum distulerant, promissis quod eos de prorogatione passagii ultra terminum supradictum rogaturus non sit, quin potius per regnum transiturus in omni consilio et auxilio adesse intendat, qua de re eis litteras bulla aurea munus indulserit. — (Reg. 19, f. 67 r°; ann. XII, c. 360; — BOHMER-FICKER, *Regesta Imperii*, t. V, n° 2296; — cf. RODENBERG 716; — cf. *supra*, n. 3934 et 3935.)

« *Littere imperatoris ad dominum papam super passagio.* Sanctissimo in Christo —. Paternitati vestre volumus —. Dat. Crémone, VII decembr[is], XI indictione. »

-1701

Lateran, 23 décembre 1238.

Episcopo Terdonensi mandat quatenus Aquisensis episcopi,

1. Ms. : delatum, *changé en* delectum.

diversi innectitis et infirmitatum praepediti incommodis, paralytico morbo percussi et quasi toto linguae officio destituti, cessionem recipiat, eique de bonis episcopatus, unde competens sustentari valeat, providere procuret. — (REG. 19, f. 67 r; ann. XII, c. 361; — MOREAU 1192, t. 248.)

« .. episcopo Terdonensi. Ex parte venerabilis —. Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno duodecimo. »

-1302

Latran, 4 janvier 1239.

Episcopo Andreasi, archidiacono Thebano et thesaurario Corinthiensi late scribit de adjunctione Abilonensis episcopatus Nigripontensi episcopatus, per Johannem, tituli Sanctae Praxedis presbyterum cardinalem, tunc Apostolicæ Sedis legatum, episcopo et capitulo Nigripontensis ecclesie instigantibus, facta, et de litibus inde exortis; eis mandat quatenus super hoc negotio inquirent veritatem, et quod invenerint, ipsi papae suis litteris intimant; partibus, Abilonensibus videlicet et episcopo capituloque Nigripontensibus, terminum praefigant, quo per procuratores vel personaliter apostolico conspectui se praesentent; nonnullis aliis mandatis adjectis ad rem eandem pertinentibus. — (REG. 19, f. 67 v; ann. XII, c. 362; — cf. *supra*, n. 2530 et 3618.)

« .. episcopo Andreasi, .. archidiacono Thebano et .. thesaurario Corinthiensi. Sua nobis capitulum et clerici, milites et alii habitatores Abilonensis petitione monstrantur quod, cum [etc.. ut supra, in litteris sub numero 2530 notatis, paucis mutatis, usque :] perceptione decedunt. Postmodum vero, ipsis postulantis super adjunctione hujusmodi, quam non necessitatis causa vel utilitas animarum, sed potius temporalis commodi aviditas procuravit, eis et ecclesie de circumspectione Sedis Apostolicæ provideri, pro eo potissime, quod ad duos episcopatus competenter sufficit insula supradicta: nos tandem venerabili fratri nostro .. archiepiscopo, .. decano et .. archidiacono Corinthiensibus nostras direximus litteras¹, continentes ut, vocatis qui vocandi essent, et inquisita [etc., ut supra, in litteris sub numero 3618 notatis, usque :] ac eodem Nigripontensi episcopo Gregorium et Philippum], canonicos Abilonenses, qui prefatas impetraverant litteras, ne contra eum dicti procederent iudices, jurare ac eis renuntiare cogente, in negotio ipso nullus habitus est processus, in eorum et ejusdem ecclesie dispendium et ruina. Quibus demum instantibus, .. abbati de Dalfino et suis collegis dedimus in mandatis² ut, non obstante juramento predicto, in negotio prefato procederent juxta

priorum continentiam litterarum, ac prefigerent partibus terminum competentem, quo propter hoc per se vel per procuratores idoneos nostro se conspectui presentarent, justam a nobis sententiam recepture, ipsosque ad id, si necesse foret, monitione premissa, auctoritate nostra, sub[lato] appellationis obstaculo, coartarent. Verum idem abbas et sui college, parti alteri contra Deum, non absque contemptu Sedis Apostolicæ, deferentes, in ipso negotio per annum et amplius procedere distulerunt, ab eis pluries et humiliter requisiti; propter quod ipsi, distracti laboribus et expensis gravibus fatigati, duxerunt ad nostram providentiam tertio recurrendum. Finem igitur litibus cupientes imponi, discretioni vestre in virtute obedientie per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, super premissis et aliis hujusmodi negotium contingentibus, sive partes presentes fuerint, sive non curaverint in termino eis prefixo a vobis in vestra presentia comparere, inquiretis diligentius veritatem, et quod inveneritis, nobis vestris litteris fideliter intimetis, prefigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo personaliter vel per procuratores idoneos nostro se conspectui representent, mandatum super hoc apostolicum recepture. Interim vero supradictis episcopo et capitulo Nigripontensibus districtius inhibere curetis ne predictos capitulum et clericos presumant, hujusmodi lite pendente, indebite molestare, molestatores hujusmodi auctoritate nostra, appellatione postposita, compe[scendo], et nichilominus in statum debitum revocetis, si quid in spiritualibus vel temporalibus per dictum episcopum, post motam questionem contra eos, inveneritis temere attemptatum; proviso attentius ne, sub dubio litis eventu, bona Abilonensis ecclesie dilapidari valeant vel consumi. Ceterum, ne, propter necessariorum defectum, hujusmodi negotium imperfectum remaneat, duobus vel tribus canonicis Abilonensis ecclesie de bonis episcopatus Abilonensis ad prosecutionem prefati negotii expensas necessarias ministrari, et de legitimis expensis et necessariis ad hoc factis pro totidem personis, capitulo Abilonensi, quod ob id quibusdam creditoribus gravi debito, ad cujus solutionem non sufficit, dicitur obligatum, satisfieri faciatis. Contradictores [etc.]; mandatum nostrum taliter impleturi, quod puniri de contemptu vel negligentia non possitis, sed potius de sollicitudine ac diligentia commendari. Non obstante constitutione de duabus dietis [etc., usque :] ultra tertiam vel quartam [etc., usque :] ad iudicium non trahatur. Quod si non omnes —. Dat. Laterani, II nonas januarii, anno duodecimo. »

1. N° 2530.

2. N° 3618.

4703

Larlat, 8 janvier 1239.

Universos Christi fideles per Arelatensem, Aquensem, Narbonensem, Terraconensem, Jannensem et Auxitanam provincias constitutos rogat et observat quatenus ad defendendum et retinendum regnum Valentiae contra hostes fidei, viriliter procedant, omnibus illis qui ob id ad praedictum regnum accesserint, illa concessa indulgentia, quae crucisignatis pro Terra Sancta in generali concilio concessa fuerat. — (REG. 19, f. 68 r°; ann. XII, c. 363; — MOREAU 1192, f. 249, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10697.)

« *Universis Christi fidelibus per Arelatensem, Aquensem, Narbonensem, Terraconensem, Januensem et Auxitanam provincias constitutis. Congratulamini nobis omnes —. Dat. Laterani, VI idus januarii, anno duodecimo.* »

4704

Larlat, 8 janvier 1239.

Yolae, reginae Aragonum, indulget ut nullus in ejus personam « excommunicationis sententiam promulgare valeat, » absque mandato Sedis Apostolice specialis, expressam faciente de hac indulgentia mentionem ». — (REG. 19, f. 68 r°; ann. XII, c. 364.)

« *Yole, illustri regine Aragon[um]. Excellentie tue auctoritate —. Dat. ut supra.* »

4705

Larlat, 9 janvier 1239.

Regi Aragonum significat se ei ejusque successoribus jus patronatus quod idem rex habebat « in ecclesia Sancti Vincentii » et hospitali juxta Valentiam, et quibuslibet aliis ecclesiis » et monasteriis regni Valentiae, quae ipse rex construxerat et dotaverat de novo, confirmare. — (REG. 19, f. 68 r°; ann. XII, c. 365.)

« *[.] regi Aragon[um]. Justis petentium etc. —. Dat. Laterani, V idus januarii, anno duodecimo.* »

4706

Larlat, 9 janvier 1239.

Capitulo ecclesiae Sancti Vincentii de Valentia [in Hispania] significat se eorum ecclesiam, cum hospitali et bonis, in jus et proprietatem beati Petri recipere, eisque diversas indulgentias concedit; censu unius marcae argenti ab eis Camerae Apostolice annuatim persolvendo. — (REG. 19, f. 68 v°; ann. XII, c. 366; — cf. FABRE et DUCHESNE, *Liber Censuum*, t. I, pp. 214-215.)

« *Capitulo ecclesie Sancti Vincentii de Valentia. Cum in*

loco in quo ecclesia vestra consistit, beatus Vincentius fuerit martirio coronatus, nos, ob ipsius martiris reverentiam, locum et ecclesiam predictos, cum hospitali et omnibus bonis suis sibi a carissimo in Christo filio nostro .. Aragonum rege illustri concessis et in posterum concedendis, in jus et proprietatem beati Petri recipimus, jure patronatus dicto regi et ejus heredibus reservato; et vobis auctoritate presentium indulgemus ut nullus in ecclesiam et hospitale predicta, et vos ac alias personas ibidem Domino famulantes, interdicti vel excommunicationis sententias proferre valeat, absque mandato Sedis Apostolice specialis. In signum autem percepte a Sede Apostolica libertatis, censum unius marcae argenti in festo sancti Vincentii Camere nostre annis singulis persolvetis. Indulgemus etiam vobis ut, tempore generalis interdicti, admissis peregrinis et pauperibus, excommunicatis vero et interdictis exclusis, clausis januis, summissa voce, non pulsatis campanis, dum tamen causam non dederitis interdicto, in eadem ecclesia divina possitis officia celebrare. Nulli ergo —. Si quis autem etc. Dat. ut supra. »

4707

Larlat, 12 janvier 1239.

Abbati Sancti Bertini de Sancto Audomaro scribit : « *Su-* » per eo quod nos consulere voluisti, an munus benedictionis » impensum tibi a venerabili fratre nostro .. Morinensi epis- » copo debeat iterari, ex eo videlicet quod, processu ejusdem » episcopi super cassatione electionis alterius approbato, » quod de provisione de te in abbatem monasterii tui per » ipsum actum extitit, fuit, exigente justitia, irritatum, te » demum ibidem auctoritate nostra prefecto, devotioni tue » tenore presentium respondemus non esse munus benedic- » tionis hujusmodi iterandum. » — (REG. 19, f. 68 v°; ann. XII, c. 367; — MOREAU 1192, f. 251; — cf. SPALDING, n. 4442-4444.)

« *.. abbati Sancti Bertini de Sancto Audomaro, Morinensis diocesis. Super eo quod —. Dat. Laterani, II idus januarii, anno duodecimo.* »

4708

Larlat, 18 janvier 1239.

Canclario Parisiensi, nec non et Willelmo de Tankarvilla, Bajocensi canonico, et magistro Odoni de Sancto Dionysio, Sancti Audomari canonico, Parisius commorantibus, causam inter archiepiscopum Rothomagensis, ex una parte, et episcopum Lexoviensem, ex altera, super decimis quarundam ecclesiarum, villarum et parochiarum infra fines Rothomagensis dioecesis sitarum, a praedicto Lexoviensi epis-

copo et ejus praedecessoribus perceptis, exortam, committit terminandam, alioquin ad examen apostolicum sufficienter instructam remittendam. — (REG. 19, f. 68 v^o; ann. XII, c. 368; — MOREAU 1192, f. 254; — POTTHAST 10698.)

« .. cancellario Parisiensi, Willelmo de Tankarvilla, Bajocensi, et magistro Odoni de Sancto Dionisio, Sancti Audomari canonicis, Parisiis commorantibus. Venerabilium fratrum nostrorum .. Rothomagensis archiepiscopi et .. Lexoviensis episcopi procuratoribus in nostra presentia constitutis, prefati archiepiscopi procurator coram nobis proposuit in hunc modum :

[4709]

[*libellus* in lite inter archiepiscopum Rothomagensem et episcopum Lexoviensem super decimis quarundam ecclesiarum Rothomagensis dioecesis exorta, a praedicti archiepiscopi procuratore porrectus ! :]

« Petit Rothomagensis archiepiscopus ut, cum ecclesia Sancti Candidi Rothomagensis supra Secanam, parrochia ejusdem ecclesie, ecclesia, parrochia et villa Parve Corone, et villa que dicitur Sotevilla, ecclesia Sancti Stephani de Sotevilla et parrochia ejusdem ecclesie, item ecclesia de Strepigniaco, villa et tota parrochia seu parrochie ejusdem ville, et ecclesia seu prioratus Sancti Nicolai in foresta de Londa, decima ejusdem foreste, ac etiam ecclesia de Kevilliaco, villa ac parrochia ejusdem loci, nec non et predicta foresta de Londa et assarta in ea, infra fines seu dioecesis sint sita et in ejus dispositione et potestate de jure consistant, ac episcopus Lexoviensis in eisdem decimarum perceptionem et alia jura episcopalia, de facto, quamvis de jure non possit, usurpet : quatinus² eidem archiepiscopo et ejus successoribus in predictis omnem dispositionem et ordinationem, institutionem et destitutionem³, et eas sibi lege dioecesana et jurisdictionis subjectas judicetis, et per sententiam declaretis et pronuntietis ad dictum episcopum et ejus successores nullum jus in predictis de cetero pertinere, et quod idem episcopus Lexoviensis satisfaciatur de perceptis ab eo in eisdem locis,

» occasione vel nomine jurium episcopalium; que omnia extimat vigingentas marcas argenti; in quorum omnium possessione vel quasi predictum Lexoviensem sem episcopum de facto, cum de jure non possit, esse dicebat. »

« .. procurator vero Lexoviensis episcopi, salvo quod nec Lexoviense capitulum, nec rectores nec clericos ecclesiarum ipsarum in predictis defendere nec eorum jus in judicio deducere intendebat. Item contestando respondit quod dicte ecclesie parrochiales, decime et cetera supradicta de quibus agitur, in dioecesi Rothomagensi consistunt, nec debent fieri que a parte ipsius archiepiscopi petebantur, cum Lexoviensis episcopus et ejus ecclesia super premissis vel singulis predictorum prescriptione legitima munirentur, exceptis ecclesia et parrochia de Kevilliaco, super quibus procurator dicti episcopi cedit liti. Cumque super hiis dilectum filium nostrum Robertum, Sancti Eustachii diaconum cardinalem, dederimus auditorem, et in ipsius presentia procuratores ipsi aliquamdiu litigarint, tandem prefati archiepiscopi procurator contra prescriptionem a parte altera propositam protestatus est quod, si prescriptionem ipsam probari contingeret ab episcopo supradicto, de interruptione ipsius, loco et tempore congruis, sibi salvum esset docere, si vellet. Verum, cum de hiis que tam coram nobis quam coram auditore prefato proposita fuerant, non poterit fieri plena fides, causam eandem, de consensu procuratorum ipsorum, vobis duximus committendam, mandantes quatenus, par[tibus] con[vocatis] et titulo prescriptionis ipsius a prefato episcopo prius expresso. causam ipsam, si de partium voluntate processerit, fine canonico terminetis. Alioquin ipsam ad nos remittatis sufficienter instructam, prefigentes partibus terminum competentem, quo nostro se conspectui representent, justam, dante Domino, sententiam recepture. Proviso ne, lite pendente, ab aliqua partium contra alteram de novo aliquid attemptetur —. Dat. Laterani, XV kalendas februarii, anno duodecimo. »

4710

Latan, 23 janvier 1239.

Archiepiscopo Remensi mandat quatenus sententias excommunicationis seu suspensionis ab Aqvensi praeposito, — a quibusdam Leodiensibus capituli in Leodiensem episcopum electo, et ab electo Coloniensi, qui nondum ipse confirmationem assecutus erat, confirmato, — in quosdam clericos et laicos ipsius voluntati acquiescere nolentes, promulgatas, nec non collationes praebendarum et beneficiorum ab eodem prae-

1. REG. 19, f. 68 v^o.

2. Sic, exceptionnellement, en toutes lettres; cf. *supra*, n. 2294 (t. I, col. 1214) et 4222 (t. II, col. 958). — A noter encore que *quatinus* fait ici double emploi avec *ut*, qui se lit à la première ligne de ce *libellus*.

3. On attendrait ici un mot tel que *tribuitis*.

posito factas, nullas esse denuntiet, et castra munitionesque Leodiensis ecclesiae, quae ad manus jamdicti praepositi devenisse invenit, sibi, nomine dictae ecclesiae, faciat restitui, futuro episcopo resignanda. — (REG. 19, f. 69 r^o; ann. XII, c. 369; — MOREAU 1192, f. 258; — J. P. KIRSCH, *Das Lütticher Schisma vom Jahre 1238*, in *Hömische Quartalschrift etc.*, t. III (1889), p. 190, n^o 3; — cf. *supra*, n. 4587, 4642 et 4613.)

« .. archiepiscopo Remensi. Intellecto dudum quod, ecclesia Leodiensis vacante et eligentium votis in diversa divisis, quidam ipsorum dilectum filium Willelmum, procuratorem ecclesiae Valentine, quidam vero .. prepositum Aquensem in suum episcopum elegissent, ac propter hoc fuisset ad nostram audentiam appellatum, nos, volentes, prout interest nostrum, indemnitati ejusdem Leodiensis ecclesiae precavere [etc., ut supra, in litteris sub numero 4642 notatis, paucis mutatis, usque :] appellatione postposita, compescendo. Sed quoniam, antequam ad te nostre littere pervenissent, dictus Aquensis prepositus, appellationi non deferens interjecte, per quam totum negotium nostrum ad Sedem Apostolicam devolutum, obtenta, ut dicitur, confirmatione ab .. electo Coloniensi, nondum confirmationis gratiam assecuto, et administrationi dictae ecclesiae se ingressit, et castra quaedam et munitiones alias praedictae ecclesiae occupavit, nec non et juramenta a clericis et [a] laicis homagium dicitur recepisse, ac contulisse quibusdam prebendas et beneficia, pro sue libito voluntatis, in quosdam clericos et laicos sue nolentes acquiescere voluntati, excommunicationis seu suspensionis ab eo sententiam promulgatis, in executione mandati nostri procedere dubitasti. Nolentes igitur dissimulationi relinquere presumptiones hujusmodi abusivas, firmiter precipiendo mandamus quatenus, si rem invenieris ita esse, premissas sententias et collationes prebendarum et beneficiorum ipsorum denuntians penitus nullas esse, castra, munitiones et quicquid de bonis ipsius ecclesiae post appellationem eandem ad manus jamdicti praepositi inveniri devenisse, cum fructibus perceptis ex eis, nomine dictae ecclesiae restitui tibi integre facias, futuro episcopo resignanda, et tam clericos quam laicos ab homagiis et juramentis absolvas, omni dicto praeposito administratione spiritualium seu temporalium penitus interdicta. — Dat. Laterani, X kalendas februarii, anno duodecimo. »

praecedenti, pro subventione imperii Romaniae tertiam partem eorum honorum mobilium atque proventuum per magistrum Philippum, clericum, ipse papa mandaverit colligendam, — eandem tertiam, eo anno, cum eidem imperio urgenti necessitas quam unquam ad praesens instaret, magistro Bernardo, ipsius papae subdiacono, clerico Johannis, tituli Sanctae Praxedis presbyteri cardinalis, assignent. — (REG. 19, f. 69 r^o; ann. XII, c. 370; — MOREAU 1192, f. 262; — cf. *supra*, n. 4035 et 4546.)

« .. Patracensi, .. Corinthiensi, .. Thebano et .. Atheniensi archiepiscopis et eorum suffraganeis, et abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis¹ et aliis ecclesiarum prelati eorumque conventibus et capitulis, ac etiam clericis, latinis et grecis, per Patraceensem, Corinthiensem, Thebanam et Atheniensem provincias² constitutis. Miserabilem necessitatem et statum imperii Romaniae, pro quo Sacrosancta Romana Ecclesia et nonnulli viri catholici, ob exaltationem fidei christiane, diutius laborarunt et expensas maximas subierunt, jugiter ante oculos nostri cordis habentes, ac in ejus afflictionibus et pressuris destructionem negotii Terre Sancte plurimum formidantes, eidem imperio tanto validioribus cogimur auxiliis subvenire, quanto gravioribus noscitur periculis subjacere. Unde, licet pro ipsius subventione tertiam partem honorum vestrorum mobilium atque proventuum per dilectum filium magistrum Ph[ilippum]³, clericum, anno primo preterito, mandaverimus colligendam, quia tamen urgentior necessitas quam unquam institerit, instat ad praesens imperio memorato, et nos, pro ejus preparando succursu transmissis nuper in Franciam venerabili fratre nostro .. episcopo Anagnino, militum et aliorum etiam bellatorum multitudinem competentem ad Romanie partes in brevi propinquitate destinare, aliam cum dilecto filio nobili viro Bald[ulpho], herede imperii prelibati, subsequenter, dante Domino, directuri : tertiam partem redditum et proventuum eorundem anni presentis in ipsius imperii subsidium, cujus prosecutio ex necessitate vobis imminet speciali, providimus erogandam. Quocirca universitatem vestram monemus et hortamur attente, firmiter precipiendo mandantes quatenus, interesse proprium ex animo prosequentes, ipsam tertiam dilecto filio magistro Bernardo, subdiacono nostro, clerico dilecti filii nostri J[ohannis], tituli Sanctae Praxedis presbyteri cardinalis,

1. Dans l'adresse de la pièce 4035, on lit : *archidiaconis, archipresbyteris et aliis...*

2. Ms. : provinciam.

3. La forme complète de ce nom est fournie par les pièces 4546 et 4550.

viro provido et discreto, nobis et fratribus nostris accepto, quem ad hoc specialiter destinamus, libenter et liberaliter assignetis. Alioquin, cum tante necessitatis negotium non sit negligente committendum, sententiam quam idem propter hoc rite tulit in rebelles ratam habebimus et usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, auctore Domino, faciemus. Dat. ut supra. »

4712

Latran, 23 janvier 1239.

Episcopo Lincolnienſi scribit : « Consuluit nos tua fraternitas utrum clerici tue civitatis et diocesis, qui duo vel » plura beneficia habentia curam animarum annexam, presunt sine dispensatione Sedis Apostolice retinere, cogi » debeant ad restitutionem proventuum quos de beneficiis » prius habitis, ipso jure vacantibus, perceperunt. Cum igitur » in generali concilio sit statutum ut quicumque receperit » aliquod beneficium cum animarum cura, si prius tale » beneficium obtineat, eo sit ipso jure privatus, consultationi tue duximus respondendum quod hujusmodi clerici » cogendi sunt ad restitutionem proventuum taliter perceptorum. » — (REG. 19, f. 69 v°; ann. XII, c. 371.)

« .. episcopo Lincolnienſi. Consuluit nos tua —. Dat. ut supra. »

4713

Latran, 28 janvier 1239.

Eidem, — supplicanti ut, cum capitulum Lincolnienſe per ipsum episcopum aut aliquem alium nunquam fuisset visitatum, super hoc quid expediret fieri, sibi per apostolicas litteras aperiatur, — concedit ut, cum hujusmodi visitatio ipsi episcopo competere de jure communi nosceretur, praesertim cum nulla consuetudo tanquam juri contraria obisteret, super hoc officii sui debitum, non obstante frivola appellationis objectu, exsequatur. — (REG. 19, f. 69 v°; ann. XII, c. 372.)

« Eadem. Per tuas nobis —. Dat. Laterani, V kalendas februarii, anno duodecimo. »

4714

Latran, 17 janvier 1239.

Conventui Norwicensi significat se, — auditis et intellectis quae tam contra electionem de ipsorum priore in Norwicensem episcopum celebratam quam contra personam electi fuerant coram sese ipso proposita, — eandem electionem, quia eam non invenerat esse rite factam, cassavisse, eisque facultatem Norwicensi ecclesiae per electionem canonicam de persona idonea in episcopum providendi concessisse; unde

eos monet et hortatur quatenus ad electionem canonicam procedant et talem sibi in episcopum eligant, qui tanto oneri et honori congruat. — (REG. 19, f. 69 v°; ann. XII, c. 373; — cf. supra, n. 3758 et 3759.)

« Conventui Norwicensi. Auditis et intellectis —. Dat. Laterani, XVI kalendas februarii, anno duodecimo. »

4715

Latran, 26 janvier 1239.

Episcopo Lincolnienſi concedit ut in Lincolnienſi ecclesia, de mandato ipsius papae plurimum, sicut dicebatur, provisione gravata, non teneatur alicui providere per litteras apostolicas quae de praesenti concessione plenam non fecerint mentionem. — (REG. 19, f. 69 v°; ann. XII, c. 374.)

« .. episcopo Lincolnienſi. Exigentibus devotionis tue —. Dat. Laterani, VII kalendas februarii, pontificatus nostri anno duodecimo. »

4716

Latran, 31 janvier 1239.

Eidem mandat quatenus nonnullos, qui in quibusdam monasteriis civitatis et diocesis Lincolnienſis per simoniam recepti fuerant, ad alia monasteria ordinis ipsorum vel artioris transferat, injuncta eis poenitentia competenti; « quod si » forte aliorum monasteriorum eis difficilis reddatur ingressus », eosdem « in suis monasteria dispensative de novo » recipi » faciat, eis « in choro et refectorio locis ultimis » assignatis; proviso ut bona suis monasteriis pro ingressu symoniaci contulerunt, convertantur in usus pauperum, vel pro sustentandis eisdem [symoniacis], si ad alia monasteria transeant, deputentur ». — (REG. 19, f. 69 v°; ann. XII, c. 375.)

« Eadem. Tuis nobis litteris —. Dat. Laterani, II kalendas februarii, anno duodecimo. »

4717

Latran, 29 janvier 1239.

Segobiensi et Colarensi (= de Cuellar) archidiaconis, et abbati de Saltibus Albis (= Sotos Albos), Segobiensis diocesis, scribit de causa inter Toletanum archiepiscopum, ex una parte, et magistrum fratresque Calatravenses, qui se Cisterciensis ordinis asseverabant, ex altera, super quibusdam ecclesiis, decimis, libertatibus clericorum et aliis articulis jamdudum exorta, quae causa, coram diversis iudicibus auctoritate apostolica per decem annos et amplius agitata, nondum potuerat usque ad litem contestationem perducere; eis mandat quatenus eandem causam, si de partium voluntate processerit, terminent, alioquin eam ad Sedem Apostolicam

remittant; ad iunctis aliis mandatis ad idem negotium pertinentem. — (Reg. 19, f. 69 v^o; ann. XII, c. 376; — cf. *supra*, n^o 3371.)

« .. *Segobiensi et .. Colarensi archidiaconis, et .. abbati de Saltibus Albis, Segobiensis diocesis*¹. Significante venerabili fratre nostro .. Toletano archiepiscopo, nos noverritis accepisse quod, cum nos olim, intellecto per eum quod causa que inter ipsum, ex parte una, et .. magistrum ac fratres Calatravenses, qui se Cisterciensis ordinis asseverant, ex altera, super quibusdam ecclesiis, decimis, libertatibus clericorum et aliis articulis vertitur, coram diversis iudicibus auctoritate apostolica per decem annos et amplius agitata, non solum finem debitum non obtinuerat, sed nec etiam ad contestationem litis potuerat aliquatenus pervenisse, dilectis filiis .. abbati et .. priori Vallis Ecclesiarum, Cisterciensis ordinis, dedissemus nostris litteris in mandatis ut dictos magistrum et fratres peremptorie auctoritate nostra citarent, quod per se vel responsalem idoneum, sufficienter instructum, cum privilegiis et munimentis aliis, in certo termino, nostro se conspectui presentarent, exhibitur eidem archiepiscopo iustitie complementum : ipso archiepiscopo in dicto termino coram nobis personaliter comparente ac petente quod contra magistrum et fratres predictos tanquam contra contumaces, cum nec venissent nec curassent sufficientem mittere responsalem, per quadraginta dies et amplius expectati, procedere deberemus, tandem, obtentu carissimi in Christo filii nostri .. Castellæ et Legionis regis illustris, nobis pro eis per suas litteras supplicantis, providimus ut, questione expensarum nostro beneplacito reservata, prefati magister et fratres a nobis denno citarentur. Demum vero procuratoribus partium in nostra presentia constitutis dilectum filium nostrum S[inibaldum], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiterum cardinalem, dedimus auditorem; in cuius presentia constitutis eisdem, post multa diffugia et exceptiones varias, quas premissorum magistri et fratrum proposuit procurator, idem illicentiatus recessit, eo pretexto videlicet, quod magister predictus, causa coram auditore jamdicto pendente, dicebatur de hoc seculo migravisse, licet magistri nomen in citatione non fuisset expressum, et in magistrum substitutus fuisset qui Calatraven[sium] fuerat commendator, et post magistrum maior inter fratres haberetur pre-

dictos, eo tempore quo citatio ad magistrum et conventum, in quo idem erat, dicitur pervenisse. Quare a nobis petitii supradicti archiepiscopi procurator ut, ne lis prefata fieret nostris temporibus immortalis, aliquibus bonis viris, qui causam audirent eandem et finaliter terminarent, [eam] committere curarem. Nolentes igitur ut causa predicta remaneat diutius indecisa, mandamus quatenus in ea super articulis contentis in libello coram nominato cardinali porrecto, quem idem mittit vobis suis litteris interclusum, infra duos menses litem faciatis coram vobis, appellatione remota. legitime contestari; ad quod, si necesse fuerit, partes compelli volumus et mandamus; ac procedentes in ipsa, eam, si de partium voluntate processerit, si[ne] de[bito] [erminetis]; alioquin eam sufficienter instructam ad Sedem Apostolicam remittatis, prefigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo nostro se conspectui representent, justam, dante Domino, sententiam recepture. Quod si forte ab alterutra partium dictum negotium ad nos per appellationem deferri contingerit, terminum peremptorium assignetis ei[s]dem, quo, cum privilegiis et aliis munimentis ad causam pertinentibus antedictam, compareant coram nobis, recepture iustitie complementum. Proviso ut, ea que ab alterutra partium temeritate propria in alterius prejudicium post factam citationem inveneritis innovata, in statum pristinum reducentes, non permittatis, lite pendente, aliquid innovari. Testes etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, IIII kalendas februarii, anno duodecimo. »

-1718

Latran, 12 février 1239.

Episcopo Anagnino mandat quatenus regem Navarree, comitem Campanie, moneat et inducat ut infra duos menses Petro et Angelo Johannis Elperini, civibus Romanis, super incarceratione B., eorum fratris, nec non super quibusdam pecuniis satisfiat, quod ab eodem rege nondum obtineri potuerat, vel componat amicebiliter cum eisdem; alioquin in civitatem Trecentem et in Pruvinum interdicti sententiam promutget, et eidem regi injungat ut infra competentem terminum ad apostolicam presentiam procuratorem idoneum destinet. — (Reg. 19, f. 70 r^o; ann. XII, c. 377; — MOREAU 1192, f. 269; — cf. *supra*, n. 1639-1644, et 3222-3223.)

« .. *episcopo Anagnino*. Dilecti filii Petrus et Angelus Johannis Elperini, cives Romani, sua nobis petitione mon[strarunt] quod, cum olim carissimus in Christo filius noster .. illustris rex Navarre, comes Campanie, B., fratrem eorum, capi faceret et carcerali custodie

1. Les premiers mots de l'adresse : *Segobiensi et .. Colarensi archidiaconis*, sont écrits en surcharge. — Dans la table des rubriques, on lit : *Secobiensi archidiacono et confudicibus suis*.

mancipari, comminando sibi nichilominus turpem mortem, propter quod magnam sibi persolvit pecunie quantitatem : nos, ad querelam eorum. bone memorie .. Belyacensi episcopo nostris dedimus litteris in mandatis ¹ ut, si de premissis constaret eidem, regem ipsum ad satisfaciendum tam de pecunia quam injuria premissis, nec non dampnis et expensis que dicti cives hac occasione subierant, per excommunicationis in personam et in terram ejus interdicti sententias compellere procuraret, scribentes carissimo in Christo filio nostro .. illustri regi Francie et quibusdam baronibus regni sui ², ut prefatum regem ad hoc inducerent et, si necesse foret, tradita sibi compellerent potestate, in juncto nichilominus quibusdam prelati Francie ut ad id illum moneant et inducant diligenter. Cumque predictus rex nollet eorum monitionibus obedire, .. officialis Belyacensis, subdelegatus ab episcopo memorato, cognitis cause meritis, ad restitutionem mille librarum Proveniensium fortium condempnavit eundem, et in ipsum, si non satisfaceret infra certum tempus, excommunicationis et in terram ejus interdicti sententias promulgavit. Cujus processum cum obtinuerit per quosdam conservatores et delegatos a nobis iudices revocari, magistro Petro de Columpna, canonico Parisiensi, nostris dedimus litteris in mandatis ut ad satisfactionem predictam regem ipsum moneat attentius et inducere procuraret; et, si infra duos menses post monitionem suam civibus non satisfaceret memoratis, vel non componeret cum eisdem, prefigeret ei terminum peremptorium, quo per procuratorem idoneum in nostra presentia compareret. Qui, monitus et citatus, id efficere penitus non curavit, nec ad terminum sibi ab eodem prefixum, nec post etiam, diutius expectatus, per se vel per procuratorem comparuit coram nobis. Nolentes igitur prefatis civibus, qui nobis et Ecclesie Romane devoti et fideles existunt, in suo jure deesse, qui sumus omnibus in justitia debitores, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus sepedictum regem Navarre adhuc attentius moneas et inducas, ut infra duos menses ipsis satisfaciatis civibus, prout superius est expressum, vel componat amicabiliter cum eisdem. Alioquin, cum nolimus deferre homini contra Deum, in civitatem Trecentensem et Provinum, terras ipsius comitis, interdicti sententiam studeas promulgare, nichilominus injungens eidem ut infra competentem terminum, a te peremptorie prefigendum, ad nostram presentiam procuratorem ido-

neum, qui jamdictis civibus super dampnis, injuriis et moderatis expensis respondeat, destinare procuret; non obstantibus indulgentia, si quam se habere proponit, ne aliquis in terram suam interdicti sententiam, sine speciali mandato nostro et rationabili causa, ferre presumat, et privilegio cruceignatis indulto, ne coram delegatis a Sede Apostolica respondere cogantur, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam pars altera extra suam diocesim non trahatur. Dat. Laterani, II idus februarii, anno duodecimo. »

4219

Latran, 16 février 1239.

Moraviensi, Roffensi et Cathanensi episcopis mandat quatenus, si postulationem a decano et capitulo Lismorensis ecclesie de Willelmo, cancellario ecclesie Moraviensis, in episcopum Lismorensis factam, invenerint de persona idonea canonice celebratam, eam admittant; alioquin, ea non admissa, eidem ecclesie Lismorensis faciant de persona idonea per electionem canonicam provideri. — (REG. 19, f. 70 v°; ann. XII, c. 378; — cf. *supra*, n° 3213.)

« .. Moraviensi, .. Roffensi et .. Cathanensi episcopis. Dilectus filius Willelmo, cancellarius ecclesie Moraviensis, in nostra proposuit presentia constitutus quod, cum tu, frater episcopo Moraviensis, prout a nobis receperas in mandatis, .. decano et capitulo Lismorensis ecclesie, pertinentis ad nos nullo medio, mandavisses ut sibi de persona idonea in pastorem per electionem canonicam providerent : ipsi, convenientes in unum, Spiritus Sancti gratia invocata, eum in suum episcopum concorditer postularunt. Quare petebat a nobis ut, cum pre nimia paupertate Lismorensis ecclesie, cujus proventus, ut dicitur, annuum viginti quinque marcarum argenti valentiam non excedunt, pro hujusmodi negotio speciales nuntii ad presentiam nostram mitti nequiverint, admitteremus postulationem hujusmodi, ac eidem Willelmo munus consecrationis mandaremus impendi. Nos igitur, de fraternitate vestra plenam in Domino fiduciam optinentes, mandamus quatenus, inquisita de modo postulationis, postulantiis studiis et postulati meritis diligentius veritate, si postulationem ipsam inveneritis de persona idonea canonice celebratam, illam auctoritate apostolica admittatis, facientes eidem obedientiam et reverentiam debitam exhiberi ac

1. N° 1640.

2. N° 1641-1644.

1. Peut-être pour *Rossen*. (= Ross); c'est cette interprétation que donne BLISS, *Catalog of entries in the papal Registers...*, *Papal Letters*, t. I (1893), p. 178.

munus consecrationis impendi. recepturi ab eo postmodum, pro nobis et Ecclesia Romana, fidelitatis solite iuramentum, juxta formam quam vobis sub bulla nostra mittimus interclusam. Alioquin, ea non admissa, faciatis ecclesie Lismorensi de persona idonea per electionem canonicam provideri. Contradictores [etc., usque :] comp[ellendo]. Formam autem juramenti quod ipse prestabit, de verbo ad verbum per ejus patentes litteras, suo sigillo signatas, nobis per proprium nuntium quamtocius destinetis; eidem nihilominus concedentes ut prebendam suam Moraviensis ecclesie, quam sibi pro sustentatione sua, quoad vixerit, tu, frater episcopo Moraviensis, prout ex litteris tuis accepimus, concessisti, auctoritate nostra possit libere retinere. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, XIII kalendas martii, anno duodecimo. »

1220

Lateran, 29 janvier 1239.

Magistro et fratribus militiae Sancti Jacobi, — coram ipso papa proponentibus quod nonnulli ex ipsorum fratribus, « pro redemptione captivorum aut alio modo dando Sarra- » cenis animalia et res alias seu vendendo, et alii, pro vio- » lenta injectione manuum in se ipsos vel eorum clericos », excommunicationis sententiam incurrerant, nec non quod quidam etiam ipsorum fratrum ordinem intraverant excom- » municationis vinculo innodati, et quod vendendum erat ne iidem excommunicati, ad apostolicam praesentiam veniendo, vagarentur, — concedit ut ab archiepiscopis et episcopis in quorum dioecibus domus ipsorum militiae consistant, dicti excommunicati, et illi ex ipsorum fratribus qui in se ipsos vel eorum clericos manus violentas injecerint, absolutionem valeant obtinere, « ita tamen ut manuum injectores passis » injurias satisfaciant competenter, et illi quorum fuerit » gravis et enormis excessus, veniant ad Sedem Apostolicam » absolventi ». — (REG. 19, f. 70 v°; ann. XII, c. 379.)

« .. magistro et fratribus militiae Sancti Jacobi. Ex parte vestra —. Dat. Laterani, III kalendas februarii, anno duodecimo. »

1221

Lateran, 2 janvier 1239.

Fratribus domus militiae Templi in Hispania commoran- » tibus concedit ut personas idoneas, sive sint ipsorum ordinis » fratres, sive clerici saeculares, episcopis dioecesis ad eccle- » sias ad ipsam domum spectantes eis liceat praesentare, dum- » modo dictae ecclesiae nullum defectum in divinis officiis » patiantur et ipsi fratres de juribus episcopalibus faciant lo-

1. Ms. : sua.

GRÉGOIRE IX, l. II.

corum episcopis p[ar]ticulari responderi. — (REG. 19, f. 70 v°; ann. XII, c. 380.)

« Fratribus domus militiae Templi in Hispania commorantibus. Justis potentium etc., usque : complere. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis quod, cum vos ad ecclesias ad vos spectantes, cum eas vacare contingit, interdum fratres vestri ordinis, plerumque vero idoneos clericos saeculares, qui, vobiscum in vestris domibus commorantes, in mensa vestra comedant et dormiant in vestro dormitorio, dioecesis episcopis, prout ad vos pertinet, presentetis : quidam ipsorum eos admittere pro sue voluntatis arbitrio contradicunt, nisi tantum eis de ipsarum praesentibus assignetur, quod sibi et suis extra domos vestras morantibus plene sufficiat, hospitalitatem observent, et de juribus episcopalibus dioecesis episcopis integre studeant respondere, quamquam vos hospitalitatem servetis, ac illis de ipsis juribus sitis respondere parati. Quare fuit pro vobis nobis humiliter supplicatum ut, cum propter hoc eadem ecclesie debitis obsequiis defraudentur et vobis magnum imminet detrimentum, providere super hiis misericorditer dignemur —. Dat. Laterani, III nonas januarii, anno duodecimo. »

1222

Lateran, 2 janvier 1239.

Eisdem, qui pro subventionem Terrae Sanctae, cujus necessitatem maximam ipse papa eis scribit se cotidie ante mentis oculos habere, nec personis nec rebus suis parcebant, magnis laudibus commendat et extollit; eis indulget ut archiepiscopi, episcopi et alii ecclesiarum praelati in ecclesiis quas ipsi fratres habeant et teneant, eo tantummodo jure, salva procuracione, si qua eisdem debeatur, sint contenti, quod iidem archiepiscopi, episcopi et praelati eorumque praedecessores ab ipsis fratribus et ipsorum praedecessoribus noscebantur haecenus habuisse; quod si amplius ex dictis ecclesiis iidem archiepiscopi, episcopi et praelati petere vel extorquere contenderint, ipsis fratribus, paratis coram ipso papa super hoc illis justitiam exhibere, liceat illis sic petita denegare. — (REG. 19, f. 71 r°; ann. XII, c. 381.)

« Eisdem. Ante oculos mentis —. Dat. ut supra. »

1223

Lateran, 17 février 1239.

Episcopo et decano Palentinis mandat quatenus magistro et fratribus militiae Sancti Jacobi, qui, quaedam hospitalia sui ordinis redemptioni captivorum specialiter deputantes, eosdem captivos non poterant a Sarraenis, nisi boves vel

alia animalia pro eis rependo, redimere, concedant licentiam animalium brutorum recompensatione captivos a Sarracenis redimendi, proviso quod equi et muli, cum quibus Sarraceni Christianos inpinguare valerent, a occasione tali nullatenus tribuantur, et ne in frandem per commutationem nem hujusmodi aliquid attemptetur. — (REG. 19, f. 71 r°; ann. XII, c. 382.)

« .. *episcopo et .. decano Palentinis.* Cum celi volueris —. Dat. Laterani, XIII kalendas martii, anno duodecimo. »

4724

Latran, 18 février 1239.

Abbatibus de Frigido Monte, Cisterciensis ordinis, Belvacensis dioecesis, et de Gardo, ejusdem ordinis, Ambianensis dioecesis, committit praepositum monasterii Sancti Valerici supra Mare, [in ejusdem monasterii abbatem] electum, examinandum, eisque mandat quatenus, si idem electus idoneus repertus fuerit, ejus electionem confirmet; alioquin, ea cassata, faciant eidem monasterio de persona idonea per electionem canonicam provideri. — (REG. 19, f. 71 r°; ann. XII, c. 383.)

« .. *de Frigido Monte et .. de Gardo abbatibus, Cisterciensis ordinis, Belvacensis et Ambianensis dioecesium.* Dilectis filiis Petro de Hokinacourt et Petro de Sancto Richario, monachis monasterii Sancti Valerici supra Mare, ad nos nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Ambianensis dioecesis, in nostra presentia constitutis, electionem de .. preposito ipsius monasterii celebratam, quam dilecto filio nostro R[iccardo], Sancti Angeli diacono cardinali, examinandam commisimus, petentibus confirmari: Bernardus, ejusdem monasterii monachus, se ipsis opponens, literaturam insufficientem et dilapidationis vitium, nec non quod idem prepositus, de incontinentia infamatus, confirmationem preveniens, se administrationi prefati monasterii ingressisset, in ipsius personam objecit, dicens quod propter hoc predictorum monachorum admitti petitio non deberet: proponente parte altera quod idem monachus super hiis, tanquam diversis irretitus criminibus, non erat aliquatenus audiendus. Verum, cum dictus cardinalis, recepto a partibus juramento de veritate dicenda, processum in hujusmodi electione habitum diligenter examinans, ipsum fideliter retul[er]it coram nobis, in quo formam canonicam invenimus observatam: nos, providere volentes ne idem monasterium, occasione vacationis diutine, incurrat aliquod detrimentum, mandamus quatenus, examinantes dictum

prepositum diligenter, si repereritis¹ personam idoneam, cui nichil obviet de canonicis institutis, electionem ipsam auctoritate apostolica confirmantes, faciatis eidem electo reverentiam et obedientiam debitam exhiberi et munus benedictionis impendi, recepturi ab eo postmodum, pro nobis et Ecclesia Romana, fidelitatis solite juramentum, juxta formam quam vobis sub bulla nostra mittimus interclusum; formam autem juramenti quod ipse prestabit, de verbo ad verbum per ejus patentes litteras, suo sigillo signatas, [nobis]² per proprium nuntium quamocius destinatis. Alioquin, electione ipsa rite cassata, faciatis ipsi monasterio de persona idonea per electionem canonicam provideri —. Dat. Laterani, XII kalendas martii, anno duodecimo. »

4725

Latran, 25 février 1239.

Archiepiscopo Cantuariensi mandat quatenus, Nicolao de Navilla, rectore ecclesiae de Waleton, Wintoniensis dioecesis, — qui a hospitalitatis officium et studia caritatis amplectebatur, et de ejus nobilitate, moribus et scientia laudabile testimonium perhibebatur, — beneficia curam animarum habentia, quae sine dispensatione apostolica obtinebat, in ipsius archiepiscopi manibus resignante, ac de perceptis ex eis fructibus congruum, juxta ipsius archiepiscopi taxationem, praestante Terrae Sanctae subsidium, injuncta quoque ei, pro dictorum beneficiorum illicita detentione, paenitentia competenti, super eisdem circa eum dispensando statuat prout, consideratis circumstantiis universis, ejus saluti videbit expedire. — (REG. 19, f. 71 v°; ann. XII, c. 381.)

« .. *archiepiscopo Cantuariensi.* Dignum est ut —. Dat. Laterani, V kalendas martii, anno duodecimo. »

4726

Latran, 12 février 1239.

Priori et conventui ecclesiae Sancti Andreae de Scotia, — quorum postulationem de episcopo Dunkeldensi [in episcopum Sancti Andreae] ipsi papae praesentatam, non vitio personae, sed quia « hoc nec urgens necessitas nec evidens utilitas exposebat », non admiserat, — potestatem iterum eligendi restituit, eisque mandat quatenus sibi de persona idonea per electionem canonicam [in episcopum] provideant. — (REG. 19, f. 71 v°; ann. XII, c. 385; — POTTHAST 10700.)

« .. *priori et conventui ecclesiae Sancti Andreae de Scotia.* Cum presentatam nobis —. Dat. Laterani, II idus februarii, anno duodecimo. »

1. Sic.

2. Cf. *supra*, n° 4719.

-1227

Lâtrân, 23 février 1239.

Priori et conventui Wintoniensibus significat se, — cum postulationem nuper ab eis factam de episcopo Ciestrensi in Wintoniensem episcopum rejecerit, eis mandando ut, cum Roffensis et Carleolensis episcoporum consilio, talem sibi eligerent, qui tanto honori et oneri congrueret, — noluisse eis tunc vel in posterum quo minus libere valeant eligere, aliquid praejudicium generari. — (Reg. 19, f. 71 v°; ann. XII, c. 386.)

« .. *priori et conventui Wintoniensibus*. Cum postulationem nuper —. Dat. Laterani, VII kalendas martii, anno duodecimo. »

-1228

Lâtrân, 17 février 1239.

Regi Angliæ, de eadem re scribens, significat se postulationem a priore et conventu Wintoniensibus ipsi papæ præsentatam de episcopo Ciestrensi in Wintoniensem episcopum rejecisse, eumque rogat et hortatur quatenus eosdem Wintonienses eorumque ecclesiam habeat commendatos eoque non permittat, illa occasione, molestari. — (Reg. 19, f. 71 v°; ann. XII, c. 387.)

« .. *illustri regi Angliæ*. Ecclesia Wintoniensis pastoris solacio destituta. . . prior et conventus ejusdem ecclesie, die ad eligendum prefixa, et presentibus omnibus qui debuerunt, voluerunt et poterunt comode interesse, venerabilem fratrem nostrum . . . Ciestrensem episcopum in patrem et pastorem eorum, sicut accepimus, postularunt. Cumque, postulationem hujusmodi nobis per nuntios suos et litteras presentantes, a nobis de benignitate Sedis Apostolice suppliciter peterent eam admitti : nos, attendentes quod nichil aliud amplius quam urgens necessitas vel evidens utilitas dispensantem ad dispensationem inducat, quarum neutra translationem fieri suggerebat, postulationem eandem non duximus admittendam ; potestate dictis priori et conventui providendi, cum hiis qui vocem in electione habere noscuntur, eidem ecclesie de persona idonea, dumtaxat per electionem canonicam, nichilominus reservata. Licet igitur prefati prior et conventus jus suum, prout pertinebat ad eos, fuerint prosecuti, quod negligere salva conscientia non valebant, quia tamen in nullo sublimitati regie, sicut intelleximus, visi sunt derogare, sed ei potius, quantum ipsos decuit, humiliter detulerunt, regalem excellentiam rogamus, moneamus et hortamur attente quatenus, pro divina reverentia et Apostolice Sedis ac nostra eosdem et eorum ecclesiam habens propensius commendatos, ipsos mo-

lestari ab aliquo non permittas, molestatores ipsorum tue ditioni subjectos, potestate tibi a Domino tradita compescendo. Dat. Laterani, XIII kalendas martii, anno duodecimo. »

-1229

Lâtrân, 22 janvier 1239.

Archiepiscopo Cantuariensi et episcopo Lincolnensi mandat quatenus priori et conventui Wintoniensibus expensas quas « occasione postulationis facte in ecclesia eorundem » facere debuerint, faciant de bonis episcopatus (Wintoniensis), postquam eidem ecclesie fuerit de pastore provisum, restitui. — (Reg. 19, f. 72 r°; ann. XII, c. 388.)

« .. *archiepiscopo Cantuariensi et . . . episcopo Lincolnensi*. Cum, sicut dilecti —. Dat. Laterani, XI kalendas februarii, anno duodecimo. »

-1230

Lâtrân, 1^{er} mars 1239.

Roffensi et Karleolensi episcopis de eadem postulatione a priore et conventu Wintoniensibus de episcopo Ciestrensi in Wintoniensem episcopum facta, nec admissa, et de electione personæ idoneæ in episcopum Wintoniensem celebranda, scribit, eosque monet quatenus salubre eisdem Wintoniensibus consilium super hoc impendant. — (Reg. 19, f. 72 r°; ann. XII, c. 389.)

« .. *Roffensi et . . . Karleolensi episcopis*. Ecclesia Wintoniensis etc., sicut¹ in CCCLXXXVII² littera, usque : reservata. De vestra igitur circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitatem vestram monemus et hortamur attente, per apostolica scripta vobis mandantes quatenus, habentes pre oculis solum Deum, tam salubre super hoc eis consilium impendatis, quod per diligentem vestre studium eidem ecclesie de persona idonea valeat provideri. Dat. Laterani, kalendas martii, anno duodecimo. »

-1231

Lâtrân, 17 février 1239.

Abbatissæ et conventui monialium inclusarum monasterii

1. Ms. : usque.

2. Ms. : CCCLXXXVIII, au lieu de CCCLXXXVII. — Il est à noter qu'à partir de la pièce CCCLI, qui avait d'abord été cotée par erreur CCCLII, le numéro de chacun des *capitula* de cette XII^e année a été, par suite d'un grattage, réduit plus tard d'une unité ; et par là, la numérotation se trouva rectifiée ; c'est avant cette rectification que la pièce 389 a été inscrite dans le *Registre*.

Sancti Pauli de Spoletio, ordinis sancti Damiani, significat se inhíbere ne ipsae possessiones suas « vendere, donare, locare, permutare, in emphiteusim concedere, titulo pignoris oblicare vel distrahere, seu modo quolibet alienare, absque licentia Sedis Apostolice » praesumant. — (REG. 19, f. 72 r°; ann. XII, c. 390; — POTTHAST 10702.)

« .. abbatisse et conventui monialium inclusarum monasterii Sancti Pauli de Spoletio, ordinis sancti Damiani, Statum monasterii vestri —. Dat. Laterani, XIII kalendas martii, anno duodecimo. »

1732

Lateran, 1^{er} mars 1239.

Etoni (= Haytoni), regi, et Ysabellae, reginae Armeniae, indulget ut ad locum non tutum per litteras apostolicas super ipsorum matrimonio vel super aliis ipsorum negotiis trahi non possint. — (REG. 19, f. 72 r°; ann. XII, c. 391; — MOREAU 1192, f. 275.)

« E[toni], regi, et karissime in Christo filie F[sabelle], regine Armeniae, uxori ejus, illustribus. Sacrosancta Romana Ecclesia —. Nos igitur —, vestris supplicationibus inclinati, auctoritate v[obis] praesentium indulgemus ut, si quando, super matrimonio vel aliis negotiis vestris, per litteras apostolicas vos contigerit conveniri, ad locum non tutum vobis meritoque suspectum per ipsas trahi non possitis invitari —. Dat. Laterani, kalendis martii, anno duodecimo. »

1733

Lateran, 1^{er} mars 1239.

« In eundem modum *eisdem*, usque : inclinati, rationabiles consuetudines vestras in regno Armeniae a tempore felicitis recordationis Silvestri pape [I], predecessoris nostri, et sancti Gregorii, catholicos ejusdem regni, qui contemporanei extitisse dicuntur, obtentas et hactenus inviolabiliter observatas, que sanctorum Patrum regulis minime contradicunt et canonicis non obviant institutis, vobis et per vos eidem regno auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti p[ar]ticipio] communimus —. Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 72 r°; — MOREAU 1192, f. 275 v°; — POTTHAST 10710.)

1734

Lateran, 1^{er} mars 1239.

Eisdem significat se inhíbere « ne quis in regno Armeniae, sine mandato Apostolice Sedis, vel catholicis aut aliorum prelatorum ejusdem regni licentia speciali, quam singulorum eorumdem in locis sibi subjectis concedendi » obtinebant

« facultatem, assumat officium predicandi ». — (REG. 19, f. 72 r°; ann. XII, c. 392.)

« *Eisdem*. Cum nemo, nisi —. Dat. ut supra. »

1735

Lateran, 1^{er} mars 1239.

Eisdem significat se, cum « regnum Armeniae terre Sarraceni » diceretur « esse contiguum, et ipsi [Sarraceni] frequenter eidem regno, ad impugnandum ibidem fidem catholicam, guerram movere » praesumerent, « omnibus, tam habitatoribus ejusdem regni quam aliis, fidem in eo defendentibus orthodoxam, si, vere corde contriti et ore confessi, sic dimicando decesserint, suorum » concedere « veniam peccatorum ». — (REG. 19, f. 72 v°; ann. XII, c. 393.)

« *Eisdem*. Pro defensione christiane —. Dat. ut supra. »

1736

Lateran, 4 mars 1239.

Archiepiscopo Turonensi, — memoratis litteris quibus ipse papa [Johanni], archidiacono Silviniaensi, [Claronontensis dioecesis,] et ejus conjudicibus causam inter Archembaldum, dominum Borbonii, ex una parte, et Bituricensem archiepiscopum, ex altera, exortam super juramento a praedicto domino eidem archiepiscopo de rebellibus suis impugnandis, ut dicebatur, praestando, commiserat audendam et terminandam, alioquin ad examen apostolicum remittendam, — mandat quatenus praedictum Bituricensem archiepiscopum moneat et inducat ut, sub quibusdam conditionibus, sententias excommunicationis in praedictum dominum et interdicti in ejus terram promulgatas relaxet; alioquin, illas ipse, Turonensis videlicet archiepiscopus, relaxans causam ad praedictos judices remittat. — (REG. 19, f. 72 v°; ann. XII, c. 394; — MOREAU 1192, f. 276; — cf. supra, n° 4517.)

« .. archiepiscopo Turonensi. Exhibita nobis nobilis viri Archembaudi, domini Borbonii, petitio continebat quod, cum [etc.,] ut supra, in litteris sub numero 4517 notatis, paucis mutatis, usque:] appellatione contempta, in ipsum excommunicationis et in terram suam interdicti sententias promulgavit. Propter quod, ad petitionem prefati nobilis, .. archidiacono Silviniaensi et suis conjudicibus nostris dedimus litteras in mandatis ut, vocatis [etc.,] ut supra, in eisdem litteris, mutatis mutandis, usque:] sententiam recepture. Verum, quia [ex] protractione negotii de premissis sententiis posset animarum imminere periculum, petitit nobilis me-

moratus super hoc celeris provisionis remedio subveniri, se cautionibus offerens¹, quas observantia juris exposcit. Sane intelleximus quod aliquando fuit super predictis inter partes de compositione tractatum, prout cedula continet, quam sub bulla nostra mittimus interclusam. Quia vero nonnumquam intercidit utiliter compositionis providentia lites, quas judiciorum strepitus dispendiose continuat, mandamus quatenus predictum archiepiscopum ut, postquam prefatus nobilis juraverit² secundum formam in prescripta cedula comprehensam, memoratas excommunicationis et interdicti sententias infra decem dies sine qualibet difficultate relaxet, diligenter moneas et inducas. Quod si forte pars Bituricensis premissis noluerit esse contenta, tu, prefatas sententias, si eas pro manifesta offensa tibi constiterit esse latas, eodem nobili prestante primitus sufficientem emendam, alioquin ab ipso pro dubiis cautione sufficienti recepta, juxta formam Ecclesie, periculo more sublato, relaxans, causam remittas ad iudices memoratos, ut procedant in illa juxta priorum continentiam litterarum. Dat. Laterani, IIII nonas martii, anno duodecimo. »

1737

Forma juramenti qua [Archembaudus], dominus Borbonii, promittit se archiepiscopum et ecclesiam Bituricenses contra haereticos et rebelles esse adiuturum. — (REG. 19, f. 72 v^o; ann. XII, c. 395.)

« *Forma juramenti ejusdem nobilis.* Ego dominus Borbonii promitto quod venerabilem patrem archiepiscopum et ecclesiam Bituricen[ses], quando fuero requisitus, cum communia Bituricensis diocesis, juro, secundum naturam et qualitatem negotii, contra hereticos et suspectos in fide, et rebelles ejusdem archiepiscopi et ecclesie supradicte. Promitto etiam quod hoc juramento firmabo, quodcumque apparuerit me vel aliquem de predecessoribus meis, dominis Borbonii, prestivisse hujusmodi juramentum, vel alias constiterit me teneri premissa jurare vel aliquod premissorum. »

1738

Latran, 4 mars 1239.

Episcopo Wigorniensis late scribit de causa mota inter ma-

gistrum Simonem, ipsius papae subdiaconum et capellanum, ex una parte, et R. de Blonvilla, archidiaconum Norfolchie, ex altera, super archidiaconatu Norfolchie, eique significat se praedictum archidiaconum, quem ab impetitione praedicti Simonis ipse papa duxerat absolvendum, eodem tamen archidiaconatu, quem, contra Lateranensis concilii statuta, cum ecclesia de Torneham (= Thornham), Norwicensis diocesis, insimul retinere contendebat, privavisse. — (REG. 19, f. 73 r^o; ann. XII, c. 396.)

« .. *episcopo Wigorniensis.* Olim dilectus filius magister Symon, subdiaconus et capellanus noster, ad presentiam dilecti filii nostri O[ttonis], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, Apostolice Sedis legati, accedens, proposuit coram eo quod, cum vacante Norwicensis ecclesie, karissimus in Christo filius noster .. Anglie rex illustris presentationem in beneficiis et personatibus ejusdem ecclesie ac Norwicensis diocesis vacantibus obtinere noscatur: idem rex, intellecto quod R. de Blonvilla, archidiaconus Norfolchie, dicte diocesis, post archidiaconatum obtentum, Roberto clerico, rectore ecclesie de Torneham, ejusdem diocesis, defuncto, ipsam, curam animarum habentem, fuisset adeptus, ac ideo dictus archidiaconatus ipso jure vacabat, eundem capellanum ad prefatum archidiaconatum venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Cantuariensi, ad quem, eadem vacante ecclesia, in ipsis beneficiis et personatibus instantio pertinet, duxit canonicè presentandum: propter quod idem capellanus ab eodem legato se in predicto archidiaconatu institui, et dictum R. ab eo, quem contra Lateranensis statuta concilii detinebat, petiit amoveri. Dictus vero archidiaconus coram eodem legato litem contestando respondit quod, post adeptum archidiaconatum predictum, nulla beneficia animarum habentia curam receperat, et, si forsitan recepisset, eundem tamen archidiaconatum cum ipsis beneficiis illa poterat ratione licite retinere, quod bone memorie .. Norwicensis episcopus, cui nostris dedimus litteris in mandatis ut, cum proventus archidiaconatus ipsius adeo essent tenues et exiles, quod ipse archidiaconus nec ex eis nec aliunde poterat per dimidium annum congrue sustentari, ei, quem in diaconum ordinarat, suppleret quod deerat, de beneficio competenti, hujusmodi auctoritate mandati decrevit ut, preter archidiaconatum et alia obta beneficia, in supplementum defectus hujusmodi annum redditum centum librarum sterlinguorum in ecclesiasticis beneficiis, etiam si regimen animarum haberent, posset recipere et recepta licite retinere. Subjunctum etiam quod, dicto clerico, qui ipsius ecclesie rector fuerat, ejusdem cedente regimini, et eam sibi, nondum

1. Le texte de ce passage a été évidemment défiguré dans le *Registre*.

2. Ms. : caverit.

promoto in archidiaconum, predicto Norwicensi episcopo conferente, ipse¹, eundem R[obertum] vicarium suum, non tamen perpetuum, retenta sibi, nomine census, unius marce argenti annua pensione, motu proprio in ea instituens, postmodum dictum archidiaconatum extitit assecutus. Sed post hec, eodem vicario decedente, sibi proventus quos in dicta ecclesia vicarius ipse per ceperat, suis duxit usibus retinendos. Quare, cum ex hoc in ipsa ecclesia nichil plus juris accrevisset eidem, eadem ecclesia unicam curam animarum habente, illam non predictus vicarius, sed eam ipse, qui persona ejusdem existebat, potius habuisset; quam etiam et si vicarius habuisse dicatur, post mortem tamen ipsius non potuit in eundem archidiaconatum, cui per superiores hujusmodi cura collata non fuerat, rite transferri; et ideo, etsi in hujusmodi vicarie receptione peccasset, ei tamen a parte altera non poterat obici quod ob id aliquam curam fuisset animarum adeptus. Propter quod dictus archidiaconus, archidiaconatum ipsum nec de jure nec de facto vacare inferens ex premissis, asseruit quod petita a parte altera fieri non debebant. Dictus vero capellanus ex adverso replicare curavit quod, cum nullatenus verisimile videatur ut quis habens personatum ipsi cedat et recipiat vicarium, illud quod de dicti rectoris cessione, cui se in personatum successisse asseruit, prefatus archidiaconus dixerat, per quod constat ipsum curam animarum habere, prodesse sibi, nisi hoc legitimis documentis ostenderet, non debebat; quod et si probatum existeret, quia tamen vicariam dicte ecclesie jam promotus in archidiaconum recipere ac retinere presumpsit, et vicaria ipsa curam animarum habere presumitur, nisi contrarium ex adverso probetur, quin immo, et si eandem ecclesiam et vicariam post dictum archidiaconatum minime recepisset, quia tamen ipsum cum dicta ecclesia retinere insimul contendebat, dictus archidiaconus illo erat, exigente justitia, spoliandus. Cumque super hoc coram eodem legato fuisset a partibus fere usque ad diffinitive sententie calculum altercatum, tandem procurator prefati archidiaconi, ut ipsius legati declinaret examen, proposuit coram eo quod, cum, Johanne de Dia, clerico, coram ipso legato super eadem ecclesia contra dictum archidiaconum movente querelam, et eam sibi tanquam de jure vacantem, utpote post cujus receptionem dictus R. predictum dicebatur fuisse archidiaconatum adeptus, ab eodem legato petente conferri, super hoc idem legatus contra eum diffinitivam sententiam promulgasset, ac ob hoc esset ei justa

ratione suspectus, in causa quam dictus capellanus contra eum super archidiaconatu predicto movebat, non debebat ulterius interponere partes suas; propter quod dictus legatus, ipsius recusationi deferens, causam eandem ad nostram duxit audientiam remittendam, prefixo partibus certo termino, quo se nostro consecutui presentarent. Qua de causa ipsis in nostra presentia constitutis venerabilem fratrem nostrum .. Ostiensem episcopum dedimus auditorem; qui, premissis et aliis que coram eo partes proponere voluerunt, diligenter auditis, ea nobis fideliter recitavit. Nos igitur, attendentes quod, cum probatum non fuerit dictum archidiaconum post archidiaconatum adeptum curam animarum aliquam recepisse, etiam si auctoritate sua post ipsum habitum dictam ecclesiam occupasset, et ob hoc archidiaconatus ipse non poterat intelligi de jure vacare, ab impetitione dicti capellani predictum archidiaconum duximus absolvendum. Ceterum, quia nobis constitit tam ex confessione ejusdem quam ex relatione legati predicti, quod ipse, contra generalis statuta concilii, prefatos archidiaconatum et ecclesiam insimul retinere contendit, cum super ea coram dicto legato egerit et ab illo contrariam sententiam reportarit, ipsum eodem archidiaconatu, de consilio fratrum nostrorum, perpetuo justitia privavimus exigente. Quoricumque mandamus quatenus hujusmodi sententiam nostram facias auctoritate apostolica, appellatione remota, firmiter observari. Dat. Laterani, III nonas martii, anno duodecimo. »

4739

Lateran, 8 mars 1239.

Praelato Armeniorum qui « catholicos » nuncupabatur, ecclesiam Sancti Jacobi in Hierusalem et universas alias ecclesias quas in Syriae partibus obtinebat, confirmat. — (Reg. 19, f. 73 v°; ann. XII, c. 397.)

« .. catholicos Armeniorum. Justis petentium etc. — Dat. Laterani, VIII idus martii, anno duodecimo. »

4740

Lateran, 10 mars 1239.

Eidem novum palleum, — cum illud quod olim ejus praedecessoribus fuerat ab Apostolica Sede concessum, jam quasi prae nimia vetustate consumeretur, — nec non mitram, stolam et anulum in signum apostolicae dilectionis mittit. — (Reg. 19, f. 73 v°; ann. XII, c. 398; — MOREAU 1192, f. 286, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10714.)

« Eidem. Ut Sacrosanctam Romanam —. Dat. Laterani, VI idus martii, anno duodecimo. »

1. Il faut entendre : ipse R. de Blonville.

-17-11

Latran, 9 mars 1239.

Regi Navarrae, duci Burgundiae, comitibus Barri, Montis Fortis et Vindocinensi, nec non et aliis crucesignatis per regnum Franciae constitutis notum facit se ipsum cogi imperii Romaniae, cujus in proximo imminere videatur excidium, et in quo Terrae Sanctae omnimode subsidium impediatur, successuri intendere, et de subsidio eidem Terrae deputato, eidem imperio providere; eos monet et hortatur quatenus exinde non turbentur, sed ad generale passagium se parent, quod in instanti festo beati Johannis Baptistae fieri debere ipse papa denunciari mandat. — (REG. 19, f. 73 v°; ann. XII, c. 399; — MOREAU 1192, f. 280, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10709.)

« .. regi Navarrae, et nobilibus viris .. duci Burgundiae, .. Barri et .. Montis Fortis et .. Vindocinensi comitibus, ac aliis crucesignatis per regnum Francie constitutis. Litteris vestris quod debuimus affectu receptis, ex earum tenore collegimus tam crucesignatos quam alios ammiratione duci non modica, ex eo quod negotium crucis prorogationis dispendio postposuisse videmur. Hiis etiam tenor adjecti quod legata et alio modo Terre Sancte concessa, quae hactenus vobis conferri mandavimus, pro parte subtrahere intendamus; propter quod animos vestros nebula turbationis involvit. Verum, cum Terre praedictae negotium tanquam Sedis Apostolice speciale praecipue pectori nostro resideat, firma debet credulitate teneri, nec est aliud presumptione contraria sentiendum, quod illud toto mentis affectu prosequimur, promotioni ejus vigilantiter intendimus, ad hoc nostrum impendimus studium, damus quam possumus operam, aliorum opem nichilominus postulantes. Et quidem, cum non patiamur, quantum in nobis est, aliorum negotia prorogari, verisimile non videtur quod in causa Christi dilationis pericula non vitemus; cum circa causas alias solvamus solite sollicitudinis debitum, recedit a vero quod crucifixi negotium post terga ponamus. Porro, quia in proximo imperii Romaniae imminere videtur excidium, in quo Terre Sanctae omnimode subsidium impeditur, succursui ejus solletter intendere cogimur; et eo magis ad hoc suscepti regiminis nos cura sollicitat, quae magis, Ecclesiae membro tam nobili adversantium ense succiso, corpus debilitaretur ipsius. Si enim ipsum mater Ecclesia sic ammissioni proximum destitueret, negligentiae relinquendo, cujus patrocinium expectaretur? Si ejus non compateretur angustias, quis ipsius adversitatibus condoleret? Si desolato consolationis supprimeret ubera, cujus suffragio juvaretur? Huic itaque instanti periculo celeri remedio volentes occurrere, habito fratrum nostrorum consilio, de subsidio Terre deputato

praedictae imperio eidem cogimur providere, quia, cum unum sine altero nequeat in catholica fide subsistere, juvando alterum, reliquo ipi rationis compellimur subvenire. Unde, quia praefate Terre profectum diligitis, ratio nulla permittit quod imperii negotium non ametis. Non igitur debent haec esse causa commotionis in vobis, quia, dum circa idem imperium curam gerimus defensoris, in crucis negotio procuratoris diligentia non caremus; quin immo, eidem potissime auxilium porrigimus dexteram, cum ad illud manum extendimus adjuvtricem. Quocirca devotionem vestram monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus, in tam sancto proposito persistentes, ad generale passagium vos pareatis, quod in instanti festo beati Johannis Baptistae fieri debere publice denunciari mandamus. Dat. Laterani, VII idus martii, anno duodecimo. »

-17-12

Latran, 1^{er} mars 1239.

Archiepiscopo Eboracensi concedit ut, — cum nonnulli clerici Angliae, quibus, ad ipsum archiepiscopum apostolicas litteras deferentibus, quod ipse archiepiscopus eis in competentem ecclesiastico beneficio provideat, idem archiepiscopus « in perpetua vicaria vel alio beneficio », viginti marcas argenti annuatim valenti, providere volebat, illud recipere aspernarentur, mandatum apostolicum « de prebendis vel » personatibus majorum ecclesiarum vel rectoris ecclesiarum » parrochialium dumtaxat debere intelligi asserentes ». — eisdem clericis, si « nolunt esse hujusmodi provisione contenti, per dictas litteras ad majorem provisionem faciendam » non teneatur, « nisi forte id in apostolicis litteris » sit expressum ». — (REG. 19, f. 74 r°; ann. XII, c. 400.)

« .. archiepiscopo Eboracensi. Ex parte tua —. Dat. Laterani, kalendis martii, anno duodecimo. »

-17-13

Latran, 1^{er} mars 1239.

Abbati Sanctae Genovefae Parisiensi mandat quatenus, — cum « Bonacura, Jacobus et Paulus Subectarii, cives Romani, Brunoni, preposito Lubicensi, apud Apostolicam » Sedem pro scabinorum, juratorum et communis civitatis » Magleburgensis, quorum nuntius et procurator » erat, procurandis negotiis constituto, trecentas quinquaginta marcas sterlinguorum, certis sibi loco et termino persolvendas, multo tradidissent, « tam eodem preposito quam communitate » praedicta in solidum obligatis », — si de pecunia illa eisdem civibus non fuerit statutis ad hoc loco et termino satisfactum, praepositum, scabinos, juratos et commune praefatos ut praedictis civibus de eadem pecunia satisfaciant, per censu-

ram ecclesiasticam compellat. — (REG. 19, f. 74 r^o; ann. XII, c. 401; — RODENBERG 740.)

« .. *abbati Sancte Genovefe Parisiensis*. Cum dilecti filii —. Dat. Laterani, kalendis martii, anno duodecimo. »

-17-11

Latan, 26 février 1239.

Archiepiscopo Eboracensi mandat quatenus causam exortam inter abbatem conventumque monasterii Sancti Michaelis in Periculo Maris, ex una parte, et Robertum Marmion, militem, Eboracensis diocesis, ex altera, super manerio de Wat (= Wath), in eadem dioecesi sito, quod iidem abbas et conventus eidem monasterio fuisse olim a comite Britanniae collatum dicebant, praedictus vero miles ad se ipsum, ratione uxoris suae, spectare, — quae causa sub abbate praedicti monasterii abbatis tunc existentis praedecessore non potuerat, sicut nec debuerat, per duellum terminari, — sufficienter instructam ad apostolicum examen remittant, praefigendo partibus terminum peremptorium competentem, quo per se vel per procuratores idoneos coram ipso papa compareant. — (REG. 19, f. 74 r^o; ann. XII, c. 402; — MOREAU 1192, f. 273.)

« .. *archiepiscopo Eboracensi*. Significantibus dilectis filiis .. abbate et conventu monasterii Sancti Michaelis de Periculo Maris, nobis innotuit quod, cum olim clare memorie .. comes Britanniae manerium de Wat, situm in Eboracensi diocesi, eidem monasterio pietatis intuitu contulisset, illudque, confirmantibus sibi regibus Anglie, a tempore cuius non extat memoria usque nunc pacifice possederint et quiete, ac duos semper habuerint monachos in eodem : Robertus Marmion, miles, Eboracensis diocesis, manerium ipsum ad se, ratione .. uxoris suae, falso spectare proponens, super hoc quondam .. abbatem ejusdem monasterii, praedecessorem abbatis praedicti, coram karissimo in Christo illo nostro .. illustri rege Anglie fecit ad iudicium evocari. Coram quo dictus miles, deficientibus aliis probationibus, quod praefatum manerium pertinebat ad eum, se probaturum obtulit per duellum; quod protinus dictus praedecessor, tanquam simplex et juris ignarus, non requisito sui conventus consensu, quamquam alias defensiones haberet, indiscrete subire promisit. Cumque postmodum, dicto milite congregante ad locum certaminis ab eodem rege partibus deputatum, multitudinem armorum, utriusque pugiles inter se aliquandiu dimicassent, et ipsius militis pugil semel et iterum fuerit dejectus ad terram : quia pars ipsius militis, quotiens dictus pugil succumbebat, totiens violenter sublevabat

eundem, nichilominus mortem dictis abbati et pugili comminando, supradictus praedecessor, ex hujusmodi duello metuens non solum irregularitatem, sed mortem incurrare, ad praedictum certaminis locum accessit, et ibi per talem metum, qui cadere potuit non immerito in constantem, renuntiavit publice juri suo; cuius renuntiationem miles ipse admittere noluit, nisi, sub pretextu pacis et compositionis, quamdam pecunie summam prius reciperet ab eodem. Quare dicti abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt ut, cum talis renuntiatio, presumpta sine consensu conventus, non debeat de jure tenere, pro qua etiam monasterium supradictum noscitur enormiter esse lesum, providere super hoc misericorditer curaremus. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, par[tibus] con[vocatis], inquiras super premissis diligentius veritatem, et causam ipsam sufficienter instructam ad nostram presentiam remittere non postponas, prefi[xo] par[tibus] t[ermino] peremp[torio] com[petenti], quo per se vel per procu[ratores] ido[neos] com[pareant] co[ram] nobis, ju[stam], dan[te] Do[mino], sen[tentiam] re[ceptione]. Dat. Laterani, III kalendas martii, anno duodecimo. »

-17-16

Latan, 19 février 1239.

Abbati Sancti Michaelis Pisani mandat quatenus, — monachis et conversis monasterii Montis Christi, qui abbatem quem eidem monasterio prior Camaldulensis praefecerat, exinde recedere compulerant, ab eodem monasterio amotis et in aliis monasteriis ordinis Camaldulensis collocatis, — eundem abbatem in illud reducat. — (REG. 19, f. 74 v^o; ann. XII, c. 403; — cf. *supra*, n. 3533 et 3976.)

« .. *abbati Sancti Michaelis Pisani*. Accedens ad Sedem Apostolicam dilectus filius .. prior Camaldulensis sua nobis relatione monstravit quod, cum nos olim monasterium Montis Christi heremo Camaldulensi, pro eo quod erat in temporalibus diminutum et in spiritualibus deformatum, duxerimus concedendum, ac sibi corrigendi et reformandi, instituendi et destituendi, tam in capite quam in membris, in eodem monasterio indulta perpetua potestate, nostris ei dederimus litteris in mandatis ut, personaliter ad monasterium ipsum accedens, illud cum pertinentiis suis reciperet et ordini suo incorporare curaret, ac corrigeret et reformaret ibidem, tam in capite quam in membris, juxta ipsius ordinis instituta, quae corrigenda et reformanda fueret, monachis et conversis jamdicti monasterii qui eundem ordinem vellent assumere, in aliis monasteriis

prescripti ordinis collocatis, contradictores etc. : eodem mandatum apostolicum diligentius exequent. supradicti monasterii monachi et conversi Camaldulensium ordinem susceperunt, eidem, ac abbati qui pro tempore illis daretur ab ipso, perpetuam obedientiam et reverentiam, juramento ab universis et singulis prestito, promittendo. Postmodum autem antedicti monachi et conversi, superbie spiritu concitati, quod grave gerimus et indignum, contra abbatem quem ipse illis preceperat, calcaneum erigentes¹, et molientes se ab ejusdem prioris obedientia et reverentia subtrahere, dictum abbatem aliquandiu arte custodie detinere, ac adherentes sibi famis inedia et diversis contumeliis ausu nephario afficere presumpserunt; abbatem ipsum cum fratribus suis, abbacie sibi ablato sigillo, exinde, ac ab obedientia Sancti Mamiliani de Sommasso et aliis membris ipsius, recedere nichilominus compellentes, in ejusdem prioris prejudicium non modicum et contemptum. Unde prior ipse, non valens premissorum monachorum et conversorum dampnamam superbiam edomare, nobis humiliter supplicavit ut providere super hoc de benignitate Sedis Apostolicæ curaremus. Nolentes igitur ut tante presumptionis excessus remaneat incorrectus vel transeat aliis in exemplum, precipiendo mandamus quatenus, personaliter ad monasterium sepefatum accedens, prefatis monachis et conversis ab ipso prorsus amotis et in aliis monasteriis prenotati ordinis collocatis, abbatem prescriptum et fratres suos in illud et ejusdem obedientias, sublato cujuslibet occasionis obstaculo, reducere auctoritate nostra procuret, et facias ipsos ejusdem pacifica possessione gaudere. Contradictores etc. Nullis litteris ve[r]itatis et ju[st]itice pre[jud]icantibus) a Sede Apostolica impetratis. Preterea noveris nos .. potestati et communi de Plumbino, et Ildebrandino et consortibus suis de domo Caselei, civibus Pisanis, nostris litteris mandavisse ut, cum a te fuerint requisiti, ad edomandam superbiam premissorum tibi assistere pro reverentia divina et nostra procurent. Dat. Laterani, XI kalendas martii, anno duodecimo. »

4746

Lateran, 5 mars 1239.

Magistro scholarum Cenomanensi, archidiacono de Sabolio, Cenomanensis diocesis, et magistro Alano, canonico Cenomanensi, iterum late scribit de causa inter Guidonem, vicecomitem Thoarcensem, ex una parte, et Margaritam, comitis-

sam Britanniae, ex altera, super possessionibus, redditibus et rebus aliis, quae dicta comitissa ad se ratione dotis pertinere assererat, exorta, et coram Raynerio, Sanctae Mariae in Cosmidin diacono cardinali, pluries agitata; eis mandat quatenus, si praefatus vicecomes infra duos menses probaverit appellationis causam ab ipso interjectae, tam in exceptione excommunicationis a procuratore ipsius vicecomitis contra comitissam eandem opposita quam in principali negotio, secundum continentiam litterarum ad episcopum Pictavensem ejusque collegas jam super hoc directarum, procedant; alioquin partes ad eorundem judicium remittant examen; quod si causam ipsam ad Sedem Apostolicam deferri per appellationem contingat, terminus partibus assignetur, quo coram ipso papa se praesentent. — (Reg. 19, f. 71 v°; ann. XII, c. 404; — cf. *supra*, n. 3225 et 4039.)

« .. magistro scholarum, .. archidiacono de Sabolio et magistro Alano, canonico Cenomanensibus). Olim in causa que vertitur inter dilectos filios nobilem virum Guidonem, vicecomitem Thoarcensem, et nobilem mulierem M[argaritam], comitissam Britannie, super [etc., ut supra, in litteris sub numero 4039 notatis, usque:] asserti pertinere, post diversas commissiones [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque:] habitos per eandem, procuratoribus partium [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque:] concessimus audirem. Coram quo a procuratore dicti vicecomitis contra comitissam eandem exceptione excommunicationis opposita, et, ea salva, lite legitime contestata, et factis quibusdam positionibus et responsionibus ad eandem, nos venerabili fratri nostro [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque:] infra duos menses exceptionem probare legitime supradictam, negotio supersederent eidem; alioquin causam audirent, et eam, si de partium voluntate [etc., ut supra, in eisdem litteris, paucissimis mutatis, usque:] audientiam appellavit. Ceterum procurator ipsius comitisse, obtentis a parte altera super hoc litteris [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque:] cardinali, a nobis denuo audire concessio, proposuit ex adverso [etc., ut supra, in eisdem litteris, paucissimis mutatis, usque:] ad nos appellationis emisit; cui predicti iudices minime detulerunt, sed in causa processerunt eadem. Cum autem dicti vicecomitis procurator coram eodem proposuerit cardinali, quod non ex illis causis quas procurator partis alterius pretendebat, appellationem prosequeretur eandem, vobis direximus scripta nostra ut, si dicti iudices [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque:] quicquid post appellationem hujusmodi inveniretis temere attemptatum, in eadem causa infra duos menses post susceptionem litterarum nostrarum procederetis, ratione previa, juxta litterarum continentiam ad eosdem

1. Cf. JOHANN. XIII, 18.

judices directarum. Super qua clausula, infra duos menses videlicet, cum fuisset coram vobis diutius altercatum, parte comitis ipsam tam ad appellationis quam ad principale negotium proponente, altera vero parte asserente in contrarium non ad appellationis sed ad principale dumtaxat negotium, juxta priorum continentiam litterarum, debere referri, elegistis nos super dubitatione hujusmodi consulendos. Sed, quia spatium duorum mensium jam preterierat, ex parte comitis ad nostram fuit audientiam appellatum; cui humiliter detulistis, partes ad nos juxta tenorem mandati apostolici dirigentes. Nos igitur, volentes ut omnis dubitationis scrupulus precipiatur, mandamus quatenus, si prefatus vicecomes legitime infra duos menses post susceptionem presentium, probaverit appellationis causam in litteris ad vos directis expressam, revocato infra eundem terminum in statum debitum quequid post hujusmodi appellationem inveniatis temere attemptatum, extunc tam in exceptione excommunicationis quam in principali causa, secundum continentiam litterarum ad Pietavenses judices directarum, ratione pre[via], procedatis; alioquin, appellantem in ex[pen]sis le[gitimis] condemnantes, partes ad eorumdem judicum remittatis examen, ut de eadem causa cognoscant secundum traditam sibi formam. Quod si causam ipsam ad nos denuo per appellationem deferri contingat: ne ulterius cavillosis diffugiis prorogetur, volumus per vos seu per alios judices predictos, per eos scilicet a quibus extitit appellatum, assignari partibus terminum peremptorium competentem, quo per responsales idoneos sufficienter instructos, cum omnibus actis, munitis et rationibus suis, nostro se conspectui representent, ad procedendum in appellationis causa, et etiam, si opus fuerit, in negotio principali. Contradictores etc. Proviso ne in terras dictorum nobilium excommunicationis vel interdicti etc. Testes etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, III nonas martii, anno duodecimo. »

-17-17

Lateran, 10 mars 1239.

Decano et capitulo Parisiensibus, — qui cum rege Francorum super quibusdam libertatibus contendebant, et contra quos ejusdem regis bajuli nonnulla commiserant, — significat se praedicto regi pro eis scripsisse, nec non Senonensis et Rothomagensis archiepiscopis, et fratri Johanni de Monte Mirabili, ordinis Praedicatorum, dedisse mandata de compositione inter ipsos et eundem regem facienda; eis mandat quatenus « divine laudis organa », quae, propter illa quae passi erant ex parte praedictorum bajulorum, suspenderant, post recep-

tionem praesentium resumant. — (REG. 19, f. 75 v°; ann. XII, c. 405; — MOREAU 1192, f. 281.)

« .. decano et capitulo Parisiensibus. Cum in singulis —. Sane pervenit ad audientiam nostram quod, cum, inter karissimum in Christo filium nostrum .. regem Francorum illustrem, ex una parte, et vos, ex altera, super quibusdam libertatibus exorta materia questionis, quaedam per bajulos ejusdem regis sint commissa, propter que vos divine laudis organa suspendistis: serenitatem ipsius affectione paterna rogavimus ut hiis que causa sunt suspensionis hujusmodi, pro divina et nostra reverentia supersedere procuraret. Preterea venerabilibus fratribus nostris .. Senonensi et .. Rothomagensi archiepiscopis, ac dilecto filio fratri Johanni de Monte Mirabili, ordinis fratrum Praedicatorum, per litteras nostras dedimus in mandatis ut ad componendum amicablem inter regem eundem et vos partes suas infra spatium octo mensium post susceptionem litterarum ipsarum efficaciter interponant, et nichilominus regem ipsam moneant diligenter ut, si qua de bonis vestris et hominum vestrorum per eosdem bajulos sunt sublata, [ea] in manibus eorumdem archiepiscoporum et fratris poni faciat, per ipsos usque ad totidem menses fideliter conservanda. Quocirca volumus et universitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus, ad ea que sunt pacis, vos spontaneos et faciles exhibentes, post receptionem presentium suspensa organa, postposito difficultatis obstaculo, resumatis; mandat nostrum taliter impleri, ut vos reprehendi de inobedientia non contingat nec vobis propter hoc possit discrimen aliquod imminere. Dat. Laterani, VI idus martii, anno duodecimo. »

-17-18

Lateran, 28 janvier 1239.

Episcopo Hildesemensi negotium monialium monasterii Sanctae Mariae in Nonnemontre (= Marien-, seu Nonnenmünster), in suburbio Warmaciensi, ab episcopo Warmaciensi ex eodem monasterio ejectarum et excommunicatarum, examinandum committit, eique mandat quatenus in eodem monasterio corrigenda et reformanda corrigat et reformet; aliis mandatis ad idem negotium pertinentibus adjunctis. — (REG. 19, f. 75 v°; ann. XII, c. 406; — cf. supra, n° 3336.)

« .. episcopo Hildesemensi. Ex parte conventus monialium monasterii Sancte Marie in Nonnemontre, ordinis sancti Augustini, in suburbio Warmaciensi, fuit propositum coram nobis quod venerabilis frater noster

Warmaciensis episcopus, asserens se super reformatione ipsius monasterii de ipso ordine, vel de Cisterciensi, si aliter reformari non posset, nostras litteras recepisse, A., quondam ejusdem monasterii abbatissa, ad suam instantiam abbatie regimen resignante, ipsas exinde, nulla inquisitione prehabita, nec facta copia rescripti apostolici per quod procedere se dicebat, fecit eici, pro sue libito voluntatis, non absque injectione manuum usque ad effusionem sanguinis violenta. Verum, licet postmodum dictus episcopus eas, consensum prebentes, incluserit in monasterio supradicto, ac ipse, invocata Spiritus Sancti gratia, D. monialem ejusdem providam et discretam, ad ipsius regimen canonice ac concorditer elegissent, nichilominus tamen, mutata in contrarium voluntate, pro eo quod ab ipso quandam crucem et calicem aureos et alia ornamenta, centum marcas valentia, que ab eodem monasterio auferri fecerat, repetebant, denuo exinde, utens viribus, non jure, eas violenter ejecit: propter quod ipse nostram audientiam appellavit. Sed prefatus episcopus, appellatione contempta, in eas excommunicationis sententiam promulgavit, et, intrusus quibusdam monialibus in monasterio supradicto, prefate A., quondam abbatisse, septem prebendarum et [...] sorori ejusdem A. unius prebende redditus, percipiendos, ubicunque essent, in eodem monasterio, illicite deputavit; nec hiis contentus, cum eadem A. bona ipsius monasterii enormiter dilapidat et consumit, in earum et monasterii supradicti grave dispendium et jacturam. Quare petebat a nobis ut prefatam excommunicationis sententiam denuntiari nullam, et revocari eas ad monasterium memoratum, intrusis amotis, nec non ablata ipsis a prefato episcopo restitui, et confirmari electionem eandem tanquam canonicam faceremus. Quia vero nobis non constitit de premissis, negotium ipsum tibi, de quo plenam in Domino fiduciam gerimus, duximus committendum, fraternitati tue per apostolica scripta mandantes quatenus, personaliter accedens ad locum et habens pre oculis solum Deum, inquisita super premissis diligentem veritate, super hiis¹ quod canonicum fuerit, ap[pellatione] re[mota], decer[nas], ac corrigas et reformes ibidem, que correctione ac reformatione sunt digna. Que vero per eundem episcopum inveneris inibi regulariter ordinata, firmitatis robur facias obtinere; proviso attentius ut de cruce et calice ac aliis ornamentis predictis idem monasterium penitus reddatur indempne. Contradictores —. Dat. Laterani, V kalendas februarii, anno duodecimo. »

1. Ms. : heis.

4749

Latran, 10 mars 1239.

Episcopo Ameliensi, tenuem statum Ameliensis ecclesie, guerrarum discrimine attritae, attendens, a ecclesiam Sancti » Pauli de Loniano (= Lugnano in Teverina), cum capella » Sancti Angeli, eidem annexa, hominibus loci ejusdem, » omnibus juriis ac pertinentiis suis », Ameliensis dioecesis, — qua ecclesia olim ipse papa Henricum de Pariniano, exigentibus ejus culpis, privaverat, — in ipsius episcopi et ejus successorum usus perpetuo retinendam concedit, « ita » tamen quod ipsa debitis non fraudetur obsequiis et anima- » rum cura nullatenus negligatur. — (REG. 19, f. 76 r^o; ann. XII, c. 407.)

« .. episcopo Ameliensi. Devotionis tue merita —. Dat. Laterani, VI idus martii, anno duodecimo. »

4750

Latran, 10 mars 1239.

« In eundem fere modum .. *Sutrino et .. Ortano episcopis*. [Eis mandat quatenus dictum episcopum super ecclesia ipsa non permittant molestari.] Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 76 r^o.)

4751

Latran, 15 mars 1239.

Abbatissae et conventui monasterii Sanctae Elisabeth de Ulmo seu Ulma, ordinis sancti Damiani, Constantiensis dioecesis, regulam beati Damiani concedit. — (REG. 19, f. 76 r^o; ann. XII, c. 408; — POTTHAST 10718.)

« .. abbatissae et conventui monasterii Sancte Helisabeth de Ulmo, ordinis sancti Damiani, Constantiensis dioecesis. Celestia querebantur terrenis —. Dat. Laterani, idibus martii, anno duodecimo. »

4752

Latran, 22 février 1239.

Priori et fratribus ecclesie de Quercu, ordinis sancti Augustini, Trecentis dioecesis, — in quorum praedictam ecclesiam de Quercu, tunc hospitale, Trecentis episcopus, recepto a Sede Apostolica speciali mandato, ut in hospitalia suae dioecesis quae certam regulam non habebant, unam induceret de religionibus approbatis, regulam beati Augustini, quam magis eis crederat congruentem, induxerat, — significat se, ipsis supplicantibus, quod ab eodem episcopo super hoc factum fuerat, confirmare. — (REG. 19, f. 76 r^o; ann. XII, c. 409; — MOREAU 1192, f. 271.)

« .. priori et fratribus ecclesie de Quercu, ordinis sancti Augustini, Trecentis dioecesis. Solet annuere Sedes —.

Dat. Laterani, VIII kalendas martii, pontificatus nostri anno duodecimo. »

1153

Latran, 2 mars 1239.

Patriarchae Hierosolymitano, Apostolicae Sedis legato, — cui canonici capituli ecclesiae Nazaraeae potestatem concesserant eidem ecclesiae, pastore destituta, in archiepiscopum de persona idonea providendi, — licentiam concedit supplicanti « Paphensem episcopum, qui, propter loci infirmitatem », non poterat « in episcopatu suo sine periculo remanere », et ejus mora in eodem episcopatu non erat utilis, — « cum Grecorum, quibus totaliter » erat « Paphensis diocesis populata, ydionia et ritus » idem episcopum ignoraret, — absolvendi a vinculo quo ecclesiae Paphensi tenebatur et ad dictam Nazaraeam ecclesiam transferendi. — (REG. 19, f. 76 r^o; ann. XII, c. 410.)

« .. patriarche Jerosolimitano. Apostolice Sedis legato. Ex parte tua —. Dat. Laterani, VI nonas martii, pontificatus nostri anno duodecimo. »

1154

Latran, 24 février 1239.

Abbatii et conventui Sancti Fusciani in Nemore, ordinis sancti Benedicti, Ambianensis dioecesis, supplicantibus indulget ut de ipsorum domibus et grangiis, quae visitatione non indigeant nec consueverint hactenus visitari, « nisi ad eum statum devenerint, quod officio visitationis indigeant », procuraciones quae ratione visitationis debeantur, nemini teneantur solvere. — (REG. 19, f. 76 r^o; ann. XII, c. 411.)

« .. abbati et conventui Sancti Fusciani in Nemore, ordinis sancti Benedicti, Ambianensis dioecesis. Vestris devotis precibus —. Dat. Laterani, VI kalendas martii, anno duodecimo. »

1155

Latran, 4 mars 1239.

Thesaurario Bisuntino indulget ut ei liceat « in alienis » parrochialis Bisuntinae dioecesis decimas redimere de manibus » laicorum, dummodo ad id rectorum ecclesiarum ad quas » decime ipse spectant, et dioecani accedat assensus », sufficienti prius ab ipso thesaurario praestita cautione, quod ecclesiis ipsis praedictas decimas restituat, « quandocumque ab » earum rectoribus de redemptionis pretio quod pro eis » de-

derit, ei fuerit satisfactum. — (REG. 19, f. 76 r^o; ann. XII, c. 412.)

« .. thesaurario Bisuntino. Tuis devotis precibus —. Dat. Laterani, IIII nonas martii, anno duodecimo. »

1156

Latran, 23 février 1239.

Abbatibus de Croxton, et de Neubo (= Newbottle), nec non priori de Beaver, Lincolnensis dioecesis, audiendam committit causam abbatibus et conventus Rievallis (= Rievaulx), Cisterciensis ordinis, quos prior et canonici de Giseburno (= Gisburn), ordinis sancti Augustini, Eboracensis dioecesis, coram officiali archidiaconi Clivelandiae (= Cleveland) non ex delegatione apostolica conveniant; qui officialis, ex eo quod praedicti abbas et conventus in ipsis praesentia exposuerant quod super his Apostolicae Sedis privilegiis erant muniti, litem contestatam esse proponens, perperam in principali negotio dicebatur procedere; alioquin partes ad eisdem officialis examen remittant. — (REG. 19, f. 76 v^o; ann. XII, c. 413.)

« .. de Croxton. et .. de Neubo abbatibus, et .. priori de Beaver, Lincolnensis dioecesis. Porrecta nobis dilectorum —. Dat. Laterani, VII kalendas martii, anno duodecimo. »

1157

Latran, 8 mai 1238.

Archiepiscopo Cantuariensi supplicanti facultatem concedit in aliqua ecclesiarum Cantuariensis dioecesis ad ipsum archiepiscopum pleno jure spectantium, quam maluerit, collegium canonicorum saecularium ac dignitates ecclesiasticas instituendi, et ipsam ecclesiam de beneficiis ad ipsum archiepiscopum pleno jure spectantibus, nec non de proveniuntibus archiepiscopalis, juxta quod permittant canonicae sanctiones, dotandi. — (REG. 19, f. 76 v^o; ann. XII, [c. 414]¹; — cf. *supra*, n^o 4345.)

« .. archiepiscopo Cantuariensi². In gaudium nobis —. Dat. Laterani, VIII idus maii, anno duodecimo. »

1. Ce capitulum n'est pas numéroté dans le *Registre*.

2. La place anormale de cette bulle du mois de mai, à la fin du *Registre*, l'absence de numérotation, la couleur de l'encre, qui est plus pâle, tout semble indiquer que cette pièce a été ajoutée après coup; elle est d'ailleurs de la même main que celles qui précèdent.

LITTERAE LEGATIONIS
 DOMINI EPISCOPI PRAENESTINI
 IN PROVINCIA

[Ce dossier ne porte pas de titre général; mais, en tête du *Registre* de la XII^e année, sur le troisième feuillet de garde du volume, se lit cette note, contemporaine du reste du manuscrit : « Litteras legationis domini episcopi Penestrini in Provincia et petitiones porrectas ex parte nobilis viri .. comitis Tolosani require in ultimo quaterno istius registi. » Nous empruntons à cette note le titre que nous donnons à la présente série de pièces.

Quelques mots sont nécessaires sur la composition de cette partie du volume, dont la foliotation a subi plusieurs remaniements. Le *Registre* proprement dit de la XII^e année se compose de neuf cahiers de huit feuillets, cotés I-LXXII, en chiffres romains, et occupe, en outre, les quatre premiers feuillets d'un dixième cahier; ces quatre feuillets, non compris dans la foliotation primitive, en chiffres romains, ont été cotés postérieurement 73-76, en chiffres arabes. Puis, après le feuillet 76, vient un feuillet blanc, qui, par suite de la suppression d'un second feuillet également blanc, portant la cote 78, a été coté 77-78. Le recueil de pièces annoncé, ainsi que nous venons de le voir, comme se trouvant « in ultimo quaterno istius registi », commence au feuillet coté anciennement LXXIII, en chiffres romains, et plus récemment 79, en chiffres arabes. Cette double foliotation se poursuit régulièrement jusqu'à la fin du volume, avec un écart constant de six unités entre la numérotation en chiffres romains et la numérotation en chiffres arabes.

Les pièces qui forment ce dossier n'ont pas été comprises tout d'abord dans la numérotation des *capitula* de la XII^e année, et la table des rubriques de cette même année n'en fait pas mention; elles n'ont été numérotées que très tardivement, vraisemblablement au XVII^e siècle, et d'une manière tout à fait incorrecte, du moins à partir de la douzième. Voici comment doit être rétablie cette numérotation :

Numéro du Registre.	Numéro rectifié.
[CCCCXXV]	[425]
CCCCXXV	426
CCCCXXVI	427
[<i>Omis.</i>]	428
[<i>Omis.</i>]	429
[<i>Omis.</i>]	430
CCCCXXVII	431
CCCCXXVIII	432
[<i>Omis.</i>]	433
CCCCXXIX	434
CCCCXXX	435
CCCCXXXI	436
[<i>Omis.</i>]	437

L'écriture paraît bien être ici la même que celle du *Registre* proprement dit de la XII^e année; dans ce dossier annexe, comme dans le *Registre* proprement dit, les pièces sont précédées de rubriques, sauf deux: ce sont celles auxquelles nous attribuons les numéros 433 et 437; pour la première, la rubrique est remplacée par une ligne rouge, tracée dans un espace blanc ménagé entre cette pièce et la précédente; pour l'autre, il y avait un titre à l'encre noire dans la marge supérieure du feuillet 83 (anciennement LXXVII) v^o, mais le couteau du relieur n'en a laissé que quelques lettres intactes. — A la suite de la pièce cotée par nous 436, on a laissé en blanc toute la partie inférieure du feuillet 83 [LXXVII] r^o, et la pièce 437, la dernière de ce dossier, a été écrite, sans doute après coup, au verso de ce feuillet 83; cette pièce se continue au feuillet 84 [LXXXVIII], dont la plus grande partie a été laissée en blanc, ainsi que la totalité des feuillets 85 [LXXIX] et 86 [LXXX].

Les dates de nos *capitula* 416 et 420 à 427 ont été modifiées, et, en maint endroit, dans ces mêmes pièces, le mot *Penestrinus* (episcopus) est le résultat d'une correction.

Nous notons plus loin que, en marge et en regard de la pièce que nous numérotions 426, on a transcrit un texte partiel de cette bulle, différent du texte qui figure dans le corps même de la page; vers la fin du texte marginal, on lit: « etc., ut *in alia*, per totum; » à vrai dire, ce sont là moins deux lettres distinctes, que deux rédactions différentes d'une même lettre.]

4758

Pétitions ex parte Raymundi VII, comitis Tholosani, Gregorio papae IX porrectae, quarum quaedam admittae fuerunt, quaedam vero non¹. — (REG. 19, f. 79 [73] r^o; post ann. XII, c. 415²; — MOREAU 1192, f. 46, non integra³.)

« *Istas petitiones nuntii comitis Tolosani porrexerunt ante quam esset mentio de legato militeudo, et earum quaedam admittae sunt, quaedam vero non.* »

1. « Supplicat[ur] S[ancitatis] V[est]re .. comes Tolosanus quatenus, remota cruce ab eo, quam de manu domini R[oman]i, tunc Apostolicæ Sedis legati, recepit, et remisso tempore quinquennii sibi ab eodem prefixo, in partibus transmarinis, concedatis sibi licentiam cruce[m] sibi ex voto assumere, sicut faciunt alii principes catholici et barones, ut, sicut vir catholicus et fidelis, ad honorem Dei et Sanctæ Matris Ecclesiæ et suum, in communi passagio transire, sicut alii barones, morari valeat et redire, ne inivitus transfretare videatur et coactum Deo servitium exhibere⁴; et ut a sententia que propter hoc contra ipsum lata est, absolvatur. »

2. « Item supplicat[ur] quod de consuetâ misericordia

1. Ces suppliques se composent de 18 articles; neuf des demandes formulées par Raymond VII furent accueillies favorablement; les neuf autres furent repoussées; les réponses négatives sont indiquées, dans le *Registre*, par des *n* (*non*), ajoutés en regard et en tête des articles correspondants; dans l'impression, nous remplaçons ces *n* par des astérisques (*).

2. Cette pièce est cotée en marge 415; par exception, cette cote est en chiffres arabes.

3. Seulement les §§ 4 et 13.

4. Cf. *infra*, n^o 4761.

Sancta Romana Ecclesia remittat ei decem milium marcarum promissa ab eo in pace Parisius facta; non enim idem comes posset sufficere in expensis faciendis pro negotio transmarino et predictarum solutione marcarum, cum terra sua propter guerras et sterilitates preteritas plurimum sit exhausta; et ut a sententia que propter hoc contra ipsum lata est, absolvatur.

3. « Item supplicat[ur] ut homines terre sue qui in facto fidei deliquerunt et culpabiles sunt reperti vel fuerint, volentes humiliter redire ad Sanctæ Matris Ecclesiæ unitatem et omnem heresim abjurare, misericorditer ab Ecclesia admittantur, et salutares ei[s] penitentie injungantur; ita videlicet quod, vice injuncte eis penitentie vel etiam injungende, comes illos quos viderit streuos in armis vel habiles ad servitium Terre Sanctæ, possit secum ducere in passagio transmarino; ab aliis vero, tam viris quam mulieribus, possit minus idoneos vel inutiles esse cognoverit, possit pecuniam recipere, in suarum pro facto transmarino subsidium expensarum, cum idem comes in tanto negotio expensas maximas sit facturus; et hoc idem petit de illis, tam viris quam mulieribus, qui misericordie domini Romani vel voluntati se pro facto heresis supponerunt, de terra dicti comitis Tolosani, quibus injuncte fuerint penitentie ab eodem; et ut, si que contra aliquem late sunt propter hoc sententie, relaxentur. »

4. * « Item supplicat[ur] ut fratres de ordine Predicatorum ab officio inquisitionis in terra ipsius comitis removeantur: tum quia ei et suis merito sunt suspecti; tum quia in inquisitionibus semper contra juris ordinem civilis et canonici, ipso comite et suis reclamantibus, spretis etiam litteris Sanctitatis Vestre ab eodem

comite impetratis multipliciter, processerunt; et ut inquisitiones fiant per episcopos terre sue vel alios prelatos non suspectos, qui secundum Deum et juris ordinem predictum officium exequantur; et quod contra juris formam factum per dictos fratres vel alios invenerint, auctoritate apostolica per illos ad juris ordinem reducantur; et quod inquisitores de hiis que commissa fuerint¹ ante pacem, non inquireant, vel pro inquisitis penitentiam non imponant.

5. * « Item sup[plicat]² ut transactionem super facto salarii factam et approbatam cum magistris Tolose commorantibus et procuratoribus absentium, in manus venerabilis patris .. episcopi Tolosani, Vestra Sanctitas faciat observari, et a sententiis excommunicationis occasione salarii de facto latis contra eum, faciat eundem absolvi, cum idem comes paratus fuerit et est pecuniam ex transactione conventam exolvere sine mora, et maxime cum universitas magistrorum litteras suas patentes ad dominum [...] archiepiscopum Narbonensem et .. episcopum Carcasonensem, iudices a domino papa delegatos, et alias ad dominum legatum destinaverit, ut absolvent dictum comitem a sententiis quas occasione salarii tulerant contra ipsum, quia eis de salario ab eodem comite fuerat satisfactum.

6. * « Item sup[plicat] ut destructio domorum quam dominus Romanus, tunc temporis legatus, mandavit fieri in Tholosa, remittatur, ne creditores vel uxores quibus dicte domus sunt jure pignoris obligate, suis juribus defraudentur, et domini a quibus tenentur in feudum, jus suum amittant, et sic contingat quod alter pro alio puniatur, quod fieri non debet, cum peccata suos debeant tenere actores et tam nobilem civitatem ruinis non deceat deformari, maxime cum non res sed homines peccaverunt; et ut a sententia que propter hoc contra ipsum lata est, absolvatur³.

7. * « Item sup[plicat] ut super querelis et controversiis que vertuntur inter ipsum et prelatos terre sue, fiat de plano inquisitio et sine causarum strepitu super proprietate et possessione, quam possessionem idem comes vel prelati habuerunt a centum annis retro usque ad primum adventum cruceignatorum, ut, hoc modo, materia scandali et seditiosis inter comitem et

personas ecclesiasticas terre sue penitus abscedatur¹, maxime cum hoc idem cum domino Romano, tunc legato, Parisius fuerit pertractatum.

8. * « Item, cum iudices .. prioris de Manso et legatus et alii delegati, post appellationes a domino comite legitime interpositas, sententias excommunicationis protulerint contra ipsum, et dictus comes usque nunc eas non fuerit prosecutus, quia prelatos vel viros ecclesiasticos ad eorum prosecutionem mittere, propter prohibitionem legati, non valebat, nec advocatos vel alios viros discretos, propter viarum pericula² et inimicorum insidias, destinare: sup[plicat] idem comes quod, lapsu temporis non obstante, infra quod fuit predictas appellationes prosequi prepeditus, cause appellationum predictarum iudicibus committantur: nunc enim nuntii qui venerunt, in veniendo pro ipso, per XI fere septimanas moram fecerunt, nec transi[er]unt, nisi tot boni viri de securo ducatu providissent eisdem; quod propter predictas causas juste potest concedi, maxime cum appellationes ad dominum papam essent facte, cum lis que speratur in consistorio principis, sine more dispendio maneat.

9. * « Item s[up]plicat] ut dentur sibi iudices, qui cognoscat super iniquo processu iudicium delegatorum et subdelegatorum in facto prioris de Manso, Agennensis diocesis, contra eundem comitem; qui iudices, ipso absente et non citato, in eodem negotio, contra juris ordinem, iniquas sententias protulerunt, injuriosi alias et suspecti sibi plurimum existentes; unde petit ut a sententiis que ab ipsis iudicibus contra ipsum late sunt, absolvatur.

10. * « Item s[up]plicat] indulgentiam sibi concedi, ne extra terram suam per iudices delegatos a domino papa vel legato suo possit trahi, cum super hoc multotiens idem comes injuste et indebite fuerit aggravatus, commissionibus, si que sunt facte, in irritum revocatis: et hoc idem petit pro hominibus terre sue.

11. * « Item s[up]plicat] petendo sibi beneficium absolutionis in cautelam impertiri a sententiis contra ipsum latis ab .. archiepiscopo Viennensi, Apostolice Sedis legato, occasione salarii magistrorum, et pro facto Vasionis, de quo dicebat³ dictum comitem Vasion[ensem] episcopum spoliasset, et pro facto Salviarum, quas dicebat dictum comitem injuste possidere; que idem comes negabat, paratus sub debito examine justitiam exhibere; et etiam, sentiens se gravari, ante quam late

1. Plus loin, dans la pièce 4781 : « fuerant. »

2. Cet article (5) a été reproduit dans son entier par H. DENIFLE, *Die Universitäten des Mittelalters bis 1400*, t. I, (1885), *Die Entstehung der Universitäten...*, p. 332, note 402, et, d'après Denifle, par Marcel FOURNIER, *Les Statuts et privilèges des Universités françaises...*, t. I (1890), p. 447, n° 515.

3. Ms. : absolvantur. — Plus loin, dans la pièce 4781 : « absolvatur. »

1. Ms. : abscedantur.

2. Le mot *pericula* a été écrit sur un grattage.

3. Sous-entendu : idem archiepiscopus.

essent sententie, ad Sedem Apostolicam appellavit; et super injusta excommunicatione pro predictis causis a dicto legato contra ipsum promulgata, petit sibi iustitiam exhiberi.

12. * Item s[upplicat] quod generale interdictum in terra sua injuste promulgatum pro facto prioris de Manso, per Sedem Apostolicam relaxetur; quod, quia contra generale stilam et formam quam observat Romana Ecclesia, factum est, non credit de conscientia Summi Pontificis emanasse, maxime cum terra illa in unitate et communione Sancte Matris Ecclesie sit alenda, non etiam separanda; et pro hoc eodem supplicat procuratores consulum Tolosanorum.

13. * « Item s[upplicat] quod .. pater suus, bone memorie, in quo signa penitentie manifesta in fine apparuerunt, sicut credit probatum esse per testes omni exceptione majores, qui recepti fuerunt, de mandato Summi Pontificis, a venerabili patre .. episcopo Albiensi et .. Sancti Saturnini ac .. Grandis Silve abbatibus, et eorum attestaciones, sigillis suis incluse, Summo Pontifici presentate¹, non obstante sententia, tradatur ecclesiastice sepulture, ne tantus vir, in opprobrium comitis et successorum suorum, remaneat insepultus.

14. * « Item s[upplicat] ne ipse vel homines sui super petitionibus realibus, vel personalibus, vel mixtis compellantur litigare in foro ecclesiastico, nisi forte res sint de feudo Ecclesie, vel spiritualibus, vel spiritualibus annexe, vel nisi contingat ratione prestiti juramenti.

15. * « Item s[upplicat] ut vicarius et quidam cives Tolosani, qui tempore preterito fuerunt consules sive capitularii Tolosani, et officiales ac ministeriales eorum, qui propter expulsionem fratris G[uillelmi] Arnaldi, qui tunc inquirebat Tolose super facto fidei et mandato Summi Pontificis se facere hoc dicebat, et² ejectionem conventus fratrum Predicatorum et capellanorum parrochialium, ejusdem auctoritate citatum in canonem inciderunt, a Sanctitate Vestra juxta formam Ecclesie per [...] Agennensem vel [...] Albiensem episcopum absolvantur; credebant enim vicarius et dicti consules officium inquisitionis a dicto Guillelmo Arnaldi et collega ipsius per litteras apostolicas esse revocatum et prelati terre commissum, sicut per tenorem ipsarum potest manifeste comprobari; tamen, ob reverentiam et honorem Dei et Sancte Matris Ecclesie,

idem comes et predicti vicarius et consules, non post multos dies, predictos in civitate honorifice reducerunt; non enim ad Sedem Apostolicam possunt accedere, propter viarum pericula et capitales inimicitias, cum et multitudo etiam sui in causa; et pro hac eadem absolute supp[licant] procuratores eorundem.

16. * « Item s[upplicat] quod [...] Viennensis archiepiscopus, Apostolice Sedis legatus, qui inimicis capitalibus domini comitis Tolosani consanguinitate, affinitate, parentela et familiaritate maxima est conjunctus, et contra prohibitionem sui procuratoris fuit ei legationis officium injunctum, propter quod ipsum in legationis officio gravavit in pluribus et diversis, a legationis officio removeatur.

17. * « Item s[upplicat] quod interdictum in quibusdam locis Venassini positum a legato et a quibusdam prelati, quando imperator terram illam accepti de manu illorum qui nomine Ecclesie eam detinebant, revocetur; quod servatum in multarum vergit interitum animarum.

18. * « Item s[upplicat] quod .. Bituricensi, .. Burdegalensi, .. Auxitano, .. Narbonensi, .. Arclatensi, .. Aquensi, .. Ebrunedunsi archiepiscopis, et omnibus eorum suffraganeis et aliis eorum prelati in eorum archiepiscopatus et episcopatus constitutis, detis per vestras litteras in mandatis quatenus comitem habeant, amore vestri et precibus, commendatum, et de hiis bonis que fecit et faciet, penes Sanctitatem Vestram pro eo perhibeant testimonium, cum ab ipso fuerint requisiti; et ipsi comiti alias, ut ipsos et alias personas ecclesiasticas sub sua jurisdictione positas habeat commendatas et eas ab omni injuria et iniquitate defendat¹. »

1759

Latran, 13 mai 1238.

Episcopo Tholosano et inquisitoribus haereticæ pravitatis in terra comitis Tholosani et partibus Albigensium significat se episcopum Praenestinum ad terram et partes easdem, commisso ei plenæ legationis officio, destinare; eis mandat quatenus inquisitionem haereticæ pravitatis, et effectum condemnationum latorum in homines ejusdem comitis ac paenitentiae eis injunctæ occasione ejusdem pravitatis, postquam ejusdem nuntii arripserint iter ad Sedem Apostolicam venienti, usque ad tres menses post receptionem praesentium suspendant; additis mandatis de suspectis de haeresi qui crucem assumpserant. — (REG. 19, f. 80 [74] r°; post

1. Sous-entendu : fuerunt.

2. Ce dernier membre de phrase : « vel nisi... juramenti », ne figure pas dans la pièce 4781.

3. Sous-entendu : propter.

1. Plus loin, dans la pièce 4781 : « defendant. »

ann. XII, c. 416; — MOREAU 1192, f. 46 v^o; *ibid.*, f. 54; — POTTHAST 10598; — cf. *supra*, n^o 4337.)

« .. episcopo Tolosano et inquisitoribus heretice pravitatis in terra nobilis viri .. comitis Tolosani et partibus Albigen[sium]¹. Actore Deo, fidem [etc., ut supra, in litteris sub numero 4337 notatis, usque] venerabilem fratrem nostrum .. Penestrinum episcopum, magnum et honorabile membrum Ecclesie, scientia, moribus et honestate preclarum [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque in finem]. Dat. Laterani, III idus maii², anno duodecimo. »

-1760

Lateran, 13 mai 1238.

Episcopo Praenestino, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus, sufficienti cautione recepta, excommunicationum sententias quas nonnulli iudices tam a Sede Apostolica delegati quam ordinarii in [Raymundum VII], comitem Tolosanum, tum propter contumaciam tum aliis ex causis protrahant, relaxet, et eidem comiti injungat quod de jure ei fuerit injungendum. — (REG. 19, f. 80 [74] r^o; *post* ann. XII, c. 417; — MOREAU 1192, f. 56; — cf. *supra*, n^o 4497.)

« .. episcopo Penestrino, Apostolicæ Sedis legato³. Ex

1. Cette bulle est celle-là même qui est déjà imprimée plus haut, sous le numéro 4337 (ann. XII, c. 91), mais avec cette double différence, que la bulle précitée est datée du 9 août, tandis que celle-ci l'est du 13 mai 1238, et que, dans la seconde en date de ces bulles, l'évêque de Sora est substitué à l'évêque de Préneste ou Palestrina. Il est à noter que, de même que le mot « Soranum » dans la pièce 4337, le mot « Penestrinum », vers le début comme aussi vers la fin de la présente pièce 4759, résulte d'une correction; en outre, le membre de phrase : « magnum et honorabile membrum Ecclesie, scientia, moribus et honestate preclarum », qui suit immédiatement, en apposition, la première de ces deux mentions de l'évêque de Palestrina, a été ajouté après coup dans la marge de fond; enfin, comme il est dit dans la note qui suit, on remarque des traces de modifications dans la date.

2. Les mots : « Laterani, III idus maii », ont été réécrits sur un grattage.

3. On a déjà vu cette pièce parmi les bulles de la XII^e année (cf. *supra*, n^o 4497, ann. XII, c. 234); mais, sans parler de quelques différences de détail, cette lettre, dans le premier texte inséré au *Registre*, est adressée à l'évêque de Sora, et non à l'évêque de Palestrina, et porte la date du 10 août, au lieu de celle du 13 mai; à noter encore que cette même bulle est indiquée par POTTHAST, n^o 10644, d'après TEULET, *Layettes du Trésor des Chartes*, t. II, p. 386, col. 2, n^o 2738, avec l'adresse à l'évêque de Sora et la date du 20 août (au lieu de celle du 10 août, comme dans la pièce 4497). — Dans notre pièce 4760, on ne remarque aucune trace de remaniement.

GRÉGOIRE IX, t. II.

parte nobilis viri .. comitis Tolosani fuit propositum coram nobis quod nonnulli tam a Sede Apostolica iudices delegati quam ordinarii, tum propter contumaciam, tum ex aliis causis vel occasionibus, in ipsum excommunicationum sententias protulerunt. Quare pro eo fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum super omnibus pro quibus aliique in eum sententie sunt prolate, ad mandatum Ecclesie satisfacere sit paratus, easdem relaxari sententias faceremus. Eidem igitur comiti sic gratiam facere intendentes, quod jus alterius non ledatur, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, et eodem comite prestante pro offensis manifestis emendam, et, pro dubiis seu contumacia, de parendo mandatis Ecclesie sufficientem et idoneam cautionem, easdem sententias juxta formam Ecclesie relaxans, injungas ei quod de jure fuerit injungendum. Dat. ut supra. »

-1761

Lateran, 9 juin 1238.

Eidem mandat quatenus, si [Raymundus VII], comes Tolosanus, — qui, deposita cruce quam de manu Portuensis episcopi, tunc Apostolicae Sedis legati, receperat, et remisso sibi quinquennii tempore, quo, de mandato ejusdem episcopi, in partibus transmarinis morari tenebatur, ipsam sic assumere cupiebat, ut videretur illam spontaneus, non coactus, gerere¹, — beneplacitis Ecclesie se cooptet, ei « redeundi ex » tunc licentiam » concedat, recepta per regem Francorum sufficienti cautione, quod praedictus comes in proximo generali passagio cum aliis Ultrafontanis transtretabit, in obsequio Terrae Sanctae pro triennium moraturus. — (REG. 19, f. 80 [74] v^o; *post* ann. XII, c. 418; — MOREAU 1192, f. 50; *ibid.*, f. 109; *ibid.*, f. 48, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10758; — RODENBERG 731.)

« Eidem. Nobilis vir .. comes Tolosanus per nuntios suos et litteras nobis humiliter supplicavit ut, cum gerat in votis, deposito crucis vexillo, quem de manu venerabilis fratris nostri .. Portuensis episcopi, tunc Apostolicæ Sedis legati, recepit, et remisso sibi quinquennii tempore, quo, de mandato ipsius episcopi, morari teneatur in partibus transmarinis, ipsam cum devotione ac humilitate assumere², ut videatur illam gerere spon-

1. Cf. *supra*, n^o 4758, § 4.

2. A l'année 1239 année XIII du pontificat, d'après RAYNALDI, qui a inséré cette pièce, dont il reproduit d'ailleurs exactement la date, non dans son exposé des événements de l'année 1238, mais dans celui des événements de l'année 1239 (§ 73).

3. On lit, dans la marge et en tête de la pièce : « Non transitiv. »

taneus, non coactus, prout ipsam gerunt alii catholici qui ad Terre Sancte subsidium voluntarie se accingunt. ad partes illas cum aliis nobilibus magnanimitè in generali passagio transiturus ac moraturus ibidem, sicut ei Dominus inspirabit, ejus in hac parte desiderio anuere curaremus. Carissimus quoque filius noster .. rex Francorum illustris pro eodem comite nobis per venerabilem fratrem nostrum .. Claromontensem episcopum fecit nichilominus supplicari ut ipsum habere-mus in suis justis petitionibus commendatum. Licet igitur eidem regi, quem inter ceteros orbis principes sinceritatis brachiis amplexamur, in hiis que a nobis juste duxerit postulanda, favorem velimus apostolicum, quantum cum Deo possumus, impertiri : quia tamen idem comes Dominum. Ecclesiam et ecclesiasticas personas ac ecclesiasticam libertatem multoties et in multis noscitur graviter offendisse, propter quod multiplici excommunicationis vinculo est astrictus, sic tam regis quam comitis predictorum supplicationibus annuere non oportet, ne dissolvatur omnino nervus ecclesiastice discipline. Ideoque mandamus quatenus, si dictus comes nostris et Ecclesie Romane beneplacitis taliter se coaptet, et in eo signa devotionis appareant adeo manifesta, quod se Apostolice Sedis gratia merito dignum reddat, sicut per eosdem nuntios obtulit se facturum : postquam per te, cui absolutionem ipsius committimus, juxta formam tibi traditam fuerit absolutus, recepta per eundem regem, de consilio venerabilium fratrum nostrorum .. Senonensis et .. Rothomagensis archiepiscoporum, quibus super hoc scripta nostra dirigitur, preter juratorium sufficienti et idonea cautione, quod in proximo generali passagio cum aliis Ultramontanis, juxta sue nobilitatis potentiam, transfretabit, in obsequio dicte Terre per triennium moraturus, redeundi extunc licentiam presentium sibi auctoritate concedas, ita videlicet quod, si contra premissa venerit, in nullo sibi concessa licentia suffragetur, sed pro inconcessa potius habeatur. Dat. Laterani, V idus junii, anno duodecimo¹. »

4762

Latran, 8 juin 1238.

Regem Francorum de preecedentibus litteris, ad episcopum Praenestinum directis, sub numero 4761 notatis, certum facit, eumque rogat et monet quatenus sufficientem a predicto comite Tholosano cautionem recipiat. — (REG. 19,

1. La date de cette pièce ne porte pas de traces de modifications.

f. 80 [74] r^o; post ann. XII. c. 419; — MOREAU 1192, f. 51; *ibid.*, f. 107.)

« .. *illustri regi Francorum.* Constantia devotionis et fidei¹ quam progenitores tuos erga Sacrosanctam Romanam Ecclesiam habuisse ac te ipsum habere didicimus, in eo nos constituit proposito voluntatis, ut in hiis que a nobis duxeris² postulanda, tibi, quem inter ceteros reges catholicos et principes christianos sincera in Domino caritate diligimus, favorem velimus apostolicum impertiri; sed et tua sublimitas, sicut credimus, non ignorat quod quanto universalis Ecclesie sollicitudo principalius nobis imminet, tanto de honestate ipsius tenemur sollicitius cogitare, ne per incuriam nostram vel negligentiam notam alicujus detractionis incurrat. Licet autem nobis pro nobili viro .. comite Tolosano per venerabilem fratrem nostrum .. Claromontensem episcopum a nobis feceris postulari, ut ipsum haberemus in suis justis petitionibus commendatum: quia tamen idem comes etc., usque: ecclesiastice discipline. Tuis igitur postulationibus, quantum cum Deo possumus, annuents. [venerabili fratri nostro .. episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato³.] damus nostris litteris in mandatis ut, si dictus comes nostris et Ecclesie Romane beneplacitis etc., ut supra, usque in finem, verbis competenter mutatis. Quia vero firmiter credimus, immo probabili presumptione tenemus quod quasi jure hereditario te tangit injuria crucifixi, regiam excellentiam rogamus, monemus et hortamur in Domino, quatenus tam sufficientem et idoneam a dicto comite recipias cautionem, quod Deo et Ecclesie nullatenus illudatur. Dat. Laterani, VI idus junii, anno duodecimo⁴. »

4763

Latran, 4 juin 1238.

Eidem significat se, juxta ejus preces, Praenestino episcopo, Apostolice Sedis legato, sub certa forma absolutionem [Raymundi VII], comitis Tholosani, commisisse, eumque rogat et hortatur quatenus ab eodem comite sufficientem cautionem recipiat, quod in proximo generali passagio cum aliis Ultramontanis transfretabit, in obsequio Terrae Sanctae per triennium moraturus. — (REG. 19, f. 81 [75] r^o; post ann. XII,

1. En marge et en tête de cette bulle, comme en marge et en tête de la précédente, on lit : « Non transitit. »

2. Ms. : duxerit, changé en duxeris.

3. Le membre de phrase que nous imprimons entre crochets [], a été, dans le *Registre*, ajouté en marge.

4. La date de cette pièce ne porte pas de traces de modifications.

c. 420; — MOREAU 1192, f. 51 v°; *ibid.*, f. 98; — cf. POTTHAST 10641¹; — cf. *supra*, n° 4397.)

« *Eidem.* Pro nobili viro .. comite Tolosano [etc., ut supra, in litteris sub numero 4397 notatis, usque:] venerabili fratri nostro .. Penestrino² episcopo, Apostolice Sedis legato [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque:] moraturus. Ceterum³, quia [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque in finem]. Dat. Laterani, II nonas junii⁴, anno duodecimo. »

4764

Lateran, 5 juin 1238.

Episcopo Praenestino, Apostolice Sedis legato, de eadem re scribens, mandat quatenus, postquam [Raymundum VII], comitem Tholosanum, absolverit ab excommunicationibus quibus teneatur astrictus, [Ludovicus] regi Franciae, hanc absolutionem notam faciat, eundemque regem moneat quod sufficientem cautionem a praedicto comite recipiat, quod in proximo generali passagio cum aliis Ultramontanis transfretabit, in obsequio Terrae Sanctae per triennium moraturus. — (REG. 19, f. 81 [75] r°; *post ann.* XII, c. 421; — MOREAU 1192, f. 101; — repetitio litterarum supra notarum sub numero 4398.)

« .. episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato. Presentium tibi auctoritate [etc., ut supra, in litteris sub numero 4398 notatis, ad eundem episcopum Praenestinum directis, usque in finem]. Dat. Laterani, nonis junii, anno duodecimo⁵. »

4765

Lateran, 4 juin 1238.

Eidem mandat quatenus praedicto [Raymundo VII], comiti Tholosano, cum sufficientem cautionem praestiterit de

1. La bulle indiquée par POTTHAST sous ce numéro, d'après TEULET, *Layettes du Trésor des Chartes*, t. II, p. 386, n° 2736, portela date *III idus augusti* (10 août), au lieu de la date *II nonas junii* (4 juin), et c'est l'évêque de Sora qui s'y trouve mentionné, au lieu de l'évêque de Préneste ou Palestrina. Cette bulle du 10 août est celle qui est publiée plus haut, sous le numéro 4397.

2. Le mot « Penestrino » paraît être le résultat d'une correction.

3. C'est-à-dire qu'on ne trouve pas, dans la présente lettre, la clause suivante, ajoutée après coup dans la bulle où figure l'évêque de Sora : « non obstante quod se ad manendum ibidem per quinquennium noscitur obligasse, de quo sibi biennium de speciali gratia duximus relaxandum. »

4. Les mots : « Laterani, II nonas junii », paraissent être le résultat d'une correction.

5. Les dates de lieu, de jour et de mois résultent d'une correction.

transcendo in subsidium Terrae Sanctae ac ibi per triennium morando, terminum solutionis decem milium marcarum argenti quae idem comes se, in reformatione pacis, pro restauratione damnorum ecclesiis terrae suae illatorum, soluturum promiserat, usque ad apostolicum beneplacitum proroget¹. — (REG. 19, f. 81 [75] r°; *post ann.* XII, c. 422; — MOREAU 1192, f. 100; — cf. *supra*, n. 4399² et 4494³.)

« *Eidem.* Ex parte nobilis [etc., ut supra, in litteris sub numero 4399 notatis, ad eundem episcopum Praenestinum directis, et in litteris sub numero 4494 notatis, ad episcopum Soranum directis, usque in finem]. Dat. Laterani, II nonas junii, anno duodecimo⁴. »

4766

Lateran, 2 juin 1238.

Eidem conccdit ut haereticos, nec non credentes, receptatores ac fautores eorum provinciarum ipsius legationi commissarum, qui sponte ad Ecclesiam redire voluerint, et de quorum conversione evidenti constitit, ab excommunicatione absolvat eisque poenitentiam injungat. — (REG. 19, f. 81 [75] r°; *post ann.* XII, c. 423; — MOREAU 1192, f. 89; — cf. *supra*, n° 4495.)

« *Eidem*⁵. Nil arbitrantes animarum [etc., ut supra, in litteris sub numero 4495 notatis, ad episcopum Soranum directis, usque in finem]. Dat. Laterani, III nonas junii, anno duodecimo⁶. »

4767

Lateran, 3 juin 1238.

Archiepiscopis, episcopis, comitibus et baronibus in Provincia et partibus circumadjacentibus constitutis significat

1. Cette lettre est à rapprocher du § 2 de notre pièce 4758.

2. Il n'y a, entre les deux pièces 4399 et 4765, de différence que dans la date; la pièce 4399 porte la date *III nonas junii* (= 3 juin), au lieu de la date *II nonas junii* (= 4 juin), comme celle-ci; cette légère différence est due à l'inadvertance d'un copiste; nous n'avons ici et là qu'une même bulle, datée du 3 ou du 4 juin, et non deux expéditions distinctes, données à deux dates plus ou moins rapprochées.

3. Le destinataire de notre pièce 4494 est non l'évêque de Palestrina, mais l'évêque de Sora, et cette bulle est datée non plus du 3 ou du 4 juin, mais du 9 août.

4. Au sujet des dates de lieu, de jour et de mois, même observation pour cette pièce que pour la pièce précédente.

5. Cette lettre est identique à celle qui est imprimée plus haut sous le numéro 4495, sauf ces deux différences : 1° que notre pièce 4495 est adressée à l'évêque de Sora, et non à l'évêque de Palestrina; 2° qu'elle est datée du 10 août, et non du 2 juin.

6. Même observation, au sujet de la date, que pour les deux pièces précédentes.

se Praenestinum episcopum, commisso ei plenae legationis officio, ad partes Provinciae destinasse, eosque rogat et hortatur quatenus eundem legatum pleno honore prosequantur eique efficaciter assistant. — (REG. 19, f. 81 [75] v^o; post ann. XII, c. 424; — MOREAU 1192, f. 90; *ibid.*, f. 337¹.)

« *Archiepiscopus et episcopus, et nobilibus viris comitibus et baronibus civitatum et locorum in Provincia et partibus circumadjacentibus constitutis.* Debet in letitiam cordibus vestris accedere, si vobis id aliquando suggeramus, quod honorem Dei et salutem fidelium noscitur continere. Cum igitur pro negotio pacis et fidei venerabilem fratrem nostrum .. Penestrinum² episcopum, [virum utique scientia, moribus et honestate conspicuum,] commisso sibi plene legationis officio, ad partes Provinciae duxerimus destinandum : universitatem vestram rogamus et hortamur in Domino Jhesu Christo, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus, eundem, cum ad easdem partes, duce Christo, pervenerit, immo personam nostram in ipso, pleno prosequentes honore, sibi, cum ab eodem super prefato negotio requisiti fueritis, pro divina et nostra reverentia efficaciter assistatis : preces nostras taliter impleturi, ut is, cujus causa geritur, in augmento fidei, vobis et temporale premium et consequi gloriam tribuat supernorum. Dat. Laterani, III nonas junii, anno duodecimo³. »

4768

Lateran, 21 mai 1238.

Bisuntino, Viennensi, Tarantasiensi, Ebredunensi, Aqvensi, Arelatensi et Narbonensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, nec non abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, praepositis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum praelatis, tam exemptis quam non exemptis, per eorum provincias, civitates et dioeceses constitutis significat se Praenestinum episcopum, concessio ei plenae legationis officio, in Provinciam mittere; eos rogat et hortatur quatenus eundem legatum omni quo possint honore prosequantur, eique super haeretica pravitate abolenda efficaciter intendant. — (REG. 19, f. 81 [75] v^o; post ann. XII, c. 425; — MOREAU 1192, f. 72; — cf. J. BERNOULLI, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I (1892), p. 130, n^o 194; — cf. *supra*, n^o 4317.)

« .. Bisuntino, .. Viennensi, .. Tarantasiensi, .. Ebredun-

1. Cette seconde copie est accompagnée de cette référence absolument inexacte et qui ne répond à rien : « annus XIII, epistola 2, pag. 75. »

2. Le mot « Penestrin », dans le *Registre*, résulte sûrement d'une correction; en outre, le membre de phrase que nous imprimons entre crochets [], a été ajouté après coup en marge.

3. Ms. : tertiodecimo. — Même observation, d'ailleurs, au sujet de la date, que pour les trois pièces précédentes.

nensi, .. Aqvensi, .. Arelatensi et .. Narbonensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, praepositis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum praelatis, tam exemptis quam non exemptis, per eorum provincias, civitates et dioeceses constitutis. Dei et hominum [etc., ut supra, in litteris sub numero 4347 notatis, usque :] videlicet venerabilem fratrem nostrum .. Penestrinum² episcopum, concessio sibi [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] inviolabiliter observari. Dat. Laterani, XII kalendas junii, anno duodecimo³. »

4769

Lateran, 21 mai 1238.

Episcopo Praenestino, Apostolicae Sedis legato, facultatem concedit moderandi poenas et paenitentias per quoscumque impositas hominibus terrae [Raymundi VII], comitis Tholosani, ac Narbonensis provinciae et Albigeisii, nec non cognoscendi de causis pro ipso comite et contra ipsum quibuscumque iudicibus a Sede Apostolica delegatis, in quibus non sit ad litis contestationem processum. — (REG. 19, f. 82 [76] r^o; post ann. XII, c. 426¹; — MOREAU 1192, f. 69; — cf. *supra*, n^o 4348.)

« .. episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato. Super commisso prudentie [etc., ut supra, in litteris sub numero 4348 notatis, ad episcopum Soranum directis, usque :] nobilis viri .. comitis Tolosani, [ac Narbonensis provinciae et Albigeisii, exceptis tamen condemnatis de pravitate heretica vel etiam condemnandis⁵,] et⁶ co-

1. Nous avons indiqué plus haut (t. II, col. 1016, note 1) quelques dissemblances entre l'adresse de la pièce 4347 et l'adresse de celle-ci, et avons relevé également entre ces deux lettres, identiques pour le reste, cette triple différence : 1^o au lieu de : « pervenerabilem fratrem nostrum .. Soranum episcopum », comme dans la pièce 4347, on lit ici : « venerabilem fratrem nostrum .. Penestrinum episcopum »; 2^o on ne trouve pas, dans la présente pièce 4768, la clause : « non obstantibus indulgentis » etc., qui termine la pièce 4347; 3^o la lettre où figure l'évêque de Sora est datée du 23 août, et non du 21 mai, comme celle-ci.

2. Le mot « Penestrin », dans le *Registre*, résulte d'une correction.

3. Traces de modifications dans les mots : « Laterani, XII kalendas junii. »

4. Pièce cotée par erreur, dans le *Registre*, CCCCXXV, numéro que porte déjà la pièce précédente.

5. Une partie de la pièce a été refaite en marge; le membre de phrase que nous imprimons ici entre crochets [], ne figure pas dans la première rédaction (de même qu'il est absent de la pièce 4348), mais seulement dans la rédaction ajoutée en marge; c'est là, d'ailleurs, la seule modification importante apportée au premier texte.

6. Dans la nouvelle transcription ajoutée en marge, on lit : « nec non. »

gnosendi de causis [etc., ut supra, in eisdem litteris. usque in finem]. Dat. ut supra¹. »

4770

[Latran, 21 mai 1238.]

« In eundem modum *eidem*², usque : comitis Tolosani, ac Narbonensis provincie et Albigesii, exceptis tamen condemnatis de pravitate heretica vel etiam condemnandis, nec non cognoscendi de causis etc., usque in finem. » — (REG. 19, f. 82 [76] r^o; — cf. *supra*, n^o 1349.)

4771

Latran, 18 mai [1238].

Eidem significat se inhibere ne vacantibus ecclesiis terrarum legationis ipsi commissae, quae suspectae sint de haeresi, aliqui sine ipsius legati consilio et assensu in episcopos proferantur³. — (REG. 19, f. 82 [76] r^o; post ann. XII, c. 427⁴; — MOREAU 1192, f. 62; — cf. *supra*, n^o 4350.)

« *Eidem*⁵. Nil carius reputantes [etc., ut supra, in litteris sub numero 4350 notatis, ad episcopum Soranum directis, usque in finem]. Dat. Laterani, XV kalendas junii⁶. »

4772

Latran, 18 mai [1238].

Eidem facultatem concedit exendi, si necesse fuerit, terminos legationis ipsi commissae, et pacis et fidei turbatores, infra illos vel extra positos, spirituali districtione compes-

1. Cette date a été réécrite sur un grattage.

2. Cet *in eundem modum*, identique d'ailleurs à l'*in eundem modum* qui figure plus haut sous le numéro 4349, n'est autre chose que la pièce immédiatement précédente, dans sa seconde rédaction, celle qui se lit dans la marge.

3. Dans la pièce 4350 et dans la pièce 4496, on lit : « proferantur. »

4. Pièce cotée par erreur, dans le *Registre*, CCCCXXVI.

5. Cette pièce et la pièce 4350 de nos *Registres* sont à rapprocher de notre pièce 4496, presque entièrement identique pour le fond, mais légèrement différente dans la forme, et datée du 9 août de la même année; cette pièce 4496 est adressée, comme notre pièce 4350, à l'évêque de Sora. Cf. d'ailleurs la note à cette pièce 4496 (t. II, col. 1115).

6. Modification dans la date, mais apparente pour le mot « Laterani » seulement. — Il est vraisemblable que, si les dates des deux pièces 4350 et 4771 sont identiques, c'est que, par suite d'un oubli, la date de la pièce 4350 n'aura pas été modifiée; la lettre envoyée à l'évêque de Palestrina est du 18 mai; la lettre envoyée à l'évêque de Sora (n^o 4350) doit être du 9 août, comme les pièces 4348, 4349 et 4351 à 4353.

endi. — (REG. 19, f. 82 [76] r^o; post ann. XII, c. 428¹; — MOREAU 1192, f. 63; — cf. *supra*, n^o 1351.)

« *Eidem*. Diligentie tue studio [etc., ut supra, in litteris sub numero 4351 notatis, ad episcopum Soranum directis, usque in finem]. Dat. ut supra. »

4773

Latran, 18 mai [1238].

Eidem concedit ut, si forsan in aliqua provincia moram de necessitate fecerit, procuraciones de circumadacentibus recipere valeat. — (REG. 19, f. 82 [76] r^o; post ann. XII, c. 429²; — MOREAU 1192, f. 64; — cf. *supra*, n^o 4352.)

« *Eidem*. Ne commissum tibi [etc., ut supra, in litteris sub numero 4352 notatis, ad episcopum Soranum directis, usque in finem]. Dat. ut supra. »

4774

Latran, 18 mai [1238].

Eidem mandat quatenus vicario et quondam consulis Tholosae, nec non eorum officialibus et ministerialibus, postquam fratribus Praedicatorum de Tholosa et capellanis ecclesiarum parochialium ejusdem civitatis de irrogatis ab ipsis injuriis plenarie satisfecerint, et cautionem sufficientem praestiterint, quod de cetero ab ecclesiarum et clericorum injuriis absterneant, absolutionem impendant, exceptis suspectis de haeresi³. — (REG. 19, f. 82 [76] r^o; post ann. XII, c. 430⁴; — MOREAU 1192, f. 65; — cf. *supra*, n. 3126-3130.)

« *Eidem*. Ex parte vicarii et quondam consulum Tholose, et officialium ac ministerialium eorundem, fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum, pro eo quod fratrem Guillelmum Ar[nald]i, de ordine Praedicatorum, inquisitorem super negotio fidei a Sede Apostolica deputatum, et conventum eorundem fratrum et capellanos ecclesiarum parochialium de civitate ipsa ausu temerario ejecerunt, in canonem inciderunt⁵ sententiae promulgatae, ac non post multos dies ipsos ad civitatem eandem reducerent cum honore, illos, cum nec possint ad Apostolicam Sedem accedere, pro eo quod in causa est multitudo, absolvi ab hujusmodi excommunicationis sententia mandaremus; mandamus⁶ quatenus, Deo et

1. Pièce sans cote dans le *Registre*.

2. Pièce sans cote dans le *Registre*.

3. Cette lettre est à rapprocher du § 15 de notre pièce 4758.

4. Pièce sans cote dans le *Registre*.

5. Sic, peut-être pour *inciderint*.

6. Une lacune de quelques mots est vraisemblable entre « mandaremus » et « mandamus ».

Ecclesie quam leserunt, nec non et prefatis fratribus et capellanis, de irrogatis injuriis plenarie satisfacto, et sufficienti ab eis et idonea cautione recepta, quod similia de cetero non presument et ab ecclesiarum ac clericorum injuriis absternebant, prefatis excommunicatis, hiis dumtaxat exceptis qui, suspecti de heresi, se indignos hujusmodi gratia reddiderunt, juxta formam Ecclesie beneficium absolutionis impendas, injuncta eis pro modo culpe penitentia salutari. Dat. ut supra. »

4775

Latan, 18 mai [1238].

Inquisitoribus super haeresi in partibus Tholosanis a Sede Apostolica deputatis significat se velle ut usque ad sex menses a presentium receptione inquisitioni supersedeatur; haereticos et suspectos qui ad mandatum Ecclesiae sponte redire voluerint, sub quibusdam condicionibus ad unitatem Ecclesiae admittant, habilibus ad servitium Terrae Sanctae concessa licentia transeundi cum [Raymundo VII], comite Tholosano, in proximo generali passagio¹. — (Reg. 19, f. 82 [76] r^o; post ann. XII, c. 131^o.)

« * Inquisitoribus super heretica pravitate in partibus Tolosanis a Sede Apostolica deputatis. Plerumque dissimulanda sunt quedam, et ad tempus, pro malitia temporis, conventibus oculis toleranda, quae possunt materiam scandali suscitare. Licet igitur contra haereticos et suspectos inquisitionem duxerimus committendam², sperantes tamen quod errantes per benignitatis mansuetudinem ab errore debeant facilius revocari, usque ad sex menses a receptione presentium inquisitioni supersedere³ volumus faciente, relapsis dumtaxat et infamatis exceptis, contra quos procedi volumus et mandamus, in ea juxta formam vobis traditam nichilominus processuri; infra quos⁴ si qui ante condemnationem seu publicationem inquisitionis ad

1. En regard et en tête de cette pièce et de la suivante, que nous faisons précéder d'un astérisque (*), on remarque, dans la marge extérieure, un π surmonté d'un trait horizontal, équivalent de non; ce qui semble bien indiquer que ces deux bulles auront été après coup annulées; à noter toutefois l'absence du signe ordinaire d'annulation : « va-cat. » — La présente pièce 4775 est d'ailleurs à rapprocher du § 3 de notre pièce 4758, lequel n'est pas précédé de ce signe π .

2. Pièce cotée par erreur, dans le *Registre*, CCCCXXVII.

3. Il faut sans doute sous-entendre ici « vobis », comme « vos » quelques lignes plus loin.

4. Il faut sans doute sous-entendre ici « vos »; cf. la note précédente.

5. Sous-entendu : *haereticos et suspectos*, et non : *relapsos et infamatos*.

mandatum Ecclesiae sponte voluerint cum humilitate redire, et postquam omnem heresim in conspectu multorum publice abjurarint, et tam de se ipsis quam de aliis plenam dixerint veritatem, recepta praeter juratorium sufficienti ab eis et idonea cautione de parendo precise mandatis Ecclesiae et quod de cetero non labentur in simile, sed haereticos omnes, defensores et receptatores eorum pro viribus prosequantur, ipsos, exceptis relapsis, ad unitatem Ecclesiae misericorditer admittatis, injuncta eis pro modo culpe, praeter pericula corporum, incarcerationem et confiscationem bonorum, penitentia salutari. Si vero fuerint inter eos aliqui strenui et habiles ad servitium Terrae Sanctae, transendi cum nobili viro .. comite Tolosano in proximo generali passagio, loco injuncte sibi penitentiae, ipsis, moraturis ibidem ad arbitrium prelatorum suorum, licentiam concedatis. Dat. ut supra. »

4776

[Latan, 18 mai 1238.]

Eisdem, — qui contra nonnullos ex nuntiis [Raymundi VII], comitis Tholosani, inquisitionem fecerant, et eos postquam ad Sedem Apostolicam accesserant, dicebantur condemnasse, — mandat quatenus, si qui fuerint inter illos habiles ad servitium Terrae Sanctae, eis, sub quibusdam condicionibus ad unitatem Ecclesiae admissis, transendi cum praedicto comite in proximo generali passagio licentiam concedat¹. — (Reg. 19, f. 82 [76] v^o; post ann. XII, c. 432^o.)

« * Eisdem. Nobilis vir .. comes Tolosanus nobis significare curavit quod, postquam nuntii sui ad Sedem Apostolicam accesserunt, nonnullos ex eis, contra quos inquisitionem auctoritate nostra fecistis, dicimini condemnasse. Volentes igitur misericorditer agere cum eisdem, mandamus quatenus, si qui fuerint inter illos strenui et habiles ad servitium Terrae Sanctae, postquam omnem heresim in conspectu multorum publice abjurarint, et tam de se ipsis etc., ut supra, usque : ad unitatem Ecclesiae misericorditer admittentes, transendi cum eodem comite etc., ut supra, usque in finem. »

4777

Latan, 13 mai 1238.

Raymundus Bernardi, prior de Manso, omnibus fidelibus

1. En regard et en tête de cette pièce, comme en regard et en tête de la précédente, on remarque, dans la marge extérieure, un π surmonté d'un trait horizontal, ayant la même signification.

2. Pièce cotée par erreur, dans le *Registre*, CCCCXXVIII.

significat se negotium quod inchoaverat contra Raymundum [VII], comitem Tholosanum, in manus Jacobi, episcopi Praenestini, remisisse, et ratum habiturum quicquid in eodem negotio per eundem episcopum fuerit ordinatum. — (REG. 19, f. 82 [76] v^a; post ann. XII, c. 433.)

« Universis Christi fidelibus² presentes litteras inspecturus R[aimundus] Bernardi³, prior de Manso, salutem in eo qui est omnium vera salus. Noverit universitas vestra quod, cum nobilis vir R[aimundus], comes Tolosanus, pro spoliatione ville de Manso, iustitia seculari et pleno dominio, et diversis dampnis et injuriis datis⁴ ab eodem comite nobis et ecclesie nostre de Manso, sit auctoritate apostolica, mediante iustitia, excommunicationis sententia innodatus, nec non et omnis locus ad quem ipse comes devenit, quamdiu ibidem presens fuerit, interdictus, et insuper omnes scienter participantibus eidem comedendo, bibendo, salutando, orando, modo aliquo contrahendo, sunt⁵ eodem excommunicationis vinculo innodati, et etiam tota terra sua supposita ecclesiastico interdicto, et nos, in Romana Curia existentes, supplicare domino pape quod manum suam contra ipsum comitem, antedictas sententias obstinato animo contempnentem, duceret aggravandam: quia tamen venerabilis pater J[acobus]. Dei gratia Penestrinus episcopus, Apostolice Sedis legatus, nobiscum tractavit de negotio supradicto, nos, de circumspeta probitate, sapientia et bonitate ipsius plenissime confidentes, quem experta probitas amatorem iustitie et libertatis ecclesiastice zelatorem ostendunt, ad instantiam⁶ suam et de consilio venerabilis patris R[omani]. Dei gratia Portuensis episcopi, non coacti aliqua compulsionem nec per aliquod compromissum, sed libera et spontanea voluntate, totum iudicium negotium, litteras apostolicas et processus habitos per eandem, imposuimus super eum, ut ipse statuat et ordinet, secundum Deum, prout viderit faciendum, dantes et concedentes eidem, pro nobis et ecclesia nostra, in omnibus plenam et liberam potestatem, ratum et firmum habituri quicquid ordinatum vel factum fuerit per eundem. Nos vero predictas litteras et processus de manu sua ad custodiendum recepimus, quas eidem tenemur restituere, quando ab eodem fuerimus

requisiti. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro fecimus sigillari. Dat. Laterani, III idus maii, anno gratie M^oCC^oXXX^oVIII^o. »

1278

Latran, 19 mai 1238.

Episcopo Praenestino, Apostolice Sedis legato, significat se velle ut sententias excommunicationis in Raymundum VII, comitem Tholosanum, et interdicti in ejusdem comitis terram latas, propter injurias ab eodem comite irrogatas Raymundo Bernardi, priori de Manso, — qui omnem questionem quam adversus eundem comitem habebat, in manibus ipsius Praenestini posuerat, — cum viderit expedire, relaxet, et inhibeat ne quis a Sede Apostolica delegatus in eundem comitem vel in ejus terram, absque ipsius Praenestini episcopi consensu, pro dicto priore hujusmodi sententias proferat. — (REG. 19, f. 82 [76] v^a; post ann. XII, c. 433; — MOREAU 1192, f. 68; — cf. supra, n^o 435.)

« .. episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato. Cum dilectus filius .. prior de Manso in tuis manibus omnem quam adversus nobilem virum .. comitem Tolosanum habere dinoscitur, posuerit questionem, volumus et fraternitati tue [etc., ut supra, in litteris sub numero 435] notatis, ad episcopum Soranum directis, usque in finem]. Dat. Laterani, XIII kalendas junii, anno duodecimo. »

1279

Latran, 18 mai 1238.

Eidem concedit quatenus circa clericos provinciarum legationis ipsi commissas, defectum natalium patientes, exceptis natis de incestu vel adulterio, aut genitis de personis regularibus, aut paternam incontinentiam imitantibus, dispenset quod in susceptis ordinibus ministrare, ad majores ascendere et ecclesiasticum beneficium obtinere valeant. — (REG. 19, f. 83 [77] r^a; post ann. XII, c. 435; — MOREAU 1192, f. 66.)

« Eidem. Honor Apostolice Sedis attollitur, si oportuna indigentibus possint conferre gratiam, qui de nostro latere destinantur. Hac igitur de causa, nec non ex eo quod de fraternitate tua plenam in Domino fiduciam obtinemus, presentium tibi auctoritate concedimus quatenus circa clericos provinciarum tue legationis defectum natalium patientes, qui nati de incestu vel

1. Pièce sans cote dans le *Registre*.2. Pas de rubrique dans le *Registre*. — Cf. plus haut, t. II, p. 1243-1244.

3. La forme complète de ce nom est donnée par la pièce 2732.

4. Sic, peut-être pour *latis*.5. Sic, peut-être pour *sint*.6. Ms. : *justitiam*.1. Cf. supra, n^o 4758, § 12.2. Pièce cotée par erreur, dans le *Registre*, CCCCXXIX.3. Pièce cotée par erreur, dans le *Registre*, CCCCXXX.

adulterio aut genti de personis regularibus non existant, nec sint paternam incontinentiam imitantes, sed bone conversationis et vite, ac scientie competentis, aliasque sibi merita suffragantur ad dispensationis gratiam obtinendam, quod ministrare in susceptis ordinibus et ascendere ad majores ac ecclesiasticum beneficium obtinere valeant, auctoritate nostra dispenses, prout secundum Deum videris expedire. Dat. Laterani, XV kalendas junii, anno duodecimo. »

-4780

Lateran, 21 mai 1238.

Eidem committit ut religiosis provinciarum ipsius legationi commissarum, qui pro violenta manu injectione in se ipsos vel in alios religiosos et clericos saeculares, seu pro detentione proprii, seu pro denegata suis abbatibus vel prioribus obedientia, seu pro conspiratione excommunicati fuerant, absolutionem impendat; cum illis qui sic ligati, juris ignari vel immemores facti, ordines receperant et divina officia celebraverant, dispenset; aliis mandatis adjectis idem negotium contingentibus, praecipue circa illos qui in sua monasteria per simoniam ingressi erant. — (REG. 19, f. 83 [77] r^o; post ann. XII, c. 436¹; — MOREAU 1192, f. 70.)

« Eadem. Sicut accepimus, nonnulli religiosi provinciarum que tue sunt legationi commisse, pro violenta injectione manuum in se ipsos vel alios religiosos et clericos seculares, et quidam pro detentione proprii, alii etiam pro denegata suis abbatibus vel prioribus obedientia, seu co[n]spiracionis offensa, in excommunicationis laqueum inciderunt, et quidam in sua monasteria habuerunt ingressum per vitium symonie; quorum aliqui receperunt ordines et divina celebrarunt officia sic ligati. Nos igitur, eorum saluti, ac indempnitati locorum in quibus existunt, volentes paterna sollicitudine providere, fraternitati tue presentium auctoritate committimus ut eisdem excommunicatis juxta formam Ecclesie beneficium absolutionis impendas, proviso quod manuum injectores passis injuriam satisfaciant competenter, et, si aliquorum fuerit gravis et enormis excessus, eos mittas ad Sedem Apostolicam absolvendos. Cum illis autem qui, absolutionis beneficio non obtento, juris ignari vel immemores facti, susceperunt ordines et divina officia celebrarunt, in juncta eis pro modo culpe penitentia competenti, et ea peracta, liceat tibi de misericordia, que superexaltat

judicium¹, prout eorum saluti expedire videris, dispensare. Si vero prefati excommunicati scienter talia presumpserunt, eis per biennium ab ordinum executione suspensis, et imposita ipsis penitentia salutari, eosdem postmodum, si fuerint bone conversationis et vite, ad gratiam dispensationis admittas. Proprium autem si quid habent religiosi predicti, facias in abbatum vel priorum suorum inanibus resignari, suorum monasteriorum profectibus deputandum. Circa illos vero qui symoniaci in suis monasteriis sunt recepti, provideas juxta statutum concilii generalis. Dat. Laterani, XII kalendas junii, anno duodecimo. »

-4781

Articuli petitionum ex parte Raymundi VII, comitis Tolosani, Gregorio papae IX porrectarum, quae non fuerant admissae². — (REG. 19, f. 83 [77] v^o; post ann. XII, c. 437³.)

1-4. « Sign[ificat] S[anc]titati V[est]re dominus [...] comes Tolosanus ut fratres de ordine Predicatorum [etc., ut supra, sub numero 4758, §§ 4-7, usque :] cum domino Romano, tunc legato. Parisius fuerit pertractatum.

5. « Item supplicat indulgentiam sibi concedi [etc., ut supra, *ibid.*, § 10, usque :] pro hominibus terre sue.

6-7. « Item supplicat quod [...] pater suus [etc., ut supra, *ibid.*, §§ 13-14, usque :] vel spirituales vel ritualibus sint annexe.

8. « Item supplicat quod .. Viennensis archiepiscopus [etc., ut supra, *ibid.*, § 16, usque :] a legationis officio removeatur.

9. « Item supplicat quod .. Bituricensis [etc., ut supra, *ibid.*, § 18, usque :] ab omni injuria et iniquitate defendat⁴. »

1. Ms. : *judicio*. — Cf. Jacobi *Epist.* II, 13.

2. Il n'y a point de rubrique pour cette pièce; mais, tout en haut de la page, était tracée une ligne d'écriture, à l'encre noire, presque entièrement coupée par le couteau du relieur, et dont on ne lit plus, à la fin, que le mot « penitencias »; c'était là peut-être le titre de la pièce, mis là en rubricelle, mais non reproduit en rubrique. Cf. plus haut, t. II, p. 1243-1244. — Nous n'avons ici, en somme, que les articles de la supplique, reproduite plus haut, de Raymond VII (cf. *supra*, n° 4758, *post ann.* XII, c. 415), sur lesquels il avait été répondu par un *non* (non).

3. Pièce sans cote dans le *Registre*.

4. Pour *supplicat*.

5. Ms. : *defendant*. — Plus haut, dans la pièce 4758 : « defendat. »

1. Pièce cotée par erreur, dans le *Registre*, CCCCXXXI.

ACTA AD PACEM

INTER

LUDOVICUM IX, REGEM FRANCORUM, ET RAYMUNDUM VII. COMITEM THOLOSANUM

PARISIUS ANNO 1229 INITAM

PLERAQUE PERTINENTIA

[Cet important dossier sur le traité de Paris de 1229 n'est pas ici, il s'en faut, à sa place chronologique; normalement, il aurait dû être inséré dans le volume 14 de cette série des Archives du Vatican, soit en tête soit à la suite du *Registre* de la 3^e année; mais on comprend aisément les raisons pour lesquelles les clercs de la chancellerie pontificale qui ont présidé à la confection des Registres de Grégoire IX. ont tenu à le rapprocher de la série de pièces relatives à la légation de l'évêque de Palestrina en 1238 (cf. *supra*, numéros 4758 à 4781); de part et d'autre, c'est de Raymond VII avant tout qu'il s'agit, et les événements qui ont été l'occasion de cette légation, ne sont pas sans lien avec ceux dont le traité de 1229 a été la conséquence et l'aboutissement.

Cette nouvelle série de documents occupe les feuillets 87-97 (anciennement cotés LXXXI-XCI du *Registre* 19. Le feuillet 98 [XCII] est entièrement blanc, et, au feuillet 99 [XCIII] v^o, commence la table des rubriques de la XIII^e année.

L'aspect de ce groupe de pièces n'est pas le même que celui du reste du *Registre*, mais rappelle tout à fait l'aspect du dossier comprenant les *Vidimus* de Porto, dossier inséré, comme nous l'avons vu, dans le *Registre* 18, entre le recueil des bulles de la X^e année et le recueil des bulles de la XI^e. L'écriture est plus compacte, plus serrée — et d'une encre un peu plus pâle — que l'écriture employée dans les parties du même volume qui précèdent ou qui suivent; elle paraît aussi un peu postérieure. Aucune rubrique dans cette partie du *Registre*: les pièces ne portent aucune numérotation, soit ancienne, soit moderne.

Dans le coin inférieur du feuillet 96 (XC) v^o, coupé en partie par le couteau du relieur, se lit une note, écrite, comme les rubricelles, dans le sens vertical du feuillet: « ... nostra et ipsius comitis. Item. donec dictam Pe[nnam de Albigeo] tradat ... » C'est un passage de la seconde des expéditions du traité de Paris, intitulées au nom du roi de France, que fournit le *Registre* (pièce cotée plus loin 4787; cf. n^o 4784, §§ 49 et 50). Nous ne nous expliquons pas la présence de ce fragment à cet endroit.

Une remarque encore, concernant les pièces 2 à 6 (n. 4783-4787) de ce dossier. En marge et vis-à-vis des mots: « Terram autem que est in Imperio ultra Rodanum » (cf. *infra*, n^o 4783, § 20. et n^o 4784, § 32), se lisent plusieurs notes, dues à deux mains différentes, écrites, semble-t-il, pendant le séjour des papes à Avignon. Voici ces notes.

Pièce 2. — Première main: « et medietate Avinionen[sis] civitatis. »

Deuxième main : note écrite au-dessus de la précédente) : « de terra Venaxini. »

Pièce 3. — Deuxième main : « de terra Venaxini et Avinionis medietate. »

Pièce 4. — Deuxième main : « Nota de terra Venaxini et medietate Avinon[is]. »

Pièce 5. — Première main : « et medietate Avinionis. »

Deuxième main (note écrite au-dessus de la précédente) : « de terrâ que est ultra Rodanum, nomine Venaxinum. »

Pièce 6. — Deuxième main : « de terra Venaxini et medietate Avinionis. »]

-1782

Latran, 13 novembre 1227.

[Ludovico], regi Franciae, promissionem decimae in concilio Bituricensi [Ludovico], patri ejus, imperitum confirmat, statutum ut decima ei sit integra persolvenda. — (REG. 19, f. 87 [81] r; [post ann. XII, c. 438;] — POTTHAST 8053¹.)

« .. illustri regi Francie². » Cum dilectus filius —. Dat. Laterani, idibus novembris, pontificatus nostri anno primo. »

-1783

Paris, [1^{er}-9] avril³ 1229.

Artienli de pace inter Ludovicum IX, regem Francorum, et Raymundum, filium Raymundi, quondam comitis Tholosani, consentibus nonnullis praelatis, quorum nomina infra recensentur, ineunda. — (REG. 19, f. 87 [81] r; [post ann. XII, c. 439;] — cf. D. DEVIC et D. VAISSETTE, *Histoire générale de Languedoc*, première édition, t. III (Paris, 1737), *Preuves*, col. 327-329; nouv. édit., t. VIII (Toulouse, 1879), col. 879-883, pièce CLXXXIII, n^o 1.)

1. Ce premier document, sans rapport immédiat avec ceux qui suivent, et dont la présence en tête de ce nouveau dossier ne paraît pas très justifiée, figure déjà plus haut, sous le n^o 155 (ann. I, c. 154). — En marge et en regard de cette pièce, se lit la cote CLXXXI, ce qui indique que, dans la pensée du compilateur de cette partie du *Registre*, elle doit être rattachée à la série des bulles de la 1^{re} année; la 1^{re} année, il est vrai, comprend 181 et non 180 *capitula*; mais, comme le dernier de ces *capitula*, d'ailleurs incomplètement transcrit, a été ajouté après coup, la cote CLXXXI convient très bien à la pièce reproduite ici assez indûment.

2. La rubrique manque dans le manuscrit; elle est rétablie ici d'après la pièce 155.

3. Cette pièce est nécessairement antérieure au 10 avril, puisque le 10 avril est la date de la première des deux expéditions du traité de Paris, intitulées au nom de Raymond VII, que fournit le *Registre* de Grégoire IX (*infra*, n^o 4783).

4. La pièce à laquelle nous renvoyons ici, est un acte de Raymond VII, daté de janvier 1229, — c'est-à-dire antérieur de trois mois au document que nous publions, — par lequel le comte de Toulouse fait connaître « universis presentibus litteras inspecuris », qu'il consent à la paix négociée en son nom par l'abbé de Grandselve, son mandataire et représentant auprès du cardinal Romain, légat du Saint-Siège, et auprès du roi de France

(cf. l'acte de Raymond VII, du 10 décembre 1228, qui précède immédiatement celui de janvier 1229 dans l'*Histoire générale de Languedoc*, sous le numéro CLXXXIII, 1). Cet acte du mois de janvier 1229 contient les articles préliminaires de la paix qui devait se conclure définitivement le 12 avril suivant, et a, par conséquent, un rapport étroit avec le document que nous publions ici. Toutefois, les différences entre les deux pièces sont assez notables; la seconde en date contient 15 articles de plus que la première. Les articles de l'acte préliminaire de janvier 1229 n'ayant pas été numérotés par les éditeurs de l'*Histoire générale de Languedoc*, nous n'avons pu établir entre les deux documents de janvier et d'avril une correspondance rigoureuse; voici du moins les principales constatations auxquelles nous conduit la comparaison des deux textes.

Les §§ 1 à 9 de l'acte d'avril 1229, articles cependant d'une importance capitale, n'ont pas leurs correspondants dans l'acte de janvier.

Les §§ 10 et 11 du second en date de ces documents, celui d'avril, se présentent, dans celui de janvier, sous une forme très différente et beaucoup plus développée, que voici : « Totum episcopatum Tholosae, excepta terra Marescalli, quae remanebit ex parte domini regis Franciae, dimittit idem dominus rex nobis tali modo et tali conditione, quod nos ad praesens trademus domino regi filiam nostram maritandam uni de fratribus suis, si Ecclesiae dispensaverit, et nos a domino legato fuerimus absoluti usque ad Pascha proximo futurum, ita quod filia nostra habeat totum episcopatum Tholosae post mortem nostram, sive habuerimus alios filios sive non. Si autem filia nostra moreretur antequam nos, et filios vel filias haberet frater domini regis ex ea, habebit totum ipsum episcopatum, sive habuerimus filios vel filias sive non, post mortem nostram. — Item, si filia nostra moreretur et non haberemus filios vel filias de legitimo matrimonio procreatos, nihilominus Tholosa cum toto episcopatu Tholosano reverteretur ad dominum regem vel fratrem ejus, si dominus rex voluerit, post mortem nostram. Si autem decesserimus sine filijs de legitimo matrimonio procreatis, etiam alia terra remanebit filiae nostrae praedictae. Si autem filia nostra praedicta moreretur antequam nos sine liberis, et alios haberemus filios de legitimo matrimonio procreatos, ad eos episcopatum Tholosanum devolveretur » (*Histoire générale de Languedoc*, première édition, t. III, *Preuves*, col. 327; nouv. édit., t. VIII, col. 879-880). Ces articles ont été, dans l'acte d'avril 1229 et dans le traité définitif, profondément remaniés, quant à la forme et quant au fond. En aucun cas, Toulouse avec son diocèse, d'après le traité de Paris, ne devait revenir aux descendants de Raymond VII, si ce n'est à sa fille Jeanne, future belle-sœur du roi de France par son mariage avec Alfonso, comte de Poitiers.

Les §§ 12 à 15 de l'acte d'avril se retrouvent à peu près

1. — « In primis¹ Raymundus, filius R[aymundi], quondam comitis Tholosani, purgabit terram que remanebit ei ab hereticis et heretica feditate [2], et faciet de manifestis hereticis justitiam debitam [3]; de aliis vero, secundum ordinationem et mandatum domini legati et Ecclesie Romane [5].

identiquement, et dans le même ordre, dans le document de janvier 1229 (*Histoire générale de Languedoc*, première édition, t. III, *Preuves*, col. 327-328; nouv. édit., t. VIII, col. 880-881).

L'article 16 y figure également, mais scindé en deux parties; le début : « Supradicta omnia nobis dimittet dominus rex, salvo jure ecclesiarum », se lit, dans l'acte de janvier, à la suite du texte correspondant à notre § 15; le reste : « Ita tamen quod [in omnibus casibus supradictis] ut verus dominus habeamus ... et consuetudines aliorum baronum regi Francie », se trouve un peu plus haut, immédiatement avant le texte correspondant à notre § 12 (cf. *Histoire générale de Languedoc*, première édition, t. III, *Preuves*, col. 328 et 327; nouvelle édition, t. VIII, col. 881 et seconde moitié de la col. 880). — A noter, en outre, que, après le membre de phrase : « Supradicta omnia nobis dimittet dominus rex, salvo jure ecclesiarum », le texte de l'*Histoire générale de Languedoc* porte ceci, qui ne se lit plus dans la pièce que nous publions, et n'avait plus, en effet, aucune raison d'y figurer : « De donationibus factis in terra et juribus aliorum, loquentur dominus legatus et comes Campanie ac nuntii domini regis nobiscum in primo colloquio quo habebunt » (prem. édit., t. III, *Preuves*, col. 328; nouv. édit., t. VIII, col. 881).

Notre § 17 est absent des articles préliminaires publiés dans l'*Histoire générale de Languedoc*; de même, et ceci est particulièrement intéressant à constater, le § 18, sur l'hommage que Raymond doit rendre au roi de France.

Les §§ 19 à 24 et 26 de l'acte d'avril figurent déjà dans l'acte de janvier, et dans le même ordre. Les §§ 25 et 27 à 29 en sont absents.

Au § 30, au lieu de l'expression vague : « fossata triginta villarum et castrorum electorum », que fournit notre texte, on trouve, dans l'acte publié par les auteurs de l'*Histoire générale de Languedoc*, de même que dans le traité définitif, l'énumération de vingt-cinq de ces « villae et castra ». Il est assez curieux que le premier en date des deux documents soit, sur ce point, plus explicite que le second; c'est à une constatation contraire que l'on se serait plutôt attendu.

Enfin, notre § 31 a son correspondant dans les articles préliminaires de janvier, imprimés dans l'*Histoire générale de Languedoc*; mais, dans cette publication, le document se termine par un paragraphe qui ne se retrouve pas dans notre texte, et dont voici la teneur : « Si autem Ecclesia non dispensaverit, ut dictum est, et non fuerimus absoluti a domino legato, non tenebitur dominus rex servare pacem istam; et si pro dominum regem steterit quomvis serventur supradicta, non tenebitur servare pacem istam » (prem. édit., t. III, *Preuves*, col. 329; nouv. édit., t. VIII, col. 883).

1. Les numéros en caractères gras inscrits entre crochets [...], qui suivent chacun de ces articles, ou, dans le corps d'un article, telle ou telle disposition particulière, sont ceux des paragraphes correspondants du traité de paix définitif, tels qu'ils sont indiqués dans la pièce qui suit immédiatement (n° 4784).

2. — « Item servabit pacem et servari faciet in terra que remanebit ei et expellet ruptarios [6]. defendet ecclesias et viros ecclesiasticos [7], et faciet quod milites et alii laici non habeant decimas, sed ad ecclesias revertantur secundum dispositionem legati [12].

3. — « Item, statim post absolutionem suam, assumet crucem de manu legati contra Sarracenos, et ibit ultra mare ab instanti passagio mensis augusti usque ad aliud passagium mensis augusti proxime futurum, et morabitur ibi per quinquennium integre continentium [18].

4. — « Item restituet idem R[aymundus] omnia immobilia et jura ecclesiarum [11], et eas ac viros ecclesiasticos in suis libertatibus et immunitatibus conservabit et faciet conservari [7].

5. — « Item, pro dampnis illatis ecclesiis super rebus mobilibus, solvet decem milia marcarum argenti [13].

6. — « Item solvet quibusdam locis religiosiis que idem R[aymundus] eligit, quattuor milia marcarum, tum pro dampnis eisdem illatis in rebus mobilibus, tum pro salute anime sue [14].

7. — « Item sex milia marcarum retinebuntur ad municiendum, inforticiandum et custodiendum castrum Narbonense et alia castra que rex tenebit usque ad decennium, prout inferius continetur, sicut visum fuerit expedire [15].

8. — « Supradicta vero viginti milia marcharum solventur usque ad quattuor annos, ita quod quolibet anno solventur quinque milia marcarum [16].

9. — « Item quattuor milia marcarum deputabuntur quattuor magistris theologie, duobus decretistis, sex magistris artium liberalium et duobus gramaticis regentibus Tholose; que dividuntur hoc modo : singuli magistrorum theologie habebunt singulis annis quinquaginta marcas usque ad decennium; uterque magistrorum decretorum habebit eodem modo triginta marcas usque ad decennium; singuli magistri artium habebunt eodem modo viginti marcas usque ad decennium; uterque magister artis gramatice habebit eodem modo decem marcas usque ad decennium [17].

10. — « Item rex dimittet eidem R[aymundo] totum episcopatum Tholosanum, excepta terra marescalli, que remanebit ex parte regis, tali modo et conditione quod Tholosa et episcopatus Tholosanus, omni casu contingente, post mortem ipsius R[aymundi] remanebit regi, vel fratri suo qui habebit filiam suam, prout inferius annotatur [20].

11. — « Item tradet regi filiam suam, maritandam uni de fratribus suis, si Ecclesia dispensaverit et a legato fuerit absolutus [20]. Et, si Raymundus deces-

serit sine filiis de legitimo matrimonio procreatis, etiam alia terra remanebit predictæ filie sue [26].

12. — « Item dimittet eidem rex episcopatus¹ Agenensem et Rutbenensem [23].

13. — « Ex episcopatu Albiensi dimittet eidem R[aymundo] partem illam que est ultra fluvium de Tarch², et civitas Albiensis remanebit regi, et quicquid est citra illud flumen versus Carcasson[am] [24].

14. — « Episcopatum Caturcensem dimittet eidem R[aymundo], excepta civitate Caturcensi et feodis et aliis que habuit in eodem episcopatu rex Philippus, avus istius regis, tempore mortis sue; ita tamen quod super hoc rex et idem R[aymundus] stabunt *hælibas*³ voluntati ejusdem legati et comitum Campanie et Marchie. Quod si ipsi tres discordarent, valebit quod factum fuerit a dicto legato cum altero eorum⁴ [25].

15. — « De villa Sancti Antonini, rogabit rex bona fide homines illius ville quod revertantur ad dominium Raymundi; alioquin rex et dictus R[aymundus] stabunt voluntati ipsius legati et comitum predictorum supra dicto modo⁵.

16. — « Supradicta omnia dimittet rex ei, salvo jure ecclesiarum [27], ita tamen quod dictus R[aymundus] ut verus dominus habeat plenum jus et liberum dominium in supradicta t[er]ra que remanebit ei, et in morte pias elemosinas possit facere, secundum usus et consuetudines aliorum baronum regni Francie [26].

17. — « Viridefolium, cum pertinentiis suis, et villam de Lebordès, cum pertinentiis suis, similiter dimittet idem Raym[undus], secundum donum bone memorie regis Lodovici, episcopo Tholosano et filio domini O. de Lilers [28].

18. — « Item de omnibus supradictis que remanebunt dicto R[aymundo], faciet regi ligium⁶ homagium et fidelitatem, secundum consuetudinem baronum regni Francie [30].

19. — « Totam aliam terram que est citra Rodanum in regno Francie, et omne jus quod ipsi R[aymundo] competit vel competere posset in ea, quitabit precise et absolute regi et heredibus ejus in perpetuum [31].

20. — « Terram autem que est in Imperio ultra Ro-

danum¹, et omne jus quod ipsi R[aymundo] competit vel competere posset in ea, precise et absolute quitabit domino legato, nomine Ecclesie, in perpetuum [32].

21. — « Item omnes illi qui nati sunt de terra illa, qui fãiditi fuerint pro Ecclesia et rege Francorum et comitibus Montis Fortis et adherentibus eis, vel propria voluntate recesserunt ab eadem terra, nisi sint heretici, integre restituantur in statum pristinum quoad hereditates in terra que remanebit Raim[undo] [33]. Si vero aliqui hominum qui remanebunt in terra que dimittetur Ray[mundo], noluerint redire ad mandatum Ecclesie et regis, idem R[aymundus] faciet eis vivam guerram, nec pacem cum ipsis faciet sine assensu Ecclesie et regis [34].

22. — « Item idem R[aymundus] securitatem prestat Ecclesie et regi pro predictis omnibus observandis : in primis jurabit quod bona fide et sine fraude et malo ingenio observabit omnia supradicta, et faciet ab hominibus et vassalis et fidelibus suis firmiter observari [38]; faciet etiam jurare illud idem omnes cives Tholosanos et alios homines terre que remanebit ei, et quod dabunt operam efficacem quod ipse servet ea; ita videlicet quod, si ipse R[aymundus] veniret contra pacem istam, ipso facto sint absoluti a fidelitate et homagio et omni alia obligatione quibus ipsi tenentur ei, et adhererent Ecclesie et regi contra ipsum, nisi infra quadraginta dies postquam fuerit monitus, hoc emendaverit vel juri steterit coram Ecclesia de hiis que ad Ecclesiam pertinent, et coram rege de hiis que pertinent ad regem [39].

23. — « Et tota terra illa incidet in commissum regis, et erit idem Raymundus in eo statu in quo nunc est, quoad excommunicationem et omnia alia que fuerunt statuta contra ipsum et patrem suum in concilio generali vel postea [39].

24. — « Renovabuntur autem juramenta predicta de quinquennio in quinquennio, ad mandatum regis [41].

25. — « Item dabit idem R[aymundus], pro securitate Ecclesie et regis, in manibus ipsius regis castrum Narbonense, quod tenebitur usque ad decennium et muniatur pro regem et infortabitur, si visum fuerit expedire [42].

26. — « Item dabit, pro securitate similiter, in manibus regis capud Castri Novi, capud Castri Wauri,

1. Ms. : episcopatum.

2. Il s'agit du Tarn, dont le nom se présente sous des formes assez différentes dans les documents de cette série.

3. Sic, pour haut et bas.

4. Cet article a été modifié dans la rédaction définitive du traité.

5. Cet article, qui se trouve déjà dans l'acte de janvier 1229 dont il vient d'être parlé, a disparu de la rédaction définitive du traité.

6. Ms. : ligium et homagium.

1. Très postérieurement, au XIV^e siècle, à ce qu'il semble, on a écrit en marge et en regard de ces mots : « et (pour de ?) medietate Avinionen[sis] civitatis », et au-dessus de cette première note, une autre main a ajouté : « de terra Venaxini. » Cf. ce qui est dit plus haut, p. 1265-1268.

castrum de Monte Cucco, Pennam de Agennesio, Rupem Perucii, castrum de Cordua, castrum de Verduno, castrum de Villemuro, et usque ad decennium tenebit rex ea; ita quod primis quinque annis solvet idem Ray[mundus], pro expensis custodum, quolibet anno, mille et quingentas libras Turon[ensium]. Si autem voluerit rex diruere capud Castru Novi, capud [Castru] Wauri, Villemur[un] et Verdun[um], poterit hoc facere, et propter hoc non diminuetur predicta summa mille et quingentarum librarum Turon[ensium]. In aliis quinque annis, si rex voluerit tenere, propriis expensis faciet custodiri [43]. Redditus et proventus castrorum erunt Raymundi [45].

27. — « Pennam autem de Albigesio dabit cum aliis predictis castris detinendam a rege usque ad decennium infra terminum competentem, postquam a domino legato vel ab ejus nuntio fuerit requisitus. Si vero illam non poterit habere, faciet obsideri et fieri vivam guerram tam diu donec ipsam habeat: nec pacem nec trengam cum illo faciet qui tenet eam, donec ipsam habeat [47]; et postquam eam habuerit, tradet eam in elemosinam perpetuo Templariis vel Hospitalariis possidendam, ad voluntatem legati: ita tamen quod ipsi non alienent ea a manu sua, nec de ipsa guerram facient dicto Raym[undo], nisi de mandato Ecclesie [48].

28. — « Item, donec dictam Pennam de Albigesio det regi, vel Templariis sive Hospitalariis, ut dictum est, tenebit rex propter hoc obligatam Pennam de Agennesio et aliud castrum de hiis que tenere dicitur, vel etiam de aliis [50]. Et si etiam infra decennium det Pennam de Albigesio Templariis vel Hospitalariis, tanto tempore post decennium tenebit rex illa duo castra preminata, quanto tempore non habuerit Pennam de Albigesio [51].

29. — « Diruentur muri Tholose omnino, et de repletione fossatorum stabit¹ ad voluntatem et mandatum dicti legati [35].

30. — « Item nichilominus diruentur muri et replebuntur fossata triginta villarum et castrorum electorum, et non poterunt reedificari sine voluntate regis, nec alibi fieri nove fortalitie. Villas tamen non infortiatas bene poterit facere Raimundus in terra que remanebit ei, si voluerit [36].

31. — « Si vero aliqua villarum vel castrorum que debent dirui, ut dictum est, essent hominum ipsius Raymundi, et nolent quod diruerentur, idem Raymundus faciet eis vivam guerram, nec pacem vel trengas sine assensu Ecclesie vel regis cum eis faciet,

donec diruantur muri et impleantur fossata [37].

« Hanc autem pacem acceptaverunt et consulerunt . . . Senonensis, [.] Lugdunensis, [.] Viennensis et [.] Narbonensis archiepiscopi; [.] Belyacensis, [.] Laudunensis, [.] Carnotensis, [.] Parisiensis, [.] Meldensis, [.] Magalonenis, [.] Tholosanus, [.] Nemausensis et [.] Albigenis episcopi; [.] Sancti Dyonisii in Francia, [.] Sancti Germani de Pratis Parisiensis et [.] Grassensis abbates; Johannes de Monte Mirabili, Parisiensis ecclesie archidiaconus; magister Britius, canonicus Narbonensis; [.] abbas Cluniacensis; [.] abbas Clariacensis; [.] prior Sancti Marliui de Campis Parisiensis; [.] prepositus Magalonenis; B. archidiaconus Nemausensis; [.] Cisterciensis, [.] Gallicianensis, [.] Moysiaticensis¹ abbates.

« Et nos [.] Bituricensis archiepiscopus consilium domino legato quod, si [.] rex Francorum illustris acceptet omnia supradicta, absolvat Raymundum; tamen non consuleremus ipsi regi quod faceret pacem istam.

« Actum Parisius, mense aprilis, anno Domini M^oCC^o vicesimo octavo. »

1274

Paris, 10 avril 1229.

Litterae Raymundi, filii Raymundi quondam comitis Tholosani, de pace inter ipsum, Ecclesiam Romanam et Ludovicum, regem Francorum. Parisius inita, scriptae ante quam ipse Raymundus absolutus crucem assumpserit de manibus Romani, Sancti Angeli diaconi cardinalis, apostolici legati, et ante quam eidem regi Francorum de possessionibus sibi videlicet Raymundo dimissis homagium fecerit². — Reg. 19, f. 88 r^o; post ann. XII, c. 440.]

1. Ms. : Moysiaticensis.

2. Il existe de ce même traité de 1229 plusieurs expéditions au nom de Raymond VII. Nous avons à en considérer ici principalement quatre : l'une avec la date du 10 avril, la première que nous fournisse le *Registre* (c'est notre présente pièce 4784), et que nous appellerons B; et trois avec la date du 12 avril, que nous appellerons A, A' et C; A, non reproduit dans le *Registre*, est l'original du texte publié par Teulet (*Layettes du Trésor des Chartes*, t. II, 1826, p. 147-152, n° 1992) et par les auteurs de *l'Histoire générale de Languedoc* (t. III, *Preuves*, col. 329-334 de l'ancienne édition; t. VIII, col. 883-892 de la nouvelle édition), original conservé aux Archives nationales, sous la cote J. 305, Toulouse, III, 60; A' est également conservé aux Archives nationales, sous la cote J. 331, Toulouse, Layette, n° 3; C, inséré comme B dans le *Registre*, est notre numéro 4785. Nous n'avons pas cru devoir reproduire en entier le texte B, mais seulement tous les passages où il s'écarte du texte public A, en conservant les subdivisions introduites dans le texte par Teulet, et en numérotant les articles, pour plus de commodité. — Il y a, entre ces deux textes A et B, beaucoup de différences de détail assez insignifiantes; il y en a quelques-unes d'une réelle importance; il y

1. Ms. : stabitur.

« Raymundus, filius Raymundi, quondam comitis

en a, enfin, d'essentielles. Celle-ci, par exemple. Au § 18, dans B, qui est du 10 avril, Raymond VII s'exprime ainsi : « Item, statim post absolutionem nostram, ASSUMEMUS pro penitentia nostra crucem... » ; dans A, daté du surlendemain 12 avril, ce futur est devenu un passé, et nous lisons : « Item, statim post absolutionem nostram, ASSUMPSIMUS pro penitentia nostra crucem... » De même, au § 30, au sujet de l'hommage dû par Raymond VII au roi de France : « FACIEMUS ipsi regi ligium homagium », lisons-nous dans B : « FECIMUS domino regi homagium ligium », est-il dit dans A. Deux autres changements de temps, tout semblables, sont encore à signaler : QUITABIMUS (§§ 31 et 32), dans B ; QUITAVIMUS, dans A ; de même : « Idem rex ABSOLVET cives Tholosanos », dans B (§ 53) ; ABSOLVIT, dans A. ... Remarquons en outre, dans B (§ 40), la leçon JUVABIMUS ... FACIEMUS, au lieu de JUVA-BUNT ... FACIENT, que nous trouvons dans A. — A noter encore que presque partout, mais non toujours, quand il est question du roi de France, le rédacteur de B l'appelle simplement rex, ou *idem rex, dictus rex*, au lieu de *dominus rex*, qui se lit communément dans A ; et aussi, que Raymond VII, qui s'intitule, dans A, *Dei gratia comes Tholosanus*, se désigne, dans B, seulement comme *filius Raymundi, quondam comitis Tholosani*. — Enfin, A est scellé du sceau de Raymond VII seul, tandis que dans B sont annoncées, en outre, les sceaux des archevêques de Sens et de Narbonne, et des évêques de Paris, Nîmes, Maguelonne, Toulouse et Albi. — Ces mêmes prélats ont également apposé leurs sceaux à l'expédition de ce même traité que nous avons désignée plus haut par la lettre A', expédition conservée, comme nous l'avons dit, aux Archives nationales, sous la cote J. 331, Toulouse, Layette, n° 3 ; il est à remarquer qu'ils n'y sont pas énumérés dans le même ordre que dans l'expédition que nous connaissons uniquement par le *Registre* de Grégoire IX, et à laquelle nous avons attribué la lettre B. D'après Teulet (*Layettes*, t. II, p. 152, col. 1, note), le texte de cette expédition cotée J. 331 etc., serait « parfaitement conforme » au texte publié par lui (celui que nous avons appelé A). Cela n'est pas tout à fait exact. Si, dans presque tout le détail, A et A', qui portent d'ailleurs la même date, concordent entre eux, sur certains points très importants, ils diffèrent l'un de l'autre. Tout d'abord, dans A', Raymond VII s'intitule encore *filius Raymundi, quondam comitis Tholosani*, comme dans B, et non pas *Dei gratia comes Tholosanus*, comme dans A, et, dès le début, il y qualifie le roi de France de *dominum regem Francie*, comme dans B, et non pas de *karissimum dominum nostrum Ludovicum regem Francie illustrem*, comme dans A. D'autre part, on lit dans A', comme dans B, ASSUMEMUS (§ 18) et FACIEMUS (§ 30), au lieu de ASSUMPSIMUS et FECIMUS, leçons de A. Mais, inversement, A', s'écartant ici du texte B, pour se conformer au texte A, donne les leçons QUITAVIMUS (§§ 31 et 32), JUVA-BUNT ... FACIENT (§ 40) et ABSOLVIT (§ 53), et non QUITABIMUS, JUVABIMUS ... FACIEMUS, ABSOLVET. Le texte A' présente, en outre, quelques particularités qu'il y a lieu de relever. Au § 20, au lieu de *dimittit nobis*, leçon de A et de B, on y lit *dimittit nobis*. Un lapsus de copiste, évidemment, au § 34, la leçon : « ad mandatum Ecclesie et nostrum, specialiter ... », au lieu de : « ad mandatum Ecclesie et domini regis », leçon de A, ou : « ad mandatum Ecclesie et regis », leçon de B. Enfin, au § 43, après les mots : « sex milibus marcis predictis », A' porte ce membre de phrase, qui ne se lit

Tholosani⁴, universis ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino.

1. — « Noverit universitas vestra quod, cum guerra inter Sanctam Romanam Ecclesiam et dominum regem Francie², ex parte una [etc., usque :] domini regis Francie *fideliter*³ permanere, pacem [etc., usque :] inter Sanctam Romanam Ecclesiam et *dictum* regem Francie [etc., usque :] reformata.

2. — « Promittimus autem domino Romano [etc., usque :] nomine Ecclesie Romane, et *dicto regi, quod sibi* et heredibus suis de cetero [etc., usque :] fantores [et] receptatores in terra [etc., usque :] heretica feditate ; juvabimus etiam purgare terram⁴ rex tenebit.

3. — « Et promissimus⁵ quod [etc., usque :] viriliter, diligenter et potenter ; inquiremus et inquire faciemus de inveniendis [etc., usque :] fautoribus [et] receptatoribus [etc., usque :] dominus legatus.

4. — « Et ut facilius [etc., usque :] dabimus *vel dari* faciemus tantumdem.

5. — « De aliis non manifestis [etc., usque :] secundum

ni dans A ni dans B : « et quolibet anno in dictis quinque annis mille et quingentas libras Turon[ensium] sibi persolveremus. » — Une remarque encore, sur le texte des éditions qui ont été données du traité de Paris, intitulé au nom de Raymond VII. Ce traité a été publié, comme nous l'indiquons plus haut, d'abord par les auteurs de l'*Histoire générale de Languedoc* (ancienne et nouvelle édition), puis par A. Teulet, au tome II des *Layettes du Trésor des Chartes*. Les deux publications ayant été faites, l'une et l'autre, comme nous l'avons dit, d'après l'original des Archives nationales, coté J. 305, Toulouse, III, n° 60 (Teulet indique, en outre, comme référence, la pièce cotée n° 2 du même carton, qui est une copie du temps de Philippe le Bel), les deux textes devraient concorder d'un bout à l'autre ; et en effet, si l'on ne tient pas compte de quelques détails insignifiants, ils concordent presque partout ; cependant, sur une anomalie singulière, sur un des points les plus importants, sur un de ceux qui ont été examinés plus haut dans cette note, il y a divergence ; là où Teulet a imprimé ASSUMPSIMUS (leçon de notre texte C), les auteurs de l'*Histoire générale de Languedoc* ont imprimé ASSUMEMUS, leçon de notre texte B (§ 18) ; ils donnent aussi (§ 39) *statuta* SUNT leçon de B, au lieu de *statuta* FUERUNT, leçon de A et de C ; mais on trouve, dans leur édition, et FECIMUS, et QUITAVIMUS, et ABSOLVIT.

1. A. « Raymondus, Dei gratia comes Tholosanus. »

2. A. « et karissimum dominum nostrum Ludovicum regem Francie illustrem. »

3. Nous indiquons par des *italiques*, et, dans quelques cas qui nous ont paru particulièrement importants, par des *CAPITALES*, les endroits où notre texte B s'écarte du texte imprimé A ; nous relevons en note les divergences qui n'ont pu être signalées de la sorte, en négligeant toutefois celles que nous avons cru pouvoir considérer comme insignifiantes.

4. A. « et juvabimus etiam purgare terram quam dominus rex tenebit. »

5. A. « Promittimus etiam quod. »

quod dominus legatus vel Romana Ecclesia ordinabunt.

6. — « Item servabimus [etc., usque :] et ruptarios expellentes et puniēmus animadversione debita [et] punitatores ipsorum.

7. — « Ecclesias et viros ecclesiasticos defendemus et defendi faciemus [etc., usque :] et faciemus observari¹.

8. — « Et, ne de cetero [etc., usque :] ad mandatum Ecclesie, nos ipsos ad sinum [etc., usque :] excommunicationis fuerint vinculo innodati [etc., usque :] excommunicationis predictę.

9. — « Faciemus omnes balivos [etc., usque :] pro modo delicti puniantur; et, si culpabiles, puniantur omnium ammissione honorum.

10. — « Instituemus etiā balivos [etc., usque :] et puniēmus eum, cum super hoc fuerimus certificati.

11. — « Item promissimus quod omnia [etc., usque :] in tota terra quam nos [etc., usque :] vel ab ipso legato vel a Sede Apostolica delegatis.

12. — « Promissimus etiā quod [etc., usque :] nec permittemus eos tenere [eas] in terra quam [etc., usque :] integre revertentur.

13. — [Ut in A.]

14. — [Ut in A.]

15. — « Item sex milia [etc., usque :] muniendum, infortiendum et custodiendum [etc., usque :] que dictus rex [etc., usque :] expedire.

16. — [Ut in A.]

17. — « Item quatuor milia [etc., usque :] triginta marcas usque ad decennium annuatim. Singuli magistrum artium habebunt singulis annis viginti marcas usque ad decennium similiter annuatim. Uterque magistrorum artis gramatice habebit² decem marcas usque ad decennium similiter annuatim.

18. — « Item, statim post absolutionem nostram, ASSUMEMUS pro penitentia nostra [etc., usque :] per quinquennium³ integre moraturi.

19. — « Illos autem qui adhererint Ecclesie, regi predicto, patri ejusdem regis, comitibus Montis Fortis [etc., usque :] Ecclesie, dicto regi, patri ejusdem, comitibus Montis Fortis [etc., usque :] credentibus ipsorum, cum Ecclesia et rex prefatus faciant similiter illud idem de illis qui nobis contra eundem regem et Ecclesiam adhererunt. exceptis illis qui ad pacem Ecclesie et regis⁴ ejusdem nobiscum non veniunt.

1. Observari, qu'on retrouve dans la pièce suivante, n'est sans doute qu'une simple faute de copiste, pour conservari, leçon de A et de A'.

2. A. « habebit similiter annuatim decem. »

3. A. « per quinquennium continuum. »

4. A. « domini regis. »

20. — « Idem autem rex, attendens humilitatem nostram et sperans quod in devotione Ecclesie et fidelitate sua fideliter perseveremus, volens nobis facere gratiam, filiam nostram, quam eidem regi trademus, tradet in uxorem [etc., usque :] dimittet nobis idem rex totum episcopatum [etc., usque :] a dicto rege. Post mortem autem [etc., usque :] fratris ejusdem regis [etc., usque :] ex ipsis duobus.

21. — « Si autem frater regis¹ [etc., usque :] ad dictum regem revertetur [etc., usque :] vel alii filii² vel heredes [etc., usque :] poterunt reclamare.

22. — « Et si ipsa filia sine filiis ex fratre ipsius regis moreretur, Tholosa similiter et episcopatus Tholosanus ad eundem regem et heredes suos revertetur : ita quod, omni casu contingente, ad dictum regem et heredes suos Tholosa et episcopatus ejus revertetur³. Et nulli poterunt [etc., usque :] nisi filii aut filie [etc., usque :] sicut est predictum.

23. — « Item dimittit nobis⁴ Agenensem et Ruthenensem episcopatus.

24. — « De episcopatu Albiensi [etc., usque :] ex parte Galiaz⁵; et civitas Albiensis remanebit ex parte regis⁶, et quicquid [etc., usque :] et idem rex⁷ habet ripam [etc., usque :] ad medium fluvium, et nos similiter habemus ripam⁸ et aquam usque ad medium fluvium ex parte nostra, salvis [etc., usque :] ex parte ipsius regis, eidem regi faciant quod debent, et de eis que sunt ex parte nostra, faciant⁹ similiter quod debent.

25. — « Episcopatum¹⁰ Caturcensem dimittit nobis¹¹, excepta civitate [etc., usque :] avus ipsius regis, tempore mortis sue.

26. — « Et si nos [etc., usque :] frater ejusdem regis, et heredibus susceptis ex ipsa [etc., usque :] tam de civitate Tholosana et episcopatu Tholosano [etc., usque :] aliorum baronum regni Francie.

27. — « Supradicta omnia dimittit nobis¹², salvo jure [etc., usque :] superius est expressum.

28. — « Viridefolium, cum pertinentiis suis, et vil-

1. A. « domini regis. »

2. A. « alii filii vel filie vel heredes. »

3. A. « revertetur post mortem nostram. »

4. A. « nobis dominus rex. »

5. A. « ex parte de Gaillac. »

6. A. « ex parte domini regis. »

7. A. « dominus rex. »

8. A. « rippam, ex parte nostra, et aquam. »

9. A. « faciant nobis. »

10. A. « Episcopatum autem. »

11. A. « nobis dominus rex. »

12. A. « nobis dominus rex. »

lam de *Lebordes*. cum pertinentiis suis, dimittimus nos, secundum donum bone memorie Ludovici¹, patris dicti regis, et comitis Montis Fortis, episcopo Tholosano et filio O. de *Lilliers*; ita tamen quod episcopus Tholosanus² faciat nobis [etc., usque] et filius ejusdem O. faciat³ quod debebat facere bone memorie regi Ludovico, patri ejusdem regis.

29. — « Donationes alie ab ipso rege, vel a patre ejus [etc., usque] ad eas teneamur, in terra que nobis et nostris dimittitur.

30. — « De omnibus autem supradictis, que dimittuntur nobis, FACIEMUS ipsi regi *ligium homagium* et fidelitatem [etc., usque] regni Francie.

31. — « Totam aliam terram [etc., usque] competere possit in ea, QUITABIMUS precise et absolute ipsi regi et heredibus suis in perpetuum.

32. — « Terram autem que est [etc., usque] competere possit in ea, precise et absolute QUITABIMUS domino legato, nomine Ecclesie, in perpetuum.

33. — « Item omnes indigene qui faiditi *fuere* de terra illa pro Ecclesia, pro patre dicti regis et rege, et comitibus Montis Fortis [etc., usque] nisi *invenientur* heretici ab Ecclesia condemnati, integre restituentur in statum pristinum [etc., usque] causa donationis ab ipso rege, vel a patre ejus [etc., usque] habuerunt.

34. — « Si vero aliqui hominum qui remanebunt in terra que dimittitur nobis, noluerint redire ad mandatum Ecclesie et regis⁴, specialiter comes Fuxensis [etc., usque] sine assensu Ecclesie et regis⁵; et si terre ipsorum [etc., usque] nisi rex⁶ ipsa, pro securitate Ecclesie et sua, vellet retinere [etc., usque] retinebit ipsa.

35. — « Item nos faciemus [etc., usque] juxta mandatum, voluntatem⁷ et ordinationem domini legati.

36. — « Item diruantur per nos [etc., usque] castrorum, scilicet: de Fano Jovis, de Castro Novo, de Labecade⁸, de Avnyoneto, de Podio Laurentii, de Sancto Paulo, de Vauro, de Rebestame, de Gaillart, de Monte Acuto, de Podio Celsi, de Verduno, de Castro Sarraceni, de Moysiaco, de Monte Albano, de Monte

Cuoco, de Ageu[no], de Condomo, de Savarduno, de Alta Ripa, de Cassanolio, de Poigiolo, de Alto Villari, de Villa Peruci, de Lauraco, et de quinque aliis [etc., usque] nove forteritie; villas tamen [etc., usque] si voluerimus.

37. — « Si vero aliqua villarum [etc., usque] dictum est, *esset* hominum nostrorum, et nolent quod [etc., usque] et impleantur fossata.

38. — [Ut in A.]

39. — « Faciemus etiam [etc., usque] ex nunc eos¹ absolvimus [etc., usque] et juri coram dicto rege de hiis que *pertinent ad ipsum*; et tota terra ipsa que *dimittetur nobis*, incidit in commissum dicti regis, et erimus in eo statu in quo nunc sumus et quoad *excommunicationes* et quoad *dictum regem*, et omnia alia que statuta *sunt* contra nos et patrem nostrum in concilio generali².

40. — « Addetur autem [in] juramento eorum [etc., usque] credentes³, fautores et receptatores eorum, et omnes alios qui Ecclesie contrarii existent, occasione heresis vel contemptus [etc., usque] et dominum regem JUVABIMUS contra omnes, et quod eis FACIEMUS⁴ vivam guerram [etc., usque] et domini regis.

41. — [Ut in A.]

42. — « Ut autem *supradicta* omnia [etc., usque] si visum fuerit expedire.

43. — « Item trademus ei, pro securitate Ecclesie et sua⁵, capud Castri Novi⁶, capud Castri Vauri, castrum de Monte Cuoco, Pennam de Aginesio, castrum Cordue, Rupem Perusi, castrum de Verduno, castrum de Villamur; et usque ad decennium tenebit ea, ita quod primis quinque annis solvemus ei *quolibet anno*, pro expensis custodum⁷, mille et quingentas [etc., usque] sex milibus *marcis* predictis: in aliis quinque annis [etc., usque] expensis custodiri.

44. — « Dominus rex tamen [etc., usque] scilicet capud Castri Novi⁸, capud Castri Vauri, Villamur, et Verduni; et propter hoc [etc., usque] librarum Turonensium.

45. — « Redditus et proventus castrorum, et omnia

1. A. « Ludovici regis, patris ejusdem domini regis. »

2. A. « episcopus Tholosanus pro Viridifolio faciat. »

3. A. « O. faciat nobis. »

4. A. « et domini regis. »

5. A. « et domini regis. »

6. A. « nisi dominus rex, pro securitate Ecclesie et sua, vellet retinere. »

7. A. « mandatum et voluntatem et ordinationem. »

8. A. « de Labecad., ... de Rabesten, de Gayllac, ... de Podio-cello, ... de Castro Sarraceni, ... de Montecuoco, ... de Comdumo, ... de Altariapa, de Cassenol., de Pugeois, ... de Villa Perucie, de Loracco. »

1. A. « ex nunc nos eos. »

2. A. « in concilio generali vel postea. »

3. A. « credentes et fautores eorum, et receptatores, et omnes. »

4. A. « juvabunt . . . facient. »

5. A. « et sua, in manibus suis. »

6. A. « capud Castrinovi, capud Castri Vauri, castrum de Montecuoco, Pennam de Agenesio, ... Ruppem Perucie, ... castrum de Villamuro. »

7. A. « pro expensis custodum, quolibet anno, mille. »

8. A. « capud Castrinovi, capud Castri Vauri, Villamurum et Verdunum. »

que jure domini¹) percipiuntur, erunt nostra : et rex ad sumptus [etc., usque :] non suspectos Ecclesie et regi¹, qui facient [etc., usque :] et proventus predictos.

46. — « Post decennium autem restituet² *idem* rex capita castrorum dictorum et Corduan nobis libere, salvis [etc., usque :] et regem³ fuerint observata.

47. — « Pennam autem de Albiesio trademus⁴ infra kalendas augusti proximas regi, cum aliis castris detinendam a rege⁵ usque ad decennium. Si vero illam [etc., usque :] fieri, quousque⁶ ipsam habeamus [etc., usque :] *nee* tamen propter hoc *retardemur* a peregrinatione [etc., usque :] post⁷ kalendas augusti *reddiderimus eidem* regi castrum [etc., usque :] scilicet quod reddet nobis⁸ quando reddet alia castra.

48. — « Si vero post [etc., usque :] in elemosinam Templariis⁹ vel, usque :] ex parte regis¹⁰, possidendam [etc., usque :] non alienent *eam* a manu sua [etc., usque :] de mandato Ecclesie.

49. — « Et si non poterunt aliqui religiosi [etc., usque :] domini regis et nostra.

50. — « Item, donec dictam [etc., usque :] tradamus regi¹¹, vel Templariis [etc., usque :] tenebit rex¹² Pennam de Agenesis *obligatam* et castrum Narbonense.

51. — « *Sed*, si etiam infra decennium *demus* Pennam de Albiesio [etc., usque :] si voluerit rex¹³, post decennium [etc., usque :] Pennam de Albiesio.

52. — « Et si post decennium¹⁴ Penna de Albiesio [etc., usque :] memoratum tenebit rex¹⁵ illa [etc., usque :] Penna *esset* restituta et assignata, sicut superius est expressum.

53. — « Et *idem* rex ABSOLVET cives Tholosanos [etc., usque :] dimittitur, ab obligationibus¹⁶ factis *ipsi* regi et patri suo [etc., usque :] pro eis, [et] a pena et incur-sibus quibus *regi* vel patri suo, vel episcopo *Tholose*, vel aliis prelati¹⁷ [etc., usque :] patri nostri, *revertentur* et

a *juramento*, quantum ad *evadenda* *causa* pertinet, ad eis [etc., usque :] conditionibus supradictis.

1. U¹ autem *hee* omnia supradicta *ret*, et *hee* omnia permanente, nec scriptum sigilli nostri *omnino* fecimus roborari, et roboravimus venerabiles patres [.] Senonensem et [.] Narbonensem archiepiscopos [.] Parisiensem, ... Nemausensem, [.] Magalantensem, [.] Tholosanum et [.] Albiensem episcopos. Illi ipsi presentibus litteris apponunt sigilla sua. Actum Parisius, X die aprilis, videlicet III^{idus} idus ejusdem mensis, anno Domini MCCXXVIII. »

-1785-

Paris, 12 avril 1229.

Litterae ejusdem Raymundi, cum titulis emittit Tholosani, de eadem pace, eisdem verbis, mutatis tamen notulis, scriptae post crucem ab ipso assumptam et post homagium regi Francorum ab ipso praestitum¹. — (Reg. 19, f. 90 r¹ r² ;

1. Ce dernier alinea, comprenant la date, est propre au premier texte du *registre* (notre redaction B).

2. Dans le détail, cette expédition, que nous appelons C, se rapproche plus du texte de B que du texte de A ; mais, pour les passages particulièrement caractéristiques que nous avons signalés un peu plus haut, A et C concordent entre eux. — Ainsi, C, qui est de la même date que A, porte, comme A (§ 18) : « Item, statim post absolutiorem nostram ASSUMPSIMUS pro penitentia nostra crucem », et non ASSUMEMUS, qu'on lit dans B, de même, on trouve dans C (§ 30) : FECIMUS homagium, et non plus FACIEMUS ; QUITAVIMUS, et non QUITABIMUS (§§ 31 et 32 ; de même encore (§ 53) : ABSOLVIT, et non ABSOLVET. — Dans C, ainsi que dans A, Raymond VII ne s'intitule plus simplement *filius Raymundi, quondam comitis Tholosani*, mais bien *Dei gratia comes Tholosanus*. — Le texte de C présente, en outre, quelques particularités intéressantes, qui le distinguent à la fois de A et de B. Vers la fin du § 39, au lieu de la leçon : « et erimus in eodem [ou in eo] statu in quo NUNC SUMUS », qui est celle de A et de B, on lit dans C : « et erimus in eo statu in quo FECIMUS ANTE ABSOLUTIONEM. » Surtout, il nous faut signaler, immédiatement avant l'annonce des sceaux, la mention du serment solennel prêté par Raymond VII, devant le grand portail de Notre-Dame, d'observer fidèlement le traité : « *Omnia vero supradicta promissimus et juravimus sollemniter, sicut superius est expressum. ANTE FORAS ECCLESIE PARIENSIS.* » Notons encore que l'énumération des prélati qui, présents à la cérémonie de Notre-Dame, furent témoins de la prestation de ce serment et apposèrent leur sceau au bas du traité, n'est pas, dans C, identique à celle que nous avons rencontrée dans B ; nous voyons paraître, dans la liste du texte C, deux personnages nouveaux, le cardinal diacre de Saint-Nicolas in *Carere Tulliano*, Oton le Blanc, et l'évêque d'Autun, tandis que la présence de l'évêque d'Albi n'y est plus indiquée. — Voici encore quelques leçons spéciales au texte C : « *fi* am nostram, quam eidem regi *tradimus* » § 20 ; — « non computatis in his sex milibus marcis predictis quolibet anno, in diebus quinque annis mille et quingentas libras Turonensium sibi per *seemus*. In alis quinque annis... » (§ 43) ; — « et si usque ad annum inter-

1. A. « domino regi. »

2. A. « restituet nobis dominus rex. »

3. A. « et dominum regem. »

4. A. « trademus domino regi. »

5. A. « ab eodem rege. »

6. A. « tamdiu quousque. »

7. A. « post dietas kalendas augusti. »

8. A. « reddet illud nobis dominus rex. »

9. A. « in elemosinam perpetuo Templariis. »

10. A. « ex parte d'omini regis. »

11. A. « tradamus domino regi. »

12. A. « tenebit dominus rex propter hoc obligatam Pennam. »

13. A. « si voluerit dominus rex. »

14. A. « post decennium etiam. »

15. A. « tenebit dominus rex. »

16. A. « ab omnibus obligationibus. »

[*post* ann. XII, c. 411;] — cf. D. DEVIC et D. VAISSÈTE, *Hist. générale de Languedoc*, première édition (Paris, 1737), t. III, *Preuves*, col. 329-331; nouvelle édition, t. VIII (Toulouse, 1879), col. 883-892; — A. TEULET, *Layettes du Trésor des Chartes*, t. II (1866), p. 147-152, n° 1992; — indiqué par BRÉQUIGNY, *Table chronologique des diplômes*, t. V (1846), p. 339.)

« Raymundus, Dei gratia comes Tholosanus, universis ad quos littere presentes pervenerint, salutem in Domino.

1-53. — « Noverit universitas vestra quod, cum guerra [etc.,] fere ut in precedentibus litteris, sub numero 4784 notatis, mutatis mutandis, usque :] conditionibus supradictis.

« Omnia' vero supradicta promissimus et juravimus sollempniter, sicut superius est expressum, ante fores ecclesie Parisiensis, domino Romano, Dei gratia Sancti Angeli [diacono] cardinali, Apostolice Sedis legato predicto, nomine Ecclesie Romane, et regi prefato; astantibus venerabilibus patribus domino Ottone, Sancti Nicolay in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, tunc eunte in Datiam; [...] Senonensis et [...] Narbon[ensis] archiepiscopis; [...] Parisiensis, [...] Eduensis, [...] Nemausensis, [...] Magalonen[sis] et [...] Tholosani episcopis: quos omnes rogavimus ut presentibus litteris apponerent sigilla sua; et nos, in hujus rei testimonium, presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum Parisius, XII^o die mensis aprilis, videlicet in Cena Domini, II^o idus ejus-

dem mensis, in presentia predictorum et aliorum multorum, anno Domini M^oCC^o vicesimo octavo. »

grum post kalendas augusti REDDIDERIT NOBIS castrum predictum... » § 47. — Signalons enfin quelques passages où le texte de C, généralement conforme au texte de B, s'en écarte pour donner les mêmes leçons que A : « per quinquennium integre continuum moraturi » § 18; — « ad medium fluminis ex parte nostra » § 24; — « episcopus Tholosanus pro Viridi Felo faciat » § 23; — « nisi incendantur heretici » § 33; — « si vero aliqua villarum... essent hominum nostrorum » § 37; — « et quoad dominum regem et quoad excommunicationem, et omnia alia que statuta fuerunt contra nos et patrem nostrum in concilio generali vel postea » § 39; — « addetur autem in juramento » § 40; — « et dominum regem jurabunt contra omnes et quod eis facient vivam guerram » § 40; — « vivam guerram fieri tantum quousque » § 47; — « in elemosina perpetuo Templarum » § 48; — « tenebit rex propter hoc Pennam de Agnesno obligatum » § 50; — « vel episcopo Tholosano vel aliis prelatibus... patris nostri reverentur et a juramento... » § 53.

1. Ce dernier alinea, comprenant la date, est propre au second texte du *Registre* (notre rédaction C) ; il semble, cependant, qu'une rédaction le contenant ait été connue des auteurs de l'*Historie générale de Languedoc*, qui reproduisent fidèlement, dans sans indication de source (première édition, t. II), p. 370; nouvelle édition, t. VI, p. 632), la liste des personnages mentionnés dans ce paragraphe.

dem mensis, in presentia predictorum et aliorum multorum, anno Domini M^oCC^o vicesimo octavo. »

4786

Paris, [avant le 12] avril 1229.

Litteræ Ludovici IX, regis Francorum, de eadem pace, quibus notas facit condiciones tractatus inii inter ipsum et Raymundum, filium Raymundi, quondam Tholosani comitis, scriptæ ante quam idem Raymundus crucem assumpserit et ipsi regi de possessionibus sibi [videlicet Raymundo] dimissis homagium fecerit¹. — (REG. 19, f. 92 [86] r^o; [*post*

1. Le *Registre* de Grégoire IX, où ont été insérées, comme nous venons de le voir, deux expéditions du traité de Paris intitulées au nom de Raymond VII, avec ou sans son titre de comte de Toulouse, contient également deux expéditions de ce même traité, intitulées au nom du roi de France; nous avons désigné les deux premières respectivement par les lettres B et C; nous appellerons celles-ci b et c. Les différences essentielles que nous avons rencontrées entre B et C, nous les retrouvons presque toutes entre b et c. Nous avons vu que B est du 10 avril; C, du 12; de même, b et c représentent deux expéditions d'un même acte rédigées à plusieurs jours d'intervalle; entre les deux rédactions se place la cérémonie du jeudi saint 12 avril, devant Notre-Dame, cérémonie à laquelle nous avons eu plus haut l'occasion de faire déjà allusion; b est certainement antérieur à C, et par conséquent au 12 avril; c est postérieur au 14 avril, veille de Pâques, et date au plus tôt du 15. En comparant B et C, nous avons remarqué que, dans quelques passages caractéristiques, le rédacteur de C avait, au temps futur que fournissait la rédaction B, substitué le temps passé; la comparaison de b et de c permet de faire des constatations toutes semblables. Ainsi, à « ASSUMEMUS crucem » (§ 18) et à « FACIEMUS homagium » (§ 30), leçons de B, correspondent, dans b, les leçons ASSUMET et FACIET; de même, là où C porte, pour ces mêmes passages, ASSUMPSIMUS et FECIMUS, nous trouvons, dans c, ASSUMPSIT et FECIT. Mais les différences de cette nature sont plus rares entre b et c qu'entre B et C; ainsi, dans b comme dans c, on lit QUITAVIT (§§ 31 et 32) et ABSOLVIT § 53. — Nous avons noté, en outre, que B et C se distinguaient par certaines particularités très caractéristiques dans les formules; il en est tout à fait de même pour b et c. Dans b, ainsi que dans B, Raymond VII est seulement *filius Raymundi, quondam comitis Tholosani*; dans c, ainsi que dans C, il est redevenu *comes Tholosanus*; pour la même raison, dans c, le roi de France le qualifie de *nobilis vir*; pour la même raison encore, partout où, dans b, il y avait *idem R., ejusdem R.*, etc., le rédacteur de c a écrit *idem comes, ejusdem comitis*, etc. — Il y aurait encore à signaler entre b et c certaines différences qui ne se rencontrent pas entre B et C; ainsi, dans plusieurs cas, mais non toujours, le présent *dimittimus* ou *dimittuntur*, employé dans b (là où A, B et C portent *dimittit*), est devenu, dans c, le passé *dimissimus*. On pourrait relever quatre exemples d'une pareille substitution, qui n'est certainement pas fortuite : « Item dimittimus eidem R. Agennensem et Ruthenensem episcopatum » (b); « item dimissimus eidem comiti... » (c) § 23; — « de episcopatu Albiensi dimittimus eidem R. » (b); « de episcopatu Albiensi dimissimus eidem comiti » (c) § 24; — « episcopatum

ann. XII, c. 412; — cf., pour les éditions, BRÉQUIGNY, *Table chronologique des diplômes*, t. V (1846), p. 339.)

« In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Amen. Ludovicus, Dei gratia Francorum rex. Noverint uni-

Caturcensem *dimittimus* eidem R. » (b); « episcopatum Caturcensem *dimissimus* eidem comiti » (c) § 25; — « de omnibus autem supradictis que *dimittuntur* eidem R. » (b); « de omnibus autem supradictis que *dimissimus* eidem comiti » (c) § 30. — Ce même verbe *dimittere* donne encore lieu aux variantes suivantes : « Supradicta omnia *dimittimus* ei » a; b; « *dimittuntur* » (c) § 27; — « villam de Lebordès cum pertinentiis suis *dimittit* idem R. » (b); « *dimittit* idem comes » (c) § 28. Ailleurs, nous trouvons, toujours pour ce même verbe *dimittere*, le présent dans b au lieu du futur : « et *dimittimus* eidem R. totum episcopatum Tholosanum » § 20, là où c porte *dimittemus*, et A, B, C, *dimittet*, mais où a' donne *dimittit*. — Ce n'est peut-être là qu'un lapsus du copiste de b : ce ne serait pas le seul. Au § 22, trompé par la répétition, à quelques lignes d'intervalle, du mot « reclamare », il a omis tout un membre de phrase entre « poterunt reclamare » et « nisi filii et filie »; et plus loin, il a écrit « faciet dirui domos civitatis Tholose » § 35, cf. n° 4758, § 6 : « supplicat ut destructo domorum quam dominus Romanus, tunc temporis legatus, mandavit fieri in Tholosa, remittatur », au lieu de *muros*, leçon de A, de A', de B, de C et de e. — D'autre part, pour le § 50, au lieu de : « tenebimus obligatum propter hoc Pennam de Agenesio et castrum Narbonense, et si etiam infra decennium det Pennam de Albigeso Templariis vel hospitalariis vel aliis religiosis, ut dictum est, tanto tempore post decennium sumptibus nostris tenebimus, si volumus, illa duo castra... », c fournit cette leçon singulière : « tenebimus propter hoc obligatum Pennam de Albigeso, et si post decennium etiam [det] Pennam de Albigeso Templariis vel aliis religiosis, ut dictum est, tanto tempore post decennium sumptibus nostris tenebimus », etc. Le copiste de c a commis ainsi une double faute, en substituant Pennam de Albigeso à Pennam de Agenesio, et en omettant castrum Narbonense.

Le texte du traité de Paris intitulé au nom du roi de France a été maintes fois imprimé, beaucoup plus souvent que le texte intitulé au nom de Raymond VII. Dans toutes les éditions que nous avons consultées, c'est la première rédaction, la rédaction b, c'est-à-dire la rédaction antérieure au 12 avril, que nous avons rencontrée. Le traité de Paris, sous cette forme, paraît avoir été publié pour la première fois dans le livret gothique du commencement du seizième siècle, intitulé *Declaratio Francorum facinora*, dont il occupe les derniers feuillets. Vers la même époque, en 1515, il a été imprimé, à Toulouse, dans l'*Opus de Tholosanorum gestis*, de Nicolas Bertrand (fol. 34 r°, col. 1-35 v°, col. 2). On le trouve encore dans le *Tractatus de gente et familia Marchionum Gothiae*, d'Alphonse d'Elbene (Lyon, 1607, p. 74-98). Deux traductions françaises, indépendantes l'une de l'autre, en ont été données dans le courant du seizième siècle : l'une par Arnauld Sorbin, dans ses *Conciles de Tholose, Besiers et Narbonne, ensemble les Ordonnances du comte Raimond, fils de Raimond, comte les Albigois, et l'Instrument d'accord entre ledit Raimond et saint Loys* (Paris, 1569, fol. 19 v°-25 v°); l'autre par François de Belleforest, dans *Les Grandes Annales et histoire générale de France* (t. I, Paris, 1579, fol. 642 r°-644 r°). Il

versi presentes pariter et futuri quod, cum Raimondus], filius Raimondi, quondam comitis Tholosani. dit

ne serait pas d'un grand intérêt de relever ici les particularités de détail de ces deux traductions, non plus que celles des trois éditions qui viennent d'être énumérées. Indépendante des éditions qui l'ont précédée, est celle de Catel, qui, dans son *Histoire des Comtes de Tolose*, parue en 1623, a reproduit cette même expédition au nom du roi de France, sans indication de source (p. 337-337). De l'*Histoire des Comtes de Tolose*, ce texte a passé dans nombre d'autres ouvrages : dans les *Concilia* de Labbe et Cossart (1^{re} édition, t. XI, 2^e partie, Paris, 1671, col. 415-422; seconde édition, ou édition de Venise, t. XIII, Venise, 1730, col. 1235-1233); dans les *Acta Sanctorum* des Bollandistes (août, t. V, 1741, p. 301-307; cf. Stillingus, *Acta sancti Ludovici*, 1741, p. 30, col. 1); dans le *Recueil des Historiens de France*, t. XIX (1833), pp. 279-283, d'après la première édition des Conciles de Labbe et Cossart; etc.

François Duchesne a également imprimé ce traité, toujours sous cette même forme, au t. V des *Historiae Franco-um Scriptores*, p. 810-814, en tête du dossier qu'il a intitulé : « Orationes, tractatus et statuta Ludovici noni, Francorum regis, Raimundi, comitis Tolosae, et legati papae pro extirpatione haeresis Albigensium » (t. V, p. 810-825). Duchesne ne donne pas de référence particulière pour ce recueil, mais tout indique qu'il en a emprunté toutes les pièces à Catel; son dossier n'est autre chose que le groupement de tous les documents qui se trouvent disséminés dans le corps de l'*Histoire des Comtes de Tolose*, reproduits dans l'ordre même où ils se présentent dans cet ouvrage. En ce qui concerne particulièrement le traité de Paris, l'emprunt ne paraît aucunement douteux. Le texte de Duchesne (c'est-à-dire celui de Catel) est assez médiocre; il serait superflu d'en indiquer ici toutes les variantes; signalons seulement quelques-unes des singularités qu'il présente : « deputabuntur ab ipso Raimundo *duobus* magistris theologie », au lieu de *quatuor* § 17; — « et ibit ultra mare *infra* biennium », au lieu de c et « ibit ultra mare ab instanti *passagio* mensis augusti usque ad alium *passagium* mensis augusti proximo futurum » § 18; — « Agennensem et Caturcensem episcopatus », au lieu de c Agennensem et Ruthenensem episcopatus » § 23; — « *dimittimus* secundum *ordinationem* bene memorie patris nostri », au lieu de c *dimittit* idem R. secundum *donum* bene memorie patris nostri » § 28. Dans la dernière partie du § 39, et dans les §§ 40 et 41, on a partout laissé *rege. regem. regis.*, etc., au lieu de *nobis, nos, nostrum*, ce qui ne peut être que le fait de la négligence. Enfin, tout à fait à la fin de la pièce, Duchesne imprime : « Datum vacante cancellaria », qui ne se lit point dans le *Registre* du Vatican. Par contre, certaines des particularités de la copie du *Registre* ne se retrouvent plus dans l'imprimé de Duchesne, comme par exemple le boudon signalé plus haut au § 22, ou la leçon *domos*, au § 35. — Teulet, dans le tome II des *Loyelles du Trésor des Charles*, n'a pas donné le texte du traité de Paris, intitulé au nom du roi de France; on a seulement reproduit les dernières lignes et la date (n° 1963) d'après l'original scellé, conservé aux Archives nationales sous la cote J. 309, Toulouse, III, n° 61. — Bien qu'antérieur, ainsi que b, au jour de Pâques 1209, cet original, que nous désignons par la lettre a, se rapproche beaucoup plus de c, notre numéro 4757, que de b, notre numéro 4780; chronologiquement, a doit se placer entre les deux rédactions b et c, et, et, plus précisément, entre le

in excommunicatione —. Actum Parisius, anno Domini Incarnationis M^oCC^oXX^oVIII^o, mense aprilis, regni vero nostri anno tercio, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. Signum Roberti buticularii. S[ignum] Bartholomei camerarii. Signum Mathei constabularii. »

1287

Paris, [après le 14] avril 1229.

Litterae ejusdem de eadem pace, quibus, eisdem verbis, mutatis tamen mutandis, notas facit condiciones tractatus initi inter ipsum et Raymundum, comitem Tholosanum, scriptae post crucem ab eodem comite assumptam et post homagium ab eodem comite ipsi regi praestitum. — (REG. 19, f. 91^o 88^o r^o; [post ann. XII. c. 443.])

« In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Amen. Ludovicus. Dei gratia Francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri quod, cum nobilis vir Raimundus, comes Tholosanus, diu in excommunicatione —. Actum Parisius, anno Domini Incarnationis M^oCC^oXX^oIX^o, mense aprilis, regni vero nostri anno III. astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. Signum Roberti buticularii. Signum Bartholomei camerarii. Signum Mathei Francorum constabularii. »

1288

Moret, 21 juin 1229.

Raymundus, comes Tholosanus, promittit se in termino a Romano, Sancti Angeli diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, sibi prorogato, scilicet ante festum Resurrectionis post festum Resurrectionis proximo venturum, ad partes ultramarinas transfretaturum esse. — (REG. 19, f. 96^o 90^o r^o; [post ann. XII, c. 444.])

« Raymundus]. Dei gratia comes Tholosanus, uni-

moment où Raymond a fait son hommage au roi de France et celui où il a pris la croix. Des les premiers mots, le roi de France y qualifie Raymond VII non plus de *filius Raimundi, quondam comitis Tholosani*, comme dans *b*, non pas encore de *nobilis vir Raimundus, comes Tholosanus*, comme dans *c*, mais de *directus et fidelis noster Raimundus, comes Tholosanus*. On y lit (§ 18) ASSUMET, comme dans *b*, et non ASSUMIT, leçon de *c*; mais, inversement, REGIT (§ 30, comme dans *c*, et non plus FACIT, comme dans *b*. A noter encore que, au § 20, là où nous lisons, dans *c*, *dimittemus*, *a*, conformément à *b*, donne *dimittimus*; nous avons remarqué plus haut que, pour le même passage, *A*, *B* et *C* fournissent la leçon *dimittet*, et *A* seul la leçon *dimittit*.

1. Ce texte est celui que, dans la note précédente, nous avons désigné par la lettre *c*; nous avons remarqué, dans cette note, qu'il était postérieur au 14 avril, veille de Pâques.

versis presentes litteras inspecturis, salutem. Noverit universitas vestra quod, cum venerabilis pater dominus Romanus. Sancti Angeli diaconus cardinalis, Apostolice Sedis legatus, ad preces domini regis et domine regine Francorum illustrium, a festo Resurrectionis Domini proximo futuro usque ad aliud festum ejusdem Resurrectionis primo venturum [post illud festum, transfretandi ad partes ultramarinas, pro servitio Ihesu Christi, nobis terminum] duxerit prorogandum; nos promittimus et volumus ad id faciendum illis obligationibus et cautionibus et penis et omnibus aliis modis, qui in carta pacis continentur plenius, nos teneri. In cujus rei testimonium presentes litteras nostras fieri fecimus et nostro sigillo muniri. Dat. Moret[is]. XI kalendas julii, anno Domini M^oCC^oXX^o nono. »

1289

Paris, [12] avril 1229³.

Ludovicus IX, Francorum rex, notum facit Raymundum, filium quondam Raymundi, Tholosani comitis, sponte sua in prisione Parisius apud Luparam remansisse, donec ejusdem filia nuntius regis apud Carcassonam in potestate regia tradita fuerit, et simul quinque castra, scilicet castrum Narbonense, Penna in Agennensi, Rupes Parva, Corda et Verdunum, nuntius regis assignata fuerint. — (REG. 19, f. 96 [90] r^o; [post ann. XII, c. 445]; — cf., pour les éditions, BRÉQUIGNY, *Table chronologique des diplômes*, t. V (1816), p. 339.)

« Ludovicus. Dei gratia Francorum rex. Universis ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Noverit universitas vestra quod Raymundus, filius Raimundi, quondam comitis Tholosani, remansit in prisione nostra Parisius, apud Luparam, ad petitionem suam —. Actum Parisius, anno Domini M^oCC^oXX^oVIII^o, mense april[i]. »

1. Il y a une lacune évidente entre « venturum » et « duxerit »; nous rétablissons le texte, par conjecture, d'après la pièce cotée plus loin 4791, qui ne serait, dans ce cas, qu'une répétition, moins inexacte, de celle-ci.

2. Sic.

3. Bien que le roi de France ne rende pas encore ici à Raymond VII son titre de comte de Toulouse, mais le qualifie seulement de *Raymundus, filius Raimundi, quondam comitis Tholosani*, cette pièce est vraisemblablement du même jour que le traité de Paris, c'est-à-dire du jeudi 12 avril, comme l'acte d'absolution délivré par le cardinal Romain (*Hist. générale de Languedoc*, première édition, t. III, *Preuves*, col. 335; nouv. édition, t. VIII, col. 893-894), où Raymond est désigné de même.

4790

Paris, [13-14] avril 1229¹.

Ludovicus IX, rex Francorum, universis in Arelatensi et Narbonensi provinciis, et Ruthenensi, Caturcensi, Agennensi et Albiensi dioecibus constitutis significat se statuere ut ecclesiae et viri ecclesiastici earundem provinciarum et dioecesium eidem libertatibus et immunitatibus utantur, quibus utebatur Ecclesia Gallicana, et plurima ad extirpandam haereticam pravitatem in eisdem provinciis et dioecibus disponit. — (REG. 19, f. 96 [90] v°; [post ann. XII, c. 416]; — cf., pour les éditions, BRÉQUIGNY, *Table chronologique des diplômes*, t. V (1846), p. 310.)

« Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, universis baronibus, vassalis, fidelibus suis, ballivis et bonis villis in Arelatensi et Narbon[ensi] provinciis, et Ruthin[ensi], Caturcensi, Agennensi et Albiensi dioecibus constitutis, salutem et dileccionem. Cupientes in primis —. Actum Parisius, anno gratie M^oCC^oXXX^oVIII^o, mense aprili². »

4791

Moret, 21 juin 1229.

Raymundus, comes Tholosanus, promittit se in termino a Romano, Sancti Angeli diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, sibi prorogato, scilicet ante festum Resurrectionis post festum Resurrectionis proximo futurum, ad partes ultramarinas transferreturum esse³. — (REG. 19, f. 97 [91] r°; [post ann. XII, c. 447].)

« R[aymundus], Dei gratia comes Tholosanus, universis [presentes] literas inspecturis, salutem. Noverit universitas vestra quod, cum venerabilis —. Dat. Morel[is]. XI kalendas julii, anno Domini M^oCC^oXX^oIX^o. »

4792

Melun, septembre 1229.

Litterae Rogeri Bernardi, comitis Fuxensis, de honagio

1. Sur la date de ce document, connu sous le nom d'ordonnance *Cupientes*, voir *Histoire générale de Languedoc*, première édition, t. III, p. 575, col. 1, et nouvelle édition, t. VII, p. 73, col. 2, et p. 74, col. 1.

2. Il avait été fait de cette lettre plusieurs expéditions : celle qui est publiée notamment par Fr. Duchesne, *Histoire des Francorum scriptores*, t. V (1649), p. 816, est adressée : « Universis civibus Narbonae et bonis fidelibus suis in Narbonen. dioec. constitutis » ; cette différence dans l'adresse explique naturellement l'absence, dans le *Registre*, de l'addition qui se lit dans l'imprime : « Nos itaque Aymericus, Dei gratia vicecomes Narbonae... » etc.

3. Si, comme nous l'avons conjecturé, et comme cela semble, en effet, extrêmement probable, la lacune constatée dans la pièce qui figure plus haut sous le numéro 4788, doit être comblée d'après le texte de celle-ci, texte sinon absolument correct, du moins complet, et y a identité absolue entre les deux documents, et notre numéro 4791 n'est que la simple répétition de notre numéro 4788.

ab ipso regi Francorum praestito, nec non de mille libris annui redditus sibi a dicto rege assignatis. — (REG. 19, f. 97 [91] r°; [post ann. XII, c. 448]. — A. TEULET, *Lettres du Trésor des Chartes*, t. II (1866), p. 162-163, n° 2619.)

« Rogerus Bernardi, comes Fuxensis, universis ad quos litterae² presentes pervenerint, salutem³. Notum facimus quod, cum nos, tractatu habito cum dilectis nostris magistro Petro de Collemedio et Matho de Malliaco, supposuissemus nos et nostros et nostra et nostrorum, que tenemus et habemus nunc et tenuimus nos et pater noster, bone miserationi Ecclesie⁴ ac venerabilis patris domini Rom[ani], Sancti Angeli diaconi cardinalis, Apostolice Sedis legati, nec non et karissimi domini nostri Ludovici, regis Francorum illustris, secundum tenorem litterarum nostrarum super hoc confectarum, et jurassimus nos mandatum ipsius dicti⁵ cardinalis et domini regis super hoc per omnia servaturus : idem dominus rex misericordiam talem, de consilio suo, pro nobis et nostris nobis fecit ad presens, quam misericordiam ad presens dicti⁶ idem dominus rex esse bonam, videlicet quod idem dominus rex nobis et hereditibus nostris dedit in perpetuum pro hereditagio mille libras Turonensium [annuatim⁷, Quas mille libras Turonensium] nobis assignavit in hunc modum, quod dedit nobis ea que nos et homines nostri

1. D'après l'original conservé aux Archives nationales, J. 332, Foix et Comminges, n° 4. — L'expédition de ce même acte, rédigée au nom du roi de France, est imprimée dans D. Devie et D. Vaissette, *Hist. générale de Languedoc*, première édition, t. III (Paris, 1757, *Preuves*, col. 342-34), nouvelle édit., t. VIII (Toulouse, 1879), col. 906-909. Cf. Breugnot, *Table chronologique des diplômes*, t. V, p. 354. — Les auteurs de *l'Histoire générale de Languedoc* font suivre leur texte d'une note qui voici : « Sub eadem forma habemus litteras comitis Fuxensis et litteras praedicti legati » ; les « litterae comitis Fuxensis » sont celles que nous reproduisons d'après le *Registre* de Grégoire IX, et que Teulet a publiées avant nous, d'après l'original des Archives nationales.

2. Ms. : litteras.

3. L'original des Archives nationales porte *salutem in Domino*. 4. Le membre de phrase : « Ecclesie ac venerabilis... nec non et », ne figure pas dans l'original, ni, par suite, dans Teulet.

5. Les mots « dicti cardinalis et » manquent également dans l'original et dans Teulet. Si c'est là une addition postérieure, elle aurait dû, semble-t-il, être intercalée plutôt entre « mandatum » et « ipsius » qu'entre « ipsius » et « romani », ce qui donnerait : « mandatum dicti cardinalis et ipsius domini regis » ; peut-être encore dicti est-il une faute de copiste, page *domini*.

6. Ms. : dixit. — L'original porte *deit*.

7. Les mots : « annuatim, Quas mille libras Turonensium », manquent dans le *Registre* de Grégoire IX et sont restitués ici d'après l'original.

habuimus. et que idem dominus rex habet et tenet in suo domanio, in hiis villis scilicet : de Arzincho, Al-lairaco, Prissano, Fontiniano et in termin[i]o Vallele, usque ad valorem redditus competent[er] bonorum arbitrio computati. Residuum vero. quod in assignatione predictarum mille librarum Turonensium defuerit, nobis assignabit in terra competent[er] bona fide, in episcopatu Carcasson[ensi], extra villam Carcassone, et extra villas Limosii, Montis Regalis, Cabareti et Saxiaci, et extra redditus ad dictas villas provenientes. Et si in Carcasse[s]io, in hiis que dominus rex in manu sua tenet extra predictas villas et redditus quos except, usque ad summam predictarum mille librarum redditus non invenirentur, dominus rex nobis quod inde defuerit, assignabit alibi competent[er], donec mille libere [Turonensium]¹ anni redditus inter premissa omnia nobis et nostris pro hereditagio compleantur. Et nos, propter hoc, homagium ligium eidem domino regi fecimus et tenemur facere heredibus suis, et heredes nostri similiter. Cum autem nos, pro predictum tractatum cum jandictis magistro P[etro] de Collemedio et M[at]heo de Malliaco habitum, mandato domini regis Montem Grenerii² et Lordatum tradiderimus et obligaverimus, pro Ecclesia et pro domino rege in manu ipsius domini regis quamdiu [ei]³ placuerit tenenda, si contra promissa faceremus, sicut in carta nostra super hoc confecta plenius continetur, et ipse dominus rex, pro securitate Ecclesie et sua, tenere debebat⁴ predicta castra quamdiu⁵ placeret misericordie sue et domini R[omani], Sancti Angeli diaconi cardinalis, Apostolice Sedis legati : ipse dominus rex nobis Lordatum reddere debet, libere et sine contradiccione, in eo statu in quo tradidimus illud ei; et nos, voluntati ipsius et petitioni satisfaciendes, tradidimus ei castrum Fluxi, tenendum in manu sua ad sumptus suos a die qua tradetur ei usque ad quinquennium, ita quod ipse dominus rex in villa Fluxi vel ejus terminis nichil penitus percipiet; et, elapso quinquennio, sine contradiccione, absolute et libere, ipsum castrum Fluxi nobis vel nostris ipse vel sui reddet in eo statu in quo tradidimus illud ei. Et nos eidem Lordatum in eodem statu in quo illud nobis tradet, restituemus, tenendum ab ipso post illud quinquennium aliis quinque annis, sicut ipsum modo tenet;

et, elapsis illis ultimis quinque annis, Lordatum cum Monte Grenerii¹ sine aliqua exaccione sumptuum restituat nobis in eo statu in quo tradidimus ea sibi. Ipse autem dominus rex nobis usque ad quinque annos, quibus elapsis debet nobis reddere castrum Fluxi, concessit quingentas libras Turonensium, in prepositura sua Carcassone singulis annis percipiendas, medietatem in festo Omnium Sanctorum et medietatem in Pascha, per manum ballivi sui Carcassone. Et, elapso illo quinquennio, dictas quingentas libras poterit idem dominus rex, si ei placuerit, sine contradiccione aliqua retinere. De burgo Fluxi taliter est ordinatum, quod nos exponimus dispositioni et cognitioni dicti legati, vel, pro eo, magistri² P[etri] de Collemedio, quod, si fortiteria murorum burgi Fluxi noceat vel prestet impedimentum introitui vel exitui castrum vel districcioni ipsius, possit inde diruere secundum quod ei visum fuerit faciendum. Sed cum idem castrum restituerit nobis dominus rex, diruionem, si qua facta fuerit, restituet sumptibus suis in eodem statu quo illud ei trademus. Et sciendum quod in terra quam nos tenemus vel in illa quam nobis dedit dominus rex, non possumus facere novam fortericiam, nec veteres fortericias, sine mandato domini regis, infortiare, nec in hiis terris receptare scienter³ inimicos Ecclesie sive domini regis; et si forte, nobis ignorantibus, aliqui de talibus ibi receptarentur, admoniti per dominum regem, vel per nuntium suum, vel per ballivum suum aut nuntium ballivi sui, eos expellere tenemur et extunc capere tanquam proprios inimicos. Sciendum tamen quod illos redditus quos debebat dominus rex percipere in Lorlati et Montis Garnerii⁴ parrochiis, pro custodia ipsorum castrorum, secundum quod continetur in litteris inter nos et magistrum P[etrum] de Collemedio et M[at]theum de Mar[j]iaco confectis, ex sua liberalitate remisit nobis. Hec autem [omnia]⁵ concessit nobis dominus rex, salvo jure ecclesiarum et catholicorum virorum et mulierum. Quod ut firmum et stabile perseveret, presentem paginam sigilli nostri fecimus munimine⁶ roborari. Actum apud Meledunum, anno Domini M^{CC}XXIX^o nono, mense septem[ri]i. »

1. Sic; ici encore l'original porte *Granerii*.

2. Ms. : magistro. — C'est là encore un lapsus, pour *magistri*, leçon de l'original.

3. Sic; l'original porte *scienter receptare*.

4. Sic. — On lit dans l'original : « in parrochiis de Lordato et de Monte Granerii. »

5. Le mot « ei » est restitué ici d'après l'original.

6. Sic; l'original porte *munimine*.

5. Le mot « omnia » manque dans le *Registre* et est restitué ici d'après l'original.

6. Sic; l'original porte *munimine fecimus*.

1. Ms. : diete. — L'original des Archives nationales porte *Turon.*, pour *Turonensium*.

2. Sic; l'original porte *Granerii*.

3. Le mot « ei » est restitué ici d'après l'original.

4. Sic, tant dans l'original que dans le *Registre* de Grégoire IX, peut être pour *debet*.

5. Sic; l'original porte *quantum*.

ADDITIONS ET CORRECTIONS

TOME I. — Col. 12, n° 18 : ajoutez MOREAU 1193, f. 245, ex codice Ottoboniano 1625. — Col. 12, n° 19 : ajoutez MOREAU 1193, f. 248, ex codice Ottoboniano 1625. — Col. 12, n° 20 : ajoutez MOREAU 1193, f. 231, ex codice Ottoboniano 1625. — Col. 12, n° 21 : ajoutez MOREAU 1193, f. 232, ex codice Ottoboniano 1625. — Col. 13, n° 22 : ajoutez MOREAU 1193, f. 233, ex codice Ottoboniano 1625. — Col. 21, n° 43 : ajoutez MOREAU 1193, f. 241, ex codice (Vaticano) 7024, f. 93. — Col. 243, n° 391 : au lieu de J. dominum Cociaci, lisez J. ceteranum, dominum Cociaci. (Cf. n° 3745). — Col. 498, n° 797 : à l'incipit, c'est Vassi greci qui faut lire. — Col. 734, n° 1308 : au lieu de W. de Tankarvilla, lisez Willelmo de Tankarvilla. (Cf. n° 4708). — Col. 742, n° 1327, ligne 22 avant la fin : au lieu de nonnulli lisez nonulle. (Cf. n° 2753, t. II, col. 155, ligne 4 ; nonulle est également la leçon du n° 4319). — Col. 743, ligne 5 : au lieu de possessionem lisez possessione. (Cf. n° 2753, t. II, col. 155, ligne 25). — Col. 784, n° 1397 : ajoutez Cf. t. II, col. 872, note 5. — Même pièce : au lieu de burgum Dolense, lisez burgum Dolensem. — Col. 884, n° 1607 : dans le texte de cette pièce imprimée par WINKELMANS, *Acta Imperii media*, t. I, p. 514, n° 637, à l'endroit où il y a, dans le *Registre*, un blanc, suivi de « ibi proponere », on lit : « ibi proponere ». — Col. 967, note 1 : c'est teneur, et non tueur qui faut lire dans le texte. (Cf. C. RODENBERG, dans le *Moyen-Age*, 1898, p. 61.) — Col. 1020, n° 1868, ligne 5 avant la fin : au lieu de quampluria lisez quamplura. — Col. 1021, n° 1868, ligne 2 : au lieu de obligations, noxias lisez obligations noxias. (Cf. t. II, col. 565, note 1). — Col. 1172, n° 2180 : au lieu de 1801-1805, lisez 1801-1803. — Col. 1183, note 3 : au lieu de Sacyo-santa lisez Sacrosancta. — Col. 1226, n° 2324 : ajoutez Cf. *Liber Censuum*, éd. FABRE-DUCHESNE, t. I, p. 452, col. 1-2, pièce CC, et, en note, avec la date 14 (sic) octobre 1236 ; cette pièce avait déjà été publiée par MÉRUTORI, *Antiquitates italicæ mediæ ævi*, t. IV (1741), p. 234, d'après le *Liber Censuum*. — Col. 1237, n° 2334 : au lieu de 5 décembre 1235, lisez 5 décembre 1234. — Col. 1284, n° 2481 : ajoutez en note Cette pièce a été ajoutée après coup dans le *Registre*.

TOME II. — Col. 41, n° 2530 : au lieu de se excreverant potius facultates usque nunc, pastore caruit, lisez se excreverant potius facultates, usque nunc pastore caruit. — Col. 60, n° 2572 : au lieu de si forte tenebatur aliquis, lisez si forte tenebatur aliquibus. (Cf. t. I, col. 722, note 1). — Col. 74, n° 2611 : ajoutez MOREAU 1193, f. 251, ex codice Ottoboniano 1625. — Col. 75, n° 2617 : ajoutez MOREAU 1193, f. 258, ex codice Ottoboniano 1625. — Col. 106, n° 2699, dans l'adresse : au lieu de Sar mineto Terraciniensis diocesis, lisez Sarnineto, Terraciniensis diocesis. — Col. 139, n° 2728 : ajoutez MOREAU 1193, f. 252, ex codice Ottoboniano 1625. — Col. 140, n° 2729 : ajoutez MOREAU 1193, f. 254, ex codice Ottoboniano 1625. — Col. 144, n° 2733 : ajoutez cf. supra, n° 2036. — Col. 144-145, n° 2735 : ajoutez MOREAU 1193, f. 229, ex codice Ottoboniano 1625. — Col. 146, n° 2739 : au lieu de Radegundis, lisez Radegundis. — Col. 155, note 1 : ajoutez Cependant, dans la pièce 4319 comme dans la pièce 2753, on lit : « et ad alia » et ad alia. » — Col. 209, n° 2830 : ajoutez cf. supra, n° 2351. — Col. 219, n° 2881, analyse : au lieu de Tarvisiensis diocesis, lisez Tarvisiensis diocesis. (Cf. n° 2765). — Col. 235, n° 2919 : au lieu de Johannes Egyptius, lisez Johannes Aegyptius. — Col. 236, n° 2919 : ajoutez cf. supra, n° 2529. — Col. 241, n° 2922 : ajoutez cf. supra, n. 2385 et 2710. — Col. 257, n° 2950 : après proposuisti presenta il faut sous-entendre (constituisti). — Col. 258, n° 2951 : au lieu de R. priorem, lisez Il olandum priorem. (Ce nom se trouve en toutes lettres dans les pièces 3566, 3868 et 3870). — Col. 271, n° 2991 : ajoutez cf. supra, n. 2105 et 2606. — Col. 280, n° 3000 : au lieu de spectantem, lisez spectantis. — Col. 317-318 : après 2518, 2552-2558, 2953, 2980, ajoutez 2981, 3087-3088, 3367-3371. — *Ibid.*, dernière ligne du texte : supprimez 3087-3088. — Col. 321, n° 3214 : au lieu de causa (forte) avec suppression de que) inter ipsos... et ejus pertinentius, il faut vraisemblablement causa que inter ipsos... et ejus pertinentius (vertu). (Cf. n° 3883). — Col. 429, n° 3222 : ajoutez cf. supra, n. 1639-1644. — Col. 438, n° 3228 : ajoutez cf. supra, n° 2086. — Col. 450, n° 3255 : ajoutez cf. supra, n. 2920 et 2921. — Col. 474, n° 3318 : ajoutez cf. supra, n° 2607. — Col. 501, note 2 : ajoutez Toutefois, dans la pièce 4717, comme dans la pièce 3374, on lit « ecclesias, decimis », et non « ecclesiasticis decimis », leçon proposée ici par Coufoureaux. — Col. 504, n° 3379 : ajoutez cf. supra, n° 2834. — Col. 522, n° 3409 : au lieu de Guillelmo de Villa Arduini, lisez G. Godefrido de Villa Arduini. (Cf. n. 1627 et 3878). — Col. 529, note 1 : ajoutez Il semble bien qu'il faille « Cerna » et que « Cerna » soit une faute de copiste. (Cf. ann. XIII, *capit.* 80 et 81). — Col. 532, n° 3427 : au lieu de Conradum de Bure, praepositum Coloniensem, lisez Conradum, praepositum Coloniensem. (L'identification, proposée d'après l'OUTHAST, n° 10284, est fautive : on lit, en effet, dans la pièce 2859 : « Conradus de Bure, canonicus Coloniensis, procurator Conradi, praepositi Coloniensis », et non « Conradus de Bure, praepositus Coloniensis »). — Col. 547, n° 3475 : ajoutez en note On peut rapprocher de cette pièce les n. 2853, 3195, 4266 et 3267. — Col. 558, n° 3498 : après MOREAU 1191, f. 207, ajoutez *ibid.*, f. 478, *partim, falso initio*, ex RAYNALDO. — Col. 563, n° 3509 : après MOREAU 1191, f. 209, ajoutez *ibid.*, f. 481, *falso initio*, ex RAYNALDO. — Col. 570, n° 3536 : au lieu de Hugoni, Parisiano canonico, Parisius comorantati, il faut peut-être Hugoni Pisanus natus de Pisis, Parisius comorantati. (Ce personnage est vraisemblablement celui qui figure dans la pièce 3582 avec le titre de « cantor Rothomagensis ». — Col. 622, n° 3606 : ajoutez en note On peut rapprocher de cette pièce les n. 439, 621, 1311-1313, 1801-1803 et 2180-2189. — Col. 647 : la note est superflue. (En effet, de la pièce 4577 il semble résulter que la leçon « vicedominus » ne soit guère douteuse ; l'institution des vicaires de Reims est d'ailleurs bien connue. — Col. 671, lignes 8-7 avant la fin : au lieu de maris argent pro... memorati, solvez significat. — Col. 695, n° 3761 : ajoutez Cf. *Liber Censuum*, éd. FABRE-DUCHESNE, t. I, p. 154, col. 1, note 4. — Col. 712, n° 3782 : au lieu de Regerum, archidiaconum de Baugentico, lisez R. archidiaconum de Baugentico. (L'au est vraisemblablement R. (bertum), archidiaconum de Baugentico. (Cf. n. 2167. — Col. 725, n° 3862 : ajoutez cf. supra, n° 1912. — Col. 732, note 1 : ajoutez On retrouve en toutes lettres le nom de ce même Desdantes dans les Registres d'Innocent IV. Cf. W. H. DALL, *Catalonia in the papal Registers...*, *Papal Letters*, t. I, 1198-1204-1810), p. 226 et 237. — Col. 745, n° 3882, *supprimez*, dans *analyse*, après assignent, le membre de phrase inest entre crochets... contentibus ; le texte porte, en effet, un signe assignare. — Col. 786, n° 3967 : au lieu de et si quod dominio Greorum, lisez et, si, quod (absit) domino Greorum. (Cf. n. 2905, col. 502-3. — Col. 791, n° 3913 : au lieu de in feudo Lensensi, il faut peut-être in feudo Lensu. (L'ems. porte « Lensu » ; dans la charte de Robert d'Artois

ADDITIONS ET CORRECTIONS. — INDEX.

publiée dans la note 1 de cette col. 791, on lit « Lensis ». — Col. 800, n° 3928 : au lieu de officii tui debitum, lisez officii sui debitum. (Cf. n. 4180 et 4198). — Col. 825, ligne 13 : ajoutez en note II est à remarquer que l'ordre religieux auquel il est fait allusion dans ce passage : « loca ejusdem ordinis », n'a pas été mentionné plus haut dans cette pièce. — Col. 878, note : au lieu de XL, 19, lisez XL, 9. (Cf. t. II, col. 921, note 2. — Col. 939, n° 4191 : ajoutez en note II est à remarquer que toute une partie de l'adresse de cette pièce, depuis : « et aliis balivis. . . », jusqu'à la fin, paraît faire double emploi avec l'adresse de la précédente bulle, n° 4190. — Col. 978, n° 4281 : ajoutez cf. supra, n. 2071, 2595-2598, 2691, 2694, n° 4284 : ajoutez cf. supra, n° 2672. — Col. 981, n° 4287, lignes 1-2 : « ne igitur superbia. . . ascendat », ajoutez en note Cf. IV REG. XIX, 28 ; etc. — Col. 986, ligne 7 : au lieu de ratione minutarum, il faut probablement ratione minutarum [decimarum]. (Cf. n° 4381 : « omnes minutas decimas. ») — Col. 990, n° 4298, lignes 14-13 avant de la fin de la pièce : « ut sic... Christi », ajoutez en note Cf. GALAT. VI, 2. — Col. 997, n° 4319, lignes 24-19 avant la fin de la pièce : tu... infringunt est peut-être pour tu... infringitis. Le rédacteur de cette bulle a sans doute été influencé par le texte de la pièce 2753, qu'il devait avoir sous les yeux.) — Col. 998, ligne 1 : au lieu de etc., supra, ut in eadem epistola, lisez etc., ut supra, in eadem epistola. — Col. 1007, n° 4336 : au lieu de 11 mai 1238, lisez 11 mai [1238]. — Col. 1019, note 2 : ajoutez Cf. t. II, col. 1115, note 2, et col. 1257, note 5. — Col. 1019, note 3 : ajoutez : Dans la pièce 4496, comme dans la pièce 4530, on lit : « preferantur. » — Col. 1020, n° 4353 : au lieu de [Raymundum VII, comitem Tholosanum], lisez [Raymundum VII], comitem Tholosanum. (Cf. n° 4778.) — Col. 1034, n° 4377 : après Marturano, ajoutez (= Martirano), et, en note, Et non, comme on voit partout imprimé, Martorano. — Col. 1052, note 1 : ajoutez L'original de cette pièce, conservé aux Archives nationales, dans le Trésor des Chartes, sous la cote J 446, Croisades, 1^{er} sac, n° 39, porte « . . . episcopo Soran. », sans grattage à cet endroit ; d'ailleurs, on ne remarque aucune trace d'une retouche quelconque dans cette pièce. Au dos de cet original, se lit, écrit d'une main contemporaine, le mot : « Regis. » — Col. 1052, note 2 : ajoutez Mais il figure bien dans l'original conservé aux Archives nationales. — Col. 1072, n° 4430 : ajoutez en note Cette pièce ne se trouve pas dans le Bullarium ordinis FF. Praedicatorum, de RIGOLL, où on s'attendrait à la voir figurer. — Col. 1080, n° 4459 : ajoutez en note La bulle d'Honorius III visée dans cette pièce, est le n° 336 du recueil de l'abbé PRESSUTI et le n° 25890 de POTTHAST. — Col. 1145, n° 4546 : ajoutez cf. supra, n° 4035. — Col. 1206, n° 4708 : ajoutez en note Sur cette affaire de l'exemptio Sancti Caudidi, dont il est question dans le Dictionnaire géographique des Gaules, de l'abbé EXPILLY, à l'article Rouen, cf. les textes réunis par M. A. LONGNON, dans ses Pouillés de la province de Rouen, et son Introduction à cette publication. — Col. 1236, n° 4747 : ajoutez en note Cf. NOËL VALOIS, Guillaume d'Auvergne, p. 80.

INDEX

DU SECOND VOLUME

Gravamina Ecclesiae adversus Imperatorem, etc (1236)	Colonne 1.
Registre de la neuvième année (1235-1236)	Col. 9.
Acta pacis inter Ecclesiam et Romanos initae (1235 et 1241)	Col. 289.
Statuta Ordinis Nigri (1235 et 1237)	Col. 317.
Registre de la dixième année (1236-1237)	Col. 333.
Papyrus de Porto (905-1236)	Col. 585.
Litterae de discordia suborta inter Ecclesiam et Fridericum imperatorem (1240)	Col. 599.
Registre de la onzième année (1237-1238)	Col. 605.
Registre de la douzième année (1238-1239)	Col. 949.
Litterae legationis domini episcopi Praenestini in Provincia (1238)	Col. 1241.
Acta ad pacem inter Ludovicum IX, regem Francorum, et Raymundum VII, comitem Tholosanum, Parisiis anno 1229 initam pleraque pertinentia	Col. 1265.
ADDITIONS ET CORRECTIONS	Col. 1293.

**University of Toronto
Library**

**DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET**

Acme Library Card Pocket
Under Pat. "Ref. Index File"
Made by LIBRARY BUREAU

